111. φράσον ἐμοὶ σαφῶς, πρὸς τουτονί. Notet hic lector mutationem constructionis. Nam post φράσον ἐμοὶ lector exspectabat τουτῳί, itidem in casu dativo; sed ejus loco placuit Comico nostro dicere πρὸς τουτονί. Simile mutatæ constructionis exemplum occurrit apud Arrianum de Expedit. Alex. lib. vii. p. 280. edit. Gronov. ὅσοι αὐτῶν κατ' ἀξίωσιν καὶ κάλλει τοῦ σώματος, ἢ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ὑπερφέροντες ἐφαίνοντο. Vide ibi Cl. Jac. Gronovium, qui plura ejus συντάξεως exempla affert. Kust. Πρὸς τουτονί. *Huic viro* δεικτικῶς. ἐμοὶ et πρὸς τουτονὶ posita sunt ἐκ παραλλήλου. *Dic mihi, mihi inquam.* Latinis Comicis *hic homo* itidem sæpe nihil aliud valet quam *ego*. Terentius Heaut. ii. 3. 115. 'Tibi erunt parata verba: huic homini verbera.' Brunck. Πρὸς τουτονί. *Ego te adjuro per hunc* ἱμάντα, quem simul ostendit, per hanc scuticam. Reisk. Verba πρὸς τουτονὶ vel de legato accipienda sunt, vel de altero eunucho qui Pseudartabam comitabatur. Perperam ipsum Dicæopolidem intelligunt Schol. Kusterus et Brunckius. Πρὸς hic valet *coram*. Elm. Haud scio tamen an πρὸς τουτονὶ significet, *coram* illo, prope *illum* scil. legatum, *ita ut ille exaudire possit, quid dicas.* Intererat enim Dicæopolidis, ipsius Pseudartabæ testimonio legatum vanitatis convinci. Schutz.

112. βάμμα Σαρδινιακόν. Leg. Σαρδιανικόν. Et sic Suid. Ἵνα μή σε βάψω. Ald. Σαρψειν̣ιακόν. At in Schol. habet σαρδιανικόν. Vid. Hesych. in Βάμμα Σαρδανικόν. Bent. Jam olim incerta erat hujus

loci lectio. Suidas videtur legisse Σαρδωνικόν: nam ex hoc loco procul dubio habet, quæ dixit de purpura Sardiniæ insulæ, et ex Schol., qui sic ait: Σαρδινιακόν· ἀντὶ τοῦ ἐρυθρὸν, φοινικοῦν. Σαρδὼ γὰρ νῆσός ἐστι τῶν ἑπτὰ—ἐν ταύτῃ δὲ γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύτεραι. Ego vero nihil motus auctoritate Suidæ, nec Scholiastis, qui dubitat de eo, quod dixit, (ait enim postea, ἢ ὅτι εἰς τὴν Σαρδὼ τῆς Λυδίας πυῤῥὰ βάμματα γίνεται) contendo debere legi Σαρδιανικὸν, ut infra in comœdia Εἰρήνῃ, v. 1174. Nam tempore Aristophanis parum erat commercii inter Athenienses et insulæ Σαρδὼ habitatores; at multum inter Lydos et cæteros Asiaticos cum omnibus Græcis, et præcipue Atheniensibus. Purpura ex insula Sardo nullis antiquis auctoribus laudata. At Lydi molles, et curiosæ purpuram eximiam tingebant; ut fatetur hic Schol. et ad locum fabulæ Εἰρήνης dictum, ad easdem voces βάμμα Σαρδιανικὸν, sic vel idem, vel alius Schol. commentatur: διαφέρουσι γὰρ αἱ Κυζικηναὶ βαφαί; Cyzicus autem et Sardes Asiæ urbes non admodum remotæ. Sed ut pressius agamus, purpuræ tingendæ artificium Lydis Sardes habitantibus tribuitur a Plinio lib. vii. c. 56. Item Hesychius in v. βάμμα sic habet: βάμμα Σαρδιανικὸν, τὸ φοινικοῦν. διάφορα γὰρ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα. Unde etiam Sardiani ψιλοτάπιδες in magno pretio erant apud Persas, ut ait Athenæus lib. xii. Inde etiam Lydi mercaturam purpuræ exercebant in Græcis urbibus: ut illa Lydia Thyatiris nata, mercatrix purpuræ apud Philippenses, de qua Lucas in Actis Apost. c. 16. Ideo concludo certum esse, hunc locum debere emendari ex loco fabulæ Εἰρήνης, ubi legitur Σαρδιανικόν; non autem illum ex hoc. Et sic sentire videtur Bisetus. Palmer. Βάμμα Σαρδιανικόν. Sic reposuimus pro Σαρδινιακὸν, quod priores editt. male habent. Est enim epithetum hoc ductum ab urbe Σάρδεις; unde τὸ κτητικὸν sive possessivum Σαρδιανικὸν descendere, non solum ex Stephano Byzantino, sed etiam ex aliis scriptoribus constat. Cæterum Suidas locum hunc Aristophanis varie citat, nunc legens Σαρδωνικὸν, ut v. Σαρδώ: nunc Σαρδινιακὸν, ut v. ἵνα μή σε βάψω: nunc Σαρδιανικὸν, ut v. βάμμα Κυζικηνόν. Ex hisce lectionibus ultimam, i. e. Σαρδιανικὸν, veram esse, et Palmerius in nota præcedente, et nos ad Suidam satis probavimus. Apud Athen. lib. ii. cap. ix. p. 48. B. memorantur φοινικίδες Σαρδιανικαί: ubi Magnus Casaubonus, a Scholiaste nostro deceptus, βάμμα Σαρδιανικὸν de purpura insulæ Sardiniæ male interpretatur. Apud Clement. Alexandr. Pædag. lib. ii. p. 201. βάμμα Σαρδυνιακὸν male legitur pro Σαρδιανικόν: quod obiter hic lectorem monere voluimus. Quod autem ad sensum loci hujus attinet, βάμμα Σαρδιανικὸν hic nihil aliud significat, quam verbera, quibus aliquis ita cæditur et sauciatur, ut totus sanguine cruentetur. Kust. βάμμα Σαρδιανικόν. A. B. σαρδανιακόν. C. σανδανιακόν. Primariæ editt. σαρψεινιακόν. Aliæ σαρδινιακόν. Mendose omnes, quod perite ostendit post Palmerium Kusterus, qui sinceram lectionem primus Aristophani reddidit. Exstat etiam ea apud Suidam in βάμμα κυζικηνικὸν, exhibentque eam vulgati libri in Pace 1174. Valent autem ista, ἵνα μή σε φοινίξω, vel ἐρυθρὸν ποιήσω, vel, ut ipse infra v. 320. loquitur Comicus, ἵνα μή σε καταξανῶ εἰς φοινικίδα. *Ne ita te verberibus cædam, ut totus cruenteris.* Plautus Pseud. i. 2. in fine: 'Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus affertur, Cras, Phœnicium, Phœnicio corico invises pergulam.' et Rud. iv. 3. 61. 'fiet tibi puniceum corium.' Brunck. Σαρδινιακὸν defendere conatur Joannes Paulus Nurra, Caralitanæ ecclesiæ canonicus, cujus opella, Βάμμα Σαρδινιακὸν dicta, anno MDCCXXI. Florentiæ evulgata est. Rectius hæc interpretatur Hesychius: βάμμα Σαρδανικόν· τὸ φοινικοῦν· διάφορα γὰρ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα. Ita noster Vesp. 1139. κοὐ θαῦμά γ'· εἰς Σάρδεις γὰρ οὐκ ἐλήλυθας. Plato comicus apud Athen. p. 48. B. κᾆτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσιν, καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις, | φοινικίσι Σαρδιανικαῖσιν κοσμησάμενοι, κατάκεινται. Vulgo ἐν φοινικίσι. Neutra scriptura metro satisfacit. Elm.

114. ἀνανεύει. Hæc vox extra versum legenda est: ut et τὸ ἐπινεύει in versu seq. Sunt enim παρεπιγραφαὶ, ut Græci magistri vocant. Kust. Ἀνανεύει et ἐπινεύει lineis circumdedit Bent. Burg.

115. ἑλληνικόν γ' Suid. v. Pors. Ἅνδρες edidit Elm. Dind.

116. ἐνθάδ' Suid. in Αὐτόθεν. Bent. Κοὐκ ἔσθ' e R. recepit Elm. Dind.

118. Sibyrtii palæstra memoratur a Plutarcho in vita Alcibiadis p. 193. A. Fortasse mollem atque effœminatum hominem, et a corporis exercitatione alienum, παιδοτρίβου filium jocose vocat noster. Restituendus videtur Clisthenes Pherecrati apud Athen. p. 395. C. ubi vulgo Καλλισθένει legitur: ἀλλ', ὦ περιστέριον, ὅμοιον Κλεισθένει | πέτου, κόμισον δέ μ' εἰς Κύθηρα καὶ Κύπρον. Elm. Qui hunc versum sic interpunxit: ἐγῷδ' ὅς ἐστι· Κλ. Σ. Dind.

119. Verba ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον ex Euripidis Medea citat Schol. Fortasse legebantur in Peliasi. Elm. Ἐξευρημένε.

Suidas v. Κλεισθένης, et v. Στράτων, legit ἐξυρημένε, i. e. *rase:* quod voci πρωκτὸς melius convenire videtur. At si cogitemus, πρωκτὸν a Comico hic παρ' ὑπόνοιαν, sive præter exspectationem dictum esse pro βουλὴν, vel ἐπίνοιαν, vel simile quid; lectionem vulgatam non temere spernendam esse apparebit. P. etiam habet ἐξευρημένε. Kust. Radebant barbas, ut formosiores viderentur. Berg. Ἐξευρημένε. Sic recte tres codd. ut impressi. Mendose apud Suidam legitur ἐξυρημένε. Est autem juxta Scholiastam parodia versus Euripidei qui olim in Medea legebatur, at hodie, si bene commemini, in hoc dramate non comparet: ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον ἐξευρημένη. Sed alia sunt apud Euripidem hujus generis, ut versus hic in Oreste: ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη. Præterea ἐξυρημένε per se lectio inepta est. Vide ad Thesm. 215. Brunck. Ἐξυρημένε Brunckius per se ineptam judicat; quia mos fuerit veteribus barbam novacula radere, pudendorum autem pilos admota flamma amburere. At enim vellere quoque hos pilos solebant, et pice aut psilothyro cutem glabram reddere. Itaque in Ranis v. 422. dicitur vel in ταφαῖς πρωκτόν τίλλειν ἑαυτοῦ. Jam non video, quidni culum vulsum potuerit etiam rasum dicere. Et fortasse jocum quoque captat ex oppositione rasi podicis et menti barbati. ***O tu, qui adeo mollis es, ut etiam podicem libidine incensum depilatum habeas, qui tibi in mentem venit, o simia, eunuchi ornatu sumto huc venire, quum interim talem barbam habeas!*** Nimirum actor qui Eunuchum agebat ridiculi causa ingentem barbam personæ alligaverat. Clisthenes vero ipse semper imberbis erat, et malas glabras habebat Thesmoph. v. 590. Itaque simius appellatur, quod assumta barba male imitatus sit Eunuchi habitum. Schutz.

120. τοιόνδε. Parodia ex Archilocho: τοιάνδε δ', ὦ πίθηκε, πυγὴν ἔχων. Berg. Τοιόνδε δ' ὦ πίθηκε. Istud δὲ nihil ad sensum facit. Rescribe ex Suida v. Κλεισθένης, pro δ' ὦ, δή. τοιόνδ' ὦ Suid. Ms. [in Στρ. scil. Dobr.] Pors. Τοιόνδε δή, πίθηκε. τοιόνδε δ', ὦ πίθηκε vulgo, consentiente Suida in Στράτων, τοιόνδε δή, πίθηκε Suidas in Κλεισθένην ὁρῶ. Archilochus apud Schol. τοιήνδε δ', ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχων. Elm. De convicio πίθηκε vide Heindorf. ad Horatii Satir. p. 210. sq. Dind.

121. ἐσκευασμένος. Hic etiam mendosi sunt Suidæ libri, apud quem in Στράτων legitur ἐξυρημένος: at in Κλεισθένης recte ἐσκευασμένος. Brunck. Ἐξυρημένος ed. Ms. [in Στράτων. Dobr.] Mox in στρεβλ. Ms. παρέλειπεν. Pors.

122. Verba οὐ δήπου Στράτων sine interrogationis nota repræsentari debebant. Usurpatur οὐ δήπου vel οὔτι που eodem fere sensu quo dicerent nostrates, *Surely it cannot be Strato.* Vide Nub. 1260. Pac. 1211. Av. 269. Lys. 354. Ran. 522. 526. Eccl. 327. 329. 756. Soph. Phil. 1233. ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὔτι που δοῦναι νοεῖς. Elm.

125. ἐς τὸ Πρυτανεῖον. Ut nempe ibi hospitio et convivio exciperetur. Solebant enim Athenis legati publici in Prytaneo ξενίζεσθαι. Pollux viii. 138. τὸ δὲ κηρύκειον, φόρημα ἦν τῶν πρέσβεων, καὶ εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἐπὶ ξενίᾳ ἐκαλοῦντο. Ubi hoc Comici loco usus est Kühnius. Conferatur Pollux ix. 40. *E notis Kusteri.* Brunck. Τοῦτο lectore inconsulto Brunckius. ταῦτα R. ut vulgo. Elm. Τοῦτο typothetæ, qui similiter infra 468. peccavit, haud dubie debetur; nam Brunck. ipse in Supplem. ad h. l.: 'Τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; formula desperationis. Terentius Phorm. iv. 4. 5. 'Ad restim mi quidem res rediit planissume.' Demopho apud Euripidem in Heraclid. 247. καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας. Alia exempla videas in Bergleri notis.' Dind.

126. ἐνθαδὶ στραγγεύομαι. Pessime libri omnes στρατεύομαι. Illud reponendum esse monuit in notis Kusterus. Vide ad Nub. 131. Brunck. Στρατεύομαι. Ne rescribere dubites στραγγεύομαι, i. e. *moror, cunctor, tergiversor:* qua voce usus est Comicus noster supra in Nubib. 131. Dicit enim Dicæopolis: ***Hæccine quis videns non disrumpatur? Et tamen ego hic diutius moror. Quin potius propere hinc abeo.*** Notet lector, particulam ἔπειτα hic significare *tamen:* quo sensu etiam accipitur in hac ipsa fabula 497. in Avib. 29. in Thesmoph. 891. Item εἶτα in Plut. 911. in Ran. 207. et alibi. Porro, vocem στρατεύομαι sæpe apud veteres scriptores ex imperitia vel negligentia librariorum positam fuisse pro στραγγεύομαι, utpote voce minus nota, pluribus probavimus ad Suidam v. ἢ δεῖ χελώνης: quo lectorem remittimus. Kust. Hesychius: στρατεύομαι· διατρίβω. Respexit grammaticus ad Nub. 131. ubi στρατεύομαι repræsentat etiam Suidas in στραγγεύει. Elm. Στραγγεύομαι R. et Elm. Dind. Fortasse sic transponendi sunt versiculi: Ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Τούσδε ξενίζειν... Κᾆπειτ' ἐγὼ... Ἀλλ' ἐργάσομαί... Ordo certe sententiarum sic aptior et concinnior foret. Sic ἀλλὰ statim sequitur post στραγγεύομαι. Nubb. v. 131. Τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι, Ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν; Schutz.

127. τοὺς δὲ [τούσδε tacite Brunckius.

τοὺς δὲ priorum editionum recte revocavit Elm. Dind.] ξενίζειν οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἡ θύρα. Sensum hujus loci minime perspexit Frischlinus. Ξενίζειν enim hic est, *legatos publice excipere:* quod apud Athenienses olim in Prytaneo factum fuisse, monuimus etiam paulo ante ad 125. Indignatur ergo Dicæopolis, legatos illos falsos et subornatos, tanquam veros, in Prytaneum vocari, ut publice illic exciperentur; se vero frustra tempus et operam ponere in persuadendis Atheniensibus, ne se falsis istis legationibus diutius ludificari paterentur. Quare locus hic ita vertendus erat: *Illos vero* (sc. legatos) *ab hospitio nunquam arcet janua.* Id est, Athenienses semper parati sunt quoscunque legatos, dummodo ipsis spem aliquam, licet falsam, auxilii adversus Lacedæmonios ferendi faciant, in Prytaneo publice hospitio excipere, facilesque illis aures præbere. Kust. Indignatur quod quibusvis patere soleat janua Prytanei. Berg. Οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. Sic optime Suidas in ἴσχειν. τούσδε ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. ἀντὶ τοῦ κωλύει, ἀποκλείει. ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων. Vulgo οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἡ θύρα. Qua in lectione male οὐδέποτε cum verbo præteriti temporis jungitur ἴσχε. Vide Piersonum nobis jam sæpe laudatum ad Herodiani Fragm. p. 461. In C. scriptum οὐδέπυτ' ἴσχ' ἡ θύρα. Brunck. Poterat eandem scripturam ex turbatis Scholiastæ verbis elicere, quæ ita ordinanda videntur: τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα· παροιμία ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ὑποδεχομένων· μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Φίλοις· νὴ τὸν Ποσειδῶ, κοὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. Elm. Hodie malim in hoc versu, τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα, et in Eupolidis versu apud Schol. νὴ τὸν Ποσειδῶ, κοὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα. Ita noster inferius 560. νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ λέγει γ' ἅπερ λέγει. Nam rarissime in hoc metro anapæstum inchoat ἂν, γὰρ, δὲ, μὲν, ἄρα, aut ulla enclitica. [Quid veri insit in hac observatione, et his quæ Elm. in auctario ad v. 178. dixit, disci potest ex Hermanni præfatione ad Epitomen Doctrinæ Metricæ p. x. sqq. Dind.] In his undecim fabulis exempla circiter quinquaginta præbet Brunckius, quorum maxima pars facillime emendari potest. Quæ observavi singillatim recensebo. Ach. 748. καρυξῶ Δικαιόπολιν Rav. Eq. 1225. Malim, ἐγὼ δέ τ' ἐστεφάνιξα. Confer Ach. 730. 779. Nub. 3. Ἀπέραντον· οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται; Ibid. 143. σε omittunt duo codices Harleiani, delevit in exemplari suo Bentleius. Ibid. 1359. χρῆν σε τύπτεσθαι Bentleius apud Kuster. Vesp. 11. Delendum τις. Ibid. 181. Manifesto legendum Ὀδυσσέα τιν'. Ibid. 228. ἐὰν ἐγὼ plerique. Ibid. 969. καὶ τὰς ἀκάνθας· κοὐδέποτ' ἐν ταυτῷ μένει. Ibid. 984. οὐδέποτέ γ' Aldus. οὐδέν ποτ' recte Rav. Ibid. 1176. τί Aldus. τίνα Junta, Rav. et unus cod. apud Brunckium. Ibid. 1307. κἄτυπτέ με Rav. Malim, κἄτυπτεν ἐμὲ, nisi νὼ scribendum est, et de utroque servo accipiendum. Pac. 226. pro μηδέποτ', malim, μηκέτ'. Ibid. 705. Lego, ὥστ' οὐδέποτέ γ', ὦ πότνι', ἀφησόμεσθά σου. Ibid. 1240. τί δ' ἄρα Aldus. Scribe, τί ἆρα. Av. 23. ἥδ' ἡ κορώνη τῆς ὁδοῦ τί λέγει πέρι; Ita Rav. Ibid. 75. οὗτος γὰρ Aldus. οὗτός γ' ἄτ' Junta, Rav. et unus Brunckianus. Ibid. 78. δεῖ τορύνης Aldus. Ibid. 170. ἀτέκμαρτος, οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταυτῷ μένων. Ibid. 847. οὐδὲν γὰρ ἄνευ σοῦ τῶνδ', ἃ λέγω, πεπράξεται. Ibid. 1598. τὸ δίκαιον Scholiastes. Deinde scribendum, ἀλλὰ νῦν. Lys. 97. πρὶν λέγειν Junta. Legendum, πρὶν λέγειν δ'. Ibid. 160. ἐὰν λαβόντες δ' Junta, et, ut opinor, Rav. Ibid. 165. Malim, οὐδέποτε γὰρ εὐφρανθήσεται. Ibid. 450. Repone, οὐδέποτέ γ' ἡσσητέα. Ibid. 760. ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι. Thesm. 64. ἔα monosyllabon est. Ibid. 173. Reponendum videtur, καὶ γὰρ ἦ τοιόσδ' ἐγώ. Ibid. 469. Malim, καὐτὴ γὰρ οὖν. Ibid. 472. αὐταὶ γάρ ἐσμεν, κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Ibid. 570. σε præter necessitatem de suo addidit Brunckius. Ibid. 647. Malim, ἰσθμόν γ' ἔχεις. Simile vitium est in Vesp. 1268. Thesm. 926. Malim, οὐ γὰρ προδώσω οὐδέποτέ σ'. Ran. 77. μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' duo codices Brunckiani, totidemque Harleiani quos inspexi. Ibid. 107. Delendum videtur με. Ibid. 170. τινες φέρουσι quatuor e quinque Brunckianis, et uterque Harleianus. Scribendum, τιν' ἐκφέρουσι, ex Vesp. 182. 205. Lys. 65. 66. Ran. 866. ἐβουλόμην μὲν οὐκ uterque Harleianus, ut vulgo ante Brunckium. Eccl. 82. λέγοιθ' ὅπως Aldus. λέγεθ' ὅπως codex melior Brunckii. ὅπως spatio relicto Rav. Malim, οὕτω δ' ὅπως, ut in Ach. 930. Ran. 905. Eccl. 219. Malim, οὐκ ἐσώζετ' ἄν. Ibid. 255. τούτῳ μὲν εἶπον Rav. ut vulgo. Ibid. 344. οὐδ' ἐγὼ γὰρ Aldus et Rav. Malim, οὐδ' ἔγωγε. Ibid. 748. Legendum, μὰ τὸν Ποσειδῶ, οὐδέποτέ γ'. Ibid. 998. Malim, καί σ' ἔγωγε. Ibid. 1011. Malim, οὐδέποτέ γε. νὴ Δία. Ibid. 1075. Malim, ὥς σ' οὐκ ἀφήσω οὐδέποτέ γ'. Plut. 69. τιν' αὐτὸν, καταλιπὼν Bentleius apud Kusterum. Ibid. 664. Malim sine interrogatione, ἦσαν δέ που κἄλλοι. Ibid. 1173. Scribendum, ὁ θεὸς οὗτος, ex v. 968. Elm. Lege ex Suida v. ἴσχειν. οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. et apud Eupolin in Scholiis restitue, νὴ

τὸν Ποσειδῶ, οὐδέποτέ γ' ἴσχεν ἡ θύρα. οὐδέποτ' ἴσχει γ' Suid. ed. Ms. v. ἴσχειν. PORS.

129. οὗτος πάρα. Unde autem hic Amphitheus præsto est, qui paulo ante per lictores e concione esset ejectus? Aut igitur statuendum Prytanes eum v. 56. minis tantum coercuisse, Amphitheumque in concione mansisse, aut ejectum quidem, sed tamen clam paulo post rediisse. SCHUTZ.

130. Nempe superius v. 54. questus erat Amphitheus, frustra se viaticum a prytanibus petiisse. ELM.

132. τῇ πλάτιδι. Schol. τῇ γυναικί· παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην. Ejusdem originis est ἐμπελάτειρα, quo usus est Callimachus pro *concubina*: τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν. Vide Gatakerum Opp. tom. i. p. 78. et Toupium Epist. crit. p. 99. Euripid. Androm. 24. ἄρσεν' ἐντίκτω γόνον | πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί. et Æschyl. Prom. 904. μηδὲ πλαθείην γαμέτᾳ | τινὶ τῶν ἐξ Οὐρανοῦ. BRUNCK.

133. κεχήνατε. Id est, *vana spe vos deludi sinite*. KUST. Sperantes et exspectantes ore hiante spectant eo, unde res sperata ventura est. In Av. 265. καί τοι κέχηνα γ' ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπων. BERG. Κεχήνετε. κεχήνατε vulgo. Imperativum κεκράγετε legitur in Vesp. 415. ELM. Κεχήνατε agnoscit Suid. in ipsa voce. ID.

134. Dele KH. θέωρ' et sic Ald. BENT. Ὁδί. ὅδε edd. ante Brunckium, quæ in fine versus Θέωρ' addunt Præconi tributum, versu scilicet ad hunc modum ordinato: προσίτω Θέω|ρος ὁ παρὰ Σιτάλ|κους. ὅδε. Θέωρ'. Ut alia omittam, primam in Σιτάλκης producit Hermippus apud Athen. p. 27. E. Brunckius, inconsulto lectore, Θέωρ' omisit. et ὅδε in ὁδί mutavit. ELM.

135. Malim οὑτοσὶ κηρύττεται. Vulgatam habet Suidas in εἰσκηρύττεται. ELM. Præsens verbi tempus aptius, quam præteritum, quod habet R. εἰσκεκήρυκται. SCHUTZ.

136. Pro ἦμεν malim ἔμενον, vel ἔμειν' ἄν, ut respondeat singularibus ἔφερες in proximo versu, ἔπινον v. 141. ἤγαγε 155. ELM. Nunc video legendum esse, οὐκ ἔμειν' ἄν. Vulgata scriptura nata est ex οὐκ ἂν in proximo versu. Minus recte legeretur, οὐκ ἂν ἔμειν' ἄν. Vide ad v. 127. ID.

138. Citat Suidas v. εἰ μὴ κατένιψε, [et ψυχροῦ βίου. Sequentem versum utrobique omittit. ELM.] KUST. Om. Suid. Ms. εἰ μὴ κ.—τ. Θ. χ. πολλῇ ed. Ms. ψυχροῦ. PORS. Istorum sensus est, ut videtur; ' τὴν Θρᾴκην χιόνι πολλῇ Suid. ed. Med. in εἰ μὴ et ψυχροῦ. Priorem locum omittit Ms. et in posteriore cum edito consentit.' DOBR.

140. *Quo tempore hic* (i. e. Athenis) *Theognis dramata sua commisit* (vel, *in theatrum produxit*). Salse enim Comicus noster hic ridet Theognidem ut poetam malum: quippe quem adeo frigidum fuisse dicit, ut, cum Athenis fabulas suas committeret, Thraciam etiam, licet longe dissitam, gelida nive obruerit, et frigore poematum suorum fluvios ibi constrinxerit. Videtur nimirum contigisse, ut sub idem tempus, quo Theognis Athenis drama suum committebat, multa nix in Thracia caderet, et præ frigore flumina consisterent: cujus rei caussa cum naturæ tribuenda esset, Aristophanes eam lepide frigori poematum Theognidis assignat. KUST. In Thesm. 170. ὁ δ' αὖ Θέογνις ψυχρὸς ὢν ψυχρῶς ποιεῖ. BRUNCK. Ἡνίκα Θ. Suid. Ms. ψυχροῦ. PORS. Ἡνίκα Θέογνις ἠγωνίζετο Suidas in εἰ μὴ κατένιψε et ψυχροῦ βίου. ELM.

142. φιλαθήναιός γ' ἦν contra metrum R. Vel ex hoc versu, vel ex sequente, ejiciendum videtur ἦν. ELM. Hodie malim, καὶ δῆτα φιλαθήναιος ὁ μὲν ὑπερφυῶς. Respondet, ὁ δ' υἱὸς v. 145. Inducendum videtur μὲν etiam in Eq. 792. καὶ πῶς τοῦτον σὺ φιλεῖς, ὃς ὁρῶν οἰκοῦντα μὲν ἐν πιθάκναισι. Sequitur, Ἀρχεπτολέμου δὲ φέροντος v. 794. Quod vulgo legitur, ἐν ταῖς πιθάκναισι, procul dubio mendosum est. ID.

143. φιλεῖν et ἐρᾶν eodem modo conjungit noster in Eq. 732. ὅτιὴ φιλῶ σ', ὦ δῆμ', ἐραστής τ' εἰμὶ σός. 1341. ὦ δῆμ', ἐραστής εἰμι σὸς, φιλῶ τέ σε. ELM.

144. Leg. ἔγραφ' et sic Ald. Ἔγραφον Suid. in Καλοί. BENT. ἔγραφ'. Sic A. C. In B. a prima manu ἔγραφον, superscriptis binis lectionibus ἔγραφ', ἔγραφεν. BRUNCK. Ἔγραφ' Dawes. Misc. Crit. p. 254. ἔγραφεν Markland. ad Eurip. Suppl. 901. et ita ex Veneta edidit Berglerus, quod et emendaverat Sanctamandus Ms. apud Burgess. Not. in Dawes. p. 469. ex Gryphio. Sic etiam citat Kusterus ad Suidam iii. p. 251. ἔγραφον. sic Suid. ed. Ms. v. καλός. PORS. Callim. apud Laertium in Diodoro: αὐτὸς ὁ Μῶμος Ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός. BERG.

145. ὁ δ' υἱός. De Sitalce et filio Sadoco consulendus Thucyd. ii. 29. 67. 95-101. iv. 101. ELM.

146. φαγεῖν ἀλλᾶντος. Sic Membr. Vulgo ἀλλᾶντας.—ἐξ Ἀπατουρίων. Quia primo hujus festi die ad epulas conveniebant curiales et cognati, in quibus ἀλλᾶντας, quos Galli *andouilles* appellant, probabile est apponi solitum fuisse. In Xenophontis Hellenicorum i. p. 43. edit. Lips. male legitur: μετὰ δὲ ταῦτα ἐγένετο Ἀπατούρια, ἐν οἷς οἵ τε ΠΑΤΕΡΕΣ καὶ οἱ

ξυγγενεῖς ξύνεισι σφίσιν αὐτοῖς. Legendum ΦΡΑΤΟΡΕΣ. Brunck. Ἀλλᾶντας. ἀλλᾶντος non male A. Brunckius. Sic φαγεῖν ἐλατῆρος Eq. 1181. Utrobique subauditur τόμον. Vulgatam tuentur R. Suidas in ἀλλαντοπώλης et Ἀπατούρια. Elm. Ad hunc l. Scholiastes et doctus Bisetus nullum alium jocum agnoscunt, quam ex allusione ad vocem ἀπάτη, quæ fraudem significant. At ego aliter puto, et potius alludere Comicum ad vocem ἀπάτωρ, et salse innuere filium Sitalcis cupere esse sine patre, ut rex scilicet fieret. Palmer. Neutra ratio placet. Utraque enim, quæ hic quæritur allusione, salsum Aristophanis dictum evanido sale conspergitur, ut scilicet salsius fiat. Sitalcis filius potius audiverat in festo Apaturiorum Athenienses vesci farciminibus alliatis, quæ haberentur in deliciis epularum; horum adeo appetentem fingit eum poeta, ut propterea etiam patrem ad mittenda Atheniensibus auxilia sollicitaret. Schutz.

152. Versum hunc in omnibus impressis omissum, exhibent tres Regii codd. ut et V. Brunck. Ἐνταυθί. ἐνταυθοῖ vulgo, quæ Ionica forma est. ἐνταῦθα R. Atticum est ἐνταυθὶ, ut ἐνθαδὶ, ἐνθενδὶ, ἐντευθενί. ἐνταυθὶ habet Rav. in Lys. 570. et fortasse alibi. In Thesm. 646. omnes ἔν γε ταυθὶ repræsentant. In Eurip. Iph. Taur. 1010. ex emendatione Canteri et Marklandi legitur: ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα. Pro ἐνταυθοῖ, quod agnoscunt omnes editiones, tragicorum consuetudo non admittit ἐνταυθί. Præterea nonnihil tautologiæ in hac sententia deprehendit Musgravius. Si legas ἔμπροσθεν, omnia recte se habebunt. Præter hunc locum, ἐνταυθοῖ nusquam apud tragicos offendi. Elm. Πλὴν τῶν παρνόπων. Significat se nihil eorum, quæ Theorus narraverat credere, præter hoc, Thraces, si venturi essent, locustis similes fore. Schutz.

153. Θρᾳκῶν ἔθνος. Sic Membr. Vulgo γένος. Brunck.

154. σαφές. Sic C. ut impressi. In A. B. σαφῶς. At in hoc superscriptum σαφές. Brunck. Lege, ἤδη. *Hoc quidem probe noram.* Vide Dawes. Misc. Crit. p. 232. Pors. Est formula ironica: *Hoc quidem hercle manifestum est.* Schutz.

158. Locum hunc citat Suidas v. ἀποτεθρίακεν [Zonaras i. 272. Bekker. Anecd. i. 437, 7. Dind.] v. Ὀδόμαντες, et v. πέος, ubi constanter legitur ἀποτεθρίακεν, non ἀποτέθρακεν, ut hodierni codices Aristophanis habent. Præferendam autem esse lectionem Suidæ, suadet non solum auctoritas veteris Scholiastæ, sed etiam aliorum Grammaticorum, qui vocem illam deducunt a θρῖον, i. e. *folium ficus.* Hesychius: ἀποθριάζειν, τὸ ἀφαιρεῖν φύλλα συκῆς. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ ὁτιοῦν ἀφαιρεῖν. Idem alibi ad hunc ipsum locum Aristophanis respiciens, ait: ἀποτεθρίακεν, ἀποπεφύλακεν, (lego ἀποπεφύλλικεν, i. e. *folia destrinxit:* ab ἀποφυλλίζω) ἀπεκάθαρεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν συκοφύλλων. Ex ultimis verbis satis apparet, respexisse Hesychium, ut diximus, ad locum hunc Comici nostri. Vide etiam Etym. v. ἀποθριάζειν. Ex dictis igitur patet, τὸ ἀποθριάζειν proprie significare *folia ficus destringere:* at metaphorice etiam de aliis rebus dici. Uti hoc loco ἀποθριάζειν τὸ πέος, est: *veretrum destringere,* sive *glandem ejus nudare;* quod Odomantes vel ex more et instituto, vel ex libidine identidem fecisse videntur. Alii tamen de circumcisione pelliculæ, quæ superiorem glandis partem tegit, locum hunc interpretantur: cui sententiæ favere videtur vox ἀπεψωλημένος, quæ mox sequitur. Ea quippe interdum significat *recutitum,* sive *circumcisum;* quales hodie sunt Judæi, et olim Ægyptii et Phœnices. Sed tamen priorem interpretationem præferam, donec ex veterum monumentis aliquis probaverit, Odomantes, quæ erat gens Thraciæ, olim circumcidi solitos fuisse. Kust. Schol. Comici ad Equites 1007. hunc locum citans legit ἀποτεθρίακεν, ut Suidas et Hesychius, quos citavit Kusterus, cujus notæ videri possunt. Si retinendum est ἀποτέθρακεν, puto Comicum formasse ἀποθράσσειν a Θρᾷκες, ut sæpe solet ex re præsenti verba fingere, alludentem ad θράσσειν, unde θράξαι φρένας apud Æschylum in Prom. 629. et apud Eurip. in Rheso 863. ut sit simile verbo ἀποσκυθίζειν. Euripides in Troad. 1026. κρᾶτ' ἀπεσκυθισμένην. Idem in Electra 241. καὶ κρᾶτα πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ. Similiter in vocibus Θρᾷξ et θράττειν lusit Theodorus apud Aristot. Rhet. iii. c. 111. qui ad Niconem Citharœdum, qui putabatur Thrax esse, dixerat θράττει σε. Berg. Lege ἀποτεθρίακεν ex Hesych. et Suid. in Ἀποτεθ—, Ὀδόμ—, et Πέος. Bent. Ἀποτέθρακεν ἄν. Dele ἂν et lege cum Kustero ἀποτεθρίακε, auctore Suida vv. ἀποτεθρίακεν, Ὀδόμαντις, πέος. Et sic citat Scholiastes ad Eq. 1007. ἀποτεθρίακεν Suid. ed. Ms. in v. et ὀδόμαντ. et πέος. Pors. Equidem scripsisse poetam arbitror ἀποθριάζειν, certe si forma ἀποτέθρακε, ad nomen Thracum alludendo uti maluit, non verbum θράττειν, sed unice ἀποθριάζειν intelligi voluit. Hoc igitur explicandum est. De circumcisione minime cogitandum; nec de more quodam aut libidine Odomanto-

rum. Sed Dicæopolis, sicut antea non veros Eunuchos legati Persarum adductos esse significabat, hoc loco suspicatur Odomantos illos esse homines quosdam Athenienses, quos Theorus Odomantos esse per fraudem et fallaciam Prytanibus persuadere cupiat. Hos itaque Dicæopolis pathicos aut cinædos esse criminaturus, quærit *τίς τῶν 'Οδομάντων τὸ πέος ἀποτεθρίακε*; Et hæc loquutio *τὸ πέος ἀποθριάζειν*, (quia *συκῆ* sæpe nequiter *penem*, *τὸ θρίον* autem *cutem penis* significabat, qua de re conferenda Palmerii nota ad Eccles. v. 703.) primum de masturbatione usurpata, deinde autem ut h. l. de libidine mascula, ita ut *τὸ πέος τινος ἀποθριάζειν*, nihil aliud sit, quam cum ut scortum masculum subigere, qua fœditate, dum muliebria patitur cinædus æque ac in masturbatione ejus *πέος ἀποθριάζεται*. Itaque non est vertendum: quis horum *Odomantorum penem mutilavit*, sed potius *deglupsit*; ut Plaut. Pœnul. v. 5, 33. *deglupta mæna* est convicium in hominem et pathicum. Itaque paulo post *ἀπεψωλημένοι*, non sunt *recutiti*, sed *deglupti*. SCHUTZ. *τίς τῶν 'Οδομάντων τὸ πέος ἀποτέθρακε; τίς*; Sic scriptum in C. Vulgo *τίς τῶν 'Οδομάντων τὸ πέος ἀποτέθρακεν ἄν*; Istud *ἂν* in fine versus a sciolo inepte additum membr. non agnoscunt, in quibus perspicue etiam scriptum *ἀποτέθρακεν*. Hunc versum ter citat Suidas et ubique habet, *τίς τῶν 'Οδομάντων τὸ πέος ἀποτεθρίακε*; Quæ lectio, vulgata sane melior, an nostræ præstet, dubito. Probabile est Comicum verbo *ἀποτέθρακε* usum fuisse per jocum, alludendo ad nomen *Θρᾷκες*. BRUNCK. Optima est, quam dedimus, hujus versus lectio. Istud *τίς*; cum indignatione proferendum, et tantumdem valet ac *Quid id tu quæris?* Gallice diceremus: *Belle demande!* ID. Ego ultimum *τίς* a Dicæopolide pernuntiari arbitror. Legatus potius se nihil eorum, quæ ille dixerat, audivisse simulat. SCHUTZ. Sæpenumero librariis fraudi fuit prior syllaba in *θρῖον* producta. Vide inferius v. 1102. Vesp. 1312. ELM.

159. *ἐὰν δραχμὰς δύο τις* vulgo. Quod edidi [*ἐάν τις δύο δραχμὰς*] est in R. Idem ordo est in Ran. 173. *πόσ' ἄττα*; *ταυτί. δύο δραχμὰς μισθὸν τελεῖς*. ELM.

160. *καταπελτάσονται*. Apparet peltastas sive parmularios fuisse hos Thracas. Thucydides l. ii. *πείσειν γὰρ* (*ὑπεδέχετο*) *Σιτάλκην πέμψειν στρατιὰν Θρᾳκίαν 'Αθηναίοις ἱππέων τε καὶ πελταστῶν*. Vide Lysistr. 565. BERG. Hesychius: *καταπελτάσονται· καταδραμοῦνται· ἀπὸ τῶν πελταστῶν*. Thucyd. ii. 29. *πείσειν γὰρ Σ. πέμψαι στ. Θρᾳκικὴν Α. ἱ. τε καὶ π.* ELM. Adde Lys. 563. *ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ πέλτην σείων κἀκόντιον, ὥσπερ ὁ Τηρεύς*. Xenoph. Mem. iii. 9. 2. *δῆλον μὲν γὰρ, ὅτι Σκύθαι καὶ Θρᾷκες οὐκ ἂν τολμήσειαν ἀσπίδας καὶ δόρατα λαβόντες Λακεδαιμονίοις διαμάχεσθαι* (*μάχεσθαι* alii. vide v. 1082.)· *φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι οὔτ' ἂν Θρᾳξὶν ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις, οὔτε Σκύθαις ἐν τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι*. ID.

162. Lege *μέν τ' ἄν γ'* vel *ἄρ'*. BENT. *"Αν γ'* Markland. ad Eurip. Suppl. 376. PORS. *ἄν γ' ὁ*—Sic recte B. Vulgo omissa particula, quæ inseri debuit fulciendo versui. BRUNCK. Improbante Porsono ad Med. 863. Vide inferius v. 544. 710. 906. ELM. Qui *μέν τἂν ὁ*— edidit. Cf. ad Ecclesiaz. 681. DIND. *Θρανίτης*. Vide ad Ranas 1106. BERG. Citat Suid. v. *θρανίτης*. KUST.

163. *οἴμοι τάλας, ἀπόλλυμαι*. Sic etiam, ut impressi, tres codd. Vide notam ad Av. 1494. BRUNCK. Cibaria secum in concionem attulerat Dicæopolis, de quo more noster Eccl. 306. *ἀλλ' ἧκεν ἕκαστος | ἐν ἀσκιδίῳ φέρων | πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον | ἂν, καὶ δύο κρομμύω, | καὶ τρεῖς ἂν ἐλαίας*. ELM.

165. Pessime in hoc versu notatæ vulgo personæ, quas ad codd. fidem in ordinem restitui.—*οὐ καταβαλεῖτε*.—In membr. *οὐκ ἀποβαλεῖτε*. BRUNCK.

166. *ἐσκοροδισμένοις*. Vide Suidam hac voce. KUST. Gustato enim allio acrius pugnaturi erant, gallinaceorum more, quorum ad pugnas hic adluditur. In Eq. 493. Chorus isiciario allium dat, cui percontanti quamobrem id comedere debeat, respondet ille: *ἵν' ἄμεινον, ὦ 'τὰν, ἐσκοροδισμένος μάχῃ*. BRUNCK. Hesychius: *ἐσκοροδισμένος· σκόροδα βεβρωκώς· 'Αριστοφάνης ἐν 'Αχαρνεῦσι παίζει, ἅμα μὲν ὅτι σκοροδοφαγοῦσι οἱ Θρᾷκες, ἅμα δὲ ὅτι παροξύνονται οἱ ἀλέκτορες πρὸς τὰς μάχας, ὅταν ἐμφάγωσι τῶν σκορόδων*. Vide Eq. 494. Activum *ἐσκορόδισας* est in ejusdem fabulæ v. 946. ELM.

171. *διοσημί' ἐστί*. Schol. *διοσημία, ὁ παρὰ καιρὸν χειμών*. Congregato in concione populo, si tempestas subita ingrueret, vel omen aliquod inauspicatum se offerret, solvebatur illico concio, et in alium diem indicebatur. BRUNCK. *Διοσημία 'στί*. [Sic recte etiam Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. 246. DIND.] *διοσημί' ἐστὶ* vulgo. *διοσημία ἐστὶ* Suidas in *διοσημία*. ELM. Suid. *Διοσημία*. ubi ed. Med. *Διοσημία ἐστί*. PORS.

172. *παρεῖναι δ' εἰς ἔνην*. Hesychius: *εἰς ἔνην, εἰς τρίτην*. Schol. *οἷον εἰς τρίτην*, quam ejus interpretationem alteri, *εἰς τριακάδα*, præferendam esse ostendit Sam. Petitus Leg. Att. p. 277. BRUNCK. Con-

sulendi Hesychii interpretes. In Eccl. 796. ubi antea legebatur *ἔνης*, Brunckius ex cod. *ἔνην* dedit. Sic *αὔριον* et *εἰς αὔριον* dicebant. Elm.

173. Meminerint tirones *λύεσθαι μὲν τὴν ἐκκλησίαν, ἀφίεσθαι δὲ τὴν βουλὴν καὶ τὰ δικαστήρια.* Vid. Eq. 764. Vesp. 595. Eccl. 377. Elm.

174. *μυττωτὸν ὅσον ἀπώλεσα.* *Quantum moretum perdidi.* Quia personati illi Thraces allia, quæ secum adtulerat, abripuerant et comederant. Alliorum autem præcipuus usus in moreti confectione, ut ostendit Virgilii carmen. Brunck.

176. *μήπω, πρὶν ἄν γε στῶ τρέχων.* Mendose in omnibus libris, *μήπωγε, πρὶν ἂν στῶ τρέχων.* Brunck. Præter hujus fabulæ v. 296. *πρὶν ἄν γε* habet noster in Eq. 961. Vesp. 920. Eccl. 770. Nec minus bene dicitur *πρίν γ' ἂν* in Av. 585. Ran. 78. 845. Eccl. 857. quæ scriptura restituenda videtur in Ran. 1281. In Lys. 1005. malim : *πρίν χ' ἅπαντες.* Elm.

177. Citat hunc versum et Nub. 167. Porsonus ad Eurip. Phœn. 1222. *ἢν μή με φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα.* Elm. *Ἀχαρνέας.* Isti persequuntur Amphitheum, quod sensissent eum pacem ferre ; adversantur autem paci præ ceteris Atheniensibus, quia eorum pagus Acharnæ erat maximus et præcipue augebat militiam Atheniensium, teste Thucyd. l. ii. [c. 19.] Hinc sperabant fore, ut adhuc ulciscantur Lacedæmonios, qui ipsorum agros vastaverant. Berg. Præter hanc fabulam, memorantur Eupolidis *Προσπάλτιοι*, Strattidis *Ποτάμιοι*, Antiphanis *Φρεάρριος*, Menandri *Ἁλαιεὺς*, Philippidis *Λακιάδαι*, et aliæ fortasse, quæ nomina a pagis Atticis acceperunt. De nostri *Ἀναγύρῳ* dubitandi locus est. Elm.

178. Vulgo sic legitur hic versus parum concinnis numeris: *τί δ' ἐστί; σοὶ μὲν δεῦρο 'γὼ σπονδὰς φέρων.* In A. C. *τί δ' ἐστίν; ἐγὼ μέν σοι δεῦρο σπονδὰς φέρων.* Inde sponte sua emergit venustus versus : *τί δ' ἐστίν;—ἐγὼ μὲν δεῦρό σοι σπονδὰς φέρων.* Brunck. Sic etiam Elm. qui tamen δ' omisit. Dind. Hodie hic *τί ἐστ'* malim, et *ἤστραπτ'* v. 531. Nam longe rarius quam putaram anapæstum in hoc metri genere inchoat ultima vocis syllaba. Exemplorum quæ in ed. Brunckiana comparent pars magna ne tironibus quidem moram facere poterit. Lectorum patientia abuterer, si monerem iambum pro anapæsto facillime restitui posse in Eq. 633. *καὶ τοῖσι φενακισμοῖσιν ἐξαπατωμένην.* Talia igitur exempla omitto, ut et ea in quibus diphthongus OI ante vocalem pro correpta haberi possit. Majori jure prætermittenda sunt loca aperte vitiosa quæ dactylum aut tribrachyn ante anapæstum sistant : quorum pleraque jam diu emendarunt rei metricæ periti. Reliqua omnia quæ in his undecim fabulis observavi subjiciam, iis præmissis in quibus anapæstum inchoat vox disyllaba. Ach. 6. *τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσε.* Verba *πέντε ταλάντοις* aliter in versu stare non poterant. Ibid. 800. 832. 849. 912. 914. De his dixi singillatim suis locis. Eq. 26. *μόλωμεν, αὐτὸ, μόλωμεν, αὐτομολῶμεν. ἤν.* Hoc per jocum dictum est. Ibid. 1352. Legendum, *καταμισθοφορεῖν· τούτοιν ὁ τὸν μισθὸν λέγων.* Nub. 70. *ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων· ἐγὼ δ' ἔφην.* Ibid. 688. *ἐν* omittit Aldus. Ibid. 745. *ἐς* omittit Aldus. Versu præcedente scribendum, *τῇ γνώμῃ.* Ibid. 1221. *ζῶν· ἀλλὰ καλοῦμαι Στρεψιάδην. τίς οὑτοσί.* Vesp. 318. *ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' ἰδεῖν.* Ita hunc versum repræsentavit Porsonus ad Hecub. 1169. Aliter Dawesius p. 263. *ἀλλ' οἷός τ' οὐκ εἰμ' ἰδεῖν.* Pac. 48. *ἀναιδέως* Rav. malim, *ἡδέως*, omisso *τὴν*, ut in Vesp. 1367. *ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην.* Av. 114. Cum huic *μὲν* nullum respondeat *δὲ*, legi posset, *ὅτι πρῶτον ᾖσθ'.* Ibid. 1026. *μὴ πράγματ' ἔχειν, ἀλλ' ἀπιέναι· νὴ τοὺς θεούς.* Ibid. 1670. *καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον* Aldus. Lys. 768. Futurum *στασιῶμεν* habent Junta et Rav. unde totum locum ita constituo : *ὡς χρησμὸς ἡμῖν ἐστιν ἐπικρατεῖν ἀεὶ, | εἰ μὴ στασιῶμεν ἔτι. τίς ἐστιν οὑτοσί*; Ibid. 838. Malim, *ἐμὸς ἀνήρ.* Ibid. 927. Scribendum videtur, *ἀλλ' οὐδὲ δέομαι 'γωγε*, et v. 758. *ἀλλ' οὐδὲ δύναμαι 'γωγε.* Thesm. 176. *ἔα* monosyllabon est. Ibid. 280. *θέασαι* fortasse disyllabon est. Vide Pac. 906. Thesm. 1190. Pro *οὐκὶ* legi posset *οὐ*, sed versus alioqui mendosus videtur. Ibid. 1197. *τὸ* delevit Bentleius. Ran. 300. *τοῦτό γ' ἧττον* Rav. Ibid. 557. Repone, *ἂν γνῶναί σ'.* Ibid. 652. 658. Utrobique verba *δεῦρο πάλιν* conjunctim efferuntur, ut *ἀκούετε λεῴ, αὐτίκα μάλα*, et similia, quæ sæpe legem violant a Dawesio p. 211. propositam. Ibid. 1407. Malim, *καὶ μὴ κατ' ἔπος ἔμοιγ' ἔτ'.* Ibid. 1462. Fortasse, *μὴ ἐκεῖ σύ γ'.* Eccl. 270. *τὸν ἄνδρ' ἐθεᾶσθ'* Ravennas. Ibid. 453. *τε* omittit Rav. Plut. 75. Ex Eq. 26. scribendum, *ἤν· μεθίεμαι.* Plut. 482. Lego, *τὸ γὰρ αὔτ', ἐάν γ' ἡττᾶσθε.* Longe facilius emendantur loca ubi prior vox hyperdisyllaba est. Eq. 1346. *ταυτί μ' ἔδρων* Rav. Nub. 684. *Λύσιλλα, Φίλιννα, Κλειταγόρα, Δημητρία.* Nomen proprium. Ibid. 1458. *ὅντινα* tacite Porsonus ad Hecub. 1175. Vesp. 25. Repone, *τοιοῦτ'.* Ibid. 155. *φυλάττεθ'* Aldus. Malim, *φύλατθ'.* Ibid. 1369. Malim, *κλέψαντα συμποτῶν.*

Ibid. 1382. Legendum, Ὀλυμπίασιν ἡνίκ'. Ibid. 1431. Solœcum ἂν non admittit Aldus. Pac. 1201. νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ. Ita hunc versum repræsentant edd. omnes ante Brunckium, quibus concinunt duo codd. ab eo collati et Ravennas. Emendavit, ut potuit, Dawesius p. 203. et paullo aliter Brunckius. Miror neutri in mentem venisse plane absurdum esse falces quinquaginta drachmis æstimari, cum proximo versu cadi trinis veneant. Cæteris conjecturis accedit mea. νυνὶ δ' ἐγὼ μὲν πεντέδραχμα ταῦτ' ἐμπολῶ, | ὁδὶ δὲ τριδράχμους τοὺς κάδους εἰς τοὺς ἀγρούς. Av. 843. Scribe, κήρυκα πέμψον. Ibid. 1017. Legendum videtur, ὑπάγοιμί τἄρ' ἄν, νὴ Δί'. Ibid. 1024. Fortasse delendum δέ. Ibid. 1205. Manifesto scribendum, συλλήψεται. Ibid. 1208. Scribendum, τουτὶ πρᾶγμα. Vide ad Ach. 1049. Av. 1479. τὸν non agnoscit Rav. Lys. 44. κροκωτοφοῦσαι duo codd. apud Brunckium, et Clemens Alexandrinus Pæd. II. p. 235. monente Bentleio. Ibid. 200. Hæc nondum expedio. Toupii emendationem male recepit Brunckius. Ibid. 1009. φράζε περὶ διαλλαγῶν Junta et Rav. Thesm. 340. κατεῖπεν, ἢ Bentleius. Ibid. 1198. κομιεῖς Bentleius. Ran. 655. ἐπεὶ προτιμᾷς γ' οὐδὲν codex Harleianus uterque. Verba ἱππέας ὁρῶ superiore versu διὰ μέσου sunt. Ibid. 1393. μέθεσθε, μέθεσθε Porsonus ad Or. 141. Malim, κόκκυ, μέθεσθε ex v. 1384. Eccl. 167. ἐκεῖνον· εἶτι βλέψασα γὰρ Aldus. Legendum, ἐκεινονί· βλέψασα γάρ. Ibid. 508. χάλα Aldus. Fortasse, χάλα σύ. Ibid. 842. ἑστᾶσ' ἐφεξῆς Porsonus ad Orest. 1645. Plut. 824. Monosyllabon est ἔα. Elm. in Auctario.

179. Hesychius: ὠσφρῶντο· σύνηκαν, ᾔσθοντο, ἔγνωσαν. Huc sine dubio respexit grammaticus, sed depravatam scripturam secutus est. Eodem vitio laborat Antiphanes apud Athen. p. 299. E. ubi pro ὀφρᾶσθαι reponendum ὀσφρέσθαι. Sincera forma ὀσφρόμενος legitur in Vesp. 792. In Thesm. 495. fere cum Dawesio p. 320. scribendum: ἵν' ὀσφρόμενος ἁνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιών. Maluit Dawesius: ἀπὸ τοῦ τείχους ἰών: sed articulus recte abest, ut in Av. 497. ἔξω τείχους. [Cum recte dicatur τεῖχος sine articulo, malim in Av. 1119. ἀλλ' ὡς ἀπὸ τείχους οὐ πάρεστιν ἄγγελος οὐδείς, ὅτου πευσόμεθα τἀκεῖ πράγματα. Vulgo paullo minus recte omittitur particula negans ante verbum. Elm. in Auctario.] Præterea ὀσφραίνεσθαι male tribuitur Eupolidi apud Priscianum p. 1193. Legendum: προσένεγκέ μοὔγγυς τὸ στόμ' ὀσφρέσθαι τὸ σόν. Recentiores formam prorsus diversam usurparunt. ὀσφρανθῶσι habet Philemo apud Athen. p. 289. A. ὀσφράνθητι Macho apud eundem p. 577. F. Futurum ὀσφρήσεται habet noster Pac. 152. Elm.

180. Lege potius στυπτοὶ a στύφειν. Erotianus citat in serie sua Στεριφνοὶ quod potius στρυφνοί. Hesych. Στρυφνὸν, ἀπεστυμμένον. sed Etymol. in Ἀτεράμων habet στιπτοί. idem in sua serie male Σιπτοί. Bent. Στιπτοὶ γέροντες. Ad hunc locum respexit Etymologus: σιπτοὶ, πυκνοὶ, καὶ στεῤῥοί. Ἀριστοφάνης. Rescribe, στιπτοί: ut recte legitur apud eundem v. ἀτεράμων, ubi locum hunc Comici citat. Est autem στιπτοὶ, vel, ut quidam scribunt, στειπτοὶ, a στείβω, *calco, condenso, constipo*: ut recte Scholiastes ad h. l., et ex eo Suidas v. στιπτοί. Erotianus tamen (quod notandum) in hoc loco Comici pro στιπτοὶ olim legit στεριφνοί. Ait enim: στεριφνούς. πυκνούς. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσί φησι· στεριφνοὶ γέροντες, πρίνινοι, ἀτέραμνοι, Μαραθωνομάχαι, καὶ σφενδάμνινοι. Sed altera lectio præferenda est, ut quæ plurium Grammaticorum auctoritate confirmatur. Kust. Στιπτοί. Male in A. B. στυπτοί. Brunck. Στυπτοὶ A. B. στέριφνοι vel στεριφνοὶ Erotianus in στερίφνους, a Kustero indicatus. Verba Hippocratis quæ respexit Erotianus in p. 337. indicarunt interpretes, ubi hodie στρυφνοὺς legitur, quod in exemplari suo Galenum habuisse monet Foesius. Satis commode apud nostrum legeretur vel στρυφνοὶ vel στέριφοι. In Vesp. 877. στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος habetur. Receptam tuetur Hesychius: στιπτός· πυκνὸς, ἢ στερεὸς καὶ πεπιλημένος· ἀπὸ τοῦ στείβειν, τὸ πατεῖν. Hesychio simillima habet Schol., cui pro συνάπτονται restituendum συμπατοῦνται ex Polluce vii. 38. Scholiasten describit Suidas in στιπτοί. Plura dabit Ruhnkenius ad Timæum p. 156, 238. Elm. Πρίνινοι. Ad h. l. respexit Julianus Imperator in Misopogone: πρίνινον, σφενδάμνινον, οὐκέτι μέντοι καὶ Μαραθωνομάχην, ἀλλ' Ἀχαρνέα μὲν ἐξ ἡμισείας, ἀηδῆ δ' ἐς ἄνδρας παντάπασι, καὶ ἄχαριν. Kust.

181. Μαραθωνομάχαι. In membr. minus bene Μαραθωνομάχοι. De his formis in ης loco vulgarium in ος, vide Valckenario notata ad Eurip. Phœn. p. 42. et nobis ad Æschyli Pers. 554. Vulgatam adfirmat Juliani locus a Kustero prolatus. Brunck. Μαραθωνομάχοι A. et Suidas in ἀτεράμονες, quam formam habet noster in Nub. 987. Receptam scripturam tuentur Suidas in Μαραθὼν, Erotianus in στεριφνοὺς, et Julianus imperator Misop. p. 350. D. a Kustero indicatus. Elm. Vocem σφενδάμνινοι hinc allegat Pollux x. 35. Id. Suid. v. ἀτέραμνον. Pors.

186. *βοώντων.* Pro *βοάτωσαν.* Sophocl. Aj. *οἱ δ' οὖν γελώντων.* Berg.

189. *ἀρέσκουσιν.* Sic emendate scriptum in B. Vacillat in impressis versus ex omissione *ν* paragogici. Brunck.

192. Hunc versum et sequentem non agnoscit R. Elm. Inducias decennales non excludere ait metum belli post decennium recrudescentis, quia per hos annos legati ad civitates mittantur, qui eas ad subsidia belli comparanda excitent, earumque moras ac segnitiem accusent. Schutz.

193. *Ὄζουσι χ' αὗται πρέσβεων ἐς τὰς πόλεις Ὀξύτατον, ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.* Dictum hoc, quasi idem esset *ἡ διατριβὴ τῶν ξυμμάχων ταῖς πρεσβείαις ἐς τὰς πόλεις.* Repone, quod et *ἀττικώτερον: Ὀξύτατα, χ' ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.* Sæpius, præsertim primis versibus, periit copula, velut et Vesp. 806. scribendum *χ' ὕοντος*, siquidem aliud est ningere, aliud pluere. Hotib. V. Herman. Elem. doctr. metr. p. 129. Dind. Malim *ὀξύτατα, χὤσπερ*, ubi *ὥσπερ* fere *παρέλκει*, ut in hoc Pherecratis apud Athen. p. 648. C. *ἐκ τοῦ στόματος τῶν αἰγιδίων ὄζειν ὥσπερ μελικήρας.* Quæ verba ita vulgo leguntur: *ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικῆρας.* Eodem fere modo locutus est noster Pac. 234. *καὶ γὰρ ὥσπερ ᾐσθόμην καὐτὸς θυΐας φθέγμα πολεμιστηρίας.* Id est: *φθέγμα ὥσπερ θυΐας.* Unde fortasse defendi potest Pherecratei versus vulgata scriptura. Elm. Non dissimilis est particulæ *ὥσπερ* usus in Nub. 1276. *τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.* Vesp. 395. *ὥσπερ φωνή μέ τις ἐγκεκύκλωται.* Thesm. 869. *ἀλλ' ὥσπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν.* Nos, *As it were.* Cæterum in hoc Acharnensium loco rectissime se habet vulgata scriptura. Similia sunt in Pac. 525. *οἷον δὲ πνεῖς· ὡς ἡδὺ κατὰ τῆς καρδίας, | γλυκύτατον, ὥσπερ ἀστρατείας καὶ μύρου.* Præterea vereor ut Atticum sit *ὀξύτατα ὄζειν*, quod paullo serius animadvertisse pudet. Nam sciunt linguæ Græcæ peritiores inter *ὀξύτατον* et *ὀξύτατα* tantum fere interesse, quantum inter *ὀξὺ* et *ὀξέως.* Quæ quidem differentia etsi plerisque jam satis nota atque perspecta est, prima Græci sermonis elementa discentibus melius fortasse ex aliquot exemplis patebit. Dixit igitur noster Plut. 629. *ὡς εὐτυχεῖθ', ὡς μακαρίως πεπράγατε.* 633. *ὁ δεσπότης πέπραγεν εὐτυχέστατα.* 981. *οὐ πολλά· καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο.* 992. *λέγεις ἐρῶντ' ἄνθρωπον ἐκνομιώτατα.* Eq. 451. *παῖ' ἀνδρικῶς.* 453. *παῖ' αὐτὸν ἀνδρικώτατα.* Adde *κακῶς ἀπολοίμην*, et *κάκιστ' ἀπολοίμην*, quæ passim leguntur. Veniamus ad alteram formam. Noster Ach. 852. *ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν.* Thesm. 254. *ἡδύ γ' ὄζει ποσθίου.* Plut. 1020. *ὄζειν τε τῆς χροίας ἔφασκεν ἡδύ μου.* Ran. 338. *ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.* Pac. 87. *καὶ μὴ πνεῖ μοι κακὸν, ἀντιβολῶ σ'.* Pherecrates apud Athen. p. 159. F. *τοῦ στόματος ὄζει κακόν.* Cratinus minor p. 661. E. *τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει.* Hæc omnia ad olfactum pertinent, ut et sequentia. Noster Eq. 892. *βύρσης κάκιστον ὄζων.* Vesp. 38. *ὄζει κάκιστον τοὐνύπνιον βύρσης σαπρᾶς.* 913. *τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν.* Pherecrates apud Athen. p. 269. A. *ἥδιστον ἀτμίζοντα.* Crates p. 690. D. *γλυκύτατον δ' ὦζε βασιλείου μύρου.* Si semper ita locuti sunt Attici, quod affirmare non ausim, pessime me *ὀξύτατα* conjecisse manifestum est. Dixit Alexis apud Athen. p. 60. A. *ὑπερηφάνως ὄζουσα τῶν ὡρῶν λοπάς.* Id.

194. *Ἀλλ' αὑταιί σπονδαὶ τριακοντούτιδες.* Sic vulgo, invenustis numeris. Ravennas: *Ἀ. α. σπονδαί σοι τρ.*, inconcinne quidem, sed ita, ut in vestigia nos verioris, nisi fallor, perducat lectionis. Ut similia similibus passim officiunt in libris, ita etiam fieri de voculis *μοι σοι τοι* sæpe observatur. Quomodo et hoc loco illud *σοι*, quod familiaris cujusdam est elegantiæ, similis verbi *τοι* omittendi ansam præbuisse puto, legendumque, ut paullo ante absque nomine *τῶν σπονδῶν*, *Αὗται μέν εἰσι πεντέτεις, Σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτεις γεῦσαι λαβὼν*, sic itidem hic: *Ἀλλ' αὑταιί σοί τοι τριακοντούτιδες Κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν.* cf. 339. Hotib. *Ἀλλ' αὑταιί σοι σπονδαὶ* Rav. unde legerim: *ἀλλ' αὑταιὶ δή σοι*, deleto *σπονδαὶ*, quod languidum est et ex glossemate irrepsisse videtur. Elm. Nescio an melius esset, *ἀλλ' αὑταιὶ γάρ σοι.* Vide v. 40. 175. 594. 738. Av. 1168. *ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος.* Lys. 1239. *ἀλλ' οὑτοιὶ γὰρ αὖθις ἔρχονται πάλιν.* Id.

195. *ὦ Διονύσια.* Hujus festi meminit, quia in pace deinceps libere poterit celebrare Dionysia. Berg. Suid. *Διονύσια.* Pors.

197. *καὶ μὴ 'πιτηρεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν.* Quia ad bellum profecturi milites edicto jubebantur cibaria sibi parare et efferre in tres dies. Vide Pac. 312. Ad hunc morem lepide adludunt senes in Vesp. 243. mandatum sibi a Cleone dicentes, ut mature in forum veniant Lachetis causam cognituri, *ἔχοντες ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν.* Brunck.

197. 198. Hi duo versus transponendi sunt. *Dicunt i quo lubet*, et dicunt, *te non debere servare commeatum trium dierum.* Reisk.

198. *ὅποι θέλεις.* Sic A. C. Vulgo

ὅπῃ. Brunck. Ὅπῃ cum R. revocavit Elm. qui monet Schol. habere ὅπου. Dind. Sub imagine liquoris alicujus suavis exhibet hic σπονδὰς istas; in Equitibus autem v. 1382. sub imagine meretricum formosarum, ad quam imaginem nunc etiam fere delabitur, quum dicit: Ἐν τῷ στόματι λέγουσι. Berg. At non discedit a metaphora poeta, sed potius, quia etiam doliis et lagenis στόμα tribuitur, hic quasi de vini amphora sermo esset, ait illas inducias in ipso ore vasculi *dicere, i quo lubet, nec imperare, ut parentur cibaria in triduum*; transpositio enim horum versiculorum quam Reiskius suasit, mihi prorsus necessaria videtur. Schutz.

200. Hic versus et duo sequentes recte Dicæopolidi continuati sunt in B. Cujusnam essent ipsa sententia ostendebat. In tribus codd. scriptum est κελεύων, non, ut vulgo, κελεύω. In C. hic versus etiam Dicæopolidi continuatus: at duo sequentes Amphitheo tribuuntur, tertius alteri absurde. In membr. personæ literis non sunt notatæ, sed lineolis mutatas vices indicantibus. Juxta hujus codicis librarium versus 201. et duo sequentes Amphitheo essent tribuendi, quod perinde absurdum est. Brunck. Κελεύω edd. κελεύων A. B. C. R. Brunckius. Utriusque scripturæ meminit Schol. Personarum notæ ad hunc versum et sequentes vulgo admodum turbatæ sunt. Versum 200. Dicæopolidi, tres sequentes Amphitheo tribuit A. Amphithei personam versui 200. Dicæopolidis versui 201. et iterum 203. præfigunt edd. veteres pleræque. Paullo melius Amphitheo versum 203. tribuunt recentiores. Omitto duas alias distributiones quas in quibusdam edd. vett. observavi. Personas recte constituunt B. Brunckius. Elm. Dele AM. ΔΙ. Fo. κλαίειν κελεύων. Bent.

202. ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια. Non quod ruralia Dionysia eadem fuerint cum Lenæis, ut falso tradit Scholiastes. Namque illa ruri agebantur in singulis pagis mense Posideone: hæc vero, Lenæa scilicet, in urbis parte Λίμναι dicta, mense Anthesterione. Quia vero stato suo tempore Dicæopolis ruralia Bacchanalia celebrare non potuerat, quia pago suo profugus, agrum omnem tenentibus hostibus, in urbem confugerat, nunc, postquam sibi inducias pactus est, ait se in pagum quamprimum reversum, Dionysia illa quæ ruris et pagorum propria erant, celebraturum. Quod mox sequitur ἐπεισόδιον fabulæ, Bacchiaci ruralis sacri descriptionem continens, nihil ad temporis notationem confert quo acta fuit fabula; nec proinde ex illis locis, ubi ruralium Bacchanalium mentio fit, colligi debet τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια et τὰ Ληναῖα idem festum fuisse. In clara luce id posuit elegantissimi Ruhnkenii diligentia. Brunck. Brunckius vertit: *ego vero solutus bello et ærumnis rus ibo, ibique agam Liberalia.* At εἰσιὼν nunquam aliud quid significat, quam iens *intro* scil. in *domum*. Itaque recte Frischlinus verterat: *at ego jam liberatus e bello et malis, domum ingressus agam ruralia Dionysia.* Sic Nubb. v. 125. ἀλλ' εἴσειμι (in domum) σοῦ δ' οὐ φροντιῶ. Schutz. Εἰσιών. f. ἐξ ἐτῶν a multis annis, post multos annos, quibus Bacchanalia non celebravi. vel ἓξ ἐτῶν post sexennium. vid. v. 265. 890. Reisk. Hesychius: Διονύσια· ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο· τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ Λήναια, μηνὸς Ληναιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφηβολιῶνος. Scripsit grammaticus, vel scribere debuit, τὰ δὲ Λήναια, Ἀνθεστηριῶνος, monente Ruhnkenio, qui hæc verba luculento commentario explicavit, loco ad v. 34. indicato, quo remittendus est lector, cum ea quæ de tribus Bacchi festis habet Schol., omnia fere vanissima et falsissima sint. Elm.

203. φεύξομαι vulgo. φευξοῦμαι R. Malim, si accedat nonnihil auctoritatis, hunc versiculum post v. 200. collocare. Elm. Conjecturæ meæ favet locus Ran. 572-575. Id.

204. τῇδε π. ἔπου Suid. ms. τῇ. Pors.

207. μηνύσατε R. Scilicet nesciebat librarius secundam in μηνύω longam esse. Eadem de causa invectum est ἴσχυσε pro ἴσχυε in Av. 488. Elm.

208—212. Hæc Hermannus Elem. doctr. metr. p. 203. sic descripsit: ἐκπέφευγ', οἴχεται φροῦδος. οἴμοι τάλας, τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν. | οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀνθράκων φορτίον | ἠκολούθουν Φαΰλ- | λῳ τρέχων, ὧδε φαύλως ἂν ὁ | σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐ- | μοῦ τότε διωκόμενος—ἐξέφυγεν, οὐδ' ἂν ἐλα- | φρῶς ἂν ἀπεπλίξατο. Dind. Hæc quæ una serie Choro tribui [v. 208—224], diversis ejus partibus alii aliter distribuunt. Nullus hic Hemichorio locus est. Elm. Οἴμοι τάλας. Ante hæc verba, quæ vulgo priori Semichoro continuantur, recte in B. posita persona ημιχ. in C. χορος. In membr. vacuum relictum spatium recipiendæ personæ. Brunck. Τῶν ante ἐμῶν omittit Suid. in Φάϋλλος. Bent. Τῶν ante ἐμῶν habet Suid. Ms. φάϋλλος. Pors.

209. ἐμῆς γενναιότητος Suid. Ms. omisso ἐπ'. Pors. Ἀνθράκων φορτίον. De Acharnensibus passim in hac comœdia tanquam de carbonariis loquitur, nempe quia illi præcipue facerent et venderent carbones. Berg.

210. De Phayllo vide ad Vesp. 1206. Brunck. Hic Phayllus celeberrimus fuit pernicitate et alacritate. Ideo fuit ter Pythionices, ut ait Herodotus in Urania. Scholiastes eum etiam facit Olympionicen, quod non credo; nam id decus non tacuisset Herodotus, qui eum triremi Crotoniatum præfuisse ait, quæ in auxilium Græcorum missa fuerat adversus Xerxem in pugna Salaminia. Epigramma a Schol. citatum ait, eum quinquaginta pedum spatium saltu superasse; quod difficile est credere, si de unico saltu in plano intelligamus. Palmer. Phaylli cursoris meminerunt tum alii tum noster Vesp. 1206. Epigramma de eo conservavit Schol. *πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος | δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.* Elm. Nimium est, quod de se profitetur in vulgatis chorus, Phayllum, ter Pythionicen cursu, auctore Herodoto in Urania, pedum pernicitate se assecutum esse, carbonibus præsertim onustum. Accedit, quod nec numeri sui constant cretico, nisi deficientem syllabam addideris post *φορτίον*. Turbatum et in sequentibus tum pessime intruso interpretamento *ἐξέφυγεν ἄν*, tum scribendo *οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς* pro *οὐκ ἂν ἐλαφρῶς*, quo vexatus G. Hermannus de Metr. p. 190. deleri jussit *φαύλως* tanquam *ταυτολόγον*. Locus sic videtur legendus esse: *Οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων | Ἀνθράκων φορτίον ἂν | Ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων, ὧδε φαύ- | λως ἂν ὁ σπονδοφόρος οὗτος, ὑπ' ἐμοῦ τότε δί- | ωκόμενος, οὐκ ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.* "*Ὅτε ἂν ἠκολούθουν*, cum secutus essem, sequi valuissem. *Οὐκ* repetitur *παθητικῶς*: Demipho Terent. Phorm. 2, 3. extrema: Non, non sic futurum est; Persius 3, 23: Nunc, nunc properandus; qualia non advertentes librarii sæpius impegere. Versus pæonici vel cretici tetrametri præter secundum, qui dimeter est, gravius ut exaudiatur *ἀνθράκων φορτίον*, Acharnensium *χαρακτηριστικόν*. Ceterum observa quater eodem orationis membro illatam *ἂν* particulam. In antistropha legendum metri causa: *ἐσπείσατ' οἵ- | σίν γε παρ' ἐμοῦ πόλεμος ἐχθοδοπὸς αὔξεται—, ἀντεμπαγῶ γ' ὀξύς*, hiatus vitandi gratia, denique in fine *ἵνα μήποτε πατῶσιν ἔτι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους*, secundum vulgatas. Hotib. *Φαύλως*. Id est, *facile*: non vero, *segniter*, ut Frischlinus interpretatur. Kust. Schol. *ἀντὶ τοῦ εὐχερῶς, μετὰ ῥαστώνης*· ut sæpe apud Comicum. Alludit autem ad præcedens *Φάϋλλος*. Berg. *Ὧδ' ἂν ὁ*. Vulgo *ὧδε φαύλως ἂν ὁ*. Sed *φαύλως* auctore Hermanno delevi. Et videtur ex simili nomine *Φαΰλλῳ*, quod præcedit, depravatum hic in textum immigrasse. Frustra Berglerus allusionem quærit ad nomen *Φάϋλλος*; esset lusus insulsus. Schutz.

211. Vulgo legitur: *σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος*. Voces *οὗτος* et *τότε* sunt plane otiosæ et invito metro a mala manu huc illatæ. Facessere eas debuisse manifesto liquet ex antitheticorum versuum collatione, qui dimetri pæonici sunt:

σπονδοφόρος | ὑπ' ἐμοῦ δι—
ὀξὺς ὄδυ | νηρὸς ἐπί—

212. *Ἐξέφυγεν* (*ἐξέφυγεν ἂν* R.) post *διωκόμενος* inserunt omnes libri, agnoscit Suidas in *Φάϋλλος*. Ex glossemate irrepsisse recte statuit Bentleius. Hoc ejecto, versus antistrophico accurate respondet. Longe deterior est Brunckii emendatio, qui *οὗτος* et *τότε* delevit. Utrumque habet R. et Suidas in *Φάϋλλος*. A Schol. diserte agnoscitur *τότε*. Elm. Hermanno (Elem. d. Metr. p. 203.), qui *ἐξέφυγεν* retinuit, in antistropha post *ἀντεμπαγῶ* verbum excidisse videtur. Dind. *Οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο*. Sic tres codd. venuste repetita particula *ἂν*, quam posteriore loco omittunt impressi. Versus est trimeter pæonicus. Juxta vulgatam lectionem secunda in *ἀπεπλίξατο* producenda est, ut pes medius sit creticus: in nostra vero, servato Comici more, corripitur, pesque medius pæon est primus, cui in antistrophico respondet creticus.

οὐδ' ἂν ἐλα | φρῶς ἂν ἀπε | πλίξατο.
πατῶς ἔτι | τὰς ἐμὰς | ἀμπέλους.

ἀπεπλίξατο, ἀπέβη, ἀπέφυγεν. De geminata particula *ἂν* vide not. ad Thesm. 196. Nub. 1396. Brunck. *Ἂν* Suid. in *Ἀπεπλίξατο*: at *ὧδ'* in *Φάϋλλος*. Bent. *Οὐκ* Suid. *ἀπεπλίξατο*. Expunge *ἐλαφρῶς*. *ὧδ' ἀπ.* Suid. ed. Ms. Pors. Secundum *ἂν* omittunt edd. et Suidas in *ἀπεπλίξατο*. Habent A. B. C. R. Brunckius. Mutat in *ὧδ'* Suidas in *Φάϋλλος*. Elm. *Ἀπεπλίξατο*. Præter Schol. veterem, et, qui eum exscripsit Suidam v. *ἀπεπλίξατο*, vide etiam Eustathium ad Odyss. Z. p. 1564. ubi loci hujus Aristophaneï mentionem facit. Kust. *Ἀπεπλήξατο* R. Respexit poeta ad Homericum *πλίσσοντο* Od. Z. 318. quod de mularum incessu usurpatum est. De hac voce consulendus in primis Foesius ad Hippocratem in *πληχαί*. Aristophaneum *ἀπεπλίξατο* melius quam Latini reddunt nostrates, quippe quibus in usu est ***To step off***. Elm.

214. Lege *Λακρατείδη*: at Suid. et Hesych. *Λακρατίδας*. Bent. *Λακρατίδη*. Hunc antiquum aliquem fuisse Archontem Athenis adhuc tempore Darii dicit Schol. Se autem dicit chorus Lacratidem, id est grandævum; ita supra 180. Amphitheus Acharnenses istos dicebat *μαραθωνομάχας*· quod idem est; nam prælium Marathoni-

um contigit sub Dario. Berg. Hesychius: Λακρατίδης· Ἀριστοφάνης φησὶ, παλαιὸν Λακρατίδην, τὰ ψυχρὰ βουλόμενος δηλοῦν· ψυχροὶ γὰρ οἱ γέροντες. Metri gratia corrigit Bentleius, Λακρατείδη, contra regulas analogiæ. Alii Λακρατίδη δὴ volunt. Simile mendum est in Pac. 1154. μυῤῥίνας αἴτησον ἐξ Αἰσχινάδου τῶν καρπίμων: ubi fortasse excidit οὖν post αἴτησον. Elm. Ferri posset, καὶ παλαιῷ Λακρατίδῃ γε τὸ σκέλος βαρύνεται. Id.

215. διωκτέος. Hæc vulgo eidem Semichoro continuantur. μὴ γὰρ ἐγχάνοι. Perperam vulgo ἐγχάνῃ. Optativum requirit sermonis indoles. Recte vertit Berglerus, *nunquam irrideat*. Brunck.

216. μηδέπερ γέροντας ὄντας. Participium ὄντας hausit præcedens vox in A. C. Est in contextu cod. B. sed linea subducta delendum esse indicat. Falso. Absque enim illo ὄντας non constant versus numeri. Brunck.

218. τῶν ἐμῶν χωρίων. Subauditur ἕνεκα cujus frequens est ellipsis. Brunck.

219. οὐκ ἀνήσω corrigit Scaliger. Copula respicit ad διωκτέος δέ v. 221. Elm. Pollux x. 131. γεωργικὰ σκεύη recensens: τάχα δὲ καὶ σχοῖνος, καὶ βάτος, καὶ ὀρκάνη, καὶ ῥάχος, καὶ κόνυζα, καὶ κνάφος, καὶ πάνθ' ὅσα ἀκανθώδη τοῖς καρποῖς ἐπὶ φρουρὰν περιβάλλεται. Id. Leg. ἀντεμπαγῶ: vid. [501.] ἀντεξέκλεψαν. Quin et Suid. in σχοῖνος habet ἀντεμπαγῶ. et iterum in σκόλοψ in editione Kusteri, qui perperam hanc lectionem damnat: ego vero divinaveram. Bent. Σκόλοψ αὐτοῖς καὶ σχοῖνος ἀντεμπαγῶ Suid. Kust. Ms. [et Med. in σκόλοψ. Dobr.] σχ. αὐτοῖσιν ἀντ. Suid. Ed. Ms. σχοῖνος. Pors. τοῖσιν ἀντεμπαγῶ. Sic recte Suidas in σχοῖνος. Perperam in Comici exemplaribus omnibus ἄτ' ἐμπαγῶ, dactylo cretici sedem tenente, et proinde claudicante versu. Brunck. Ἐμπαγῶ. Non significat *congeler* ut Frischl. vertit; sed *infigar*, ut satis notum est. Kust.

220. ἐπίκωπος. *Remo assidens, remigans, navigans*. Ran. 199. κάθιζ' ἐπὶ κώπην. Berg. Ἐπίκωμος, *importune irruens grassator*. Reisk.

221. πατῶσ' ἔτι. Pæon secundus. Male libri omnes πατῶσιν ἔτι, syllaba redundante. Brunck.

222. βλέπειν Βαλλήναδε. Sic in B. e correctione: nam primo scriptum fuerat Παλλήναδε, ut est in duobus aliis. At nostram lectionem exhibent primariæ editt. unde prudenter e Berglero revocata fuit. Schol. Παλλήνη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. νῦν δὲ διὰ τοῦ β γραπτέον, κατὰ συγγένειαν τοῦ β εἰς τὸ π. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ βάλλειν λίθοις. θέλει γὰρ εἰπεῖν, ὅτι δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα καὶ λιθολευστεῖν αὐτόν. Brunck. Utriusque scripturæ meminit Schol. a Suida compilatus in Παλληνικὸν βλέπειν. Ludit noster in nomine pagi Attici, ut in Eq. 79. Eccl. 362. ubi Κλωπιδῶν et Ἀχραδούσιος pro Κρωπιδῶν et Ἀχερδούσιος per jocum sistit: quorum illud ne Scholiasten quidem fefellit, hoc Stephano Byzantino aliisque fraudi fuit. Obiter moneo, eidem Stephano in Εὐπυρίδαι, pro Κεκροπίδας restituendum esse Κρωπίδας. Elm.

223. καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς. Frischlinus male: *terram persequi pro terra*. Verte: *ex loco in locum persequi*. Kust. Æschylus Prometh. 683. μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. Lucian. in Pseudomanti: ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ καὶ ἄθεον καὶ Ἐπικούρειον. Berg.

224. οὐκ ἂν ἐμπλήμην. Sic bene Dawesius. Vulgo ἐμπλείμην. Vide ad Lys. 235. et 253. Brunck. Cf. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 237. 2. C. Dind. Ἐμπλείμην vulgo, quod diserte tuentur Schol. et Suidas in ipsa voce. ἐμπλήμην R. Dawesius p. 330. Brunck. Elm. Frischl. male: *ut ego in opprimendo illo non plenus lapidibus siem*. Verte: *nam non satiari queam conjicendo in eum lapides*. Constructio: ὡς ἐγὼ οὐκ ἂν ἐμπλείμην βάλλων ἐκεῖνον λίθοις. Kust.

226. σῖγα πᾶς. ἠκούσατ' ἄνδρες ἆρα τῆς εὐφημίας; Hic versus in impressis duobus mendis inquinatus est, e quibus intelligere est, quam levem curam Comico impenderint editores, utque metri leges susque deque habuerint. Primo σίγα ediderunt, imperativum pro adverbio σῖγα, quo modo primus octonarii pes est spondeus, qui trochæus esse debet; postea ἄρα pro ἆρα, pyrrhichium pro trochæo. Minutias has esse si quis forte dicat, is mea quidem causa poëtis numeros et rythmum adimat. Ceterum in distinguendis personarum vicibus consentiunt impressis codd. Ante verba σῖγα πᾶς posita Chori persona, quæ, meo judicio, ante ἠκούσατ' poni debebat. Priora verba Dicæopolidi continuanda. Brunck. Lege σῖγα.. ἆρα. Bent. Σῖγα πᾶς. Hæc verba a Choro dici, non, ut Brunckius putabat, Dicæopolidi tribuenda, primum inde intelligitur, quod σῖγα πᾶς respondet sequentibus ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Nempe Acharnenses jubentur silentium tenere, et tantisper secedere, ut primum quid agat Dicæopolis, observent, ac deinde tanquam ex insidiis in eum impetum faciant. Deinde melius est Dicæopolidem verbo solenni εὐφημεῖτε nihil aliud addere, præsertim, quum silentium quod his verbis σῖγα πᾶς imperare posset, jam ipso illo εὐφημεῖτε indictum esset. Denique versus trochaicos hosce

incommodum esset a Dicæopolide inchoari, qui statim iambicis trimetris utitur. Schutz.

227. *αὐτός.* Sic Suid. Ms. *ἐκποδών.* Pors. Om. *αὐτὸς* edd. Med. Kust. Dobr.

228. *ὡ'νήρ.* Vulgo minus bene *ἀνήρ.* Brunck. Elm. *ἅνηρ.* Dind.

230. *ἐς τὸ πρόσθεν,* ut supra v. 43. *πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν.* Hic perperam libri omnes *ὡς τὸ*—Promiscue non adhibentur *εἰς* et *ὡς,* quorum de differentia operæ pretium fuerit legisse eruditam præstantissimi Valckenarii notam ad Eurip. Phœn. p. 474. Brunck. Wolf. edidit *προΐτω 's τὸ πρόσθεν,* dissentiente Reisig. Dind. *Ἡκανηφόρος.* Virgines, et quidem, ut Schol. ait, nobiliores, gestabant canistra in Dionysiis. Thucyd. vi. *τὴν ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν κανοῦν οἴσουσαν ἐν πομπῇ τινι, ἀπήλασαν λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι.* Berg.

231. *τὸν φαλλόν.* Penis est coriaceus, aut pertica appensum habens ejusmodi penem. Adhibentur autem phalli in Bacchi sacris, et originem traxerunt ex Ægypto, ut alia pleraque religionis Græcanicæ. Berg.

232. Hic versus in tribus codd. Dicæopolidi continuatus. *ἵν' ἀπαρξώμεθα.* in membr. omissa præpositione, *ἵν' ἀρξώμεθα.* Brunck.

233. Locum hunc citat Etymologus v. *ἐτνήρυσις.* Kust. *Τὴν ἐτνήρυσιν.* Ab *ἀρύω, haurio,* ut *οἰνήρυσις* infra 1066. *φέρε τὴν οἰνήρυσιν, ἵν' οἶνον ἐγχέω.* Berg. Hesychius: *ἐτνήρυσις· ἔπαιξεν Ἀριστοφάνης, ἀντὶ τοῦ φάναι, τὴν σανίδα, τὴν ἐτνήρυσιν εἰπὼν, παρὰ τὸ ἔτνος.* Quid reponendum sit pro *σανίδα,* equidem non video. Huc, opinor, respexit Pollux vi. 88. x. 98. Elm.

235. *καὶ μὴν καλόν γ' ἔστ'.* Hæc verba in membr. puellæ continuata. Patri melius tribuuntur. Sed ab interpretibus male accepta fuere, tanquam si ab his penderet infinitivus *ἀγαγεῖν.* Post illa verba maxima distinctio poni debuit. Infinitivi autem *ἀγαγεῖν* et *ξυνενεγκεῖν* pendent a suppresso verbo *εὔχομαι, δὸς,* vel quovis simili, quæ precum et votorum formula est usitatissima. Vide initium Supplicum Euripidis et Marklandi notam. Brunck. De ellipsi verbi *εὔχομαι* vide Jac. Gronov. ad Herodot. v. 105. Markland. ad Eurip. Suppl. 2. Poeta Anonym. apud Suid. v. *ἐξάντη, ὦ Ζεῦ, γενέσθαι τῆσδέ μ' ἐξάντη νόσου.* Ubi frustra Cl. Kusterus *δὸς,* vel simile quid, desiderat. Confer Thesm. 293. Pac. 441. Pors.

239. *τὰς σπονδὰς δ' ἐμοὶ* Brunckius, cui valde arrident pronominum formæ emphaticæ. Elm.

241. Hic versus et quinque sequentes Matri vulgo tribuuntur, cujus personam ut prorsus inutilem delevi. Elm. *Καλὴ καλῶς.* Vide ad Conc. 730. Plautus Rud. ii. 4, 12. 'Non licet te sicce placide bellam belle tangere?' Brunck.

242. *οἴσει* vulgo. *οἴσεις* Invernizius, inconsulto lectore. Elm. *βλέπουσα θυμβροφάγον.* Vide ad Av. 1169. 1671. Brunck. Hesychius: *θυμβροφάγος· ἀντὶ τοῦ δριμυφάγος· ἡ γὰρ θύμβρα δριμύ ἐστι βρῶμα.* Malim: *θυμβροφάγον· ἀντὶ τοῦ δριμύ.* [Photius c. 75. *θυμβροφάγον, δριμύ.* Cf. Bekkeri Anecd. i. 43, 5. Dind.] Noster Ran. 562. *ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ.* Eodem fere modo dixit *νᾶπυ βλέπειν* Eq. 631. *ὑπότριμμα* Eccl. 291. quæ omnia acria sunt. Elm.

243. *κἀκποιήσεται γαλᾶς.* Videbatur dicturus: *καὶ ἐκποιήσεταί σου παῖδας·* pro: *καὶ ποιήσεται παῖδας ἐκ σοῦ.* Sed alio torsit orationem, quasi dicat: *καὶ ποιήσει τὰς γαλᾶς μηδὲν ἧττόν σου βδεῖν.* quæ et ipsa tamen oratio perversa est; nam dicendum videtur fuisse: *καὶ ποιήσει σε μηδὲν ἧττον βδεῖν γαλῶν.* In Pluto 693. *ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα δριμύτερον γαλῆς.* Berg. *Ὅστις σ' ὀπύσει, κἀκποιήσεται γαλᾶς, (οἵας, ὅταν ποτ' ὦσιν ὡραῖαι γάμων,) σοῦ μηδὲν ἧττον βδεῖν ἑ. ὀ. ᾖ.* Ita locum supplet Porsonus in margine ed. 1515. Olim me monuit *ὀπύειν* et *ἐκποιεῖσθαι* verba esse forensia, (quasi Anglice diceres, beget unto himself upon thy body) conferens de *ἐκποιεῖσθαι* Pac. 707. De *ὀπύω* vide eum ad Odyss. Δ. 798. Ceterum alia formula huic cognata latet apud Clementem Alex. Strom. ii. p. 166, 35. ed. pr. = 502. Potter. *ὁ γοῦν κωμικὸς Μένανδρος παίδων φησὶ σπόρῳ τῶν γνησίων δίδωμί σοίγε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα.* Præclare Porsonus, *φησὶ* ΈΠ' ἈΡΟΤΩΙ γ. conferens Berglerum ad Alciphron. i. 6. Hemsterhusium ad Lucian. p. 127. Præterea lege *σοι 'γώ.* Dobr. *Δαιταλέων* fr. 3. *τί ποτ' ἐστι τὸ εὖ ποιεῖν;* Legendum puto *τοὐπύειν.* Cum Menandro compara Aristoph. Polyid. fr. 1. *ἰδοὺ δίδωμι τήνδ' ἐγὼ γυναῖκά σοι | Φαίδραν.* Antiatticista Bekkeri p. 81. v. *Αἰτεῖν: Ἄλεξις δ' Ἐπικλήρῳ, ἐκδιδόντος τινὸς θυγατέρα, Ἀλλ' ἔγωγε, παῖ, δίδωμι, καὶ ποιήσω πάνθ' ὅσα Οὗτος αἰτεῖται παρ' ἡμῶν.* Ms. *ἐγὼ παῖ* et *αἰτεῖ παῖ.* Repete duas literas, *ἔγωγ' ὦ παῖ.* Id. *Κἀκποιήσεται γαλᾶς | σοῦ μηδὲν ἧττον βδεῖν, ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ.* Librorum reverentia lectionem hanc retinui, quod factum nollem: est enim longe absurdissima. Manifesto flagitat sententia, *ἐκποιήσεται γαλᾶς πολὺ ἧττόν σου βδεῖν.* Scripserat Comicus: *κἀκποιήσεται γαλῆς | σὲ μηδὲν ἧττον βδεῖν*— A sciolo mutata fuit lectio, sine ullo ad

sententiam respectu, ob istam, ut opinor, rationem. Rarissime apud Comicum, si modo alicubi, senarii initio occurrit pronomen σε. Illud sic positum semel observare memini in anapæstico tetrametro Equit. 781. Inde mendam hic subesse ratus librarius constructionem mutavit, pessum dato sensu. Initio senariorum σε apud Tragicos satis frequens est, nec ulla est ratio, cur illam positionem refugerint iambi comici. Verti debuit, *et te ita curabit, ut sub lucis exortum non minus, quam mustela, visias.* Brunck. Ταλῆς et v. sequente σὲ conjicit Brunckius in annotationibus, quod neque recepit Invernizius, neque recipere debuit, quippe quod non est Græcum. Solenne est ἐκποιεῖσθαι de liberis creandis. In Pac. 708. ἐκποιοῦ σαυτῷ βότρυς per jocum dicitur. Præterea Brunckii emendatio activam verbi formam postulat. Verum non erat cur virum doctissimum emendationis suæ incertum redderet σὲ in initio senarii positum: hoc enim factum est in Eq. 438. Ran. 103. Plut. 463. In hoc loco vel subauditur δυνατὰς aut ἐπισταμένας, cujus structuræ exemplum in promptu nondum habeo, vel legendum ἥττους, ut apud Thucyd. ii. 60. ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ταῦτα ἑρμηνεῦσαι. Elm. Octonarius est Eq. 438. Poteram ejus loco afferre Eccl. 444. Malim etiam in Plut. 369. σὲ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις, licet σὺ habeat Suidas in κρώζει. Id.

244. ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ. Tempus ἀφροδίσιον, id quod et alibi sæpe vidimus, velut Lys. 966. Garrit Scholiasta. Hotib.

245. φυλάττεσθαι. Pro imperativo. Berg.

245-6. Citat Suid. v. περιτράγῃ. κἄντ' ὄχλῳ Ms. Paulo aliter [quam Schol.] Suidas v. πρόβαινε. περιτράγῃ] Suid. in v. ubi Ms. μαθών. Pors.

246. μή τις. A furibus periculum fuisse in scena patet etiam ex Pace v. 730. ὡς εἰώθασι μάλιστα περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται κυπτάζειν καὶ κακοποιεῖν. Berg. Videtur poeta respicere potius ad furta, quæ fieri solebant in pompis magno hominum concursu celebratis. Schutz. De aureis virginum ornamentis consulendus Porsonus ad Hecub. 153. qui hunc locum prætermisit. Elm.

247. Præter Xanthiam alium puta in scena præsto famulum esse. Reisig. Cum vix opus esset duobus servis ad phallum circumferendum, facile quivis conjiciat pro σφῷν poetam scripsisse σοί. Sed fortasse σφῷν vertendum est, *alterutri vestrum.* Cæterum comparandus noster Av. 850. παῖ, παῖ, τὸ κανοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα. Lys. 209. λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ. Elm.

250. θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους. Nempe quia pompam non comitabatur mulier. Mos autem erat e superioribus ædium partibus spectare, ne via, qua pompam ducentes procedebant, spectatorum multitudine oppleretur, impedireturque. Vide, si tanti est, uberem animadversorem, Spanhemium, ad initium Callimachei Hymni in Cererem. Brunck.

251. Totum hoc phallicum canticum dimetris et trimetris iambicis constat. Proinde male vulgo legitur ἑταῖρε Βακχείου. Brunck. Leg. Βακχίου. Bent. Βακχείου vulgo ante Brunckium, quod vitium in exemplari suo emendaverat Scaliger. Elm. Subintell. θεοῦ, i. e. Bacchi. Kust. Ita lege: Φαλῆς ἑταῖρε Βακχίου | σύγκωμε νυκτιπεριπλάνητ-|ε μοιχὲ παιδέραστ' ἐν | ἕκτῳ σ' ἔτει πρόσειπον | ἔνδημον ἐλθὼν, ἀσμένως | σπονδὰς ποιησάμενος ἐμαυτ-|ῷ πραγμάτων τε καὶ μαχῶν | καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς· | πολλῷ γὰρ ἔσθ' ἥδιον, ὦ, | κύπτουσαν εὑρόνθ' ὡρικῶς | τὴν Στρυμοδώρου Θρᾶτταν εἰς | τὰ Φελλέως ὑλήφορον | μέσην λαβόντα, καταβαλόντ-|α καταγιγαρτῆσαι, Φαλῆς. V. 3. Vulgo deest ἐν. Id reposui, ne hiatus esset. V. 5. εἰς δῆμον. At non ad δῆμον Phales advenit; verum ibi semper adfuit. Sed Δικαιόπολις ab urbe per sex fere annos aberat. Ibid. Vulgo ἄσμενος. Id cum præcedentibus conjungi solet. At rusticus, Δικαιόπολις, non libenter ad urbem venit: fuit tamen libenter ἀπαλλαγεὶς μαχῶν. V. 10. Vulgo κλέπτουσαν. Intelligere id nequeo. Dedi κύπτουσαν propter verba Sophronis apud Schol. ὁ δ' αὖ Φαλῆς κατακυπτάζει. Mox ὡρικῶς habet Suid. in ipsa voce. V. 10. Cf. Pauli Silentiarii Epigr. xii. V. 12. Vulgo ἐκ τοῦ Φελλέως. Reposui εἰς τὰ Φελλέως. Luditur hic sensu duplice. Etenim Φελλεὺς erat πετρώδης τόπος: quomodo dici potest res virilis. Mox ὑλήφορος audit res muliebris. V. 13. Delevi ἅραντα gl. pravam; quæ debuit esse ἀράμενον propter loca similia apud Dawes. p. 235. necnon Æliani verba, Berglero citata, ex Epist. ix. ἐμέλλησε δ' ἂν τὴν— Θηβαΐδα ἀράμενος μέσην εἶτα ῥίψας εἰς τὸ κλινίδιον ἔχεσθαι τῆς σπουδῆς: ubi propter verba Comici σπονδὰς ποιησάμενος prætulerim χεάσθαι τοὺς σπονδάς. Ut in gratiam redeas cum puella viam esse facilem et felicem monet Ovidius: 'Sed lateri nec parce tuo; pax omnis in uno Concubitu:' et rursus: 'Oscula da flenti. Veneris da gaudia flenti. Pax erit. Hoc uno solvitur ira modo.' Cf. et Eurip. Tro. 674. μί' εὐφρονὴ Χαλᾷ τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος. Burg. in *Classical Journal.*

252. ξύγκωμε. Sic tres codd. et primariæ editt. In novitiis, nescio cujus libidine,

σύγκωμε. Brunck. Νυκτοπεριπλάνητος Suid. Ms. νυκτιλόχοι. Pors.

254. ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον. Iterum ex hoc loco colligitur, hoc drama prodiisse anno sexto belli Peloponnesiaci. Nulla enim alia potuit esse causa, cur sex annos a visenda sua villa abstinuerit quam bellum. Ad quæ verba vetus Schol. ἕκτον γὰρ ἦν λοιπὸν ἔτος, ἀφ' οὗ ὁ πόλεμος Ἀθηναίοις πρὸς Πελοποννησίους συνέστη. Sextus vero ejus belli annus cadit exacte in Euthydemum post Euclidem Archontem anno 3. Olymp. 88. Palmer. Totum hunc locum Frischlinus ita vertit, ut sensum ejus prorsus corruperit. Vera ejus interpretatio hæc est: *sextus jam annus est, ex quo te* (Phales), *alloquor, postquam ad populum meum* (Acharnensium) *redii libens, fœdusque privatim mihi pepigi* (cum Lacedæmoniis), *a molestiis, pugnis et Lamachis* (tandem) *liberatus.* Nimirum Dicæopolis, qui hæc loquitur, per sex annos a patria sua Acharna (non *a villa sua,* ut Palmerius) propter continuam militiam abfuerat: quo tandem reversus, inita privatim cum Lacedæmoniis pace, Baccho et Phaleti pompam ducit. Kust. Et recte quidem ille, nisi quod festum hoc Athenis celebrat Dicæopolis. Ἐλθών enim non significat *reversus,* sed *revertens;* nondum enim, dum ista dicit, Acharnas redierat, sed Athenis ex concione cui interfuerat, in domum urbanam, in qua belli tempore habitabat, concesserat. Schutz.

255. Suid. δῆμος. Pors.

256. περιποιησάμενος Suid. in Λαμάχων. Bent.

257. 258. Infra v. 1070. Ἰὼ πόνοι τε καὶ μάχαι καὶ Λάμαχοι. Erat Lamachus unus ex ducibus apud Athenienses et vere ἐπώνυμος· nam capiebat prœlia et bella, ut ex præfectura lucrum caperet. Λάμαχος autem vi etymologiæ idem est quod βουλόμαχος, ut ipse Comicus indicat in Pace v. 129. et seq. nam λῶ est *volo,* ut infra v. 731. et seq. Berg. Sed vide Schneiderum lex. gr. v. λα. Schutz.

258. Om. Λάμαχος Suid. [Ms. scil. Dobr.] et λακρατ. Pors.

259. πολλῷ γὰρ ἔσθ' ἥδιον, ὦ Φαλῆς, Φαλῆς. Sic in A. C. perspicue scriptum. In B. a prima manu ἐστιν, et superscriptum ἔσθ'. In impressis mendosissime: πολλῶν γάρ ἐστιν ἥδιον, ὦ Φαλῆς, Φαλῆς. Media syllaba in ἥδιον semper longa est: proinde ἐστιν versum crurifragio mulcat. πολλῶν ortum est ex antiqua scriptura πολλῶι, ut in Equit. 806. στεμφύλων ex στεμφύλωι, ad quem locum vide quæ notavi. Ut autem ad veterum librorum fidem edidi, ita jamdudum e perspecta linguæ indole et Atticæ prosodiæ peritia scribendum esse monuerat Dawesius, cujus hanc emendationem, ut alias bene multas, lubens confirmo. Brunck. Leg. πολλῷ—ἔσθ'. Bent. Πολλῷ Scaliger, πολλῷ γὰρ ἔσθ' Dawes. Misc. Crit. p. 255. omnino recte, atque ita citat Suidas v. Λαμάχων. Sic πολλῷ pro πολλῶν Matth. x. 31. legit Marklandus ad Lysiam xxx. p. 600. [ubi Porsonus: πολλωῖ 83. Pal. 136. Barb. 208. Laurent. 256. veron. germ. ed. Comp. probante Marklando ad Lysiam p. 479. ut frustra omnes libros in πολλῶν consentire affirmet Valckenærius Adnotatt. in N. F. p. 363. Dobr.] πολλῷ quoque ex Gryphio Sanctamandus apud Burgess. Not. in Dawes. p. 469. Idem mendum sustulit Casaubonus ex Alexide apud Athenæum ix. 8. p. 383. E. Pors. Vide Opusc. pp. xci. 31-2. Dobr. Πολλῷ, πολλῶν. Vide ad Plut. 187. Vesp. 724. Amipsias Laertii ii. 28. Σώκρατες, ἀνδρῶν βέλτιστ' ὀλίγων, πολλῶν δὲ ματαιόταθ', ἥκεις. Lege ὀλίγῳ, πολλῷ, et quod ad sententiam confer Antiphontem Xenophontis Mem. i. 6, 11. ὦ Σώκρατες, ἐγώ τοι σὲ δίκαιον μὲν νομίζω, σοφὸν δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν, et quæ sequuntur. Id. Πολλῷ, *multo jucundius est*—quam scilicet pugnæ et tumultus. Reisk.

260. ὑληφόρον. Sic Suid. Ms. et mox καταβαλόντα addit in καταγιγ. Pors. Ὑλοφόρον R. Suidas in καταγιγαρτίσαι et ὡρικῶς. Elm.

261. Θρᾶτταν. Ancillæ nomen a patria. In Pace 1139. τὴν Θρᾶτταν κινῶν. Vide in Thesm. 286. Φελλεὺς autem vocatur locus *asper,* et videtur in Attica locus aliquis proprie ita dictus fuisse. Vide in Nub. 71. Berg. Phellea memorat noster Nub. 71. Cratinus apud Pollucem x. 105. a Bentleio in Epistola ad Hemsterhusium p. 305. emendatus: ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως. Fuse de eo disserit Ruhnkenius ad Timæum p. 269. Elm. Στρυμοδώρου Suid. in Φέλλα. Vid. Vesp. 233. at Στρυμνο— in Θράτταν. Vid. Argument. Lysistratæ. Bent. Στρομνοδώρου Suid. Ms. θρᾶττα. τὴν στρυμοδώρου Suid. Ms. in φελλέα. Pors.

262. λαβέντ' Invernizius, typographi incuria, necne, incertum est. In Pluto 300. καταδαρθέντα omnes quas vidi editiones occupavit. Elm. Collato Thesm. 1221. legisse velle videtur Bent. καταλαβόντα. Burg.

263. καταγιγαρτίσαι. Sic scriptum in A. C. et v. seq. ὦ Φ. Metri rationem habuit interpolator in B. ubi, ut in impressis, καταγιγαρτίσ', ὦ. et v. seq. φαλῆς—Sed prava est hæc emendatio. Vocandi adverbium ω, e glossa subnatum, prorsus eximendum erat. Est autem καταγιγαρτίσαι

verbum a Comico facete fictum. Suidas: *καταγιγαρτίσαι, συνουσιάσαι. ἢ ἀντὶ τοῦ κατὰ τῶν γεωργικῶν γιγάρτων βαλεῖν καὶ καταμηρίσαι.—ἢ καταθλίψαι. γίγαρτα δὲ τὰ τῆς σταφυλῆς ὀστώδη.* Brunck. Plene distinguendum post *καταγιγαρτίσαι.* Hotib.

266. *ῥοφήσει. ῥοφήσεις* vulgo. Legitimum hujus verbi futurum est *ῥοφήσομαι*, quod legitur in Vesp. 814. Media forma reponenda est etiam in Eq. 360. Pac. 716. Hoc exemplo scribendum *γρύξει* Eq. 294. *διώξει* Eq. 969. Thesm. 1224. *ἀποδιώξει* Nub. 1296. *σκώψει* Nub. 296. In Nub. 490. pro vulgato *ὑφαρπάσει, ὑφαρπάσεις* ex A. male invexit Brunckius. Elm.

267. *Et clypeus in fuligine suspendetur:* ut recte locum hunc interpretatus est Adrian. Jun. Adag. Cent. viii. 59. Kust. *Κρεμασθήσεται* Rav. ex interpretatione. Elm. *Φέψαλος* inferius v. 670. Vesp. 227. pro *scintilla* usurpatur, qui sensus huic loco parum convenit. Scholiastes *ἐν τῷ καπήλῳ* interpretatur, quod in *καμίνῳ* mutandum videtur. Neque aliter noster Av. 434. *ἄγε δὴ σὺ καὶ σὺ τὴν πανοπλίαν μὲν πάλιν | ταύτην λαβόντε, κρεμάσατον τύχῃ ἀγαθῇ | εἰς τὸν ἰπνὸν εἴσω, πλησίον τοὐπιστάτου.* Scilicet ne æruginem capiat. Id. In loco ex Av. *μὲν* addidit Elm. ex R.; de conjectura inseruerat Porsonus, ut refert Kidd. ad Dawes. p. 355. Dind. In Schol. *ὡς καλλίας δηλοῖ.* leg. *καὶ ἄλλως δηλοῖ* scil. Lys. 107. Bent. Schol. *ὡς Καλλίας δηλοῖ.* Scribe si sapis, *ὡς* ΚΑΙ' ἌΛΛΩΣ *δηλοῖ.* Versus enim exstat Lysist. 107. Pors. Recte *καὶ ἀλλαχοῦ* Valckenærius apud Pierson. ad Mœrin. p. 292. Dobr. Contra in Polluce ii. 112. pro ΚΑΛΛΙΣΤΩΙ *κωμικῷ*, Porsonus Opusc. p. lvii. ΚΑΛΛΙϹΤΩΙ, i. e. *Καλλίαι τῶι κωμικῶι.* De Athen. loco, (xv. p. 668. C. et Casaub. p. 947, 42.) vide ibid. p. 248. Id.

269. Hunc nostri locum allegat Beckius (Diatr. 5. 15.) ad Rhes. 675. Elm.

270. *Παῖε παῖ· τὸν μιαρὸν | οὐ βαλεῖς; οὐ βαλεῖς;* Vulgo *παῖε παῖε.* At *παῖ* hic correptum est pro *παῖε*, sicut *παῦ* pro *παῦε.* Phot. *παῦ. τὸ παῦσαι λέγουσι μονοσυλλαβῶς.* Vid. Elm. ad Herc. F. 1410. in *Classical Journal*, No. xv. p. 248. Burg.

271. *οὐ βαλεῖς; οὐ βαλεῖς;* Sic A. C. recte. Dimeter est pæonicus constans e duobus creticis. Vulgo *οὐ βαλεῖς ἄν; οὐ βαλεῖς;* Brunck.

272-4. *στρ. α΄.*: 316-8. *ἀντιστρ. α΄.* Bent. 272-283. et 316-327. antistrophica esse notat Porsonus. Dobr.

272. *συντρίψεται* edd. 1538. 1600. *συντρίψετε* alii omnes ante Brunckium. Elm. Adhibetur a sacrificantibus olla etiam in Av. 43. *κανοῦν δ' ἔχοντε, καὶ χύτραν, καὶ μυῤῥίνας, | πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα.* Id. *Τὴν χύτραν.* Nempe ollam illam in pompa sacra Anthesteriorum festo circumferri solitam, quæ continebat legumina illa *τὸ ἔτνος* dicta. Schutz.

273. Demosthenes in Midiam p. 552. a Schol. allegatus: *καὶ ταῦτα ἔλεγεν ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς αὕτη κεφαλή.* Elm. *Σὲ μὲν καταλεύσομεν | σέ τοι μιαρὰ κεφαλή.* Vulgo *σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν ὦ μιαρά*: at *σέ τοι* sic geminantur. Vid. Blomfield. ad Heracl. 657. in *Quarterly Rev.* No. xviii. p. 360. et Elm. ad Ajac. 1228. in *Mus. Critic. Cantab.* No. iv. p. 485. Burg.

275-7. *στρ. β΄.*: 319. et seq. *ἀντιστρ. β΄.* Bent.

277. *εἶτα δύνασαι πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν.* In A. C. *ἔπειτα δύνασαι νῦν πρὸς*—In B. *εἶτα δύνασαι πρὸς*—ut vulgo: sed voci *εἶτα* superscriptum *ἔπειτα.* Hoc librariis relinqui poterat: optima sane est vulgata lectio. Dimetri sunt pæonici, et secunda in *ἀποβλέπειν* producitur juxta prosodiæ canonem. Brunck. *Νῦν* diserte agnoscit Schol. ad v. 283. Versus antistrophicus est 321. Elm.

278. *στρ. γ΄.*: 323. *ἀντιστρ. γ΄.* Bent. *Οὐκ ἴστε γ'* vulgo. *οὐκ ἴσατ'* R. Vide v. 288. Elm. Qui *οὐκ ἴστ' ἔτ'* edidit. Dind.

279. Lege vel *σοῦ γ' ἐγὼ 'κούσομ'*, ut 284. vel *ἀκούσαιμεν.* Et *καὶ καταχώσομεν.* Bent. *Σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπολεῖ· κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις.* ita enim in his libri sunt corrigendi. De *ἀκούσωμεν*, quod ego reposui, proxime a vero abest Ravennatis *ἀκούσομεν.* Versus antistrophicus opponitur non 273. quod existimavit Hermannus libro de metris, sed versus 323. *οὔτοι σοι χαμαί, | καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος.* Versibus enim 272—4. stropha continetur *α΄.*, 316—318. antistropha *α΄.*, medio emendato versu: *ἀπολεῖς ἄρ' ὁμήλικα τόνδε φιλανθρακέα.*, nam *τόνδε* objectum intelligo, *φιλανθρακέα* prædicatum. Quapropter non desideratur articulus, qui est in vulgata scriptura, *ἀπολεῖς ἄρα τὸν ἥλικα* —. Stropha *β΄.* vv. 275—7. extremo versu trochaico, *σπεισάμενος, ἔπειτα δύνασαι νῦν πρὸς ἔμεγ' ἀποβλέπειν.* Antistropha *β΄.* vv. 281—3. extremum versum correxi supra: quanquam in verbis nihil fortasse prorsus ab optimis et antiquissimis libris recedendum est. Stropha *γ΄.* vv. 278, 9. antistropha *γ΄.* vv. 322—4. Stropha *δ΄.* vv. 319—321. *ἀλλὰ νῦν τοι λέγ', εἴ | σοι δοκεῖ, τόν γε Λακε- | δαιμόνιον* —. Antistropha *δ΄.* vv. 325—7. Versus trochaici 284—315. systemati interjecti sunt medii. Schema hoc habeto:

α΄. β΄. γ΄. β΄. μεσ. α΄. δ΄. γ΄. δ΄.

Sed ad loquutionem, *καταχῶσαι τοῖς λίθοις*, alludit Plato Gorgia p. 512. B. Steph. p. 308. B. Læmar. p. 349. C. Francof. *καταχώσειεν ἂν ὑμᾶς τοῖς λόγοις.* Male Brunckius elegit scripturam pejoris notæ libri, B. *κᾆτά σ' αὖ χώσομεν* —. Tmesin autem Aristophanes non repudiavit Pluto, 65. *ἀπό σ' ὀλῶ*, Ranis, 1047. *ὥστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν.*, Vespis, 784. *ἀνά τοί με πείθεις.*, Lysistrata, 262. 263. *κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας, | κατά τ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν.* Reisig. Ἀκούσομ' vulgo. *ἀκούσομεν* Rav. quod non est Græcum. Elm. Recentiores dixerunt. Vide Jacobs. ad Antholog. Palat. t. iii. p. 552. 580. 1024. *ἀκούσεις* in Æschyli Agam. 1406. intulit Blomfield. Dind. Brunckius, qui in Thesm. 28. recte *ἀκούω* reponendum vidit, ejusdem fabulæ v. 1167. pro *ἀκούσαιτ'* dedit *ἀκούσετ'*, ubi scribendum, *ἀκούσητ'*. Demosthenes pro Ctesiph. p. 281. *ἃ πολλῶν μὲν ἕνεκ' εἰκότως ἀκούσετέ μου. ἀκούσατέ* codd. *ἀκούσαιτέ* tacite Wolfius. Scribendum, *εἰκότως ἂν ἀκούσαιτέ μου.* Simile vitium paulo inferius occurrit in eadem oratione p. 284. *ἔτι συμπνευσόντων ὑμῶν καὶ τῶν Θηβαίων.* Male ἂν addunt libri nonnulli. Sed et *συμπνευσόντων* per se quidem suspectæ Græcitatis est, et in hoc loco etiam solœcum. Scribendum *συμπλευσάντων.* Hesychius inter *συμπλάττομεν* et *συμπνευσμός*: *συμπλευσάντων· ὁμονοησάντων.* Locus quo respexit grammaticus latuit interpretes. Apud Eurip. Herc. 885. Aldus et duo codd. *ἐπνεύσετε* habent, quod in *ἐκπνεύσετε* ex ingenio mutavit Barnesius. Malim, *ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς τέκν' ἐκπνεύσεται.* Elm. Σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπο- | λεῖ κατά σε χώσομεν | τοῖς λίθοις· Sic hæc correxerunt Elmsleius, et Hermann. Elem. doctr. metr. p. 201. Elm., tribus versibus conjunctis, pæonicum pentametrum, cui respondet 323. dedit. Dind. Σοῦ γ' ἀκούσομ' (i. e. *ἀκούσομαι.* Rav. *ἀκούσομεν*, ut inconstantes esse solent glossatores); *ἀπολεῖ. κᾆτα σε χώσομεν τοῖς λίθοις.* Hæc depravata, sed non ita, ut restitui non posse videantur, quod in mentem venit G. Hermanno de Metr. p. 363. Versus *ἀντίστοιχος*, 273. est anapæsticus pentameter. Eum et hunc efficies, si ita scribas: Σοῦ γ'; ἀπολεῖ! κᾆτά σε χώσω τοῖσι λίθοις. Interpretum sunt, non poetæ, frigida illa et in antecedente versiculo sublecta, *ἀκούσομαι, ἀκούσομεν.* Ἀκούσομαι nescio quis adscripsit, qui *χώσω* genuinum etiam invenerat; *ἀκούσομεν* exarari cœpit, ex quo *χώσομεν* obtinuit vulgatum. Utroque numero de se loqui solet chorus. Hotib. Σοῦ γ' ἀκούσομαι; ἀπολεῖ· | κατά σε χώσομεν λίθοις. Hic αι crasin facit cum α. Cf. Lys. 116. Eq. 1175. et Ran. 512. *περίοψομ' ἀπελθόντ'.* Burg. in *Classical Journal, Nr.* xxxvii. p. 126. Κᾆτα σ' αὖ χώσομεν τοῖς λίθοις. Trimeter pæonicus constans e tribus creticis. Sic quidem perspicue et optime scriptum est in B. In membr. vero et in C. *κᾆτά σε χώσομεν τοῖς λίθοις*, claudicante versu in primo pede. At in impressis mendosissime absque ulla metri forma legitur *κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις.* Sæpe jam observavi *κᾆτα* et *κατὰ* facile permutari. Brunck.

280. *μηδαμῶς γε, πρὶν ἂν ἀκούσητ'. ἀλλ'* —Sic scribi debuit ad metri trochaici legem. Vulgo pessumdatis numeris: *μηδαμῶς, πρὶν ἂν ἀκούσητέ γ'. ἀλλ' ἀνάσχοισθ', ὦ 'γαθοί.* Vides tertium pedem anapæstum esse, qui in eam sedem non recipitur. Particula *γε*, quæ loco suo mota versum vitiavit, incertæ sedis est, nec codd. consensu nititur. Nullibi agnoscit eam C. In membr. *μηδαμῶς, πρίν γ' ἂν ἀκούσητε. ἀλλ'* — scribere potuit etiam poeta: *μηδαμῶς, μή, πρὶν ἂν ἀκούσητ'.* Sed præstat quod dedimus. Brunck. Lege *πρὶν ἄν γ' ἀκούσητ'.* Bent. Μηδαμῶς, *πρὶν ἄν γ' ἀκ.* Male prætermissum est ἂν in R. Observavi compluribus in locis, *γε* particulam loco motam esse. Exemplum ejus rei hunc locum exhibet Brunckius, sed male correxit. Reisig. Elm. edidit *μ., πρὶν ἄν γ' ἀκούσητ'. ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὦ 'γαθοί*, suam ad vs. 176. conferri jubens. Dind. Ἀνάσχοισθ' vulgo. *ἀνάσχεσθ'* R. Noster Lys. 765. *ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὦ 'γαθαί.* Elm.

281. et sqq. *στρ. δ'.*: 325. et sqq. *ἀντιστρ. δ'.* Bent. Suid. *οὐκ ἀνασχήσομαι.* Pors. Δὴ σὺ vulgo. *σύ μοι* R. *μοι σὺ* Hermannus [de metris] p. 191. Elm.

283. Κατατεμῶ. Loquitur quasi coriarius de corio, quia Cleo erat coriarius. Dicit autem *τοῖς ἱππεῦσι*, quia ordo equestris infensus erat Cleoni. Equit. 225. *ἀλλ' εἰσὶν ἱππῆς ἄνδρες χίλιοι, οἳ μισοῦσιν αὐτόν.* Berg. Κατέταμον. Nam comœdia hæc uno anno posterior est comœdia in Cleonem edita, seu Equitibus, ut e v. 377. constat. Alludit eodem v. 6. et v. 501. Reisk.

γωγε κατα|τεμῶ τοῖ|σιν ἱππεῦ
| σιν ποτὲ ἐς |

Sic hi versus scribi debent, non, ut antea scripti sunt, *ποτ' ἐς* in eodem versu, quia vox unica *καττύματα* metrum non implet. *ἐς καττύματα* conjunctim monometer fit anapæsticus. Vulgo sine metri forma legitur: *γὼ κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσί ποτε.* In B. *ποτὲ καττύματα*, omissa præpositione *ἐς*, quam secunda manus inter lineas minio scripsit: in A. C. *ποτ' ἐς καττύματα.* Brunck. Cretici fient hoc modo—*γὼ κατατεμῶ ποθ' ἱππεῦ-*

σιν ἐς καττύματα ut alibi δερῶ σε θύλακον κλοπῆς. Bent. Τοῖς Suid. vv. κατατεμῶ. κάττυμα. Ποτε om. Suid. ed. Ms. κατατεμῶ. Ald. Ms. κάττυμα. Pors. Τοῖσιν ἱππεῦσί ποτε (ποτ' A. C.) ἐς καττύματα (κατύμματα edd. vett.) vulgo. τοῖσιν ἱππεῦσιν ποτ' ἐς καττύματα Rav. Brunckius. τοῖσιν ἱππεῦσιν ἐς (vel εἰς) καττύματα Suidas in κατατεμῶ et καττύματα, omisso utrobique ποτε, quod diserte agnoscit Schol. Quod dedi in B. legitur, ἐς inter lineas ab alia manu adscripto. Recte abest præpositio, ut in Eq. 768. κατατμηθείην τε λέπαδνα. Satis notus est hic Atticismus, qui restituendus videtur Euphroni apud Athen. p. 7. E. ubi vulgo legitur: θήλειαν λαβὼν | γογγυλίδα, ταύτην ἔτεμεν εἰς λεπτὰ σφόδρα, | τὴν ὄψιν αὐτῆς τῆς ἀφύης μιμούμενος. εἰς et σφόδρα non agnoscunt codices. ἔτεμεν εἰς λεπτὰ καὶ μακρὰ habet Suidas in ἀφύα ἐς πῦρ, monente Schweighæusero: unde legerim: ἔτεμε λεπτὰ καὶ μακρά. Elm. Ephippus apud Athen. p. 286. E. πότερον ἐγὼ | τὴν βατίδα τεμάχη κατατεμὼν ἕψω; τί φῄς; | ἢ Σικελικῶς ὀπτὴν ποιήσω (malim, ποιῶ σοι); Σικελικῶς. Alexis p. 324. C. τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους. Sotades p. 293. E. τεμὼν δὲ λεπτὴν τῆς χλόης. In hoc nostri loco optime metro conveniret τεμῶ. Id. Aristophanis versum emendavit Reisig. i. p. 129. κατατεμῶ 'γὼ τοῖσιν ἱππεῦσίν ποτ' ἐς καττύματα. Dind. Ipse lego ἐ — γὼ κατέτεμόν ποτ' ἀστοῖσι καττύματα vice ἐ — γὼ τοῖσιν ἱππεῦσί ποτ' ἐς καττύματα. At εἰς delevit Elm.: quem tamen latuit manifesto pravam esse scripturam κατατεμῶ. Etenim Equites erant commissi anno præeunti. Id minime nesciebat Interpolator; e cujus manu venit Ἱππεῦσι. Burg. in *Classical Journal, Nr.* xxxvii. p. 126.

284. Schol. exscripsit Suidas v. μάκρους. Quod monere neglexit Toupius Cur. Noviss. in Suid. p. 94. Pors.

288. πῶς δ' ἔτ' ἄν. πῶς δέ γ' ἂν vulgo, ubi male γε cum interrogandi adverbio usurpatur. Simile mendum sanavit Brunckius inferius v. 1023. Eurip. Suppl. 447. πῶς οὖν ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις. Noster Av. 829. καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις. Utrobique ἔτι fere otiosum est. Reponendum ἔτι pro γε etiam in Thesm. 225. ex Vesp. 1442. monente Porsono in censura ed. Brunckianæ p. 65. Elm. Secundum ἂν, vel libri sui vestigiis insistens, vel operarum incuria, omisit Invernizius. Id.

289. Notatur hic perfidia Laconum; uti et in Lysistr. 630. ubi locus similis. Kust. De perfidia Lacedæmoniorum citat Schol. Euripidem in Andromacha v. 446. Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια. ubi vide notas Barnesii. Etiam Comici Schol. citat illum locum in Pace ad hunc versum 1068. ὧν δόλιαι ψυχαί, δόλιαι φρένες. Berg. Vid. Pors. ad Med. 21. Dobr.

296. ἤδη edd. tres omnium antiquissimæ. Noster Vesp. 426. τοῦτο μέντοι δεινὸν ἤδη, νὴ Δί', εἰ μαχούμεθα. Eccl. 645. τοῦτ' ἤδη δεινὸν ἀκοῦσαι. Elm. Suidas, ταραξικάρδιον· τὸ δάκνον τὴν καρδίαν. Τοῦτο τοὖπος δεινὸν ἤδη καὶ ταραξικάρδιον· Αὐξήσει κέχρηται, εἰπὼν ταραξικάρδιον. Ἔστι γάρ τι δεινόν, ὃ μὴ οὕτως δεινόν ἐστιν, ὡς δάκνειν καὶ ταράττειν καρδίαν. ὅπερ δὲ τῇ καρδίᾳ ταραχὴν ἐμποιήσειεν ἄν, τοῦτο ἀναμφιλόγως δεινὸν νομίζοιτο. Schutz.

298. In Vespis 520. καὶ ξίφος γέ μοι δότ'· ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει. Vide hic in Acharn. 336. Ceterum in hac parte comœdiæ imitatur Comicus Telephum Euripidis, ut in sequentibus magis patebit. Etiam illud, quod Dicæopolis caput sibi præcidi jubet, nisi justa dicat, inde petitum est; nam ibi aliquis, sine dubio Telephus, dixit, se nec capitis periculo deterreri, quo minus justa dicat; ut ex isto fragmento apparet: Ἀγάμεμνον οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν σιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων. Berg.

299. ἐπιξήνου. Scholia: ἐπίξηνον καλεῖται ὁ μαγειρικὸς κορμὸς, ἐφ' οὗ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Berg. Hesychius: ἐπίξηνον· ξύλον ἐφ' οὗ τὰ κρέα τιθέντες ἔκοπτον. οἷον τὸ κρεοκόπον ξύλον. Consentit Pollux vi. 90. x. 101. Elm. Versum hunc sic exhibent libri omnes: ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν. Malam librariorum manum metri depravatio ostendit. Qui ferri potuit dactylus in quinta trochaici sede? Vox κεφαλὴν glossema est: nec falso ariolari mihi videor poetam scripsisse: ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν δέρην ἔχων λέγειν. Infra 492. ὅστις παρασχὼν τῇ πόλει τὸν αὐχένα. Brunck. Ad hunc versum siluerant interpretes, credebamque me primum mendam, qua fœdatus erat, animadvertisse: sed fefellit me opinio. Forte enim deprehendi *Clarissimum Professorem Regium* non latuisse numerorum depravationem, quos in nota ad Sophoclis Trach. 731. ad hunc modum restituit: ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν ἔχων κεφαλὴν λέγειν. Mira est profecto illa verborum structura τὴν ἔχων κεφαλὴν, pro τὴν κεφαλὴν ἔχων, vel ἔχων τὴν κεφαλήν. Illius vellem exemplum saltem unicum protulisset. Equidem nullum aliud habeo, quo emendationem istam adstruam, quam hoc e Comico nostrate: *d'amour mourir me font, belle marquise, vos beaux yeux.* Id. Τὴν δέρην Brunckius ex inge-

nio, ut vitetur dactylus in carmine trochaico. Κωμικώτερον esset τὸν λάρυγγ'. Vulgatam habent A. B. C. Rav. Suidas in ἐπίξηνος [Zonaras i. 794.], καταξαίνειν, ὑπὲρ ἐπιξήνου et φοινικίδα. Scripsit fortasse poeta: ὑπὲρ ἐπιξήνου θέλω λέγειν ἔχων τὸν αὐχένα. Elm. Vide Plutarch. t. ii. p. 801. B. Quod in proximo est, μαντίλη, vide apud Polluc. vii. 74. [Apud Plutarchum est senarius Platonis Comici, βόσκει δυσώδη κεφαλὴν, αἰσχίστην νόσον. Unde me olim monuit Porsonus legendum tum in Platone, tum in Aristophane, Κέφαλον, conferens Eccles. 248. Nunc ita video Platonem emendare Elmsleium addend. ad Ach. 584. Dobr.] ἐξείνου Suid. Ms. in ὑπὲρ ἐ. Mox ἐπίξεινον, cetera, ut hic. Pors. Philetæri comœdiam Κέφαλον memorat Suidas. Dobr.

300. εἰπέ μοι. Verbo singularis numeri compellat plures; in Avibus 366. εἰπέ μοι τί μέλλετ', ὦ πάντων κάκιστα θηρία, ἀπολέσαι, παθόντες οὐδὲν, ἄνδρε, καὶ διασπάσαι. Ita etiam mox 309. Berg.

301. Eurip. Phœniss. 1152. ὦ τεκνα Δαναῶν, πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς, τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις; Suppl. 503. πέτροις καταξανθέντες ὀστέων ῥαφάς. Et Soph. Ajace 735. τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν. Berg. Καταξαίνειν...εἰς φοινικίδα. Alludit ad proverbium: ξαίνειν εἰς πῦρ. Supra aliter idem fere dicit: ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδιανικόν. Id. Respicere videtur Soph. Aj. 735. Οἱ pro ὦ Suid. Ms. καταξ. Pors.

302. οἷος αὖ μέλας τις ἡμῖν [Sic Kusterus tacite: in textu, ut libri omnes, ὑμῖν. 'Fo. ἧμιν,' Bent. Dind.] θυμάλωψ ἐπέζεσεν. Id est, *videtis, ut contra nos effervescat, velut niger titio,* (vel *carbo?*) Locus est obscurus, in quo forte ad aliquid alluditur, quod hodie ignoramus. Quare enim de *titione* vel *carbone nigro* (i. e. exstincto) diceret ἐπέζεσιν, quod melius conveniret titioni candenti, vel prunæ? Cogitet igitur lector. Kust. Θυμάλωψ ἐπέζεσεν. θυμάλωψ est, ut Hesychius exponit, ἡ λιγνώδης τοῦ πυρὸς ἀναφορά· *quod de igne fuliginosum surgit.* Hic autem carbonarii, qui assidue ignem tractant, utuntur hac voce pro θυμὸς, *iracundia.* Soph. Œd. Col. 426. ὁπηνίκ' ἔζει θυμός. Comicus Thesmoph. 473. 475. τὸ μὲν—ὀξυθυμεῖσθαι σφόδρα—οὐ θαυμάσιον ἐστ', οὐδ' ἐπιζεῖν χολήν. ubi vide notam. Berg. V. 302. [qui vulgo choro continuabatur] est Dicæopolidis. In ἐπέζεσεν respexit ad iram excandescentem: in μέλας ad atrum sanguinem, qui vultus iratorum inficit. Reisk. Secundum Suidam θυμάλωπες, sunt οἱ ἀπολελειμμένοι τῆς θύψεως ἄνθρακες ἡμίκαυτοι. Ejusmodi prunæ cinere tectæ videri possunt exstinctæ, et tamen subito sæpe flammam emittunt. Quis nescit 'ignes suppositos cineri doloso!' Schutz. Elegantius R.: Οἷον αὖ μέλας ἐφ' ὑμῖν θ. ἐ. modo post αὖ inseras τίς, nescio quo casu deletum illud, non sine sententiæ, magisque versus, detrimento. Præpositio, inutilis habita, ex quo omitti cœpit, numeri causa τις est transpositum. Vid. etiam ad Vesp. 507. Hotib. Θαυμάλωψ edd. 1515. 1538. 1600. et Suidas in φοινικίδα, qui θυμάλωψ habet in καταξαίνειν, quæ scriptura vulgo repræsentatur in Thesm. 729. Utramque formam agnoscunt grammatici. Pollux vii. 110. οἱ δὲ ἡμίκαυτοι ἄνθρακες, θυμάλωπες. Strattis apud eundem x. 101. ubi verba uncinis inclusa ex conjectura adjeci: (λιβάνωτον ἔνδοθεν τίς) ἂν κομίσειέ μοι, | (καὶ) θυμαλώπων ὧδε μεστὴν ἐσχάραν; Elm. Θαυμάλωψ. Sic Suid. ed. Ms. φοινικίδα. Pors.

303. οὐδ' ἀκούσεσθ', ἀκούσεσθ' ἐτεόν. Metrum laborat. Quare non dubito quin sic scripserit Aristophanes: οὐκ ἀκούσεσθ', οὐκ ἀκούσεσθ', ἐτεὸν, etc. Vel οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐδ' ἀκούσεσθ': ut postea in cod. Vatic. Palat. scriptum inveni. Kust. Οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐδ' ἀκούσεσθ'—Sic legendum esse sensus ostendit et metrum, alterumque οὐδ', quod in omnibus impressis abest, etiam sine codice reponi poterat. Nec tamen id auctoritate caret. In tribus codd. scriptum οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐκ ἀκούσεσθ'. Eadem particula vel οὐδ', vel οὐκ geminari debuit. Brunck. Οὐδ' ἀκούσεσθ' οὖν; non igitur audietis? ἀκούσεσθ' ἐτεόν. audietis profecto. Reisk. Οὐκ utrobique Rav. Sæpenumero librariis fraudi fuit οὐκ in eodem versu sæpius positum. Noster Eq. 727. τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ'; οὐκ ἀπὸ τῆς θύρας; Vesp. 458. οὐχὶ σοῦσθ'; οὐκ εἰς κόρακας; οὐκ ἄπιτε; παῖε τῷ ξύλῳ. Utrumque locum aliter exhibent edd. Elm. Οὐδ' inserendum esse jam Bent. viderat. Dind. Et sic legend. monet Pors.

304. δεινά γ' ἄρα πείσομαι. *grave igitur aliquod malum patiar.* Tacitus et submissa voce Dicæopolis hæc secum loquitur, existimans nimirum, magnum aliquod malum ab Acharnensibus sibi imminere. Kust. Δεινά τἄρα πείσομαι. δεινά γ' ἄρα πείσομαι vulgo. In hac loquendi formula solenne est τοι. Noster Av. 1225. δεινότατα γάρ τοι πεισόμεσθ.' Eccl. 650. δεινὸν μέν τἂν ἐπεπόνθην. Thucyd. iii. 13. πάθοιμεν τἂν δεινότερα. Plato Gorgia p. 315. C. δεινὰ μέν τἂν πάθοις. Hinc legerim: δεινά τἄρα πεισόμεσθα Ran. 252. δεινά τἂν ἐπεπόνθεμες Lys. 1098. καλά τἂν πάθοιμεν Eccl. 95. καὶ δίκαιά τἂν

πάθοις Thesm. 86. Usurpatur a nostro τᾶρα in Vesp. 299. 1262. Nub. 1154. Av. 895. 1017. 1308. 1358. 1446. 1542. Lys. 20. 435. 439. 443. 447. 798. Ran. 656. Eccl. 711. et alibi, renuentibus plerumque librariis. Elm. Hinc in Eccl. 794. malim, χαρίεντα τἂν πάθοιμ' ἄν. In Lys. 1098. dedi ἐπεπόνθεμες, penultima brevi: quæ præteriti plusquamperfecti forma, in tertia persona plurali passim obvia, etiam in prima secundaque apud Atticos scriptores restituenda videtur. Ita Eurip. Bacch. 1343. ὀψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς· ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ ᾔδετε. Hac respexit Grammaticus apud Montifalconium Biblioth. Coislin. p. 482. [Bekker. Anecd. i. 98, 14.] ᾔδεται, Εὐριπίδης Βάκχαις. Hinc apud Soph. Œd. Tyr. 1232. scribo, λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ᾔδεμεν τὸ μὴ οὐ. Vulgo ᾔδειμεν. Ex his locis discimus Atticos non semper dixisse, ᾖσμεν, ᾖστε, ᾖσαν, quæ quidem nonnullorum opinio fuit. Cæterum locis ubi occurrit τᾶρα adde Soph. Œd. Col. 534. 1442. Trach. 322. Phil. 1253. El. 404. Eurip. Or. 1335. Phœn. 719. Hippol. 480. ἦ τἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν. Alc. 645. 735. Suppl. 496. οὔ τἄρ' ἔτ' ὀρθῶς Καπανέως κεραύνιον. Iph. Aul. 1199. Heracl. 651. Ion. 337. Herc. 623. Contra omnes fere libros γ' ἆρα et γ' ἄρα dedit Porsonus in Or. 1335. Phœn. 719. quos ipse numerat 1328. 724. Adde nostrum apud Pollucem vi. 80. ὀξυγλυκεῖαν (aut ὀξυγλύκειάν) τἆρα κοκκιεῖς ῥοιάν. et apud Eustathium p. 1419, 52. ἄκων κτενῶ σε, τέκνον· ὁ δ' ὑπεκρίνατο· ἐπὶ Παλλαδίῳ τἄρ', ὦ πάτερ, δώσεις δίκην. Id.

306. ἆρ' omittit Aldus: lege χ' ὑμᾶς vel δήξομ' ἄρ'. Bent. Sic vulgo legitur hic versus, numeris prorsus corruptis: ὡς τεθνήξων ἴσθι νῦν γε. — δήξομαί χ' ἄρ' ὑμᾶς ἐγώ. In membr. est νυνί. In C. νῦν. Iidem codd. pro γ' ἄρ' dant γάρ. Metrum facili opera restituo cum Dawesio: ὡς τεθνήξων ἴσθι νυνι. — δήξομ' ἄρ' ὑμᾶς ἐγώ. Brunck. Δήξομαί γ' ἄρ' ὑμᾶς. δήξομ' ἄρ' ὑμᾶς Dawes. Misc. Crit. p. 94. Lege δήξομαί γ' ὑμᾶς. Pors.

307. ὑμῶν. ὑμῖν. Reisk. Dind.

308. Conjeceram ὡς ἔχων, sed receptam confirmat Lys. 865. ὡς οὐδεμίαν ἔχω γε τῷ βίῳ χάριν. Elm.

309. εἰπέ μοι. Pro εἴπατε, dicite. Pari modo ἴθι, ἄγε, φέρε, de pluribus dicuntur. Kust. Εἴπ' ἐμοὶ Brunckius. Εἰπέ μοι ad plures dicitur Vesp. 403. Pac. 383. Av. 366. Elm.

310. τοῖς Ἀχαρνικοῖσιν ὑμῶν; μῶν vulgo ante Kusterum, qui τοῖς Ἀχαρνικοῖσιν; ὑμῶν μῶν dedit. μῶν ὑμῶν Bentleio debetur. Theopompus apud Priscian. p. 1183. ubi vulgo ὑμῶν legitur. γυνὴ Θρασυμάχου. μῶν γυνὴ καλῶς ἐπιστατήσει; Elm. Vereor ne mihi fraudi fuerit Bentleii auctoritas, cui quidem hoc tantum loco obsecutus sum. Nam v. 108. 216. 454. 615. 850. nihil mihi suppeditavit liber Bentleianus præter conjecturæ meæ confirmationem. Hodie legendum videtur: τοῖς Ἀχαρνικοῖσιν ἡμῖν; μῶν ἔχει του παιδίον. Ita fere noster Pac. 918. πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Τρυγαῖος ἀ'θμονεὺς ἐγώ. Id. Τοῦ παιδίον vulgo ante Kusterum. που παιδίον Scaliger. Id.

311. ἢ 'πὶ τῷ. Ita recte edd. pristinæ; non ἢ 'πί τῳ, ut nuper. Berg. Interrogativum τῷ Kusterus ubique in encliticum τῳ mutasse videtur. Dind.

313. εἴσομαι. Adscribam scholia latine conversa: "corbem carbonarium profert, quem ait Acharnensium esse popularem perquam facete. Imitatur autem in rebus ludicris arduos tragœdiarum casus; nam et Telephus, secundum Æschylum, ut a Græcis salutem consequeretur, Orestem interceptum secum tenebat. Simile quid Comicus in Thesmophoriazusis fecit; nam et ibi Mnesilochus, cui periculum a mulieribus imminebat; ut rem vini, quasi infantem mulieris cujusdam rapit, et vult occidere." Vide in Thesm. ad 697. Berg. Hactenus bene. Sed sunt alia quædam hic observanda. Primum enim quæritur, quomodo corbes carbonarios Dicæopolis tanquam obsides quosdam adhibere potuerit? Cogitandum est igitur poëtam fingere, Dicæopolin carbones emisse ab Acharnensibus quibusdam, qui eos corbibus suis nondum receptis attulerant. Hos igitur se perditurum minatur Dicæopolis. Deinde magna pars ridiculi in eo versatur, quod Acharnensium illorum paupertas luditur, quibus scilicet magnum videbatur damnum inferri, si corbis carbonarius diffringeretur. Schutz. Εἴσομαι — ἀνθράκων τι κήδεται. Hoc non de carbonibus intelligendum, qui etiamdum in illo corbe essent; hos enim emerat Dicæopolis et forte jam in proprias cistas carbonarias effuderat; sed illa phrasis ὅς τις ἀνθράκων τι κήδεται ad totum negotium carbonarium pertinet, quod sine corbe non poterat exerceri. Id.

314. ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἔατ' ἐμός. Corbis ille carbonarius uni Archarnensium erat proprius; totus autem chorus eum sibi curæ esse profitetur, quia sit civis suus et tribulis; sicut postea idem dicitur ἧλιξ. Schutz. Ad hunc locum provocat Harpocratio in λάρκος. Elm. Δημότης. V. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 285. Dind.

315. Paullo aliter in Pac. 385. μηδα-

μῶς, μὴ, μηδαμῶς, quam scripturam hic etiam prætulerim. Elm. Ὦ μηδαμῶς agnoscit Suidas in ipsis vocibus. Id.

316. *Omnino occidam: clamate quantum libet; non enim audiam.* Kust. Ὡς i. e. ὅμως. Schutz. In vulgata scriptura ὡς ἀποκτενῶ velim dicant interpretes quam vim habeat particula ὡς. Suspicabar scribendum esse ὡς ἀποκτενῶν, pro ὡς ἀποκτενοῦντος, ut sit Atticum σχῆμα σολοικοφανὲς, in quo post rectum participii casum statim sequitur verbum ad diversam personam spectans. De ea figura consulendus Valckenarius ad Phœn. 292. cum scriptoribus ab eo indicatis. In hac ipsa fabula v. 1164. ἠπιαλῶν et βαδίζων de Antimacho dicuntur, κατάξειε vero de latrone. His adde πεσὸν et ἐξηύδα v. 1182. quem locum, a Kustero ad. Plut. 277. indicatum, ita interpretatur Brunckius: *quum autem terribilis illa pinna cecidisset ad petras, Lamachus horrendum edidit carmen.* Parum dubito quin restituendus sit hic Atticismus in Pac. 950. Οἴ; ναὶ μὰ Δί'. ἀλλὰ τοῦτό γ' ἔστ' Ἰωνικὸν | τὸ ῥῆμ'· ἐπίτηδες οὖν, ἵν', ἐν τἠκκλησίᾳ | ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγων τις, οἱ καθήμενοι | ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ' Ἰωνικῶς, οἴ. Simillima habet noster in Ran. 1437. Elm. Insigne ejusdem σχήματος exemplum comparet in Pac. 1242. μολυβδὸν εἰς τουτὶ τὸ κοῖλον ἐγχέας, | ἔπειτ' ἄνωθεν ῥάβδον ἐνθεὶς ὑπόμακρον, | γενήσεταί σοι τῶν κατακτῶν κοττάβων. Sed in hoc Acharnensium loco nihil mutandum. Particula ὡς eodem sensu usurpatur Nub. 209. Lys. 32. 499. Auget et confirmat quæ prius dicta sunt. Id.

317. ἀπολεῖς σὺ τὸν ἥλικα Bentleius, ut respondeat versus strophico 273. Ego conjeceram ἀπολεῖς δὲ cum interrogatione. Elm. Ἀπολεῖς | ἄρα τόνδ' | ἥλικα φιλ- | ανθρακέα; Hermann. de Metr. p. 360. ed. 1. Reisig. Conject. Aristoph. p. 210. Bentleius Elmsleiusque falluntur omnes. Burg. in *Classical Journal*, Nr. xxxvii. p. 126. Vide Reisig. ad vs. 279. Ἥλικα φιλανθράκεα. Ridicule corbem æqualem suum dicit, quoniam diu eo usus fuerat, et φιλανθράκεα, quod factum ad imitationem vocabuli φιλάνθρωπος, quia inter carbones et corbem carbonarium quasi quædam necessitudo et amicitia intercedit. Schutz.

318. οὐδ' ἐμοῦ λέγοντος ὑμεῖς ἀρτίως ἠκούσατε; Sic optime B. C. Pronomen ὑμεῖς in membr. ut in impressis omnibus omissum, quod reponendum esse Reiskius viderat. Brunck. Et Bent. Dind.

319. ἀλλὰ νυνὶ λέγ' ὅτι σοι δοκεῖ. ἀλλὰ νῦν λέγ', εἴ σοι δοκεῖ vulgo, consentiente Gregorio de Dialectis p. 53. ἀλλὰ νῦν λέγ', εἴ τοι σοὶ δοκεῖ Rav. Noster v. 369. λέξω δ' ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἅ μοι δοκεῖ. Hinc legerim in Thesm. 216. ἀλλὰ πρᾶτθ' ὅτι σοι δοκεῖ, ubi vulgata scriptura vix Græca videtur. Elm. Pherecrates apud Athen. p. 269. C. καὶ τῶνδ' ἕκαστον ὅτι φάγοι τις ἢ πίοι, | διπλάσιον ἐγένετ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πάλιν. Vulgo, ἕκαστος εἰ φάγοι τι, alteroque versu, διπλάσι'. In Eq. 1350. legendum videtur, καὶ, νὴ Δί', ὅτε γε δύο λεγοίτην ῥήτορε. Id. Τε, quod metro necessarium est, omittunt R. et Gregorius. Id. Leg. νυνί. Bent. Ἀλλὰ νῦν, εἴ τι σοί τοι δοκεῖ, τόν τε Λακε-|δαιμόνιον αὐτὸν ὅ τι τῷ τρόπῳ σοῦ 'στι φίλον. Sic interdum σοί τοι legitur: cf. 194. Τοι abest Juntinis, quæ tamen recte exhibent σοῦ 'στι φίλον, quod temere mutavit Brunckius. Hotib. Στρ.: ἀλλὰ νυνὶ λέγ' ὅτι σοι δοκεῖ, | τόν τε Λακεδαιμόνιον αὐτὸν, ὅτι | τῶν τρόπων σοὔστὶ φίλος· ὡς τόδε τὸ | λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτε. Ἀντιστρ.: ΧΟ. ἐκσέσεισται χαμᾶζ. ΔΙ. οὐχ ὁρᾷς | σειόμενον· ΧΟ. ἀλλὰ μή μοι πρόφασιν· | ἀλλὰ κατάθου τὸ βέλος. ΔΙ. ὡς ὅδε γε | σειστὸς ἀμένης στροφῇ 'κτείνετο. Vulgo τῷ τρόπῳ — φίλον. At syntaxis est: λέγε τε τὸν Λακεδαιμόνιον τρόπον αὐτὸν, ὅτι φίλος σοί ἐστιν. Et sane φίλος legisse videtur Schol. καὶ εἰπὲ ὅτῳ τρόπῳ (lege ὅτι τῶν τρόπων) ὁ Λακεδαιμόνιός ἐστι σοι φίλος. Quis sit ille modus Laconicus exponit Hesych. Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν, παιδεραστεῖν ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τοῖς ξένοις. Hoc postremum fecerat Δικαιόπολις, quando illis τὰς σπονδὰς acceperat. In antistrophicis vulgo σειστὸς ἅμα τῇ στροφῇ γίγνεται. MS. B. et Schol. στροφιγγί. Inde erui στροφῇ 'κτείνετο: et vice ἅμα τῇ σ' dedi ἀμένης. Etymol. Ἀμένης παρὰ τὸ μὴ ἔχειν μένος. Suam impotentiam in prœlio Veneris expertus est Δικαιόπολις, ut alio tempore demonstrabo. Facete igitur, dum ad penem digito intendit, senex rem suam esse tranquillam, diu licet commotam, commonstrat. Burg. in *Classical Journal*, Nr. xxxvii. p. 126.

320. ὅτι τῷ τρόπῳ σοὔστὶ φίλον. Hæc sine dubio corrupta sunt, quamquam numeri satis commode strophico versui 276. respondent. Pro ὅτι τῷ τρόπῳ voluit Scaliger ὅτῳ τρόπῳ. Omnia R. et Gregorius ut vulgo. Elm. Bentleius, ut erat minus assuetus sermoni Atticorum, ὅττῳ volebat. Brunckius edidit ὅ τι τῷ τρόπῳ. Dind. Σοὐστί. σοῦ 'στιν Brunckius, metro pessumdato. Attica crasis est σοὔστὶ pro σοι ἐστί. Elm. Σοῦ 'στι φίλον. L. σοί 'στι φίλον. Vide Eccl. 410. Pors. Imo σοὔστὶ ut edidit Elmsleius, et edidisset Porsonus, qui σοὔστι in Æschyl. Eumen. 911. (916. Stanl.) Vide cum ad Hecub. 334. et Burncium, *Monthly Re-*

view, Sept. 1789. p. 249. Feb. 1796. p. 131. Dobr.

321. Ad hunc locum respexit Pollux x. 111. Kust.

322. *τοὺς νῦν μοι λίθους χαμᾶζε πρῶτον ἐξεράσατε.* Sic libri omnes, manifesta menda, ad quam non magis ego quam ceteri editores, adtendi. Rescribe ocius: *τοὺς λίθους νῦν μοι χαμᾶζε πρῶτον ἐξεράσατε.* Brunck. Noster Pac. 560. *νῦν μὲν οὖν, ὦ 'νδρες, προσευξώμεσθαι πρῶτων τῇ θεῷ.* Elm. Qui edidit: *τοὺς μὲν οὖν λίθους.* Dind. Leg. *τοὺς λίθους, νῦν μοι* vel *τοὺς μὲν οὖν λίθους.* Bent. *'Εξεράσατε.* Derivatur ab *ἔραζε*, *in terram.* Berg. *'Εξεράσατε.* Suidas ad h. l. respiciens: *'Εξεράσα, τε τοὺς λίθους, ἐκκενώσατε ἐκβάλλετε. ἀποῤῥίψατε. πεποίηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς ἔρας, ὅ ἐστι τῆς γῆς.* Schutz.

323. *οὑτοιΐ σοι χαμᾶζε· καὶ | σὺ κατάθου τὸ ξίφος πάλιν.* Vulgo *χάμαι*. Sed ob sequens et præcedens *χαμᾶζε* idem hic quoque postulatur. Burg. in *Classical Journal*, Nr. xxxvii. p. 127. *κατάθου πάλιν τὸ ξίφος.* In B. *κατάθου τὸ βέλος.* Ad clausulam versus 326. deflexit librarii oculus. Sed postea voces *πάλιν* et *ξίφος* superne reposuit. Idem cod. in v. 327. variam lectionem nullius pretii ad vocem *στροφῇ* dat, *στρόφιγγι*. Brunck.

324. *μὴ τοῖς τρίβωσιν. μὴ 'ν τοῖς τρίβωσιν* vulgo. Præpositionem omittit Suidas in *ἐγκάθετος*. Sic in Vesp. 1114. *ἀλλὰ καὶ κηφῆνες ἡμῖν εἰσιν ἐγκαθημένοι.* In Eq. 1334. Vesp. 711. et Holcasin apud Athen. p. 111. A. legendum sine præpositione: *τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου.* Contrarium vitium est in Vesp. 432. ubi reponendum: *τὠφθαλμὼ 'ν κύκλῳ.* Elm. Adde Eq. 367. *οἷόν σε δήσω 'ν τῷ ξύλῳ.* 1049. *δῆσαί σ' ἐκέλευ' ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ.* Nub. 592. *εἶτα φιμώσητε τούτου 'ν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα.* Plut. 1126. *οἴμοι πλακοῦντος τοῦ τετράδι πεπεμμένου.* Id. *Δήσω'ν* et *τοὐτου'ν*, quæ Elm. in Equitibus et Nub. restitui voluit, prorsus barbara esse censet Reisig. Dind. *Μὴ τοῖς* Suid. v. *ἐγκάθετος.* Quod nesciebat Cl. Kusterus ad Suidam i. p. 668. detexit tamen in Addendis iii. p. 718. *που λίθοι* om. Suid. Ms. v. *ἐγκάθετος.* Pors. *'Εγκάθηνταί που λίθοι.* Oblique ipsos Acharnenses vocat lapides; nam et ipsi erant in palliis, in quibus lapides habebant. Berg. Mirum commentum. Dind. Hæc *διλογία* nimis esset insulsa. Festive cavillatur Dicæopolis animum de salute sua nimis anxium et sollicitum, utpote timentem ne forte hic ibi lapis in pallio delitescat, quo præter opinionem incautus possit feriri. Schutz.

325. *ἐκσέσεισται.* Scil. *ὁ τρίβων.* *Excussum mihi est pallium*, adeoque lapides in terram excussi. Schutz.

326. *ἀλλὰ μή μοι πρόφασιν.* Alexis apud Athenæum iv. p. 170. *καὶ μὴ προφάσεις ἐνταῦθά μοι, μὴ δ', οὐκ ἔχω· ἀλλά γε λέγ' οὗ δεῖ.* Sophocles Antig. 583. *μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν κομίζετ' εἴσω.* Berg.

327. Schol. *στρόφιγγι* pro var. lect. lege ergo *ὡς ὁδί γε σειστὸς ἅμα τε τῇ στρόφιγγι γίγνεται.* et trochaicus respondere debet strophæ — *γὼ κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσίν ποτ' ἐς καττύματα.* Bent. *Nam hic* (i. e. Chorus) *simul cum strophe* (sive conversione in alteram partem) *sinum* (in quo erant lapides) *excussit.* Consule etiam veterem interpretem. Kust. *Στροφὴ* est inversio pænulæ. *τρίβων* enim aut *χιτὼν* subintelligitur in *ὅδε*. *Non tantum*, ait, *excussi tunicam, sed etiam inverti*, interius extrorsum. Reisk. Hunc versiculum, inserto *σοι*, quod ante *σει* facile excidere poterat, leviter interpolavi, ut respondeat strophico 283. Elm. *Στρόφιγγι.* *στροφῇ* vulgo, consentiente Rav., quod veræ scripturæ interpretatio videtur. *στρόφιγγι* B. Schol. pro varia lectione. Elm. Hesychius: *στροφίγγη· συστροφή.* Scribendum, *στρόφιγγι· συστροφῇ.* Huc respexit grammaticus. Id.

328. Vulgo legitur imperfecto sensu et metro: *ἐμέλλετ' ἄρα πάντες ἀνασείειν βοῆς.* In C. scriptum *ἄρ' ἅπαντες.* Præpositionem autem *μετὰ* e Scholiaste reposui. Brunck. *'Εμέλλετ'.* Verbum *μέλλω* eodem sensu usurpatur a nostro Vesp. 460. *ἆρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ.* Nub. 1301. *φεύγεις; ἔμελλόν σ' ἄρα κινήσειν ἐγώ.* Ad hunc locum optime monet Brunckius: *sic loqui solent qui multo labore tandem id effecerunt quod contenderunt.* Cujus quidem interpretationis oblitus erat vir summus, ut in longo opere interdum fieri solet, cum demum ad hanc fabulam illustrandam devenisset. [Vertit enim: *debebatis—clamorem tollere.*] Dicerent nostrates, *I thought I should make you hold your tongues.* Elm. Qui scribit *ἄρ' ἅπαντες.* Dind. Male Scholiastes: distingue post *βοῆς*: quod vocativus pluralis est a *βοεὺς*, *θύλακος.* Bent. *'Ανασείειν βοῆς.* Scaliger recte legit *ἀνασείειν μετὰ βοῆς.* Kust. Ex Scholiis: *ἐμέλλετε μετὰ βοῆς ἀνασείειν· ὡς τῆς τοῦ λάρκου ῥήξεως μετὰ βοῆς μελλούσης γίνεσθαι.* Hæc dicit, cophino in terram dejecto, ut effunderentur carbones. Berg. F. *βοήν.* *prope aberat ut lugubrem cantum ob facinus meum ederetis.* Reisk. *Βοὴν* etiam Tyrwhittus apud Burg. Dind. *Βοῆς.* *βοὴν* R. *μετὰ βοῆς* Scaliger et Brunckius ex interpretatione

Arist. Not.

Scholiastæ. Grammatica structura hujus versus nondum mihi satis comperta est: sententia vero, quæ fefellit interpretes, hujusmodi videtur: *ἐμέλλετε ἄρα παύσεσθαι τῆς βοῆς.* Noster Ran. 268. *ἔμελλον ἄρα παύσειν ποθ' ὑμᾶς τοῦ κοάξ.* Pro *ἀνασείειν βοῆς* eodem sensu dicere poterat poeta *ἀνήσειν τῆς βοῆς*, ut in Pac. 318. *ἐξολεῖτέ μ', ὦνδρες, εἰ μὴ τῆς βοῆς ἀνήσετε.* Cæterum *ἀνασείειν* agnoscit Suidas in ipsa voce. Elm. *Ἀνασείειν βοὴν* dictum ut *ἱστάναι βοήν. εἰσαγγελίαν ἀνασείσας* dixit Demosthenes p. 781, 22. Dind.

329. *Παρνάσιοι.* Sic tres codd. Vulgo sibilans litera geminatur. Brunck. Fo. *Παρνήθιοι.* Vid. Steph. Byz. v. *Πάρνης.* Suid. *Παρνάσιοι.* Bent. *Παρνήσιοι. Παρνάσσιοι* edd. accedente Invernizio. *Παρνάσιοι* A. B. C. Brunckius. Utramque scripturam habet Suidas in *Παρνάσιοι.* Atticum montem Parnetha intelligi recte statuit Schol. A Parnethe fit *Παρνήσιος*, ut a Tricorytho *Τρικορύσιος* in Lys. 1032. Hinc Parnetha in Acharnensium pago sitam fuisse discimus. Elm. Pro *Πάρνηθος* apud Platonem Critia p. 1101. D. *Πάρναθος* habet Aldina p. 182, 35. quæ diversitas hujus loci emendationem confirmat. Id. *Ὀλίγου γ'. ὀλίγου τ'* vulgo, consentiente Suida in *Παρνάσιοι.* Idem. Legendum censeo *ἄνθρακες* (vel *ὤνθρακες*) *Παρνήσιοι.* Parnes mons Atticæ. Hotib. *Ἄνθρακες* Dawes. Misc. Crit. p. 331. Pors. *Ἀπεθάνετ'* Tyrwhitt. Burg. *Parum aberat, quin morerentur s. pessum irent carbones Parnasii!* At quid Dicæopolidi rei erat cum carbonibus? Peremturus quidem erat corbem carbonarium in quo attulerat ei Acharnensium aliquis carbones, quos ille emerat (nam carbones ipsi emendos fuisse, dum belli tempore Athenis versaretur jam supra questus erat. v. 34.), sed cur carbones perderet? quod si fecisset ipse sibi non Acharnensibus damnum intulisset. Et nunquam antea de carbonibus perdendis, sed tantum de cophino carbonario loquutus fuerat. Itaque sic legendum esse conjicio. *Ὀλίγον τ' ἀπέθανεν ἀνθρακεὺς Παρνάσιος, parum aberat quin carbonarius Parnasius moreretur*; vel ut Germani dicerent: *es fehlte nicht viel, so hätte dieser gute Kohlenträger sein Ende gesehn. ἀνθρακεὺς* proprie est carbonarius, s. qui carbonariam exercet. Hic autem ipsum corbem, de quo jam supra tanquam de homine loquutus fuerat, carbonarium appellat, quo nihil potest esse facetius. Sic antea eum *δημότην*, et *ἥλικα φιλανθρακέα* nominaverat. Jam optime quæ sequuntur, huic dicto respondent. Quoniam enim in summo mortis periculo versatus erat corbis carbonarius, fingit se ab eo præ timore impendentis sibi necis, pulvere carbonario, qui ex carbonibus ei adhæserat, conspurcatum. In *Παρνάσιοι* autem jocus est ex soni similitudine. Corbis erat ex viminibus, quæ silva in monte Parnete præbuerat, constructus. Itaque quasi patriam ejus designans, ait eum Parnasium esse, quasi e monte Parnasso venisset. Schutz.

331. Apud Erotianum v. *μαριλῆνοι*, ubi locus hic Aristophanis citatur, pro *μοι συχνὴν* male legitur *ἀλοσύχνην.* Kust. Erotianus in *μαριλῆνοι* legit *ὑπὸ μαρίλης ἀλόσυχνην.* leg. *ἀλὸς ἄχνην* vel *ἀλοσύδνην*: sed recte *τῆς μαρίλης συχνὴν*, ut Pac. 167. *τῆς γῆς πολλήν.* Bent. *Τῆς μαρίλης μοι συχνὴν ἐνετίλησεν.* Elegans Atticismus, pro *συχνήν μοι μαρίλην ἐνετίλησεν.* Sic Pl. 694. *τῆς ἀθάρης πολλὴν ἔφλων.* Pac. 167. *κἀπιφορήσεις τῆς γῆς πολλήν.* Præter Kusterum, qui hæc loca observavit, alii docti viri multi idiotismum hunc illustrarunt. Vide Hemsterhusium ad Lucianum T. i. p. 117. Orvillium ad Charit. p. 135. Abresch. Dilucidat. Thucyd. p. 662. Brunck. *Πολλοὺς τῶν λίθων* Vesp. 199. *τῶν λαγῴων πολλὰ* Pac. 1196. Elm.

332. Vide Harpocrationem et Suidam v. *λάρκος.* Kust. *Ἐνετίλησεν.* Ita recte edd. pristinæ; non *ἐπετίλησεν*, ut nuper. Berg. *Ἐνετίλησεν.* Sic tres codd. ut veteres impressi. Operarum, ut videtur, errore, a quo tam difficile cavere est, in Kusteri editione excusum fuit *ἐπετίλησεν*, quod illum fugit: nam ex hoc loco in indicem suum retulit verbum *ἐπιτιλᾶν*, apud Comicum non obvium. Brunck. *Ἐπετίλησεν* Suidas in *ἐπετίλησεν, λάρκος* et *μαρίλη*, edd. recentiores ante Brunckium. Alii *ἐνετίλησεν*, consentiente Erotiano in *μαριλῆνοι*, quod verum videtur. Noster Vesp. 912. *νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ δῆλός ἐστ'. ἔμοιγέ τοι | τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν.* Ita etiam Plut. 427. *ἢ λεκιθόπωλιν· οὐ γὰρ ἂν τοσουτονὶ | ἐνέκραγες ἡμῖν, οὐδὲν ἠδικημένη.* Scholiastæ interpretationem *ἐπαφιᾶσι* bis in *ἐναφιᾶσι* mutat Suidas. Elm. Hinc fortasse legendum in Pac. 1229. *παῦσαι 'νυβρίζων τοῖς ἐμοῖσι χρήμασι.* Ejusdem generis est *ἐγγελᾶν τινι*, nec diversum *ἐμπαίζειν τινὶ*, quod passim usurpant scriptores sacri. Id. *Ἐπετίλησεν* Suid. ed. Ms. in v. ed. in *λάρκος*, locum om. Ms. *ἐπ* ed. Ms. in *μαρίλη*, ubi in Cratino l. *ἐφθη.* Pors.

333. *δεινόν γ' ἄρ'. δεινὸν γὰρ* vulgo, consentiente Suida in *ὀμφακίαν. δεινὸν μὲν γὰρ* Suidas in *δεινόν.* Elm. *Ὀμφακίας* est vinum ex uvis acerbis et immaturis confectum. Ejusdem formæ sunt *ἀνθοσμίας, καπνίας, σαπρίας, τροπίας, τρυγίας* et alia. Hinc altero abhinc versu *ἴσον*

ἴσῳ usurpat poeta. In Vesp. 1082. θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες habet. Id. Μὲν pro γὰρ Suid. Ms. δεινόν. Ald. μὲν γάρ. mox δεινοὶ πλέκειν τοι Ms. γὰρ Suid. ed. Ms. in ὀμφακ. πεποιθέναι pro πεφυκέναι Ms. in ὀμφ. In vs. 335. τ' Ms. in ὀμφ. Pors. Δεινὸν γάρ. Hoc refertur ad illa verba διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν, ideoque δεινὸν i. q. ἄτοπον significat potius *immane* quid, *grave*, *durum*, aut *insolens*, quam *periculosum*, ut Brunckius vertit. Schutz.

335. ἐθέλειν δ' ἀκοῦσαι Suidas in ὀμφακίαν, qui vulgatam habet in δεινόν. οὐ θέλειν ἀκοῦσαι Invernizius, ex ingenio, ut videtur. Elm. Ἴσον ἴσῳ φέρον. Recte vetus interpres monet metaphoram petitam esse a vino, pari portione aquæ temperato; quod Græci ἴσον ἴσῳ κεκραμένον vocabant: vel simpliciter οἶνον ἴσον ἴσῳ, subintellecta voce κεκραμένον. Hippocr. Aphor. 56. sect. vii. ἀλύκην οἶνος ἴσον ἴσῳ πινόμενος λύει. Ad quem locum Galenus tom. v. p. 325. ed. Bas. τὴν συμμετρίαν δὲ τῆς κράσεως αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος. ὕδατι γὰρ δηλονότι κεράννυσθαι βούλεται τὸν οἶνον ἴσῳ. Noster Plut. 1133. οἴμοι δὲ κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης. Mnesitheus Comicus apud Athen. ii. 1. ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ. Id est, *si vinum biberis æquali portione aquæ temperatum*. Subintelligitur enim κεκραμένον: et τὸ προσφέρεσθαι, ne quis erret, hic significat *bibere*: uti προσφέρεσθαι σιτία, *cibum capere*. Kust. Dicitur vinum φέρειν, *ferre* et *admittere* tot vel tot aquæ portiones: in Equit. 1182. ἔχε καὶ πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο. deinde alter: ὡς ἡδύς, ὦ Ζεῦ, καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς. Sic etiam licebit dicere: οἶνος τὸ ἴσον φέρων καλῶς· si nempe sit κύλιξ ἴσον ἴσῳ κεκραμένη. Berg. Cratinus apud Athen. 426. B. οἶνον ἴσον ἴσῳ φέροντα memorat. Idem comicus de se ipso apud Athen. p. 29. D. νῦν δ' ἢν ἴδῃ Μενδαῖον ἡβῶντ' ἀρτίως | οἰνίσκον, ἕπεται, κἀκολουθεῖ, καὶ λέγει· | οἴμ', ὡς ἁπαλὸς καὶ λευκός. ἆρ' οἴσει τρία; τρία πρὸς δύο scilicet. Noster Eq. 1187. ἔχε — καλῶς. Elm. Φέρον. φέρειν Rav. φέρων Suidas in ὀμφακίαν, qui φέρον, ut vulgo, habet in δεινόν. Id.

339. τοὐπίξηνον. ἐπίξηνον ex R. recepit Elm. Dind.

341. πάνυ γὰρ ἐμέ γε πόθος. Sic membr. In B. vulgata lectio est, πόθος γὰρ πάνυ με. Sed alteram, quam sequimur, margo exhibet. In C. πόθος γὰρ πάνυ ἐμέ γε. Brunck. Lege πόθος ἄρα γε πάνυ με. Bent. Ὅτι φρονεῖς. Sic tres cod. Perperam vulgo ὅ τι φωνεῖς, quod ab emendatore est: nam in primariis editt. exstat φονεῖς, quod in φρονεῖς, non vero in φωνεῖς mutari debebat. Brunck. Ὅττι φρονεῖς. Bent.

342. Citat Suidas v. ἤπερ. Kust.

343. θὲς Suid. ed. Ms. ἤπερ. Pors.

344. ἰδοὺ θεᾶσθε vulgo. ἰδοὺ θέασαι R. quod prætuli, cum legatur etiam in Eq. 997. Elm.

345. τυννουτοσί. Sic bene membr. Vulgo τυνουτοσί. Brunck.

346. Hesych. quoque agnoscit οὐκ ἐνασπιδώσομαι. forte tamen οὐ γένος προδώσομαι. vid. Nub. 1222. et Av. 1451. Bent. Fiduciam suam significat, ut in tanto periculo ne arma quidem sumat ad corpus obtegendum. Schutz.

352. ἀπεμπολώμενοι. ἀπεμπολᾶν proprie significat *vendere*: interdum vero *prodere*, vel *fallere*: Eurip. Troad. 973. ὥσθ' ἡ μὲν Ἄργος βαρβάροις ἀπημπόλα. Pari modo in linguis nostris vernaculis *aliquem vendere* sæpe notat, *aliquem prodere*, vel *perfide decipere*. Kust. Ad eandem rem πωλεῖν in Pace 372. τὸν τρόπον πωλούμενος τὸν αὐτὸν οὐκ ἐλάνθανεν. Berg.

354. Alexis apud Athen. iv. p. 134. ἀπὸ συμβολῶν ἔπινον, ὀρχεῖσθαι μόνον βλέποντες, ἄλλο δ' οὐδέν. Berg. Ψήφῳ δακεῖν. Proprie, *calculo mordere*. Id est, *reum condemnare*. Notantur hic Athenienses ut φιλόδικοι, ut qui reorum condemnationibus delectarentur: quo nomine Comicus noster eosdem salse ridet in fabula Vesparum, ubi Philocleonem introducit, ut hominem, qui nec vigilans nec somnians quicquam aliud præter judicia et reorum condemnationes cogitaret. Kust. In A. C. ψηφοδακεῖν. In B. ψηφαδοκεῖν. Genuinum esse videtur ψήφῳ δάκνειν. Brunck. Vera videtur Codicis scriptura ψηφηδακεῖν (plane κωμικῶς, cum exspectes ψηφηφορεῖν). Conf. Equit. v. 41. sq. Schæfer. in Schleusneri Curis novissimis in Photii Lexicon p. 153. Tu lege ΨΗΦΟΝ ΔΙΚΕΙΝ. Facete dicuntur senes οὐδὲν βλέπειν ἐς ἄλλο πλὴν ΨΗΦΟΝ ΔΙΚΕΙΝ. Burg. Præf. ad Eurip. Troad. p. xxviii.

355. ὑπὸ Κλέωνος ἅπαθον. Hoc propter comœdiam Babylonios dictam passus est Aristophanes, ut ait Schol., in qua visus est lædere quosdam ex magistratibus et ipsum Cleonem; idque præsentibus peregrinis, ut infra apparet v. 501. οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω. Hujus rei meminit etiam in Vespis 1276. ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος, καί με κακίσταις ἔκνισε. Berg. Meminerit lector hæc sub persona Callistrati dici, qui proximo anno Aristophanis Babylonios, superiori Δαιταλέας docuerat. Suidas in Σαμίων ὁ δῆμος· τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ (κδ' corrigunt) ἐπὶ Εὐκλέους. Eucles, a Diodoro male Eu-

clides dictus, magistratum gessit Olympiadis lxxxviii. anno secundo. Consentit in nomine fabulæ Schol. qui ex v. 504. colligit eam Dionysiis vernis actam fuisse. Nomen inditum est a servis Babyloniis in pistrina degentibus, teste Hesychio in Σαμίων ὁ δῆμος. Allegant eam tum alii sæpissime, tum Schol. ad Lys. 288. a Suida in σιμὸς descriptus: τὸ σιμόν· ἀντὶ τοῦ, πρόσαντες. καὶ ἐν Βαβυλωνίοις· μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμὸν καὶ πλατύ. ἐν Νίκαις· τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν ἀεί. Hinc fabulam Νίκας nostro tribuunt Brunckius aliique. Scribendum vero: μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμόν. καὶ Πλάτων ἐν Νίκαις· τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν δεῖ. Platonis Νῖκαι sæpius a Grammaticis memorantur. Elm.

356. τὴν πέρυσι κωμῳδίαν. Nempe Babylonios, quæ edita fuit an. 2. Olymp. lxxxviii. Archonte Eucle, Dionysiis urbanis, quæ mense Elaphebolione, id est ineunte vere, celebrabantur, sub quod tempus socii Athenas confluere solebant, ut tributa penderent. Videndus Sam. Petitus Miscellan. Lib. i. cap. 3. Brunck.

357. Lex Attica apud Pollucem viii. 51. περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι, ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται, ἢ ἄρχων, ἢ ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελία δίδοται κατ᾽ αὐτοῦ· κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν· ἢν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ· τὸ δὲ τίμημα, ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Plura dabit Harpocratio in εἰσαγγελία, et Pollux loco laudato. Fingitur εἰσαγγελία in Eq. 475. Elm.

358. Hesychius: κατεγλώττιζε· διέβαλλε, κατηγόρει. Elm.

359. κᾀκυκλοβόρει. Finxit Comicus verbum κυκλοβορεῖν, a torrentis nomine. Equit. 137. ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. Brunck. Hesychium: Κυκλοβόρος· ποταμός. τινὲς δὲ χαράδραν μετὰ ψόφου ῥέουσαν. citat Elm. Cf. Coray ad Isocratem T. ii. p. 75. Dind. Κἄπλυνεν. πλύνειν hic λοιδορεῖν, *probris incessere*. Vide Suidam v. πλύνεται: Artemidor. Onirocrit. l. ii. c. 4. Adrian. Jun. Adag. Centur. iv. 100. Simili sensu interdum accipitur vox νίπτειν, teste Schol. Nicandri p. 19. B. Kust. Pollux vii. 38. καὶ πλυνέας τοὺς πλυντὰς ἐρεῖς, καὶ τὸν τόπον, πλυνούς· ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν, καὶ πλυνόν με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία (Plut. 1061.) φησὶν, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις. Simili fere sensu dicunt Galli: *laver la tête à quelqu'un*: id est, *lui faire des réprimandes sévères*. Elm.

362. Hic versus iterum legitur paullo inferius v. 411. Utrobique a Schol. agnoscitur. Displicet versus parvo intervallo bis positus, geminatumque με, et ἐνσκευάσασθαι nude dictum: in altero enim loco subauditur τούτοις. Parum igitur abest quin Valckenario ad Hippol. 1029. accedam, qui hunc versum in priorem sedem præter mentem poetæ irrepsisse censet. Verum, si deleatur, subabrupta fit sententia, et huc respicere videntur quæ de ἀορασίᾳ induenda mox Choro tribuuntur. Porro malim ἐνσκευάσασθαί γ᾽. Confer Ran. 523. ubi fortasse legendum est: ὁτιή σε παίζων Ἡρακλέα ᾽νεσκεύασα. Elm.

363. Plato Phædro p. 1215. D. τί δῆτα ἔχων στρέφει; unde non male hic legeretur: τί δῆτα στρέφει; Sed receptum defendit Eurip. Hecub. 750. τί στρέφω τάδε; Elm. Τεχνάζεις τε. Sic tres codd. Vulgo τεχνάζει. Activa hujus verbi forma alibi Comicus utitur. In Thesmophor. 94. τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. Sed non constant hujus versus numeri. Est, vel saltem esse debet, trimeter pæonicus. Duplici autem laborat vitio: claudicat in secundo pede, quia syllaba τεχν brevis est, et in tertio antibacchium habet. Rescribe levi mutatione: τί ταῦτα στρέφει, καὶ τεχνάζεις. Sic versus constat tribus bacchiis. Brunck. Versus apparet dochmiacos esse. Dind. Activam formam usurpat noster etiam in Thesm. 94. Ran. 957. Hesychius: τεχνάζω· τεχνάζομαι. Elm. Soph. Antig. 1090. οὐ μακροῦ χρόνου τριβή. Berg.

364. Restitue dochmaicum et dochmium, qui loco clausulæ: Παρ᾽ Ἱερωνύμου σκοτοδασυπυκνότριχα | Τιν᾽ Ἄϊδος κυνῆν. Vel longis vel brevibus, sed præsertim brevibus, cumulatis, non modo vulgares interpretes, sed etiam Brunckii, trepidare solent, velut hoc loco τιν᾽ pro vulgato τὴν requiri a versu, pæonico scilicet credito, male sibi persuadebat Gallus eruditus. Verius omnino τινὰ, sed ferri per metrum quidem et τὴν poterat. Hotib. Malus dithyrambopœus erat Hieronymus, Xenophanti filius, de quo vide Schol. ad Nub. 349. Quæ de eo hoc loco habet grammaticus ineptissima esse recte monuit Brunckius. Elm.

365. σκυτοδασυ—Suidas in Ἄϊδος κυνῆ. Bent. Τὴν Ἄϊδος κυνῆν. Est proverbium, et significat ἀορασίαν, ut exponit Scholiastes Pindari ad Nemeorum x., i. e. *invisibilitatem*. Dicuntur ergo Ἄϊδος κυνῆν λαβεῖν, sive προβαλέσθαι, qui videri non volunt. Euripidis Schol. ad illud in Oreste 467. τίνα σκότον λάβω προσώπῳ; scribit ποίαν Ἄϊδος κυνέην, καὶ ποῖον νέφος προβάλωμαι, ἵνα μὴ ὁρῶμαι ὑπὸ τοῦ γέροντος; Comicus autem hoc loco dicere vult: *per me licet ita te involvas pannis, ut nec videri possis; ut Hieronymi facies præ pilis videri non potest*. Berg. Τιν᾽ Ἄϊδος κυνῆν. Sic legendum, non, ut vulgo, τὴν, metro pessumdato. Dimeter est pæonicus catalect. cujus pes primus pæon, vel alius ἰσόχρονος esse debet. τὴν nullo modo se-

dem tueri potest. Erat autem Hieronymus tragœdiarum malus poeta, ἀνοικονόμητος, ut ait Scholiastes, διὰ τὸ ἄγαν ἐμπαθεῖς γράφειν ὑποθέσεις, καὶ φοβεροῖς προσωπείοις χρῆσθαι. Eum perstringit hic Comicus ad aliquod ejus drama adludens, ubi formidabili larva ornatus sive Pluto sive quis alius in scenam prodierat. Quæ in scholiis adduntur de Hieronymi hirsutia ἀπροσδιόνυσα sunt. Brunck. De hoc proverbio consulendus Schottus ad Zenob. i. 41. Hesychii codex Venetus: Ἄϊδος κυνέη· τῆς ὀαῖς ἀθάνατόν τι νέφος, et reliqua. Scribendum: Ἄϊδος κυνέη· (ἀπὸ) τῆς ὀ. (ὀρθῆς scilicet) Ἄϊς· ἀόρατόν τι νέφος. Elm. Qui τιν' ex R. recepit. Dind.

366. ἀλλ' ἐξάνοιγε ex Suida in Σίσυφος recepit Elm. Dind. Ἀλλ' pro εἶτ' Suid. ed. Ms. in Σίσυφος. Pors.

367. ὡς σκῆψιν etc. De hoc proverbio vide Paul. Leopard. Emendat. l. xiii. c. 7. σκῆψιν *prætextum*, vel *excusationem*. Kust. Σκῆψιν ἀγὼν—οὐ προσδέξ. Suid. in Σίσυφος. Fo. ὠγών. Bent. Malim ἀγὼν, i. e. ὁ ἀγών. Hotib. Ms. ut Ald. [et Med. ibid. i. e. οὐ προσδ. et om. ἄν. Dobr.] πρὸς pro εἰς Suid. Ms. v. ταῦρος. τίν [sic, Dobr.] pro 'στὶν Suid. Ms. [in Σίσ. Vide Opusc. p. 29. Dobr.] Pors. Ὡς σκῆψιν ἀγών. ὡς σκῆψιν ἂν ἀγὼν vulgo solœce. ὡς σκῆψιν ἀγὼν Suidas in Σίσυφος. Emendavit Porsonus in censura ed. Brunckianæ p. 65. σκῆψις est prætextus sive excusatio qua utebantur in jus citati, quo minus ad diem se sisterent. Noster Eccles. 1027. ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκήψομαι. κλάων γέ σύ. Plut. 904. ἀλλ' ἔμπορος; ναί, σκήπτομαί γ', ὅταν τύχω. Scilicet mercaturæ causa sibi navigandum esse simulabant hujusmodi homines. Pollux viii. 81. οἱ γὰρ φυγοδικοῦντες ἐσκήπτοντο εἰς Σκῦρον ἢ εἰς Λῆμνον ἀποδημεῖν. Plura dabunt, Hesychius in Ἴμβριος, et ejus interpretes. Elm. εἰσδέξεται. προσδέξεται Suidas in Σίσυφος. Id.

368. ὥρα 'στὶν ἤδη καρτερὰν ψυχὴν λαβεῖν. Ex Telepho Euripidis: ὥρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν. Berg. Nulla hic est allusio ad versiculum ex Euripidis Telepho. Non enim continuo, ubi duo duorum poetarum versiculi quodammodo similes sunt, alter alterum imitatum esse, aut lusisse videri debet. Hic potius cavillatio est in eo, quod Dicæopolis ait forti animo sibi opus esse, quoniam adeundus sit Euripides, quasi ad chimæram quandam aut Minotaurum sibi iter instet. Schutz. Ὥρα 'στὶν ἄρα μοι R. Receptam, quæ et τραγικωτέρα est, agnoscit Suidas in Σίσυφος. Elm. Ὥρα 'στὶν ἄρα, mutata sententia probat Elm. in Museo Crit. Cantabrig. vi. p. 303. Dind.

370. Cephisopho servus Euripidis prodit, quem dixi ad Ranas adjutasse Euripidem in scribendo. Berg. Servi partes vulgo Cephisophonti tribuuntur, accedente Schol. diserte. Elm. Cephisophontem Euripidis servum non fuisse vel ex ejus nomine satis constat. Quis enim Atheniensium Ἀττικώτατον nomen servulo imposuisset? Nulla, quantum scio, auctoritate nititur ea opinio, præter Schol. ad hunc locum et Ran. 944. quem Kusterus numerat 975. Scriptor epistolarum quæ sub Euripidis nomine circumferuntur, Cephisophontem tanquam poetæ ἑταῖρον καὶ ἐπιτήδειον alloquitur Epistola quinta. Id. Qui pro KH. præfixit ΘΕ. Dind.

371. Citat Suidas v. ἀναβάδην. Kust. Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστίν. Est ὀξύμωρον, cum contraria dicuntur de eodem, diverso respectu. Ridet Euripidem, quia sæpe illa figura utitur; ut Hippol. 1034. ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν. Phœn. 297. πέποιθα μέντοι ματρὶ κοὐ πέποιθ' ἅμα. Alcest. 521. ἔστιν τε κοὐκ ἔτ' ἔστιν. 139. καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι· deinde alter: καὶ πῶς ἂν ὠὑτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι; Berg. Κοὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστίν. οὐκ ἔνδον vulgo, quod habuisse videtur Suidas in οὐκ ἔνδον. κοὐκ ἔνδον Invernizius. Elm. Κοὐκ ἔνδον, ἔνδον τ' ἔστιν legit Reisig. Dind.

373. ὁ νοῦς μὲν ἔξω. Eurip. Io. 251. οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον, ἐνθάδ' οὖσά που. Berg. Sed ille locus nihil facit ad illustrandum præsentem. Schutz. Ξυλλέγων ἐπύλλια. Noster Ran. 849. ὦ Κρητικὰς μὲν ξυλλέγων μονῳδίας. Media forma usurpatur in Pac. 830. ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμεναι. Elm. Συλλέγων vulgo ante Brunckium. Id. Ξυλλέγων Suid. Ms. ἐπύλλια. Pors. Salse ridetur Euripides, quod suspicio injicitur, eum sententias aliunde colligere, non ipsum invenire, et quod mente quasi venatum egressa, tragœdias facere fingitur a mente segregatus. Schutz.

374. ἀναβάδην. Scholiastes: ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος. Nempe quasi per machinam ostenditur Euripides, ut Socrates in Nubibus 218. ἐπὶ κρεμάθρας. Berg. Toupius ad Suidam i. p. 41. ἀναβάδην ἀναπαύεσθαι (Plut. 1123.) *est*, in superiori parte ædium requiescere, *ubi pauperculi atque infimæ sortis homines, ut plurimum, degebant. Nostrates*, Up-stairs. Elm.

375. τρυγῳδίαν. Sic etiam legit vetus Scholiastes. At Suidas locum hunc citans habet τραγῳδίαν: quæ lectio sensui hujus loci magis convenit. Τρυγῳδία enim dicebatur κωμῳδία. Atqui Euripides erat Tragicus, non Comicus. Kust. Τραγῳδίαν. Sic tres codd. ut Suidas in ἀναβάδην. Per-

peram in impressis *τρυγῳδίαν*. Nullum hic cum Bentleio, alioquin vere statuente tragœdiam nunquam *τρυγῳδίαν* appellatam fuisse, quærendum acumen est, tanquam si Comicus innuere vellet, Euripidis dramata nihil tragicæ majestatis habere, et pro comœdiis habenda esse. Hic jocus personæ, cui tribuitur, Cephisophonti, Euripidis famulo, minime convenit. Brunck. *Τρυγῳδίαν* edd. Schol. diserte, probante Bentleio ad Phalaridem p. 297. *τραγῳδίας* Suidas in *ἀναβάδην* et *αὐτός*. *τραγῳδίαν* A. B. C. Suidas in *ἀναβάδην* et *οὐκ ἔνδον*, Brunckius. Elm. *Τραγῳδίαν* Suid. v. *ἀναβάδην*. *τραγωδίαν* Suid. Ms. v. *αὐτός*. Locum *οὐκ ἔνδον* om. Ms. [ubi *τραγῳδίαν* Med. Dobr.] Pors.

376. *οὑτωσὶ σοφῶς*. Sic lego cum Marklando ad Eurip. Suppl. 639. Vulgo *σαφῶς*. Vide not. ad Eq. 196. Brunck. *Σοφῶς*. *σαφῶς* vulgo. *σοφῶς* Brunckius ex emendatione Marklandi ad Suppl. 639. In Eur. Bacch. 1270. pro *κἀποκρίναι' ἂν σοφῶς*, *σαφῶς* reposuerunt Reiskius, Musgravius et Brunckius. Elm. *Σοφῶς* jam Bentleio placuerat. Dind. Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. 1076. Pors. *Ὑποκρίνεται*. *ἀπεκρίνατο* vulgo. *ὑποκρίνεται* R. quod verum videtur. Similiter *ἀπυβολιμαῖος* pro *ὑποβολιμαῖος* per jocum usurpatur in Pac. 678. *Ὑποκρίνεσθαι*, *interpretari*, legitur in Vesp. 53. Elm.

379. *Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον*. In Nubibus 354. *ὦ Σώκρατες, ὦ Σωκρατίδιον*. Berg. Ib. 80. *Φειδιππίδη, Φειδιππίδιον*. Schutz. Monet Bentleius hunc versum et 382. justum senarium efficere. Hiatum neglexit vir summus. Elm. Sic lege versus, quos Bentleius pro senariis dimidiatis habuit. *Εὐριπίδιον ἄκουσον, εἴπερ τῳ ποτε· | Δικαιόπολις καλεῖ κακόσχολά σ'*. ΕΥ. *Οἶδ' ἐγώ.* | ΔΙ. *Ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'*. ΕΥ. *Ἀλλ' ἀδύνατον·* ΔΙ. *Ἀλλ' ὅμως·* | ΕΥ. *Ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι·* ΔΙ. *Κατάβαιν' ἀλλ' ἐν σχολῇ.* Vulgo *Εὐριπίδιον ὑπάκουσον εἴπερ δήποτ' ἀνθρώπων τινί*. Suid. *εἴπερ πωτ'* in *Εἴπερ*. at R. *εἴπερ πώποτ'* i. e. *εἴπερ τῳ ποτε* cujus gl. est *ἀνθρώπων τινί*. Mox vulgo *Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλίδης ἐγώ*. At ineptum est illud *Χολλίδης*. Ipse erui *καλεῖ κακόσχολα σά*. Etenim Euripides scripsit dramata, non minus quoad materiem quam ad artem, aliquatenus *κακόσχολα*. Certe ad h. l. respexit Schol. ad 397. *τὸ δὲ ἀναβάδην, ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθημένος· κακοσχόλως δὲ εἶπε*. Luditur igitur in lectione nostra *Δικαιόπολις καλεῖ κακόσχολα σ'*: quæ sonat idem atque *Δικαῖα ἡ πόλις καλεῖ τὰ σὰ κακόσχολα*, vel *Δικαιόπολις κακόσχολα καλεῖ σε*. Postremo ad v. 4. retuli *ἀλλ' οὐ σχολὴ* (quæ vulgo exstant post *ἐγώ*) mutata in *ἀλλ' ἐν σχολῇ*. Etenim *Δικαιόπολις*, dum Euripidem *καταβάδην* in scenam intrare jubet, ne quid detrimenti ille capiat, magnopere timet. Burg. in *Classical Journal*, No. xxxvii. p. 127.

380. Citat Suidas v. *εἴπερ*, ubi hinc supplendum *δή*. *δὴ* om. Suid. ed. Ms. *εἴπερ*. Pors. In exemplari edit. 1515. citat Porsonus Pac. 301. unde eum liquet, sententia mutata, legisse *εἴπερ πώποτ'*. Dobr. *Εἴπερ δήποτ'* vulgo. *εἴπερ πώποτ'* optime R. *εἴπερ ποτ'* Suidas in *εἴπερ*, quod ambiguum est. Elm.

381. *Χολλείδης*. *Χολλίδης* vulgo. Reposui formam in inscriptionibus passim obviam. Ex hoc loco non male conjeceris Euripidis *δημότην* fuisse Dicæopolidem: sed ille, nescio quam vere, ab Harpocratione Phlyensis fuisse dicitur. Elm. *Καλεῖ σε Χολλίδης*. Sic tres codd. Vellem dedisse unum *καλεῖ σ' ὁ Χολλίδης*. Brunck. Inanis conjectura, ut satis docent inscriptiones, quanquam ad eas confugere hic ne opus quidem est. Aristophanes ipse in Pace 190. *Τρυγαῖος Ἀθμονεύς, ἀμπελουργὸς δεξιός*. Quod deinde Elmsleius scripsit *Χολλείδης*, id nescio an non recte scripserit. In inscriptionibus legas etiam *σύμμεικτος, συνοδείτης*, et alia hujusmodi. Ceterum idem versum sic interpunxit: *Δικαιόπολις καλεῖ σε· Χολλείδης ἐγώ*. Non probo. Dind. De utraque scriptura *Κολλεῖδαι* et *Κολλῖδαι* vid. Taylor. et Markland. ad Lysiam p. 481. Id.

383. *ἐκκυκλήθητι*. Vide Suidam v. *ἐγκυκλήθητι*, et v. *ἐκκυκλήθητι*, itemque Pollucem iv. 128. et nos infra ad Thesmoph. 102. Kust. Pollux iv. 128. *καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημα, ἐπὶ ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος· δείκνυσι δὲ τὰ ὑπὸ σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόῤῥητα πραχθέντα· καὶ τὸ ῥῆμα (ἀπὸ) τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν· ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται*. Eadem fere tradit Schol. Hinc petita metaphora *εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν*. Vesp. 1475. In Thesm. 96. 265. *ἐκκυκλεῖται* et *εἰσκυκλεῖται* Agatho, ut monuit Kusterus. Elm.

385. *τί λέλακας*. Est vox tragica et Euripidi familiaris, pro *loqui* vel *sonum ore edere*: vide ad Plutum 39. Kust.

386. *οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς*. Euripidem in Ran. 845. *χωλοποιὸν* appellat Æschylus, adludens ad Philoctetam, Telephum et Bellerophontem, quos ille claudos exhibuerat. Hic autem facete Dicæopolis ait mirum non esse si fracto crure incedant Euripidis heroës, quum e sublimi machina, in qua ille tragœdias scribit, decidant. Brunck.

387. *ἀτάρ τι ῥάκιον*. *At habesne pannuciam aliquam?* Reisk. Videtur autem sic interpungendum: *ἄταρ τί; τὰ ῥάκι' ἐκ*

τραγῳδίας ἔχεις, ἐσθῆτ' ἐλεεινήν. *Sed quid hoc est rei? Pannos induisti ex tragœdia, vestitum miserabilem. Haud frustra* est *quod pauperes fingis*; scil. ut laceris tragicorum heroum pannis amiciri possis. SCHUTZ.

388. ἐλεινήν. ἐλεεινὴν vulgo: quam formam Atticis abjudicat Porsonus in Præfat. ad Hecub. p. vii. ELM. Οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποιεῖς. Sic legendum esse ipsa sententia ostendit [et viderant Bent. Tyrwhitt. quos secutus est Elm. DIND.] Perperam vulgo χωλοὺς in hujus versus clausula repetitum. Allusio est ad Euripidis Telephum. Æschylus in Ran. 842. Euripidem sic compellat: καὶ πτωχοποιὲ, καὶ ῥακιοσυῤῥαπτάδη. In membr. v. 411. omissus est, et v. 413. sic scriptus est: ἐσθῆτ' ἐλεεινήν. χωλοὺς ποιεῖς. In C. v. 411. itidem omissus fuerat, et margini ab eodem librario repositus fuit. Duo proximi versus in eadem fere verba desinentes aberrationi occasionem dederunt. BRUNCK. Noster Ran. 1063. a Porsono laudatus: πρῶτον μὲν τοὺς βασιλεύοντας ῥάκι' ἀμπίσχων, ἵν' ἐλεινοὶ | τοῖς ἀνθρώποις φαίνοιντ' εἶναι. ELM.

390. Locus hic longe est facetissimus, in quo Comicus noster Euripidem exagitat, quod heroas claudos, lacerisque et attritis pannis, mendicorum instar, indutos, in tragœdiis suis frequenter introducere soleret: qua de re plura leges apud veterem Scholiasten ad hunc locum, qui omnino consulendus est. KUST. Τοῦ. De vi articuli vide Reisig. i. p. 175. DIND.

391. δεῖ γάρ με λελέξαι edd. ante Kusterum, præter 1515. ELM. Ῥῆσιν μακράν. V. Ruhnken. ad Timæum p. 228. DIND.

392. αὕτη δὲ θάνατον. Quia est peroraturus ὑπὲρ ἐπιξήνου. supra 299. BERG.

395. Οὐκ Οἰνέως· ἦν ἄλλ' ἔτ' ἀθλιώτερα. Acharn. 732. τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; *what is this?* Lysistr. 445. Vesp. 1509. τουτὸ τί ἦν τὸ προσέρπον; quid hoc rei EST quod adrepit? Vid. Brk. Thesm. 74. SEAGER. in *Classical Journal*, Nr. iv. p. 716. De hoc Œneo vide quæ Scholiastes ad h. l. narravit. Euripides eum in tragœdia cognomine in scenam produxerat. SCHUTZ.

396. οὐ Φοίνικος, οὔκ. Vulgo in fine versus οὔ. BRUNCK. Noster Ran. 1308. αὕτη ποθ' ἡ μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζεν, οὔκ. Soph. Aj. 970. θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ. Menander apud Athen. p. 434. C. Ἀλεξάνδρου πλέον | τοῦ βασιλέως πέπωκας. οὐκ ἔλαττον, οὔ, | μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Malim ubique, οὖν. ELM.

398. ποίας ποθ' ὡνὴρ—Vulgo minus bene ποίας ποτ' ἀνήρ. BRUNCK. Leg. ὡνήρ. sed vid. 455. BENT. Elm. ἀνήρ. DIND. Λακίδας πεπλωμάτων Suidas in ipsis vocibus ex v. 401. ELM.

399. Φιλοκτήτου. Iste insuper et claudus erat; Timocles apud Athen. vi. p. 223. χωλός τίς ἐστι· τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ. BERG.

400. πτωχιστέρου. Timocles l. c.: ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει. Noster etiam loquitur de Telepho. BERG. Τούτου πολὺ πολὺ πτωχιστέρου. In membr. semel tantum posita vox πολὺ, cum versus labe, et venustatis detrimento. Sed frequens id est librariorum peccatum. BRUNCK.

401. Suid. δυσπινῆ. PORS.

404. Verba δεινὸς λέγειν non agnoscit R. si fides Invernizio habenda est. Potius crediderim verba ναί, Τήλεφον a librario omissa esse. ELM.

405. Μυσὸν Τήλεφον. In Nub. 921. καίτοι πρότερον γ' ἐπτώχευες Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων. BERG.

406. ἀντιβολῶ σε, μοι. ἀντιβολῶ σ', ἐμοὶ Brunckius. ELM.

408. κεῖται. In membr. κεῖνται. BRUNCK.

410. διόπτα et κατόπτα sunt Jovis epitheta: sed adludit etiam ad pannorum foramina et scissuras, quibus perlucebant, ut Plautus ait, *quam cribrum, crebrius.* BRUNCK. Schol. ταῦτά φησιν, ἐπεὶ πολύτρητα ἦν τὰ ῥάκια, δι' ὧν ἦν πάντα ἐπισκοπῆσαι. ELM. *O Jupiter, qui omnia perspicis et specularis, quam perspicuæ sunt hæ vestes et perforatæ.* BERG. Καὶ κακόπτα Suid. in διόπτα. BENT. Suid. διόπτης. PORS.

411. ἐνσκευάσασθαι. Subaudi δὸς, quod glossæ vice superscriptum est in membr. κατάνευσον, vel simile quid. Vide supra ad v. 235. Hunc versum habuimus jam supra post 362. Si ex alterutra sede ejiciendus esset, hic aliquo modo carere eo possemus: at priore in loco omnino relinquendus est. Hoc credo voluisse Valckenarium ad Hippol. 1029. Sed utroque in loco sedem suam bene tuetur. In Equit. versus 96. ne uno mutato apice iterum occurrit post 113. Et sunt alii, si bene commemini, sic repetiti versus in eadem fabula. BRUNCK.

412. Εὐριπίδη, 'πειδήπερ ἐχαρίσω ταδί. Libri omnes ἐχαρίσω μοι ταδί. Pronomen glossematis manifestum est. In B. pejus adhuc: 'πειδήπερ γ' ἐχαρίσω μοι ταδί. BRUNCK. Μοι Bent. et Reisk. [et Pors.] deleri voluerant. Tuetur Reisig. i. p. 55. DIND. 'πειδήπερ ἐχαρίσω μοι ταδί vulgo, consentiente R. Brunckius [assentiente Hermanno Elem. doctr. metr. p. 129. DIND.] μοι ejecit. 'πειδήπερ γ' habet B. unde constitui potest diversa scriptura:

πειδή γ' ἐχαρίσω μοι ταδί. Sed Brunckiana melior videtur. Elm. Ante Brunckium legebatur Plut. 1170. ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναί μοι δοκῇς. In Pac. 253. uterque codex Brunckianus habet, οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι θατέρῳ. Pronomen ab Aldo recte omissum, ex codd. invexit Brunckius. Id.

413. Τἀκόλουθα τῶν ῥακῶν. *Quæ congruunt et conveniunt hisce laciniis.* Schutz.

414. Μύσιον. Nempe Telephi, qui erat Μυσός. supra 405. Berg.

415. Duo versus ex Euripidis Telepho sumti. Male vulgo in altero legitur ὥσπερ εἰμὶ, quod frustra tuetur codd. consensus, itidem mendosorum in v. 412. et in 417. ubi omnes dant, invito metro, ὅστις εἴμ' ἐγώ. Brunck. Brunckius cum ait, omnes libros tum scriptos tum formis exaratos dare perperam ὅστις, fallitur et fallit: dilucide ὃς Juntinæ. Hotib. Ὅς. Eadem scripturæ diversitas est in v. 118. Elm.

416. ὥσπερ vulgo. ὅσπερ Brunckius consentiente Suida in εἶναι et φαινόμενα. Elm. Permutantur ὥσπερ et ὅπερ inferius v. 1025. Scribendum in Eq. 254. ὥσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐθὺ τῶν κυρηβίων. Lys. 1164. ἅσπερ (vel τάσπερ) πάλαι διόμεθα καὶ βλιμάδδομες. In priore loco vulgo legitur, ἅσπερ, in altero, ὥσπερ. In Pac. 676. οὗπερ pro ὥσπερ dedit Brunckius in annotationibus. Id. Ὅσπερ (non ὥσπερ) *esse quidem* (et manere) *qui sum, non autem is apparere* aut deprehendi. Reisk. Citat Suidas v. εἶναι, qui et Scholia compilavit; ex quo rescribendum est ὅσπερ, quomodo citat Jos. Barnesius ad Eurip. Fragm. p. 496. ὅσπερ Suid. ed. Ms. εἶναι. Sed Ms. ὥσπερ in φαινόμενα. ubi in Platone Ms. γέπου. Pors.

419. σκιμαλίσω. ἐξουδενώσω, χλευάσω. Quæ metaphorica significatio est, ut adhibetur etiam hoc verbum Pac. 549. Proprie significat τὸ τῷ μικρῷ δακτύλῳ τῶν ὀρνίθων ἀποπειρᾶσθαι, εἰ ᾠοτοκοῦσιν: unde fluxit obscena significatio. Vide ad Equit. 1381. Brunck. Hesychius: σκιμαλίσαι· καταδακτυλίσαι. ubi consulendi interpretes. Verbum est obscœnæ significationis, quod a nostro usurpatur etiam in Pac. 549. Elm.

421. εὖ σοι γένοιτο, Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ νοῶ. Euripidis versus in Telepho, quem sincerum exhibet Athenæus p. 186. Apud Scholiastam sic interpolatus est: καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ φρονῶ. In Comici autem libris omnibus ad hunc modum: εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ φρονῶ. Brunck. Senarium Euripideum ex Athenæo p. 186. C. satis audacter recepit Brunckius. Paullo diversa sunt tragici verba apud Schol. καλῶς—φρονῶ. Receptam habere videtur Rav. licet Invernizius ex editione Brunckiana oscitanter retinuerit νοῶ. Præterea longe τραγικώτερον est φρονῶ quam νοῶ. Elm. Quid, si vel falsus memoria fuerit Athenæus, vel Aristophani paulum hæc immutare libuit? Sane hoc fecit ridiculi causa, quod situm in ambiguo: legas enim uno tenore Εὐδαιμονοίης Τηλέφου γ', ἃ 'γὼ νοῶ, et habebis hanc sententiam: Beatus sis ob Telephum ita ut ego cupio, hoc est: Pereas cum tua tragœdia. Hotib. Τηλέφῳ. *Sapientiam meam Telepho debeo* et ejus pannuciis, quibuscum eam indui. Reisk.

422. ἐμπίμπλαμαι. Sic scriptum in B. Vulgo ἐμπίπλαμαι. εὖ γ'. Facetissimus Sosia apud Comicum nostratem: *Bien répondu.* Et paulo post: *Peste, où prend mon esprit toutes ces gentillesses?* Brunck. Εὖ γ' οἷον ἤδη ῥηματίων ἐμπίμπλακας, quasi simulac istas vestes laceras sordidumque pileum accepisset, sententiolis impleretur; quemadmodum Strepsiades implebatur cimicibus simulac in Socratis grabato consedisset. Schutz.

423. αὐτὰρ R. Deinde malim δέομαί γε, omisso καί. Elm. Vide meam indiligentiam. δέομαί γε, non monito lectore, sed tamen ex codd. ut videtur, dedit Brunckius. Nam plerumque post ἀτὰρ una alterave voce interposita sequitur γε, nisi imperet aut interroget verbum cui præmittitur ea particula. Id. Verba πτωχικοῦ βακτηρίου nostri fabulæ Γήρᾳ memoria lapsus tribuit Pollux x. 173. Id.

424. λαΐνων σταθμῶν. Tragica locutio, pro eo quod simpliciter dici poterat, *abscede ostio.* Λάϊνοι θριγκοὶ δόμων dixit Euripides Electr. 1140. Schutz.

427. Εὐριπίδη Suid. in γλίσχρος: Εὐριπίδης in λιπαρεῖ. lege et distingue: γλίσχρος προσαιτῶν λιπαρῶν· Εὐριπίδη vel ὦ Εὐριπίδη: vid. ad 451. et Thesm. 4. Bent. Male vulgo sic legitur hic versus: γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ' Εὐριπίδην. Ego vero duorum codd. auctoritate nixus: γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ'. Εὐριπίδη, | δός μοι—Sic perspicue scriptum et distinctum in B. C. Liquido patet participium λιπαρῶν absolute poni debuisse, etiamsi alioquin Græce dicatur λιπαρεῖν τινὰ, quod ex hoc loco in indicem suum intulit Kusterus, dubia, vel potius nulla auctoritate. Sed apud Æschylum Prometheus in cognomine dramate v. 1012. ait: καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον | γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν, | λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε. Brunck. Brunckii scripturam, in quam jam Reisk. inciderat,

secutus est Elm. Dind. Εὐριπίδῃ Suid. v. γλίσχρος. Pors. Εὐριπίδην] contracte Suid. Ms. Id.

428. Citat Suidas in διακεκαυμένον [et σπυρίδιον, ubi scriptum est διακεκαυμένῳ λύχνῳ, monente Bent. et Elm. Dind.] eodemque respexit Pollux x. 92. ubi ait: ἐν δὲ Ἀχαρνεῦσι σπυρίδιον, ὃ καὶ πλέκος εἴρηκε παρατραγῳδῶν. Kust. Schol. ὅτι οἱ πρεσβῦται, διὰ τὸ μόλις βαδίζειν, ἐν σπυρίδι κρύπτουσι τὸν λύχνον, ὥστε σώζειν τὸ πῦρ. Brunck. Διακεκαυμένον. sic Suid. Ms. σπυρίδιον. Pors. Ubi -μένῳ ed. Med. Dobr. Σπυρίδιον. Erat parva corbicula e viminibus, in qua lychnum gestabant, ne extingueretur. Schutz.

429. Hic versus, si Scholiastæ fides, ex Euripidis Telepho per parodiam translatus, ubi erat: τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις. Brunck. Τί δ', ὦ τάλας, σὲ τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος; τί δ', ὦ τάλας γε, τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος vulgo: ubi ἔχεις ex emendatione Scaligeri tacite admiserunt Kusterus et Brunckius. Τί δ', ὦ τάλας (τί δ' αὖ τάλας γε in πλέκος), τοῦδ' ἔχῃ (ἔχει in χρέος) τοῦ πλέκους χρέος Suidas in διακεκαυμένον, πλέκος et χρέος. Recepi emendationem a Bentleio, [et Reisigio i. p. 183. Dind.] propositam. Elm. Τοῦδ' ἔχει. Lege ex Suida v. πλέκος, τοῦδ' ἔχεις. Et ita ed. Kuster. τοῦδ' ἔχθῃ τοῦ et om. γε Suid. Ms. διακεκ. γε τοῦδ' ἔχῃ τοῦ id. πλέκος. deest locus in χρέος. Pors. Ed. Med. in διακ. et πλ. ἔχῃ τοῦ, in χρ. ἔχει τοῦ. in διακ. et χρ. om. γε. in πλ. dat. τί δ' αὖ τ. γε. Dobr.

434. μή, ἀλλά. Duæ syllabæ in unam coalescunt, ut Thesm. 288. 476. et passim. Brunck. Ran. 103. laudat Bent. Dind.

435. Locum hunc adducit Suidas v. ἀποκεκρουσμένον [Zonaras i. 264. Bekker. Anecd. i. 429. Dind.] et v. κύλιξ; itemque Athen. xi. c. viii. et Eustath. ad Iliad. χ. p. 1282. 59. ed. Rom. Apud Athenæum tamen versus hic ita legitur: κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκομμένον. Ubi τὸ ἀποκεκομμένον ex glossa in versum irrepsit. Eustathius dicto loco itidem quidem pro κυλίσκιον legit κοτυλίσκιον: at tamen ἀποκεκρουσμένον cum vulgatis codicibus Aristophanis retinet. Kust. Vulgo legitur, consentientibus in menda codd.: κυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον. Vere observat Toupius ad Suidam ii. 109. mali commatis esse voces κυλίσκη, κυλίσκιον, pro quibus Græcus sermo agnoscit κυλίχνη, κυλίχνιον. Noster Eq. 906. ἐγὼ δὲ κυλίχνιόν τε σοι, καὶ φάρμακον δίδωμι. unde optimo jure hic reponi potuisset κυλίχνιον. Lectionem tamen prætuli, quam adfirmant Athenæus et Eustathius. Apud illum p. 479. B. sic citatur versus noster: κοτυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκομμένον, ubi ultima vox genuinæ glossema est, quam servat alter ad Iliad. p. 1282. l. 58. ἔτι ἰστέον καὶ ὅτι παράγωγον κοτύλης κοτυλίσκη τε καὶ κοτυλίσκιον, οὗ μνεῖα παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν τῷ, Κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον. Brunck. κοτυλίσκιον. κυλίσκιον vulgo, consentiente R. Κυλίκειον (sic) Schol. pro varia lectione. κυλίκιον Suidas in ἀποκεκρουσμένον et κύλιξ. κοτυλίσκιον Brunckius ex Athenæo p. 479. B. quem describit Eustathius p. 1282. 58. ἀποκεκρουμένον Athenæi cod. Venetus, unde primi editores fecerunt ἀποκεκομμένον. ἀποκεκρουσμένον, ut vulgo, Eustathius et cod. epitomes apud Schweighæuserum. Elm. Ἀποκεκομμένον Eustath. sed ἀποκεκρουσμένον Excerpt. et Eustath., notante Casaub. Bent. Κοτυλίσκιον Casaubon. ad Theophrast. Charact. p. 104. κυλίχνιον Toup. in Suid. ii. p. 109. Recte Casaubonus. Ita enim Athenæus exhibet xi. 8. p. 479. Eustathius in Homer. Il. X. p. 1282. 59. et recte citat Hemsterhusius in Auctario Emendationum ad Hesychium ii. p. 1598. κυλίκιον Suid. ἀποκεκρουσμένον. κυλίσκιον] sic Suid. Ms. v. ἀποκεκρουσμένον. Pors. Vide Append. ad Toup. pp. 452. l. 12. et 456. Dobr.

436. φθείρου. φέρου (φέρε ed. 1515.) λαβὼν ταῦτ' vulgo. φθείρου λαβὼν τόδ' optime R. Hoc sensu usurpatur φθείρου in Plut. 598. 610. Elm. Athenæus p. 261. F. καὶ Σαννυρίων Ἰοῖ· φθείρεσθ', ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες. Vulgo, καὶ Σαννυρίων· Ποῖ φθείρεσθ'. Sannyrionis Io a Suida memoratur. Id. Ἴσθι δ' ὀχληρὸς R. ubi crediderim librarium voluisse ἴθι. Id.

437. Plenius distinguendum post μὰ Δί'. In οὔπω intell. ἀπέρχομαι, quod sumes ex τῷ φθείρου. Hotib. Οὔπω μὰ Δί' οἶσθ' οἷ' αὐτὸς ἐργάζει κακά. Hæc verba e Scholiastis ille recte cepisse videtur, qui sic exponit: οὐκ οἶσθα ὅπως βαρὺς εἶ ἐν τοῖς δράμασι, καὶ ἀποκναίεις τοὺς θεατάς. Schutz.

438. Reisig. i. p. 178. sic interpungit: ἀλλ' ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη, τουτὶ μόνον· | δός μοι χυτρίδιον σφογγίῳ βεβυσμένον. comparans 451. sq. Dind.

439. κυτρίδιον σφογγίῳ βεβυσμένον. Sic tres codd. optime, ut primariæ editt. Est vero unicus hic locus, ubi sinceræ Atticæ formæ, σφόγγιον, ubique, me judice, reponendæ, pepercerit librariorum temeritas. De Atticorum more tenues π κ in asperatas φ χ mutantium, maxime post literam σ, videndus Piersonus ad Mœridem in λίσφους et σχινδαλμός. Quæ autem

ad explicationem hujus loci adferunt veteres critici, insulsa mihi videntur pleraque: id solum ex iis vix probare possim, ὅτι οἱ πένητες τὰ τρήματα τῆς χύτρας σφηνοῦσι τοῖς σπόγγοις. Mirum profecto, si vel pauperrimi hominum nihil melius habuerint obturandis ollis. Equidem crediderim Dicæopolidem ollam utendam petere, qua, galeæ vice, caput suum tegeret. Notum est autem, veteribus in more fuisse, galeæ cavitatem vel lana vel spongia implere, ne graviter percussa galea caput læderet. Brunck. Brunckius de olla cogitabat, capiti imponenda tanquam Mambrini quadam galea, spongiisque, pro more veterum, intus instruenda, ne caput læderetur. Rectius, me judice, Scholiastarum unus: ὅτε οἱ πένητες τὰ τρήματα σφηνοῦσι τοῖς σπόγγοις: verba enim ibi τῆς χύτρας post τρήματα (saltem scripsisset, quisquis ille fuit, τῶν χυτρῶν), quæ vulgo leguntur, petita ex Aristophanis hoc loco arbitror, cum Scholiasta significare voluisset, quævis foramina rimasque spongiis fere obstrui apud pauperes. Nihil valet quicquid hic poscitur Euripideæ supellectilis, nihil panni, nihil baculus mendicus, nihil adusta sportula, nihil præfracta calix, nihil denique olla pertusa spongiaque obturata. Hotib. Σφογγίῳ. σπογγίῳ R. Kusterus et Suidas in βεβυσμένα. σπογγιᾷ diserte Suidas in σπογγιά. σφογγίῳ A. B. C. edd. fere omnes. De hoc Atticismo consulendus Piersonus ad Mœrin p. 360. a Brunckio laudatus. Apud nostrum vulgo legitur σπόγγον Vesp. 600. σπογγιὰν Ran. 482. 487. σπογγιεῖ Thesm. 247. σπόγγους Anagyro apud Suidam in παραλοῦμαι: ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾶν: quem versum male sollicitavit Brunckius. Metrum est Eupolideum, quo scripta est Nubium parabasis. Similem versum ex Anagyro allegat Suidas in ἀπλήγιος. Elm. Ald. σφογγίῳ. Bent. Suid. βεβυσμένον. σπογγίῳ Suid. Ms. in v. Pors.

440. ὤνθρωπ' edidit Elm. Dind. Ἀφαιρήσει με τὴν τραγῳδίαν. Perperam in membran. ἀφαιρήσεις, eadem menda qua Pl. 1140. ὑφέλοις. Brunck. Ἀφαιρεῖσθαι cum accusativo personæ legitur inferius v. 629. Vesp. 1380. Thesm. 935. Ran. 526. 586. 600. et alibi. Elm. Τὴν τραγῳδίαν. Faceta et amara Euripidis cavillatio, quem sic loquentem facit, ac si in isto apparatu tragico summam poneret fabularum suarum. Schutz.

441. ταυτηνὶ λαβών. Scilicet τὴν χύτραν, quod e præcedenti χυτρίδιον adsumendum. Scribere etiam poterat: ἄπελθε τουτοδί, vel τουτογὶ λαβών. Brunck. Noster Av. 948. ἄπελθε τουτονὶ λαβών. ἀπέρχομαι. Elm.

444. τουτὶ λαβών. Sic excudi debuit, ut est in libris omnibus. Me nolente et imprudente intrusit se ταυτί. Brunck.

445. ἐς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά. Huc spectat locus ille Laertii in Cratete, l. vi. 5. 87. θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα, καὶ τἄλλα λυπρὸν, ᾄξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν. Quin enim illa pertineant ad fabulam Euripidis, *Telephus* inscriptam, quam hic et in præcedentibus Comicus noster tam salse deridet, nullus dubito. Kust. Εἰς Suid. v. φυλλεῖα. ἴ. δὸς φ. Ms. sine μοι. Pors.

447. Noster Pac. 328. ἐν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι, καὶ μηκέτι. Thesm. 846. ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν· ὁ δ' οὐδέπω. Elm.

448. ὀχληρὸς οὖν, δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν. ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν με κοιράνους στυγεῖν vulgo. οὐ δοκῶν μὲν κοιράνους στυγεῖν Schol. οὐ δοκῶν γε τυράννους στυγεῖν R. Vertunt interpretes: *non reputans odiosum me fieri regibus*. Quæ quidem interpretatio huc fere redit: *molestus sum, quia odiosus sum.* Eam quam dedi scripturam facile amplectentur omnes, qui Euripidei Telephi argumentum norunt, unde desumptus est versus, auctore Symmacho grammatico apud Schol. In ea fabula Telephus, πτωχικὴν στολὴν indutus, celatoque nomine, Græcorum duces in concione objurgavit: cujus verba παρῳδεῖ noster inferius v. 471—530. Hinc postea ad Chorum, ut conjicere licet, questus est: *molestus sum, cum principes viros odio habere videar.* Cæterum ex altera scripturæ diversitate quam exhibet Rav. confirmatur emendatio Canteri in Æsch. Agam. 558. Elm.

451. Suid. in φιλτάτιον habet ὦ Εὐριπίδιον γλυκύτατον ὦ φιλτάτιον. Lege ὦ Εὐριπίδιον (vid. Thesm. 4.) — φιλαίτατον. Vid. Hesych. [φιλαίτατος] et Eustath. [Οδ. Β. 1441=90. ex Xenoph. Hist. Gr. vii. 3. 7. ubi Eustathii teste ed. Rom. alii libri legunt φιλέτατον. et φιλότατον teste ed. Bas.] Bent. Quæ in hac nota uncinis inclusa sunt, debentur editori adnotationum Bentleii. [i. e. G. Burgesio] φιλαίτατον probat Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. 1043. Dind. Εὐριπίδιον, ὦ γλυκύτατον καὶ φίλτατον. Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ (καὶ pro ὦ Rav.) φιλτάτιον vulgo. ὦ Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φιλτάτιον Suidas in φιλτάτιον. Noster Eq. 726. ἔξελθε δῆτ', ὦ δημίδιον, ὦ φίλτατον. Elm. Ita noster Eccl. 1129. ὦ δέσποτ', ὦ μακάριε καὶ τρὶς ὄλβιε. Vesp. 1512. ὦ Κάρκιν', ὦ μακάριε τῆς εὐπαιδίας. Pac. 1198. ὦ φίλτατ', ὦ

Τρύγαι', ὅσ' ἡμᾶς τἀγαθά. Thesm. 209. ὦ τρὶς κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ'. Εὐριπίδη, | ὦ φίλτατ', ὦ κηδεστὰ, μή σαυτὸν προδῷς. Cæterum nostri locus Eq. 725. unde unum versum attuli, ita fere ope cod. Ravennatis restituendus est: ὦ δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε. νὴ Δί' ὦ πάτερ, | ἔξελθε δῆτ'. ὦ δημίδιον, ὦ φίλτατον, | ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς οἷα περιυβρίζομαι. | τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ'; οὐκ ἀπὸ τῆς θύρας; Id. Ὦ Εὐ. Suid. ed. Ms. in φιλτάτιον. [post Φιλώτας. Dobr.] ὦ ante φ. om. Suid. Ms. Pors.

454. σκάνδικά μοι δός. Salse admodum Comicus noster Euripidi hic exprobat vilitatem generis materni; utpote cujus mater *scandicem* (quod erat vilissimum oleris genus) olim vendidisset. Ad hunc ergo locum poetæ nostri puto respexisse Plinium Histor. Nat. l. xxii. c. 22. ubi ait: 'hæc est' (de *scandice* loquitur) 'quam Aristophanes Euripidi poetæ objicit jlocalariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem.' Kust. Vid. ad Equites 19. Berg. Hesychius: σκάνδιξ· λάχανον ἄγριον, παρ' ὃ καὶ σκανδικοπώλην τὸν Εὐριπίδην λέγουσιν, ἐπειδὴ λαχανοπωλητρίας υἱὸν αὐτὸν εἶναι φασί. Elm. Suid. διασκανδικίσῃς. Cf. Æsch. Choeph. 748. Pors. Μητρόθεν δεδεγμένος. Æschylus Choeph. 748. ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη. Elm.

455. ὡ'νὴρ ὑβρίζει· κλεῖε πακτὰ δωμάτων. Minus bene vulgo ἀνὴρ et πηκτά. Doricam formam πακτὰ frequentarunt Tragici; estque hoc ipsum ex Euripide desumtum, apud quem contrario sensu erat λῦε πακτὰ δωμάτων. Auctor est Pollux x. 27. τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον καὶ τὸ πακτοῦν, καὶ τὸ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ἐστίν· ὥσπερ τῷ ἀνοίγειν ταυτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης, λῦε πακτὰ δωμάτων· ὡς τοὐναντίον Ἀριστοφάνης (Lys. 265.) προπύλαια πακτοῦν· ἢ πάλιν καὶ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας, ἢ, ὡς Ἀρχίλοχος, πακτῶσαι, τὸ κλεῖσαι. Hesychius: πακτὰ, ἡρμοσμένα, πεπορπημένα. Quod priores Sophoclis interpretes prætermiserunt, vellem suscepisset novissimus Parisinus, docuissetque quid sibi velit apud eum Ajax, quando Tecmessæ [578.] ait: ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου, | καὶ δῶμ' ἀπάκτου. Mallent forte Sophoclis studiosi eum nec Longi, nec Euripidis, immo nec Aristophanis meminisse, quodque illis impendit curæ, illustrando verbo ἀπακτοῦν tribuisse, quod ego in lingua Græca prorsus peregrinum esse credo. Sed de hoc alias. Non aliter autem hunc versum legimus, quam Valckenarius ad Hippol. 808. Brunck. Πακτὰ Brunckius, jubente Scaligero, et Valckenario ad Hippol. 808. Ipsa tragici verba, λῦε πακτὰ δωμάτων, ex Polluce x. 27. allegavit Valckenarius. Ita sane locuti sunt tragici, sed hanc ἀκρίβειαν in tragicorum imitatione non semper servant comici. πηκτὰ, ut vulgo, habent Rav. et Suidas in κλεῖε, quæ forma bis Euripidi tribuitur in indice Beckiano. Vide Phœn. 492. (ubi scripturam non mutavit Porsonus) Cycl. 189. Elm. Qui initio versus ἁ'νὴρ scripsit. Dind.

456. ἐμπορευτέα. Mendose in membran. εὐπορευτέα. Nescio cur Dawesio [p. 253. et Bentleio] placuerit ἐκπορευτέα. Brunck. Receptam defendit ἐμπορεύσεται Soph. Œd. Tyr. 456. Elm. F. ἐκπορευτέα *abeundum est*, sed et defendi potest vulgata sic ut dicatur ἐμπορεύειν *viam inire. iter ineundum est.* Reisk.

457. Hinc legi posset in Vesp. 4. ἆρ' οἶσθ' οἷον τὸ κνώδαλον φυλάττομεν. Quod habent plerique libri, ἆρ' οἶσθά γ' οἷον, pro ἆρά γ' οἶσθ' οἷον, auctoritate caret. Barbarum οἶσθας ex B. invexit Brunckius. Elm.

459. γραμμὴ δ' αὐτηΐ. Scholia: ἀρχὴ, ἀφετηρία, ἡ λεγομένη βαλβίς. ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων. Berg. Hesychius: γραμμή· ἡ ἐπὶ τοῦ δρόμου, ἧς ἐπέβαινον οἱ δρομεῖς. Elm. Suid. γραμμή. Pors.

460. καταπιὼν Εὐριπίδην. Euripidem imbibisse, vel ut alia metaphora Latine dicitur, devorasse se ait, iterum figens ejus loquacitatem et sententiarum abundantiam; una cum abusu apparatus tragici. Schutz.

461. ἄγε νῦν, ὦ τάλαινα καρδία. Eurip. Iph. T. 344. ὦ τάλαινα καρδία, πρὶν μὲν εἰς ξένους γαληνὸς ἦσθα. In primis huc pertinet locus ex Medea 1242. ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου καρδία· τί μέλλομεν τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ πράσσειν κακά. ἄγ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ, λάβε ξίφος, λάβ', ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου. Berg.

462. κᾆτα τὴν — In A. C. κατὰ τὴν — Vide supra ad v. 279. Brunck. Τὴν κεφαλὴν ἐκεῖ παράσχες. Paulo post: παρασχὼν τῇ πόλει τὸν αὐχένα. Berg.

463. ἅττ' ἂν αὐτῇ σοι δοκῇ. Solœce vulgo δοκεῖ. In B. est δοκοῖ. Brunck. Δοκῇ Dawesius p. 256. Pors. Malim, εἰποῦσ' ἅττα καὐτῇ σοὶ δοκεῖ. In Ran. 104. verba, ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ, Baccho tribuenda sunt. Elm.

464. ἄγαμαι καρδίας. Eurip. in Rheso v. 245. ἄγαμαι λήματος. Berg. Ἄγ', ἐμὴ καρδία. Sic optime vulgatam scripturam emendat Dawesius, quæ sic habet, ἄγαμαι καρδίας. Invenustam eam esse, et proinde Comico indignam, ad liquidum perduxit vir acutissimus, hic, ut sæpe alias, paulo calidior, quam par fuit. In eo enim falsus est, quod *dubiæ fidei esse* dicat *exempla, quæ in lexicis afferuntur verbi* ἄγαμαι *cum solo genitivo conjuncti.* Contra Tyrwhit-

tus noster ἄγαμαι λήματος in Rheso v. 245. advocavit, et loca Piersono laudata ad Mœridis notam, ἄγαμαι Ὑπερβόλου, Ἀττικῶς· ἄγαμαι Ὑπέρβολον, Ἑλληνικῶς. quibus addo Comicum ipsum in Av. 1744. ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς· | ἄγαμαι δὲ λόγων. Ceterum ἄγ' ἐμὴ facile potuit in ἄγαμαι a librariis mutari. In v. 485. pro ἐπήνεσ'· ἄγε νῦν, in A. C. scriptum est ἐπήνεσά γε νῦν. Non tamen forte deerunt, qui criminabuntur vulgatam lectionem immutatam fuisse, quam defendi posse me non latet. καρδία accipiatur pro *robore*, et sic totus locus vertatur a v. 485. *Placet consilium. Age nunc ærumnosum cor meum, illuc abi; deinde caput illic præbe, et dic quæcunque tibi videbuntur: aude, i, procede. Euge! miror animi mei robur.* Sic utcunque sententia procedit. Sed abruptum illud ἄγαμαι καρδίας nihil habet Veneris. Brunck. Ἄγ', ἐμὴ καρδία Brunckius ex infelicissima conjectura Dawesii p. 253. Vulgatam tuentur R. et, ut opinor, Suidas in ἄγαμαι καρδίας [Zonaras i. p. 34.], ubi ἄγαμαι λήματος ex Rheso v. 245. laudavit Toupius [T. i. p. 13.] Elm. Legendum, monente olim Porsono, ἄγαμαι, καρδία. WELL DONE, HEART! Citabat Cephisodorum Athenæi, ubi pro ἄγαμαι, Ξανθία, quod recte legitur xii. p. 553. A. depravate est ἄγαμαι Ξανθίου xv. p. 689. F. Dobr. Καρδία vocativum in Æschyl. Eumen. 103. Porsonus e Rob. et Ms. Guelph. Vide Kidd. ad Dawes. p. 451. Εὐριπίδη in Acharn. 451. codices, in Hermesianacte Athen. xiii. p. 598. E. Porsonus Opusc. p. 245. θεὰ Marklandus Iph. T. 1233. Lysist. 874. Μυῤῥίνη ed. Kusteri, non Juntæ. Vide ad Nub. 270. Id.

465. τί φήσεις. Fo. ἄνερ. Bent. Pertinet puto ad ἀνὴρ 466. Dind. Ἀλλ' ἴσθι νυν. ἀλλ', quod vulgo desideratur, recepi ex emendatione Hermanni [de metris] p. 245. Elm.

466. Suidas: ἀναίσχυντος καὶ σιδηροῦς ἄνθρωπος. ἐπὶ τῶν ἀπηρυθριακότων, καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν τοῦ τρόπου ποιουμένων. Respexit ad hunc locum Comici. Kust. Eurip. Medea 1279. τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδαρος. Berg.

469. εἶά νυν. Male. Excudi debuit, ut est in libris omnibus, εἶα νῦν. Dimeter est pæonicus hypercatalectus, ut v. 490. Talis etiam esse deberet proxime præcedens, cujus corrupti sunt numeri, facile restituendi, modo legatur: ἀνὴρ οὐ τρεῖ τὸ πρᾶγμα. Nec dubito, quin hoc sincerum sit: τρέμει glossema est. Brunck. Ἀνὴρ οὐ τρέμει τὸ πρᾶγμα vulgo, consentiente R. Pro τρέμει Brunckius in annotationibus τρεῖ conjicit, quod vix tragicis quidem usurpatum est. Vide Æsch. Theb. 796. Agam. 558. Eum. 429. Elm. Ejice εἶά νυν ex R. illatum. Dind. Nam R. id bis habet.

470. ἐπείπερ Suid. αἱρῇ. Pors.

471. μή μοι etc. Scholia: ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου· μή μοι φθονήσητ' ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν. Ceterum exorditur jam orationem Dicæopolis, qua rationem reddit, cur pacem fecerit. Summa huc redit: ex Atheniensibus quosdam movisse bellum Peloponnesiacum levibus de causis, et concludendum relinquitur, æquum esse, ut primi amplectantur pacem. Berg. Parodia versuum Euripidis in Telepho: μή μοι — λέγειν. Brunck. Hæc omnia ex Euripidis Telepho πεπαρῳδημένα esse monet argumenti scriptor. Euripideæ ῥήσεως initium conservavit Schol. Elm. Versum Euripideum, μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, mutuatus est etiam Alexis apud Athen. p. 691. F. Id. Leve mendum insedit in R. ἄνδρες ὦ θεώμενοι. Reisig.

473. τρυγῳδίαν. Scholia: κωμῳδίαν· ἤτοι διὰ τὸ τρύγα ἔπαθλον λαμβάνειν τουτέστι νέον οἶνον· ἢ διὰ τὸ, μὴ ὄντων προσωπείων τὴν ἀρχὴν, τρυγὶ χρίεσθαι τὰς ὄψεις. Berg. τρυγῳδίαν. Hanc scripturam perspicue exhibent B. C. ut etiam in seq. v. Utrobique membr. mendose τραγῳδ— Perperam vero libri omnes οἶδε καὶ τρυγῳδία, omisso articulo, quem ex indole linguæ reposui: οἶδε χ' ἡ τρυγῳδία. Brunck. Vulgatam habet R. Recte abest articulus. Vide Eq. 516. Av. 1444. Alexis apud Athen. p. 164. D. μάλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος· ἐπὶ τραγῳδίαν | ὥρμηκε νῦν. Elm. Adde nostrum apud Athen. p. 117. C. Metrum pæonicum est. ἦν μέγα τι χρῆμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσικὴ, | ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον | λαμπρὸν ἐκόμιζεν, ἀπόνως παραβεβλημένον, | ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο. Cæterum monuit Porsonus ad Hecub. 788. sæpius ἱππικὴν et μουσικὴν sine articulo usurpari. Hoc de omnibus artibus verum est. Id.

475. δεινὰ μὲν, δίκαια δέ. In Nubibus 1464. οἴμοι, πόνηρά γ', ὦ Νεφέλαι, δίκαια δέ. Berg.

476. οὐ γάρ με νῦν γε R. In vulgata scriptura καὶ minime otiosum est. Vid. v. 355. et sequentes. Elm.

477. Xenoph. de Rep. Athen. 2, 18. κωμῳδεῖν δ' αὖ καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς· ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν, εἴ τίς τινα βούλεται· εὖ εἰδότες ὅτι οὐχὶ τοῦ δήμου ἐστὶν, οὐδὲ τοῦ πλήθους ὁ κωμῳδούμενος, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἢ πλούσιος, ἢ γενναῖος, ἢ δυνάμενος. Divites fuerunt Callias et Nicias, potentes Pericles, Cleon et Hyperbo-

lus, γενναῖοι Euripides et Socrates, cum toto philosophorum grege, inter quos et poetas comicos flagrabat usque ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος πόλεμος. Elm. Hunc versum citat Plutarch. T. ii. p. 71. d. ubi Wyttenbachius T. vi. p. 534. conferri jubet Aristidem T. ii. p. 417. Dind.

478. αὐτοὶ γάρ ἐσμεν. Ille agon, qui κατ' ἀγροὺς dicebatur, hieme committebatur, et ideo soli erant Athenienses: nam mare tunc erat clausum. Et inde colligunt Scholiastæ, hieme prodiisse hoc drama. Palmer. Noster Thesm. 472. monente Kustero: αὐταὶ γάρ ἐσμεν, κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Elm. Cf. Heindorf. ad Platon. Parmen. p. 220. Dind. Οὐ'πὶ Ληναίῳ τ' ἀγών. Huc respexit Hesychius v. ἐπὶ Ληναίῳ, ubi ait: ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών ἐστιν ἐν τῷ ἄστει. (Imo ἐν ἀγροῖς. Vide Schol. Græcum.) Λήναιον, περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν [Hæc alii aliter emendant. Malim: ἔστιν ἐν τῷ ἄστει περίβολος μέγας, ἔχον [ἔχων] ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν. Elm.] ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Eundem locum Comici interpretari voluit Suidas v. ἐπὶ Ληναίῳ. Kust.

481. ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι. Pollux vii. 24. καὶ τὸ Ἀριστοφάνους δὲ ἐν Ἀχαρνεῦσι περιεπτισμένοι, ἀπὸ τούτου ἂν εἴη εἰρημένον. Cæterum αὐτοὶ ἐσμὲν et hic et paulo ante significat *soli sumus*, non ut Frischlinus, *nos*. Kust. Hesych. περιεπτισμένη· περιεξεσμένη, περικεκαθαρμένη. Elm. Περιεπτισμένοι Suidas: Περιεπτισμένοι, οἷον ξένων ἀπηλλαγμένοι καὶ καθαροὶ ἀστοί. Κυρίως δὲ πτίσσειν ἐστὶ, κριθὴν ἢ ἄλλο τι λεπίζειν καὶ καθαροποιεῖν. Ἔνθεν καὶ πτισσάνη ἡ λελεπισμένη κριθή. Ἀριστοφάνης· ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι. Schutz.

482. Citat Suidas v. μέτοικοι. κριθῶν pro ἀστῶν Suid. Ms. μέτοικοι. Pors.

483. ἔγωγε. Vulgo ἐγὼ δὲ, quorum frequentissima est permutatio. Brunck. Receptam [quam etiam R. habet. Dind.] defendit Euripides Or. 517. ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν γυναῖκας ἀνοσίους. Elm.

484. καὐτὸς vulgo. καὐτοῖς optime R. Noster Nub. 1489. ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν. Elm. F. καὐτοῖς. Tyrwhitt. Burg. Pro καὐτὸς, αὐτοῖς Suid. ed. Ms. ταίναρον. mox ἐμβάλει Ms. Pors. Thucyd. i. 128. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι ἀναστήσαντές ποτε ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλώτων ἱκέτας, ἀπαγαγόντες διέφθειραν· δι' ὃ δὴ καὶ σφίσιν αὐτοῖς νομίζουσι τὸν μέγαν σεισμὸν γενέσθαι ἐν Σπάρτῃ. Nimirum tanta vi concussa est tellus, ὥστε οἰκίαν μηδεμίαν τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀντίσχειν, auctore Pausania vii. 25. Hunc terræ motum, cujus meminit noster Lys. 1142. Olympiadis lxxvii. anno quarto evenisse narrat Diodorus Siculus xi. 63. Verum eo ipso tempore quo acta est hæc fabula, magno metu tenebantur Lacedæmonii ne simili clade iterum opprimerentur: proxima enim æstate et superiori hieme frequentes terræ motus per universam fere Græciam exstitisse scimus ex Thucydide iii. 87. 89. Eos in animo habuit poeta. Elm.

485. ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας. Vide nos ad Plut. 180. Kust.

486. κεκομμένα. Sic habent omnes, quas vidi, editt. At Suidas v. παρακεκομμένος hic legit παρακεκομμένα: sed per ἀβλεψίαν quandam. Nam applicat huic loco notam Scholiastæ, quæ pertinet ad 491. ubi παρακεκομμένα occurrit. Ut taceam, de vineis, quæ exscinduntur, κόπτεσθαι Græce dici, non παρακόπτεσθαι. Kust. Suid. παρακεκομμένα ut mox: vel leg. ἔστ' ἀμπέλια παρακεκομμένα. Bent. Παρακεκομμένα Suid. ed. Ms. παρακ. Pors.

487. οἱ παρόντες ἐν λόγῳ. Id est, *qui sermoni huic interestis*, sive, *ejus estis arbitri*. Eurip. Rhes. 149. τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόγῳ; Kust.

488. Hunc versum citat Aristides iii. p. 396. Elm.

490. ὅτι οὐχὶ — Sic emendate scriptum in C. In membr. ὅτι omissum. Vulgo ὅτ' οὐχί. Vide ad Lys. 611. Brunck. Τοῦθ' ὅτ' B. edd. cum elisione minime ferenda. τοῦθ' ὅτι C. R. Brunckius. τοῦτο A. unde feci τοῦτό γ'. Vide Nub. 887. Elm.

491. παρακεκομμένα — παράσημα. Metaphora a nummis perperam cusis. In Ranis 731. τοῖς πονηροῖς χαλκίοις, χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι. Berg. Hesychius: παρακεκομμένον. ἄνανδρον. Vide Ran. 718. Elm. Ἀνδράρια. Sic Ms. [in παρακ. ubi ἀνδράσια male Kusteri ed. non ed. Med. Dobr.] Pors.

492. Vix dici potest quam sæpe hominibus in civitate potentibus, vel alioqui sibi infestis, ξενίαν exprobrarint Comici. Hac suspicione notatur Cephisodemus inferius v. 704. Execestides Av. 11. 764. 1527. Acestor 31. Spintharus 762. Lycurgus 1296. Archedemus Ran. 418. Cleopho 681. 1533. Diitrephes a Platone Comico apud Schol. ad Av. 798. Cleophontem ab Euripide tangi in Or. 902. censet Græcus ejus interpres, ubi in concione Argivorum inducitur orator Ἀργεῖος, οὐκ Ἀργεῖος. Elm.

493. ἐσυκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια. Quia eos insimulabant sub palliis, vel lænis, aliquid mercis absconditum habere. Brunck. Hæc male acceperunt interpretes. Lanificium lucelli causa exercebant Megarenses. [V. Xenoph. Memorab. ii. 7. 6. Dind.] Eos in animo habuit noster Pac. 999. καὶ τὴν ἀγορὰν

ἡμῖν ἀγαθῶν | ἐμπλησθῆναι, μεγάλων σκορόδων, | σικύων πρῴων, μήλων, ῥοιῶν, | δούλοισι χλανισκιδίων σμικρῶν. Elm.

494. κεἴ που σίκυον ἴδοιεν. Sic perspicue scriptum in membr. ut e Suida [v. σίκυον] legendum esse monuerat Dawesius. Vulgo mendosissime κεἴ που σίκυον εἶδεν. In B. superscripta emendatio εἴδειεν. Brunck. Ἴδοιεν, etiam in R. repertum, recepit Elm. Dind. Olim voluit Bent. γε σίκυον εἶδεν vel σίκυον ὄν. Burg. Ἴδοιεν Dawes. Misc. Crit. p. 256. ex Suida v. σίκυον. ἴδοιεν Suid. Ms. et cetera ut vulgo, in Schol. Pors. Vide ad Hecub. 1141. p. 69, 70. Pors.

495. ἢ χόνδρους ἅλας. ἢ χόνδρους ἁλὸς vulgo: ubi ex Atticorum consuetudine saltem rescribi debebat ἁλῶν. Hesychius: χόνδροι ἁλῶν· παχεῖς ἅλες. Suidas: χόνδρος· τοῦ στομάχου τὸ ἔντερον· καὶ χόνδροι ἁλῶν· θρόμβοι, παχὺς ἅλς. Sed vera scriptura debetur choliambo Phœnicis Colophonii apud Athen. p. 359. F. δότ,' ὠ'γαθοί, τι τῶν ἕκαστος ἐν χερσὶν | ἔχει, κορώνῃ· χᾶλα λήψεται χόνδρον. Nimirum χόνδρος pro adjectivo usurpatur. Nec dubitari potest quin scripturam quam reposui habuerit Schol. Is enim ait: ἢ χόνδρους ἁλός· οὕτως οἱ Ἀττικοί. Atqui in vulgata scriptura nihil Atticorum proprium est. Comparativum χονδρότερος in Hederici Lexico manuali indicat Schweighæuserus ad Athenæum. Cæterum χόνδροις ἁλσὶν opponuntur λεπτοὶ ἅλες. Noster apud Schol. ad Vesp. 1313. Pollucem vi. 65. et Athen. p. 367. B. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα; | εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος, ἢ λεπτοὺς ἅλας; Elm.

496. ταῦτ' ἦν Μεγαρικά. I. e. *hæc omnia*, si illorum calumniis crederes, *Megarica erant scilicet*. Schutz.

498. Versum hunc et quinque sequentes adducit Athenæus l. xiii. c. 3. p. 569. 570. καὶ Ἀσπασία ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν, καὶ ἐπλήθυνεν ἀπὸ τῶν ταύτης ἑταιρίδων ἡ Ἑλλάς· ὡς καὶ ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης παρασημαίνεται λέγων, τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ὅτι Περικλῆς διὰ τὸν Ἀσπασίας ἔρωτα, καὶ τὰς ἁρπασθείσας ἀπ' αὐτῆς θεραπαίνας ὑπὸ Μεγαρέων, ἀνερρίπισε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα τὸ δεινόν. πόρνην δὲ etc. Eundem locum Comici nostri citat etiam Plutarchus in vita Periclis [c. 30.] p. 168. Kust. Hic propter raptum meretricum dicit Periclem accendisse bellum Peloponnesiacum; at in Pace 605. quia timeret ne repetundarum accusaretur, quod in fabricatione simulacri Minervæ, cui ipse præfuerat, fraus quædam circa sumtus esset facta. Potuit utraque causa, et plures etiam, concurrere. Vide ad 505. Berg. Σιμαίθαν. Hesychius: Σιμαίθα· ἑταίρας Μεγαρικῆς ὄνομα. De scortis Megarensibus proverbium erat Μεγαρικαὶ σφίγγες, ab Hesychio et Suida memoratum. Quod tradit Schol. hujus furti auctorem fuisse Alcibiadem, temere dictum videtur, nec bene cum temporis rationibus conciliari potest. Elm.

499. μεθυσοκότταβοι. I. e. qui multis cottabis, ideoque multis poculis exhaustis se inebriaverant. Schutz.

500. Μεγαρῆς. Perperam vulgo Μεγαρεῖς. Vide ad Nub. 210. Brunck. Κᾆθ' οἱ Μεγαρῆς. κᾆθ' οἱ Μεγαρεῖς vulgo ante Brunckium, consentiente Plutarcho, et Suida in πεφυσιγγωμένοι. εἶθ' οἱ Μεγαρῆς Athenæus p. 570. A. qui v. 524. cum quinque sequentibus adducit. Elm. Πεφυσιγγωμένοι. φύσιγξ est vesicula sive membrana, cui involuti sunt bulbi alliorum. Utitur hoc verbo de Megarensibus loquens, quia inde præcipue solerent importari allia Athenas, ut infra patet πεφυσιγγωμένοι idem est quod ἐσκοροδισμένοι. In Pace 501. cum vellet significare Megarenses primos turbasse Pacem, dicit illos eam unxisse alliis: ἄνδρες Μεγαρῆς, οὐκ ἐς κόρακας ἐρρήσετε; μισεῖ γὰρ ἡμᾶς ἡθεὸς μεμνημένη· πρῶτοι γὰρ αὐτὴν τοῖς σκορόδοις ἠλείψατε. Berg. Hesychius: πεφυσιγγωμένοι· ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς σκορόδοις φυσίγγων· ὅπερ ἐστὶν, ἐντεριωνῶν. Recte Erotianus: σκορόδου φύσιγγα· τὸ ἔξωθεν λέμμα. Consulendus Piersonus ad Mœrin p. 397. Elm.

501. Ἀσπασίας πόρνα δύο. Vid. Harpocrat. v. Ἀσπασία: Suidam ead. v. et Athenæum l. l. Kust. Ἀσπασίας πόρνας δύο R. Ἀσπασίας πόρνας δύω Athenæus. Ἀσπασίας, quod agnoscit Suidas in πεφυσιγγωμένοι, pro accusativo plurali accipit Schol. et ex eo Suidas in Ἀσπασίαι δύο ἑταῖραι. Ἀσπασίᾳ πόρνα δύο Plutarchus [et Schol. ad Pac. 410. Dind.]. Omnino retinendus est genitivus Ἀσπασίας, qui non a πόρνα pendet, sed ab ἀντεξέκλεψαν. Noster Eq. 1149. ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου. Vesp. 1369. τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα. Ita sæpissime. Verba Athenæi sunt: καὶ Ἀσπασία — παρασημαίνεται. Huc etiam respicit Harpocratio in Ἀσπασία. Elm. Πόρνα δύο om. Suid. Ms. Pors. Et Med. πεφυσ. Dobr.

502. κἀντεῦθεν. κἀκεῖθεν Athenæus, non male. Elm. Κατερράγη. Equit. 640. ὁ πολεμὸς κατερράγη. Berg.

504. οὑλύμπιος. Male in membr. omisso articulo, Ὀλύμπιος. Brunck. Ὀλύμπιος A. sine articulo, quem agnoscit Diodorus Siculus xii. 40. Huc respicit Plutarchus Pericle [c. 8.] p. 156. B. Elm. In Schol. legit Bent. χὤσπερ οἱγαθοὶ δρομεῖς Ἐκκαιδεκάποδ' ᾖρει — αὐτῷ — ἐπικάθιζεν — et addit ex Aristide Orat. pro 4. vir. p. 215. Ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις εἰ

γ' ἐστὶν λέγειν. Ὁ βουζύγης ἄριστος ὡ'λιτήριος:—quos versus posse erui viderant neque Toup. ad Longin. c. xxxiv. neque Wyttenbach. ad Plutarch. S. N. V. p. 7. Burg. In Eupolide apud Schol. [Hactenus sunt verba Dobræi,] ἐγκατέλιπε quoque Schol. ad Pac. 1203. Pors.

505. ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Locus est celebratissimus, ad quem multi scriptorum veterum alluserunt. Cicero in Oratore ad M. Brutum, num. 29. ed. Gronov. 'Istorum judicio, si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primæ sine controversia deferebantur: qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane fulgere, tonare, permiscere Græciam dictus esset.' Plinius Secundus l. i. ep. 30. 'Adde, quæ æque de eodem Pericle Comicus alter: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.' Julianus epist. 2. de Proæresio ait: ἄνδρα ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατὰ τοὺς λόγους, ἔξω τοῦ συνταράττειν καὶ συγκυκᾶν τὴν Ἑλλάδα. Lucian. in Demosth. Encom. p. 693. ed. Amstelod. [t. iii. p. 506.] ἐκείνου (Περικλέους) τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς, καὶ πειθοῦς τε κέντρον δόξῃ παραλαβόντες etc. Ubi priora illa τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς referenda sunt ad hunc locum Aristophanis. At quæ sequuntur, καὶ πειθοῦς τε κέντρον, respiciunt locum illum Eupolidis Comici de Pericle: οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων | τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις: quem citat Schol. Comici nostri ad propositum locum, Plinius Secundus lib. i. epist. 20. et alii. Sed ut ad Aristophanem redeamus, videndus etiam est Plutarch. in Pericle p. 156. ubi itidem ad locum hunc Comici nostri respexit, et Diodor. Siculus l. xii. p. 307. sed apud quem turbata nonnulla et corrupta, quæ recte in integrum restituit Paul. Leopard. Emend. l. v. c. 14. Kust. Cicero ad Atticum xii. 6. ''Chreme, tantumne ab re tua est otii tibi,' ut etiam Oratorem legas? macte virtute! mihi quidem gratum, et erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli.' Eupolidi hæc tribuit etiam Diodorus Siculus. Consulendus Gesnerus ad Quinctilianum ii. 16, 19. [et Spalding. t. i. p. 373. Dind.] Elm. Anonymus apud Suidam v. Σαλμωνεύς. Pors. Locus est, διὰ μηχανῆς ἤστραπτεν, ἐβρόντα, συνεκύκα τὰς τῶν ὑπηκόων ψυχάς. Dobr. Leg. ἤστραπτ'. Bent. ἤστραπτ', ἐβρόντα. Plinius epist. i. 20. a Kustero indicatus. Vulgatam quam agnoscit Aristides iii. p. 228. Diodoro Siculo ex quatuor codd. restituit Wesselingius. Elm. Ἤστραπτ' postea prætulit Elmsleius. Dind. Ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Versus similibus incisionibus ἤστραπτεν, ἐβρόντα minus placens; atqui Plinius epist. 1, 20.: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα, crescentibus verbis, quam figuram et alibi usurpatam reperimus, et in noto isto versiculo: 'Odi præcoci puerulos sapientia;' qui cum a verbo duarum syllabarum initium capiat, per trisyllabum ad tetrasyllabum progressus, finitur denique voce quinque syllabis constante eaque gravissima, sapientia; quod in elegantiis oratoriis ac poeticis numeratur. Hotib.

506. ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους. Quia psephisma Periclis rogatu contra Megarenses latum simile erat scolio Timocreontis Rhodii: ὤφελες, ὦ τυφλὲ Πλοῦτε, | μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ | μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆναι, | ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν | κἀχέροντα· διὰ σὲ γὰρ | πάντ' ἐν ἀνθρώποις κάκ' ἐστί. Brunck. Elmsl. eadem verba afferens habet ὄφελες. Dind.

507. Lege μήτε γῇ: vid. Vesp. 22. Bent. Μήτε γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ. Perperam libri omnes μήτ' ἐν γῇ, cujus lectionis vitium ipsa lex metri arguit. Vide ad Eq. 610. Nec ullus dubito, quin in Timocreontis scolio sic etiam legi debeat, μήτε γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, prætereaque in primo versiculo, ὤφελές γ' ὦ τυφλὲ Π. Sunt enim scolii versus omnes dimetri trochaici acatalecti, præter penultimum, qui catalectus est. Brunck. Μήτε γῇ ob metrum. Pors.

509. Citat Suidas v. βάδην. Kust. Fo. ἄδην. Tyrwhitt. Burg. οἱ Μεγαρῆς. In B. scriptum primo fuerat Μεγαρεῖς, ut est in ceteris libris: postea emendatum Μεγαρῆς. Brunck. Suidas: Βάδην· Ἀριστοφάνης· Μεγαρεῖς, ὅτ' ἐπείνων βάδην, Λακεδαιμονίων ἐδέοντο. Ἀντὶ τοῦ ἐλίμωττον, ὑπὸ λιμοῦ διεφθείροντο. Βάδην, ἀντὶ τοῦ καταβραχὺ αὐξανομένου τοῦ λίμου καὶ ἐπίδοσιν λαμβάνοντος, προϊόντος ἐπὶ τὸ μεῖζον. Schutz.

510. τὸ non agnoscunt edd. ante Kusterum. Elm. Thucydides lib. i. refert, antequam bellum denunciarent Lacedæmonii Atheniensibus, in conventu apud Lacedæmonios, inter alios et Megarenses fuisse conquestos de injuriis Atheniensium: καὶ ἄλλοι τε, inquit, παριόντες ἐγκλήματα ἐποιοῦντο, ὡς ἕκαστοι, καὶ Μεγαρεῖς, δηλοῦντες μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα διάφορα, μάλιστα δὲ λιμένων τε εἴργεσθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀγορᾶς παρὰ τὰς σπονδάς. Berg.

512. κοὐκ ἠθέλομεν. Lacedæmonii denunciaverant Atheniensibus, ut illud psephisma tollerent; sed frustra. Thucyd. lib. i. circa finem: καὶ μάλιστά γε πάντων καὶ ἐνδηλότατα προὔλεγον, τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα καθελοῦσι, μὴ ἂν γενέσθαι

πόλεμον, ἐν ᾧ εἴρητο αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι τοῖς λιμέσι τοῖς ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ, μηδὲ τῇ Ἀττικῇ ἀγορᾷ· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, οὔτε τἄλλα ὑπήκουον, οὔτε τὸ ψήφισμα καθῄρουν, ἐπικαλοῦντες ἐπεργασίαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς, καὶ τῆς ἀορίστου, καὶ ἀνδραπόδων ὑποδοχὴν τῶν ἀφισταμένων. BERG.

514. *ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν.* Hic versus juxta Scholiastam ex Euripidis Telepho integer translatus est. BRUNCK. Ἐρεῖ τις οὐ χρῆν ex Telepho desumpta esse monet Schol. ELM. Qui deinde scripsit ἀλλὰ τί ἐχρῆν. Sed hæc quoque verba verisimile est ex Telepho esse, neque enim ex Schol. verbis καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου colligere licet, illa tantum ἐρεῖ τις οὐ χρῆν Euripidea esse. Recte igitur τί χρῆν defendere videtur Reisig. i. p. 101. Erfurdtius ad Soph. Ajacem p. 630. parum feliciter corrigebat: ἐρεῖ τις οὐ χρῆν, ἀλλὰ πῶς χρῆν εἴπατε, scilicet ne τί producatur. Erfurdtii de hujusmodi productionibus opinionem optimo jure in dubitationem vocavit Seidlerus ad Eurip. Electr. p. 137. Cum nostro τί χρῆν compara Eurip. Iphig. Aul. 1345. ed. Matth., quem locum, ut alios quosdam, non attigit Erfurdtius: δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης. ἐμὲ δὲ τί χρὴ δρᾶν τότε; ubi Gaisfordius ex conjectura dedit χρὴ τί. DIND. Accedat Kiddii ad Dawes. p. 618. conjectura, ἐρεῖ τις; οὐ χρῆν; ἀλλά τι [sic] οὐ χρῆν; εἴπετε. ID. Οὐ χρῆν; cum interrogatione admirabunda. REISK.

515. *φέρ' εἰ Λακεδαιμονίων τις ἐκπλεύσας σκ.* Id est: *si quis Lacedæmoniorum domo profectus scapha vendidisset catellum Seriphiorum per calumniam ipsis ereptum.* KUST.

516. *φήνας.* Aor. 1. a *φαίνω*, et significat *συκοφαντήσας*. BERG. Κυνίδιον Σερίφιον. Seriphus erat insula vilissima sub Atheniensium imperio. Dicit autem: si quis Lacedæmonius vel Seriphios re aliqua levissima privasset, annon Seriphiis opem tulissetis contra Lacedæmonios? Ergo et Lacedæmonios putandum est merito Megarensibus opem ferentes bellum movisse. BERG. Ἀφείλετ' Ἀθήνας κυνίδιον Σερίφιον. REISK.

517. *ἐκάθησθ'* — Vulgo *καθῆσθ'*, quæ scriptura æque bona est ac ea quam reposui, quumque sit in libris omnibus, servari debebat. Vide not. ad Thesm. 479. Conc. 302. Av. 495. Versus clausula ἢ πολλοῦ γε δεῖ, ex Euripidis Telepho sumta. BRUNCK. Ἐκάθησθ' Brunckius in contextu, qui in annotationibus vulgatam revocat. Recte. Senarius Euripideus esse videtur ex verbis Scholiastæ. Porsonus in Præfat. ad Hec. p. xvii. ἐκαθήμην, ἐκάθευδον, et similia, tragicis abjudicat. ELM. Ἠ πολλοῦ γε δεῖ. Ita edd. pristinæ; non ἢ πολλοῦ γε δεῖ. Distinguendum autem καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν, ἢ πολλοῦ γε δεῖ; BERG. Ἦ πολλοῦ γε δεῖ sine interrogatione recte Brunck. et Elm. DIND.

519. *τριακοσίας ναῦς.* Nimirum Athenienses florentibus rebus trecentas naves sive triremes instructas habere solebant. Æschines orat. περὶ παραπρεσβείας· τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. Idem navium numerus traditur a Thucydide, Demosthene, Aristide, et aliis, quorum loca collegit diligentissimus et πολυμαθέστατος Meursius de Fortuna Athen. c. vii. KUST.

520. *περὶ τριηράρχου βοῆς.* Rixabantur nimirum homines de trierarchiæ munere, aliis hoc onus illi vel illi injungentibus, aliis vero detrectantibus. Suidas: τριηραρχία, λειτουργία παρὰ Ἀθηναίοις δαπανηρά. ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς πόλεμον εὐτρεπῆ, ἅπερ παρεσκεύαζεν ὁ εἰς τὴν λειτουργίαν ταύτην προβληθείς. SCHUTZ.

521. *Παλλαδίων.* Erant simulacra Minervæ in proris triremium collocari solita; ista ornabant et deaurabant navigaturi. BERG.

522. *στοιᾶς.* στοᾶς vulgo, sed alteram formam ter habet noster Eccl. 676. 684. 686. ΤΟΝ ΑΠΟ ΤΕΣ ΣΤΟΑΣ (τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς) habet tabula lapidea Olympiadis xcii. anno quarto incisa, quam evulgavit Chandlerus in Sylloge Græcarum inscriptionum. Ea hodie in Museo Britannico adservatur. Cæterum recte censet Schol. hic intelligi τὴν ἀλφιτόπωλιν στοάν, quam memorat noster etiam in Eccl. 686. ELM. Vide quæ ad Eccles. p. 745. dicta sunt, et var. lect. ad Herodoti iii. 52, 7. Schweigh. DIND.

523. *τροπωτήρων.* Lororum quibus remi ad scalmum alligabantur. Suidas: τροπωτῆρες, ἱμάντες, ἐν οἷς αἱ κῶπαι περὶ τοὺς σκάλμους περιδέονται. SCHUTZ.

524. *ἐλαιῶν.* ἐλαῶν vulgo, quod serioris est Atticismi. ELM. Ἐλαιῶν Wasse ad Thucyd. vii. 81. confer Duker. ibid. PORS. Κρομμύων ἐν δικτύοις. Hodie quoque cepæ in reticulis venduntur. SCHUTZ.

525. *στεφάνων.* Coronas in conviviis adhibitas esse tralatitium est. SCHUTZ. Τριχίδων. Suidas: τριχίδες, εἶδος ἰχθύος, αἱ λεγόμεναι θρίσσαι. ID.

526. *κωπέων πλατουμένων.* Scholiastes exponit κωπέων, τῶν εἰς κώπην ξύλων ἐπιτηδείων, recte: nec quidquam commeruerat, cur a Kustero corriperetur, qui ipse nec formam nec proprietatem hujus vocabuli perspectam habuit. κωπέων non est a κώπη, sed a κωπεύς. Sunt autem

κωπέες *ligna remis faciendis apta*. Hesychius: κώπεις, (scr. κωπεῖς) τὰ εἰς κώπας εὔθετα ξύλα. Vide summum Valckenarium ad Herodotum p. 383. πλατουμένων, quod minime sollicitandum, valet *quæ in palmulas exasciantur*, a πλάτη, *palmula remi*, unde πλατόω. Conficiendorum remorum maximus labor est palmulæ dedolatio: multo minor opera reliquæ parti impenditur; præcipua est palmula: inde est quod πλάτη per συνεκδοχὴν *remum* significat: sed proprie est pars remi inferior. Hesychius: κώπης τὸ ἄνω, κώπαιον· τὸ δὲ κάτω πλάτη. Brunck. Hesychius a Brunckio emendatus: κωπεῖς· τὰ εἰς κωπὰς εὔθετα ξύλα. Glossa fortasse pertinet ad Lys. 422. ubi Brunckius, quod mirere, *remiges* in interpretatione Latina reliquit. Plura dabit Valckenarius ad Herod. v. 23. a Brunckio laudatus. Elm. Theophrasti t. i. p. 176. οἱ τοὺς κωπέας ξύοντες cum hoc loco comparat Schneider. t. iii. p. 418. Dind. Πλαγιουμένων Valckenær. ad Herodot. v. 23. Pors.

527. τύλων ψοφούντων. Berglerus lepide vertit: *callosis manibus crepitantibus*, cum τύλοι h. l. sint *clavi lignei*, crepitantes dum malleo adiguntur. Schutz. Θαλαμίων τροπουμένων. Frischlinus ridicule: *et versis in fugam, qui subtus remigant*. Neque enim τροποῦσθαι hic significat *in fugam vertere*, neque vox θαλαμίων de remigibus hic interpretanda est, sed locus ille sic vertendus: *et remis qui loro ad scalmum alligantur*. Nimirum θαλαμίων hic est a nominativo θαλαμία, (subintelligendo κώπη,) quæ vox significat remum, quo remiges infimi ordinis, θαλάμιοι apud Græcos dicti, utebantur. Hesychius: θαλαμίαι κῶπαι, αἱ κατωτάτω. καὶ οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν θαλαμίοι, λέγονται. Sic enim locus ille scribendus et distinguendus est, qui vulgo corrupte sic legitur: θαλαμία, κῶπαι αἱ κατωτάτω etc. Doctissimus Palmerius locum illum ita sanare conabatur: θαλάμιαι ὀπαὶ, δι' ὧν ἐξέρχονται κῶπαι αἱ κατωτάτω. Sed quamvis non ignorem apud Scholiasten Comici nostri ad Ran. 1106. legi, καὶ θαλαμία ὀπὴ, δι' ἧς ἐξέρχεται ἡ κώπη: non existimo tamen vocem κῶπαι apud Hesychium mutandam esse in ὀπαί. Nam cum remiges, qui in infima parte navis remigabant, dicerentur θαλάμιοι, quid aptius est et magis consequens, quam ut remi illorum vocarentur θαλάμιαι κῶπαι, quod ipsum Hesychius l. l. docere voluit. Hinc igitur patet falli veterem Scholiasten, qui τὸ θαλαμίων in proposito loco Comici nostri interpretatur ναυτῶν, quasi esset a nominativo θαλάμιοι. Nam vox sequens τροπουμένων non convenit *nautis* vel *remigibus*, sed ipsis *remis*. Significat enim τροποῦσθαι vel τροπώσασθαι, ut jam ante diximus, *remum loro ad scalmum alligare*, quod vel ex Hesychio constat, qui vocabulum illud sic explicat: τροπώσασθαι, τὸ τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλμὸν δῆσαι. Hinc τροποὶ et τροπωτῆρες dicebantur οἱ ἱμᾶντες τῶν κωπῶν, i. e. vincula vel lora remorum: ut ex grammaticis satis constat. Illud hic addimus, in ed. Aldina et reliquis recte legi τροπουμένων. At in sola, quod sciam, edit. Genevensi τροπωμένων, quod vitiosum est. Kust. Τροπωμένων edd. 1607. 1625. 1670. Respexit Portus ad τροπωτήρων v. 523. Elm. Θαλαμιῶν. Sic recte positus accentus in membr. Sic etiam in B. sed a secunda manu. Male vulgo θαλαμίων. Est enim a recto feminino θαλαμία. Hesychius: θαλαμίαι κῶπαι, αἱ κατωτάτω. καὶ οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν, θαλάμιοι λέγονται. Erudita est ad hunc locum Kusteri nota. Brunck. In Pac. 1232. libri plerique θαλαμιᾶς habent, quod Brunckius, nescio an consulto, mutavit in θαλαμίας. Quocunque modo scribatur, pro adjectivo accipiendum videtur. Hesychius a Kustero emendatus: θαλάμιαι — λέγονται. Elm. Qui θαλαμίων revocavit. Dind.

528. νιγλάρων. Vocem raro obviam male mulcarunt librarii. In A. scriptum γεράνων: in C. νιγλαμίων. Est autem νίγλαρος modus quidam in tibiarum cantu. Vide Pollucem iv. 83. Scholiastæ μέλος μουσικὸν παρακελευστικόν. Hesychius: νίγλαροι, τερετίσματα, περίεργα κρούσματα. Appellabatur etiam νίγλαρος peculiaris quædam tibiæ species. Pollux: νίγλαρος δὲ, μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μοναυλίᾳ πρόσφορος. Forte non multum absimilis fuerit tibiæ, cujus in militia nostra usus, quam *fifre* vocamus. Brunck. Hesychius: νίγλαροι· τερετίσματα, περίεργα κρούματα. Vide Pollucem iv. 82. et Hesychii interpretes. Pherecrates apud Plutarchum de Musica p. 1142. a. a Kustero indicatus: εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς γὰρ εἰσηνέγκατο | ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους, | καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην | καμπῶν με κατεμέστωσε. Elm. Cf. Barkerum in *Classical Journal*, Nr. xxxi. p. 112. et quæ a me ad fragmenta dicentur. Dind.

529. τὸν δὲ Τήλεφον—Translata verba ex Euripidis Telepho. Brunck. Nimirum proprie et aperte dicere volebat: τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους οὐκ οἰόμεσθα ταῦτα δικαίως δρᾷν. Hoc ut quasi tectius efferret, abutitur istis Euripidis versiculis de Telepho. Minime igitur audiendus Reiskius qui legendum putabat τοῦ δὲ Τηλέφου εἰ ἀκουόμεσθα, *Telephum si audimus*, s. ex ejus sententia stulte sic ageremus. Schutz.

530. ἡμῖν non male conjecit nescio quis. Elm. Ἔνι. Pro ἔνεστι. Berg.

534. νὴ τόν. Scinditur in contraria studia Chorus. Berg.

536. αὔτ'. Probabilius est Ravennatis ταῦτ'. Reisig.

537. οὐδέ. Hoc loco tantum pro οὐ, ut apud Lucianum in Dial. mort. Crœsi, Plut. Men. etc. [t. i. p. 337.] οὕτω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσομένου μου. nisi forte apud Lucian. οὐδὲν legendum est, ut apud Comicum in Vesp. 1476. ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύσεται. Berg. ἀλλ' οὔτι χαίρων non male Bentleius. Ita Noster Vesp. 185. οὔτις σύ; ποδαπός; Ἰθακὸς Ἀποδρασιππίδου. | οὔτις; μὰ τὸν Δί', οὔτι χαιρήσων γε σύ. Elm. Ita noster Ran. 843. ἀλλ' οὔτι χαίρων αὔτ' ἐρεῖς. παῦ', Αἰσχύλε. Soph. Œd. Tyr. 363. ἀλλ' οὔτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς. Sed interdum usurpatur ἀλλ' οὐδὲ pro ἀλλ' οὐ, ut in hujus fabulæ v. 749. Id. Οὔτι. Ineptum οὐδὲ antea solum a Berglero notatum corrigo, adhibitis Vesp. 186. et Soph. Phil. 1299. Reisig. Servat vim propriam οὐδὲ, si non cum χαίρων sed cum τολμήσει proxime conjungas hoc ordine, ἀλλ' οὐδὲ τολμήσει ταῦτα λέγειν χαίρων, et hoc sensu: tantum abest, ut impune illi abire debeat hæc *dixisse, ut ne conatum quidem talia dicendi impune laturus sit.* Schutz.

538. εἰ θενεῖς, in futuro. Sic bene membr. Vulgo θένεις. Brunck.

540. ἰὼ βλέπων vulgo. ὦ βλέπων Hermannus [de metris] p. 255. Elm. Βλέπων ἀστραπάς. Sophocles ἀστραπὴν τιν' ὀμμάτων ἔχει, apud Athenæum xiii. p. 564. Sic βλέπειν Ἄρη apud Comicum in in Pluto 328. βλέπειν φόβον apud Æschylum in Sept. 504. βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν θυὰς ὥς, φόβον βλέπων. Ceterum istud etiam ad dilatandam comœdiam facit, quod hic Lamachum advocat; ut illud in antecedentibus, cum præter necessitatem Dicæopolis ab Euripide habitum mendici mutuaretur. Berg. Cave tamen ne has fabulæ partes ἐπεισόδια existimes esse prorsus superflua. Nam ut illa scena ridendum præbet morem in judiciis miserabili vestitu misericordiam judicum movendi, sic h. l. Lamachum risui exponens, Athenienses admonere voluit, ne in imperatoribus deligendis nimium vel opinioni, vel simulationi fortitudinis crederent. Schutz. Tolle verborum ἢ ταξίαρχος interpretamentum ἢ στρατηγὸς, et invenies has strophas, quæ dochmaicis continentur:

Ἡμιχορος Α'. στροφή.
Ἰὼ, Λάμαχ', ὁ βλέπων ἀστραπὰς,
Βοήθησον, ὦ γοργολόφα, φανεὶς!
Ἰὼ, Λάμαχ', ὦ φίλ', ὦ φυλέτα!

Ἡμιχορος Β'. ἀντιστροφή.
Εἴτ' ἢ ταξίαρχος ἢ τειχομάχος
Ἀνὴρ ἐστὶ τις, βοηθησάτω
Τις ἀνύσας· ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος.

Primo horum versuum vulgo legitur inconcinne ἰὼ βλέπων, spiritu in ι mutato, nisi malis ὦ βλέπων cum Hermanno. Hotib. Sic lege:

ἰὼ Λάμαχ' ὦ βλέπων ἀστραπὰς
βοήθησον ὦ φανεὶς γοργολόφας } στρ.
ἰὼ Λάμαχ' ὦ φίλων φίλτατ', εἴ
τις ἢ ταξίαρχος ἢ τειχόμαχος } ἀντιστρ.
ἀνήρ ἐστί τις, βοηθησάτω
τι ἀνύσας· ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος. } ἐπῳδός.

V. 3. Vulgo φίλ' ὦ φυλέτα. Dedi φίλων φίλτατ'. de phrasi vide annotata ad Iph. T. 827. in *Classical Journal*, No. xv. p. 144. et adde Suid. Ἔσχατ' ἐσχάτων κακὰ διαπέπρακται· ὁμοῖά ἐστι τῇ Δεινότερα δεινοτάτου καὶ Κύντερα κυντάτου. Idem in Πέρα habet ἀῤῥήτων ἀῤῥητότερα καὶ κακῶν πέρα. Burg. in *Classical Journal*, Nr. xxxvii. p. 127.

541. γοργολόφας idem valet, quod Homericum κορυθαίολος. Brunck. Hesychius: γοργολόφας· ἀπὸ τοῦ λόφου τῆς περικεφαλαίας, καὶ τῆς ἀσπίδος· γοργόνα γὰρ (ἣν vulgo) ἐπ' αὐτῆς εἶχεν ὁ Λάμαχος· ἵνα τὸν Λάμαχον εἴπῃ. De vocibus hujus formæ consulendus Valckenarius ad Phœniss. 120. Ex nostri Nub. 571. et Eurip. Hipp. 1399. restituendum ἱππονώμας Sophocli Aj. 232. ubi vulgo legitur ἱππονόμους contra metrum. Elm. Ὦ Γοργολόφα. Qui horrenda crista, et quasi Gorgone digna terres, etsi cristæ neminem occidunt, ut est ap. Livium. Schutz.

542. ὦ φίλ', ὦ φυλέτα. Sic B. Vulgo ὦ φίλε, ὦ φυλέτα. Brunck.

543. εἴτε τις ἔστι. Sic A. C. Vulgo εἴτ' ἔστι τις. Brunck. Εἴτέ τίς ἐστι, ταξίαρχός τις ἦ. εἴτ' ἐστί τις ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ B. edd. vett. pleræque. εἴτ' ἐστί τις ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, εἰ edd. 1538. 1600. 1607. et sequentes. εἴτε τίς ἐστι ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ A. C. R. Brunckius, ut legisse videtur Schol. qui hunc versum in dochmium monocolon et iambicum dimetrum dispertit. Verum manifesto vitiosum est στρατηγὸς inter ταξίαρχος et τειχομάχος positum. Post magnum illum Lamachum, proximo loco nominandus erat is qui dignitate proxime accederet. Ut Latinis nominibus utar, quis unquam ita locutus est: *Dictator, aut prætor, aut consul, aut privatus senator.* Præterea dicendum erat ἄλλος στρατηγὸς, cum ex v. 568. satis constet ipsum Lamachum de στρατηγῶν numero fuisse. Itaque verba ἢ στρατηγὸς delevi, et alterum τις post ταξίαρχος induxi, unde justus efficitur versus dochmius, quales sunt

reliqui omnes qui hic Choro tribuuntur. Causa corruptæ scripturæ fuit *τις* repetitum, quod librariis displicuisse videtur. Cum hæc *παρατραγῳδῶν* dicat noster, aptissima sunt exempla duo quæ ex tragicorum scriptis adduxit Porsonus ad Hecub. 1169. quem locum ita repræsentat: *εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς, | ἢ νῦν λέγει τις, ἢ πάλιν μέλλει λέγειν.* Prius est ex Orest. 1218. *φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, | ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς, | ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ.* Alterum est ex Soph. Trach. 943. *τοιαῦτα τἀνθάδ' ἐστίν· ὥστ' εἴτις δύο | ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται, | μάταιός ἐστιν· οὐ γάρ ἐσθ' ἥ γ' αὔριον, | πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν.* Emendationem meam egregie confirmare videtur insignis nostri locus Ran. 911. a Porsono in Præfat. ad Hecub. p. xl. emendatus: *πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γέ τινα καθῖζεν ἐγκαλύψας, | Ἀχιλλέα τίν', ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς.* Magna quidem in priore versu scripturæ diversitas est, sed omnes *τινὰ* habent. Porsonus *καθεῖσεν* dedit. ELM. Cf. Reisig. i. p. 234. DIND.

544. *ἢ τειχομάχος.* Sic tres codd. et primariæ editt. In novitiis *εἰ τειχ* — BRUNCK. *Τειχομάχος γ' ἀνήρ. τειχομάχος ἀνὴρ* vulgo. *Γε* hic valet *saltem*, ut superius v. 516. Nub. 1286. Thesm. 219. ELM. *Τειχομάχος τ' ἀνὴρ* voluerat Hermannus de metris p. 255. DIND.

545. *τις ἀνύσας. τις ἀνύσας* vulgo, cum leni spiritu, de quo consulendus Porsonus ad Phœn. 463. Cum sæpe apud nostrum occurrat *ἀνύσας τι*, ut in Eq. 119. Nub. 506. 635. 1253. Vesp. 30. 202. Pac. 275. conjecturæ locus est hoc etiam in loco scribendum esse *τι ἀνύσας.* ELM. *Ἔχομαι μέσος.* Sic A. C. Vulgo *ἴσχομαι.* Divinare nequeo quemadmodum metricus Scholiastes hos sex versus legerit, quos in octo digestos habuit. BRUNCK. *Ἴσχομαι* B. edd. *ἔχομαι* A. C. Schol. Brunckius. Noster Eq. 388. *νῦν γὰρ ἔχεται μέσος.* Ran. 469. *ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος.* Metaphoram a palæstra petitam esse monet Schol. Invectum est *ἴσχομαι* ut efficeretur senarius, prima scilicet in *ἀνύσας* producta. ELM. Adde Nub. 1047. *ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβόντ' ἄφυκτον.* ID.

548. *γοργόν'.* Insigne clypei; sed tamen ipse clypeus intelligitur. Infra 1180. ipsum insigne intelligitur: *καὶ γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος.* BERG. Vocem *σάγμα* hinc allegat Pollux vii. 157. omisso fabulæ nomine. Hesychius: *σάγμα· τὸ ἔλυτρον τῆς ἀσπίδος.* ELM. Solebant clypeum in theca reponere. Ait igitur *quis Gorgonem* meam, i. e. clypeum Gorgonis imagine insignitum, e *theca excitavit*, i. e. quis me impulit, ut me armarem, et clypeum sumerem? SCHUTZ.

549. Versum hunc Semichoro, qui Lamachi opem imploraverat, par erat tribuere. Perperam in libris omnibus Dicæopolidi adscriptus est. BRUNCK. *Τῶν φίλων καὶ τῶν λόχων* R. qui hunc versum Choro vel Hemichorio tribuit, ut ex ingenio fecerat Brunckius. Dicæopolidi vulgo tribuitur. ELM. *Τῶν λόφων καὶ τῶν λόχων.* Duo hæc conjunguntur etiam v. 1038. *ταχέως λαβόντα τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους.* KUST.

550. *οὐ γὰρ οὗτος ἅνθρωπος τὴν πόλιν κακοῤῥοθεῖ;* Soph. Aj. 1329. *οὐ γὰρ κλύοντες ἐσμὲν αἰσχίστους λόγους, ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.* Comicus Vesp. 1290. *οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρότατον ἄρ' ἦν κακὸν, καὶ τῶν ξυνόντων πολὺ παροινικώτατος.* BERG. Eodem sensu usurpatur *οὐ γὰρ* in Eq. 1392. *πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν; οὐ γὰρ ὁ Παφλαγὼν | ἀπέκρυπτε ταύτας ἔνδον, ἵνα σὺ μὴ λάβοις.* Vesp. 836. *τί δ' ἐστὶν ἐτεόν; οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως | ὁ κύων παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνὸν, ὑφαρπάσας | τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε;* ELM. *Ἄνθρωπος. ἄνθρωπος* edidit Elm. DIND.

551. Hesychius: *κακοῤῥοθεῖ· κακολογεῖ, λοιδορεῖ, ὑβρίζει.* Vocabulum tragicis usitatissimum usurpat noster etiam in Thesm. 896. ELM. *Κακοῤῥοθεῖ* Suid. et alii: sed rectius videtur *κακοθροεῖ* a *κακοθροῦς.* BENT. Post hunc versum Lamacho istum tribuunt libri omnes, *οὗτος σὺ τολμᾷς πτωχὸς ὢν λέγειν τάδε;* Paulo post tamen ipse Lamachus Dicæopolidem percunctatur, *τί δ' εἶπας ἡμᾶς;* Manifesta est absurditas. Nihil revera Lamachus eorum scire poterat, quæ Dicæopolis dixisset. Versum illum e superioribus concinnatum, ab inepto librario infertum, eo abire jussi, unde malum pedem intulerat. BRUNCK.

552. Lamachi versum omittit Brunckius contra omnes libros suos et R. quia scilicet *nihil Lamachus eorum scire poterat, quæ Dicæopolis dixisset.* Mihi quidem verba *λέγειν τάδε* respicere videntur ad *κακοῤῥοθεῖ* in superiore versu. ELM.

554. Vide Suidam in *ἐστωμυλάμην*, ubi locus hic adducitur. KUST. *Εἰ πτωχὸς ὤν.* Habet enim hoc mendicitas, ut sæpe majore verborum licentia uti possit, quam ii, qui ditiores sunt, et ne pecunia multentur, timeant. SCHUTZ.

555. *τί δ' εἶπας ἡμᾶς;* Hic etiam legi debet *τί δ' εἶπες ἡμᾶς;* Vide ad Thesm. 742. BRUNCK. Noster Vesp. 1354. *νῦν δ' οὐ κρατῶ πω τῶν ἐμαυτοῦ χρημάτων.* Vulgo, *κρατῶ 'γώ.* ELM.

556. *ὢν* ante *τῶν* inserunt edd. ante Kusterum. ELM. Citat Suidas v. *εἰλιγ-*

γιῶ, qui et Scholia partim exscripsit. Dele vero ὢν [ante τῶν δ.] ob metrum; quod omittit ed. Kuster. et Bergler. PORS.

557. ἀπένεγκε μου τὴν μορμόνα. Pro γοργόνα· est autem μορμὼ *terricula* puerorum, de qua vide ad Eq. 690. et ad Vesp. 1038. *Aufer*, inquit, *clypeum, qui mihi terrorem incutit, ut μορμὼ infantibus:* et quia simul alludit ad Gorgonis faciem in clypeo: *averte Gorgonem, quia timeo ne in lapidem convertar.* Euripides in Oreste 1519. ἄπεχε φάσγανον· πέλας γὰρ δεινὸν ἀνταυγεῖ φόνον· deinde alter: μὴ πέτρος γένῃ δέδοικας, ὥστε Γοργόν' εἰσιδών; BERG. Ἀπένεγκέ μου. ἀπένεγκ' ἐμοῦ Brunckius. ἀπενέγκαι μου Suidas in μορμώ. Malim: ἀλλ' ἀντιβολῶ, προσένεγκέ μοι τὴν μορμόνα, vel eundem sensum diversis verbis. Vulgata scriptura prorsus absurda est. ELM. Τὸν μορμόνα. Corrige typothetæ errorem, qui perperam expressit, quod debebat: τὴν μορμόνα. Dicitur μορμὼ, μορμοῦς: μορμὼν, μορμόνος. Intelligit autem scutum Gorgonis insignitum capite. Supra, τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος; In Pace 474. Chorus eidem Lamacho, qui adesse fingitur, dicit: οὐδὲν δεόμεθ', ὤ 'νθρωπε, τῆς σῆς μορμόνος. BRUNCK.

558. παράθες νῦν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί. Clypeum jubet inversum in terra deponi, quia intus cavus erat, ut scilicet eo pro pelvi uti posset vomiturus; qua irrisione nihil erat acerbius. SCHUTZ.

559. Φέρε μοι τὸ πτερόν. Suidas in φέρε νῦν: τὸ πτερὸν ζητεῖ, ἵνα ἐξεμέσῃ. εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμοῦντες, πτερῷ χρῆσθαι πρὸς τὸ εὐχερῶς ἐμέσαι. Pollux x. 76. e Cratini fabula inscripta Ὧραι fragmentum hoc profert: μῶν βδελυγμίας ἔχει; | [Elmsleius hæc verba afferens recte scribit: μῶν βδελυγμία σ' ἔχει; DIND.] πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω. βδελυγμία *nauseam* significat, et βδελύττομαι, *nauseo*. Mox βδελύττομαι γὰρ τοὺς λόφους: *nauseam mihi movent cristæ*. λεκάνης vomiturientibus dari solitæ meminerat Comicus in Pace 855. ubi sinceram lectionem revocabimus. BRUNCK. Plutarchus de Rep. gerenda p. 801. B. Πλάτων ὁ κωμικὸς τὸν δῆμον αὐτὸν λέγοντα ποιεῖ· λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου· | μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύῤῥιον· καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν, ὅπως ἐμέσῃ, λέγοντα· προσίσταταί μου πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη· καί· βόσκει δυσώδη Κέφαλον, αἰσχίστην νόσον. Pro κεφαλὴν reposui Κέφαλον, oratorem nobilissimum, de quo consulendus Taylorus ad Lysiæ vitam p. 103. ELM. Fors. legend. μοί τι πτεργόν. SCHUTZ.

560. τῆς κεφαλῆς νῦν μου [νύν Elm. DIND.] μοῦ λαβοῦ. Plautus Rud. ii. 6. 26. 'Perii, animo male fit. contine, quæso, caput.' BRUNCK.

564. Verba ὀρνιθός ἐστιν vulgo Lamacho tribuuntur, cum diversa horum versuum distinctione. ELM. Qui hæc sic personis distribuit: ΔΙ. πτίλον γάρ ἐστιν; εἰπέ μοι, τίνος ποτὲ | ὄρνιθός ἐστιν; ἆρα κομπολακύθου; | ΛΑ. οἴμ', ὡς τεθνήξεις, etc. Κομπολακύθου. Ad hunc locum respexit Etymologus: κομπολακύθης, ὄνομα ὀρνέου παρὰ Ἀριστοφάνει. ἀπὸ τοῦ κόμπος καὶ λάκω· τουτέστι μετὰ κόμπου λακών. KUST. Ex κόμπος, et λακεῖν, unde λάκυθος et λήκυθος. Ejusmodi alitis plumas dicit habere in galea militem *gloriosum* et fortia facta *crepantem;* revera autem habebat, ut alii, struthionis plumas. BERG. Fictum avis nomen a κόμπος et λακεῖν, διὰ τὸ κομπαστὴν εἶναι τὸν Λάμαχον. BRUNCK. Ita noster Av. 276. a Porsono ad Hecub. 208. emendatus: τίς ποτ' ἔσθ'. ὁ μουσόμαντις; ἄτοπος ἆρ' ὀρειβάτης; Quid sibi velit avis κομπολάκυθος, a nostro v. 1145. hujus fabulæ iterum memorata, melius fortasse sciremus, si pro undecim veteris comœdiæ fabulis paucisque fragmentis, omnes CCCLXV. hodie superstites haberemus. Verbum κομπολακεῖν est in Ran. 961. Ad tale quiddam respexisse videtur Cicero Epist. ad Atticum i. 14. 'Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, nosti illas ληκύθους, valde graviter pertexuit.' ELM.

565. οἴμ', ὡς τεθνήξει. In tribus codd. recte scriptum est οἴμ', id est οἴμοι. Perperam in impressis οἶμ' [quod pro οἶμαι accepit Schol. Vide v. 883. ELM.] Tum τεθνήξει vel τεθνήξῃ est in duobus codd. Solus C. τεθνήσει, ut impressi, exhibet, quod barbarum esse dixi ad Vesp. 654. Et est hoc verissimum. Nullum enim exstat Græcum thema, seu verbum, unde rite deduci possit futurum τεθνήσω. Analogice vero a verbo τεθνήκω, quod ipsum formatum est a præterito τέθνηκα, nascitur futurum τεθνήξω, medium τεθνήξομαι. Vide Oudendorpium ad Thomam M. in τεθνήξεται. Sed concedamus utramque characteristicam σ et ξ perinde locum habere in futuro verbi τεθνήκω, quid, quæso, alterutra discrimen afferet in usu et potestate illorum futurorum? Num forma tantum media licebit dicere τεθνήσομαι, et activa solummodo τεθνήξω? Num, si τεθνήξει unice *morietur* significat, τεθνήσει significare poterit *morieris?* His nugis abstinuisse vellem Th. Burgessium. Nimia Bentleii carpendi libido extra oleas Dawesium abripuit. Sic enim occasione versus in Nubibus 1436. p. 96. novæ edit. com-

mentatur. 'Virum porro Cl. non secus atque editores fefellit atrox solœcismus, σὺ τεθνήξει: id quod perinde est ac si Latine dicas *tu morietur*. Futurum utique istud forma non nisi activa usurpatur; sicuti in subjectis exemplis: Acharn. 325. ὡς τεθνήξων ἴσθι νυνί. δήξομ' ἆρ' ὑμᾶς ἐγώ. Æschylus Agam. 1288. οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.' Quibus ex verbis satis liquido patet, voluisse eum in Nubium versu legi: μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξεις; Et, si audiretur, hic etiam scriptum oportuisset, οἴμ', ὡς τεθνήξεις. Sed frustra est. Utramque formam τεθνήξω et τεθνήξομαι agnoscit Græcus sermo. Quin media usitatior. Vide Thomæ modo laudatum interpretem, Grævium ad Luciani Solœcistam p. 91. et Dukerum ad Thucydidem p. 549. Brunck. Τεθνήσει C. Rav. edd. τεθνήξει A. B. Brunckius. Illud diserte tuentur Schol. et Suidas in τεθνήσῃ. Eadem scripturæ diversitas est in Nub. 1436. Vesp. 654. Activam formam superius 306. et in Æsch. Agam. 1288. indicavit Dawesius p. 96. Utrobique mediam formam respuit carminis ratio. Hodie apud Platonem in Gorgia p. 320. D. [p. 77. ed. Heindorf.] legitur τεθνήξεται, ubi τεθνήξει diserte agnoscunt Scholiastes a Ruhnkenio editus, et Thomas Magister in τεθνήξεται. Apud Suidam in ἐπέσειεν, Portus de suo mutavit τεθνήξοντος in τεθνηξομένοις, Kusterus vero veterem scripturam revocavit. Equidem crediderim veteres Atticos dixisse τεθνήξω, recentiores τεθνήξομαι: τεθνήξω enim nimis Attice dictum videtur Luciano Solœcista p. 570. qui alteram formam Socratis grammatici auctoritate confirmat. Eandem mutationem subiit futurum ζήσω, quod habet noster Plut. 263. et in fabula deperdita apud Clementem Alex. p. 751, 9. Plato de Rep. v. p. 660. D. et ix. p. 741. C. Recentiores ζήσομαι magno consensu. Ἑστήξω habent Eur. Iph. Aul. 675. noster Lys. 634. Thucyd. iii. 37. 102. Xenoph. Anab. ii. 4, 5. Plato Conviv. p. 1205. E. de Rep. ix. p. 738. E. Demosth. adv. Lept. p. 468. Ἑστήξεται recte legitur in senario Hegesippi, infimæ ætatis comici, apud Athen. p. 290. D. male apud Xenoph. Pæd. vi. 2, 17. Venat. 10, 9. His consideratis, accedo Dawesio activam formam τεθνήξω apud nostrum ubique restituenti. Elm. De forma τεθνήσει vide Ruhnken. ad Timæum p. 158. Vesp. 652. Pors.

566. οὐ σου κατ' ἰσχὺν Scaligero debetur. Pronomen vulgo desideratur. οὐ γὰρ κατ' ἰσχὺν tacite emendarunt Kusterus et Brunckius. Elm. Οὐ γὰρ κατ' ἰσχύν ἐστιν. Hoc vel significat, *non enim vires agitur*, sed argumentis scilicet; vel *non enim hoc est in potestate tua et viribus situm*. Schutz.

567. τί μ' οὐκ ἀπεψώλησας; *Cur me non pædicasti?* Εὔοπλος γὰρ εἶ· *bene enim mutoniatus es*. Hesych. ὅπλον, τὸ αἰδοῖον. Schutz.

570. σπουδαρχίδης—στρατωνίδης—μισθαρχίδης. Epitheta habentia formam patronymicorum. Scholiastes: Αἰολέων δὲ ἴδιον, τὰ ἐπίθετα πατρωνυμικῷ τύπῳ φράζειν. Berg. Σπουδαρχίδης· σπουδάζων περὶ ἀρχῆς. Brunck.

571. στρατωνίδης. ἀντὶ τοῦ στρατευόμενος, στρατιώτης. Brunck.

572. μισθαρχίδης. ἐν τῇ ἀρχῇ μισθὸν λαμβάνων. Epitheta sunt a poeta conficta ad patronymicorum formam. Brunck.

573. κόκκυγες. *Cuculi, stulti*. Plato comicus apud Athenæum ii. p. 68. οὐχ ὁρᾷς, ὅθ' ὁ Μελέαγρος Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται; Berg. Schol. ἀντὶ τοῦ ἄτακτοι καὶ ἀπαίδευτοι. καὶ γὰρ ὁ κόκκυξ ἄμουσόν τι φθέγγεται. Brunck. Κοκκυγές γε τρεῖς [Sic jam Reisk. Dind.] κόκκυγές τε τρεῖς vulgo ante Brunckium. Nescio an huc respexerit Hesychius: κόκκυγες· ἐπὶ ὑπονοηθέντων πλειόνων εἶναι, καὶ ὀλίγων ὄντων. Elm.

576. Mira structura νεανίας δ', οἵους σύ, διαδεδρακότας. quod prævideo fore qui pro corrupto habentes facile sanari posse arbitrentur scribendo οἷος σύ. Mihi constructio insolens quidem, ceterum sanissima videtur. Ad eandem plane rationem Xenophon. Hist. Gr. i. 4, 16. (6.) τῶν οἵων περ αὐτὸς ὄντων. quam omnium librorum lectionem viri docti variis modis vexarunt. Schæfer. ad Bosii Ell. p. 479. Non dissimile est, quod olim legebatur in Platonis Phædone p. 104. A. σκόπει δὲ περὶ τῆς τριάδος· ἆρα οὐ δοκεῖ σοι τῷ τε αὑτῆς ὀνόματι ἀεὶ προσαγορευτέα εἶναι καὶ τῷ τοῦ περιττοῦ, ὄντος οὐχ ὅπερ τῆς τριάδος; ubi novissimi editores et Lobeckius ad Phrynichum p. 755. οὗπερ reposuerunt. Dind. Διαδεδρακότας. Hoc neque *tergum dantes hostibus*, ut Frischlinus vertit, nec *huc illuc cursitantes*, ut Palmerius, significat, sed ut Kusterus vidit, *homines militiam subter fugientes* vel *detrectantes*. Sic apud Suid. Διαδρασιπολίτας (quod vocabulum occurrit Ran. v. 1046.) ἀντὶ τοῦ δειλοὺς ἀποδιδράσκοντας τὴν πολιτείαν. Schutz. Fere post decennium, ineunte bello secundo Peloponnesio, ἡλικίᾳ προήκων dicitur Lamachus a Plutarcho Alcibiade p. 200. B. Elm. Ita fere Sallustius Catil. 49. 'Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maxumis honoribus usus, ab adoles-

centulo Cæsare victus discesserat.' Cæsarem eo tempore annos sex et triginta natum esse monent interpretes. Id.

577. τοὺς μὲν ἐπὶ Θράκης. Perstringit eos, qui mercede ex ærario publico accepta legationes obibant, et hac ratione militiam effugiebant. Itaque bene Gallus interpres : *tandis qu'on voit les plus jeunes, tel que toi, se soustraire à la fatigue par des ambassades ; les uns en Thrace avec trois drachmes d'appointemens*, etc. Schutz.

578. Tam obscura est horum hominum memoria, ut quæ de illis tradiderit Scholiastes, ex ejus ingenio profecta videantur. Quippe nihil facilius erat quam dicere : οὗτος ἐπὶ πονηρίᾳ διεβάλλετο· οὗτος ἐπὶ συκοφαντίᾳ ἐκωμῳδεῖτο. Nec minus ignoti sunt Dexitheus v. 14. Amphitheus 46. Lacratides 214. Marpsias 667. Ctesias 804. Prepis 808. Nicarchus 872. Ctesipho 966. Elm. Nostro concinit Eupolis apud Scholiast. ineditum ad Aristidem iii. p. 374. cujus testimonium debemus Valckenario Diatrib. p. 252. καὶ μηκέτ' ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους | ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα, | ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν. Vulgo, καὶ μηκέτ' ἄναξ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους. Id. Schol. ὁ Τισάμενος ὡς ξένος καὶ μαστιγίας κωμῳδεῖται. ὁ δὲ Φαίνιππος, ὡς ὑώδης καὶ ἠταιρηκώς. ὁ δὲ Χάρης ἐπὶ ἀμαθίᾳ διεβάλλετο. τούτους κωμῳδεῖ, ὡς πανούργους, τόν τε Τισάμενον, καὶ τὸν Φαίνιππον, καὶ Ἱππαρχίδην, καὶ Γέρητα τὸν φαλακρὸν, καὶ Θεόδωρον, τὸν Διομειᾶ τὸν δῆμον ὄντα. τὸ δὲ ΕΝ ΧΑΟΣΙ πέπαικται παρὰ τὸ ἐν Ἱππεῦσι (78.) ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χαόσιν. ἐπειδὴ καὶ εἰς μαλακίαν διεβάλλετο Γέρης καὶ Θεόδωρος. καὶ ὅτι ἐκ δούλων. Brunck.

580. γοητοθεοδώρους Reisk. Dind.

581. Hoc versu Lachetem tangit poeta, quem post triennium in Vespis sub canis persona in scenam produxit. Vide Thucydidem iii. 86. 88. 90. 99. 103. 115. Elm. κἀν Καταγέλᾳ. Fictum urbis nomen, manifesta adlusione ad καταγελᾶν. Brunck. Athenæus t. iii. p. 153. ὡς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ Καταγέλας οὗτος ποιητὴς, ubi imitationem animadvertit Porsonus Advers. p. 99. Dind. Gela et Camarina urbes Siciliæ. Nomine autem Καταγέλᾳ pro quo exspectabatur ἐν Κατάνῃ innuit Athenienses sæpe a legatis suis decipi et ludibrio haberi. Sic supra exclamaverat : ὦ κραναὰ πόλις | ἆρ' αἰσθάνει τὸν κατάγελων τῶν πρέσβεων ; De legatis enim hic agitur, non de præfectis militiæ ut Berglerus putabat. Schutz.

582. ἐχειροτονήθησαν γάρ. Non erat vertendum : *nam suffragiis erant creati duces*, sed *suffragiis electi sunt, qui legationem obirent*. Itaque statim indignatur, has legationes adolescentibus tantum tribui, non senibus frugi et laboriosis. Schutz.

583. ὑμᾶς μὲν ἤδη vulgo. ὑμᾶς μὲν ἀεὶ [quod Elm. recepit] R. Suidas in ἀμηγέπῃ. Elm. Quem cf. in Museo crit. Cantabrig. vi. p. 304. Dind. Ἀμηγέπῃ. [ἀμηγέπῃ Elm. Dind.] Sic membr. Vulgo ἀμηγέπου. In B. diphthongo superscriptum η. Suidas vero in ἀμηγέπῃ hunc versum citans, habet ἀμηγέποι. Quam prætulimus, sincera forma est, præ illis frequentata scriptoribus Atticis, ut et ἀμωσγέπως, quo utitur Comicus Thesm. 429. Vide Ruhnkenium ad Timæi glossam ἀμηγέπῃ, ἑνί γε τρόπῳ, ἢ ὁπωσοῦν [et Valckenarium in notis ad Thomam M. p. 145. Dind.] Brunck. Ἀμηγέπου vulgo, consentiente R. ἀμηγέποι [sic Bent.] (librarii vitio pro ἀμηγέπῃ) Suidas in ἀμηγέπῃ· ἀμηγέπῃ A. B. (pro varia lectione) Brunckius. Quinque adverbia hujus formæ ita scribenda sunt apud Suidam : ἀμωσγέπως, ἀμοθενγέποθεν, ἀμοθιγέπου, ἀμηγέπῃ, ἀμοσεγέποι. Elm.

584. ἐτεὸν ὦ. Distinctio ponenda ante ἐτεὸν, non post, ut ed. Brubachii. Berg. Secutus est Brunck. sed Elm. sic interpunxit : τωνδὶ δὲ μηδέν' ἐτεόν ; ὦ Μαρ., ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὤν ; ἐνή· Dind. Ante ἐτεὸν ponendum punctum et post illam vocem comma. Reisk. Μαριλάδη. Nomen carbonario aptum ἀπὸ τῆς μαρίλης, ut mox Πρινίδης. Berg.

585. ἔνη. Scholiastes ait quosdam legere ἓν ἢ, i. e. *unum aut*. ut sit ellipsis pro ἓν ἢ δύο, i. e. *unum aut duo*. Nempe pro *semel aut bis*. Simile est illud Terentii in Eunuch. i. 2. ' profecto non plus biduum, aut.' Illud autem ἔνη exponit : ἐκ πολλοῦ, i. e. *pridem, a longo tempore*. Apud Atticos etiam per pleonasmum id poni dicit. Edd. pristinæ ἓν ἤ. Berg. Si constaret veteres dixisse ἕνος, ἕνη, ἕνον, aut εἷς, ἕνη, ἓν pro *unus*, non dubitarem hic ἕνην scribere subintellecto πρεσβείαν. Videntur tamen omnino sic dixisse. Sane εἷς ab ἕνος venit, ut κτεὶς a κτένος. ἕνος, ἓνς, εἷς. κτένος, κτὲνς, κτεὶς, et alia talia. Reisk. Vulgo legitur : ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὢν ἔνη. Depravatissima lectio est, quam tamen festivi Græculi explicant, sed ita inepte, ut eorum verba transcribere pigeat. In membr. scriptum ἓν ἤ, duabus sic perspicue distinctis vocibus : sic etiam in C. immo interposito, ut in primariis editt. commate, ἕν, ἤ : in B. interposito interrogationis signo, ἕν ; ἤ. Excidit librariorum culpa negatio οὐκ, quæ cum ἢ in unam syllabam coalescit : ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὢν ἕν, ἢ οὔκ ; Brunck.

῞Εν, ἤ in fine versus A. B. C. edd. vett. ἐνὶ Rav. ἕνῃ Schol. edd. recentiores. ἐνῇ Suidas in ipsa voce [Bent. et Elm.]. ἒν, ἤ οὐκ Brunckius. Nihil memoratu dignum de hac voce habent interpretes. Fortasse pro ἰδοὺ dictum est, ut ἦν vel ἠνὶ in Eq. 26. Pac. 327. Ran. 1390. Plut. 75. Hunc sensum in distinctione secutus sum. Elm. ''Ἤδη π. σ. π. ὢν ἕνῃ; ἀνένευσε· καίτοί γ' ἔστι σ. κ. Jamne legati munere functus tu, qui perendie canus eris? Abnuit: quamquam maxime modestus et laboris amans est. Ἕνῃ legendum in hoc loco, i. e. perendie.' Hermann. ad Viger. p. 840. Reisig. i. p. 296. hæc sic scripta affert: ἐτεόν, ὦ M., ἤδη π. σὺ πολιὸς ὢν ἕνῃ; Hoepfner. ex conjectura edidit ἤδη π. σὺ πολιὸς ὢν ἔτι; Dind.

586. καί τοὐστίν γε. καίτοι γ' ἐστὶ vulgo, quod vitiosum videtur: nam καίτοι γε nulla voce interposita, non nisi in hoc loco animadverti: in Lys. 1035. enim manifesto καίτοι πάνυ γε legendum est, et probabiliter κᾆτ', εὖ ἴσθ' ὅτι, in Nub. 1254. Itaque, mutato ordine, dedi καί τοὐστίν γε, ut μέν τοὔφασκεν Eccl. 410. In Vesp. 599. ubi vulgo legitur καίτοι 'στὶν, καί που 'στὶν repræsentat Rav. Scribendum: καί τοὐστίν. Vide Porsonum ad Hecub. 403, 1214. Phœn. 1638. Med. 675. Elm. Recte habet in h. l. scriptura codicum, Porsonique illud præceptum ratione caret. V. Reisig. et Hermann. ll. ll. Dind. Καί τοι γ' ἐστὶ σώφρων κἀργάτης. Ridet hominum e plebe arrogantiam, qui sæpe in populari imperio plura sibi tribui postulant, quam vires et dignitas permittunt. Schutz.

587. τί δαὶ Δράκυλλος. τί δ' Ἀνθράκυλλος. Est nomen fictum ἀπὸ τῶν ἀνθράκων. Reisk. Ἢ Εὐφορίδης. καὶ Εὐφορίδης vulgo ante Brunckium, manentibus veræ scripturæ vestigiis. Brunckius κεὐφορίδης dedit. Elm. Euripides Electra 1097. ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ εὐγένειαν εἰσιδών. Crasin ἢ εἰς habet noster Eq. 1312. (ex emendatione Dawesii p. 249.) Lys. 2. bis, Ran. 186. 187. bis. ἢ εἰδότος Eurip. Iph. Taur. 1048. ἢ ἀπὸ Soph. Trach. 239. Eur. Hippol. 803. ἢ ἄπαγε Iph. Aul. 817. ἢ ἀληθὲς Menander apud Stobæum xii. ἢ ἁμάρτημα Philemo apud Athen. p. 516. F. ἢ ἑξακοσίους noster Av. 1251. ἢ ἐνιαυτῷ Ran. 18. ἢ ἑτέρᾳ 64. Adde Damoxenum apud Athen. p. 15. B. ἐτῶν ἴσως ἑκκαίδεκ' ἢ ἑπτακαίδεκα. Passim usurpatur ἢ οὐ. Quod ad hujus loci scripturam attinet, eadem diversitas conspicitur apud Soph. Phil. 491. ubi monuit me Porsonus legendum esse, Τραχινίαν τε δειράδ', ἢ τὸν εὔροον. Id. Πρινίδης. Hoc etiam nomen convenit carbonario; infra ἀνθράκων πρινίνων. Berg. Sic nomen quoque Εὐφορίδης, a robore corporis ad onera ferenda. Schutz.

588. Acerbe mordet populum Atheniensem, quod viros graves, prudentes, et probos in acie consenescere sineret, qui aptissimi forent legationibus obeundis, alisque reip. negotiis tractandis; juvenes autem inconsultos, aliisque vitiis corruptos, honoribus ornaret, et stipendiis locupletaret, quibus prorsus indigni essent. Kust. Sub initium dramatis introducebantur legati ex Ecbatanis. Berg. Cæsuram minus usitatam vitasset noster, si scripsisset, τἀκβάτανα καὶ Χαόνας. Præterea aliquanto melius est Χαόνας quam τοὺς Χαόνας, et articulum hujusmodi nominibus libentius addunt quam omittunt librarii. Vide v. 483. 685. Elm.

589. ὁ Κοισύρας καὶ Λάμαχος. Ex hoc loco, ut puto, somniavit Suidas, Lamachum fuisse Cœsyræ filium, et videtur legisse sine particula καὶ, ὁ Κοισύρας Λάμαχος. Sed Lamachi matrem non fuisse eam Cœsyram, ob luxum et munificentiam celebratam, patet ex eo, quod noster Aristophanes in Thesmaphor. eam ut modestam fœminam et non affectantem τὰς προεδρίας describit. Nam pro ea indignatur, quod mater Hyperboli juxta eam sederet. Tum Cœsyra fuit Alcmæonis uxor; pater vero Lamachi fuit Xenophanes, ut ait Scholiastes supra. Ergo nisi aliunde firmetur Suidæ sententia, nollem eam sequi. Palmer. Scholiastes ait Megaclem intelligi. Berg. Megacles Cœsyræ filius. Vide ad Nub. 48. Brunck. Quis fuerit ὁ Κοισύρας mihi quidem nondum compertum est. Megacles Cœsyræ filius, quem hic tangi arbitrantur Schol. et Brunckius, pater fuit Clisthenis, qui rempublicam constituit post ejectos Pisistratidas. Hujus Megaclis ex filio Hippocrate nepos fuit alter Megacles, Periclis avunculus, avusque Alcibiadis maternus. Sed ὁ Κοισύρας, quem hic irridet noster, manifesto juvenis erat. Neminem Alcmæonidarum his temporibus clarum invenio, præter Euryptolemum Pisianactis filium, quem Alcibiadis ἀνεψιὸν diserte vocat Xenoph. Hist. Gr. i. 4, 19. Ipsum Alcibiadem intelligi suadent maternum genus a Cœsyra ductum, et auctoritas in republica jam inde a prima juventute concessa. Verum ei non conveniunt quæ de ære alieno dicuntur. Elm.

590. ὑπ' ἐράνου. ὑπὲρ ἐράνου vulgo, dactylo ante anapæstum posito, ut monuit Hermannus [de metris] p. 153. Bentleii emendationem [ὑπ'] confirmat Schol. ὑπό τε ἐράνων καὶ ὀφλημάτων. De honesta Lamachi paupertate consulendus Plutarchus Alcibiade p. 202. c. Nicia p. 533. A,

πολιτικοῖς παραγγέλμασι p. 822. E. Ælianus Var. Hist. ii. 43. Deinde non displiceret γε pro τε. Elm. Οἷς ὑπὲρ ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρώην ποτέ. Probabilis cuipiam videatur, quam Hermannus instituit corrigendi rationem in libro de metris, p. 153. οἷσιν ὑπὲρ ἐράνου καὶ χρεῶν —. At exemplum non invenitur in Comici fabulis incorruptum, ubi terminatio ιν, dativo pluralis secundæ aut primæ declinationis affixa, in iambicis versibus vocali excepta ictu acuatur. Nam in Pluti versu 799. προβαλόντ', ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν, e codice Dorvillii et Ravennate revocandum ἐπὶ τούτοις εἶτ' ἀναγκάζειν —. nec mihi Pacis versum 249. oppones, τοῖσι Μεγαρεῦσιν ἐνέβαλεν τὰ κλαύματα: neque Lysistratæ vs. 11. ὁτιὴ παρὰ μὲν τοῖς ἀνδράσι νενομίσμεθα: aut ex Avibus, 1465. οἷσί σε ποιήσω —. Sed persuasit mihi Hermannus, verum esse, quod Erfurdtius scriptum conjectavit, ὑπ' pro ὑπέρ: quanquam fefellit hominem opinio, ὑπό pariter atque ὑπέρ *propter* significare credentem. Dispar harum præpositionum est significatus: illa caussam indicat quæ necessitatem quandam effectus habet, hæc vero rationem duntaxat, quæ in voluntate atque animo cujusque cernitur. Megacles quidem et Lamachus recedere a possessione coguntur ὑπὸ χρεῶν, at non item amici, qui, si rem suadent, et consilium dant, faciunt ὑπὲρ χρεῶν. Itaque Hermannus me, quum jam iccirco vulgatam scripturam defendere animus esset, docuit, facete dici ὑπό, si ad ἐξίστω referatur: adjuncti videlicet sunt versus, ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας, | ἅπαντες ἐξίστω παρῄνουν οἱ φίλοι. significationem igitur præpositionis talem esse, quasi dicatur, ὑπὸ ἀπονίπτρου ἐξίστω. Cæterum de alia re monere operæ pretium esse videtur: nam, si quid mei est judicii, friget ἐράνου, in cujus locum multitudinis numerum substituam, ἐράνων: fidemque huic rei facit Scholiastæ annotatio, αὐτοῖς οἱ φίλοι χθὲς καὶ πρώην συνεβούλευον καταχρέοις οὖσιν, ὑπό τε ἐράνων καὶ ὀφλημάτων ἐξίστασθαι τῆς οὐσίας. Urbanus est autem sonorum lusus, ἐράνων τε καὶ χρεῶν, sicuti Nubibus, vs. 13. τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης: Acharn. vs. 257, 8. πραγμάτων τε καὶ μαχῶν καὶ Λαμάχων: quo lusu plurimum delectati sunt Attici in comœdia. Reisig.

591. Citat Suidas v. ἀπόνιπτρον. Eodem respexit Eustathius ad Odyss. τ. p. 1867. ed. Rom. ποδάνιπτρα δὲ ἢ αὐτὴν λέγει τὴν νίψιν τῶν ποδῶν, ἢ τὸ ὕδωρ. ᾧ πόδας νίπτονται, ὃ καὶ ἀπόνιπτρον ἔλεγον· ὡς καὶ ὁ κωμικὸς ἐν Ἀχαρνεῦσι δηλοῖ. Kust. Eustathium citat Brunck. Dind. Ἐγχέοντες Athenæus p. 409. F. Noster Ἥρωσι apud Pollucem vii. 167. μήποτ' ἀπόνιπτρον θύραζ' ἐκχεῖτε, μηδὲ λούτριον. Vocem ἀπόνιπτρον apud nostrum indicat Pollux vii. 40. Elm.

592. ἐξίστω. Pro ἐξίστασο. Sensus, exponente Scholiaste: ita erant obærati, ut dicerent eorum amici: ἐξίστω, *cedo;* sive ἐξίσθων τῆς οὐσίας, *cedant bonis,* sive *possessione;* ut illi solent clamare, qui noctu sordes pedum ablutorum per fenestram effundunt, ἐξίστω dicentes, *decede,* sive ἐξίσθων *decedant* prætereuntes, ne perfundantur. Berg. De *bonorum cessione* autem hic non agitur, sed ἐξίστω nihil aliud est quam *aufer te hinc;* abigebantur nimirum a foribus, qui quum symbolas ad cœnam non contulissent, tamen ad ἔρανον redire audebant, aut veteribus nominibus nondum dissolutis, iterum ut sibi mutuam darent amici pecuniam petebant. Schutz. Ἐξίστω. Sic tres codd. Perperam in primariis editt. ἐξίστων. Brunck.

593. ὦ δημοκρατία. In Avibus 1569. ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτε; [Eundem locum affert Brunck.] Lucianus in Timone [c. 57. T. i. p. 175.]: ὦ δημοκρατία καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει. Berg. Soph. Philoct. 983. ὦ Λημνία χθὼν — ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά; Berg.

594. ἐὰν μὴ — Λάμαχος. Iterum ejus avaritiam carpit; quasi tantum mercedis gratia imperium militare receperit. Schutz.

596. καὶ ταράξω. Sic optime A. C. Inepte vulgo καὶ κατάρξω. Brunck. Ταράξω, *confringam.* Reisk.

597. Citat Suid. v. κατὰ τὸ κ. Pors.

598. ἐγὼ δὲ κηρύττω γε Πελοποννησίοις. Sic optime in B. [et conjecerant Bent. Reisk. Dind.] In A. C. κηρύττω γε καὶ Π. In impressis vero κηρύττω καὶ Π. retenta e duabus particulis ipsa illa quæ ejicienda erat. Quod reponebat Orvillius ad Charit. p. 239. τε, id neutiquam congruere nemo non videt. Particula illa nomini aut verbo semper subjungitur. τε Πελοποννησίοις pro Πελοποννησίοις τε, Græcus sermo aversatur. Brunck. F. ΕΓΩ' ΔΕ' κηρύττω ΓΕ Πελοποννησίοις. Eq. 1101. ΕΓΩ' ΔΕ' μαζίσκας ΓΕ διαμεμαγμένας. Acharn. 748. ΕΓΩ' ΔΕ' ΚΑΡΥ'ΞΩ ΓΕ Δικαιόπολιν. Pac. 50. ΕΓΩ' ΔΕ' τὸν λόγον ΓΕ τοῖσι παιδίοις. Pors.

601. ὠνὴρ νικᾷ. Vulgo minus bene ἀνήρ. Brunck. Elm. ἀνήρ. Dind. Μεταπείθει. μεταπείθειν edd. vett. Elm.

602. Lysistr. 618. ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ', ὤνθρωποι, τῷ πράγματι. Berg. Suidas: Ἀποδύντες, ἀντὶ τοῦ ἀποδυσάμενοι ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, οἱ ἀποδύονται τὴν ἔξωθεν στολὴν, ἵνα εὐτόνως χορεύσωσιν.

Ἀριστοφάνης· ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν. Schutz. Τοὺς ἀναπαίστους vulgo. τοῖς ἀναπαίστοις [quod recepit Elm.] R. Suidas in ἀποδύντες. Vulgatam probat Porsonus ad Toupium iv. p. 498. Elm. Τοῖς ἀναπαίστοις Suid. v. ἀποδύντες. Schol. Hæc mutila leguntur apud Suidam v. ἀποδύντες, apud quem repone, χορεύωσι, et cetera supple. Mirum vero Toupium Cur. Noviss. in Suid. p. 153. scribere, "Locus Comici, ad quem respexit Suidas, hodie non exstat." Neque opus est ut Kusteri et Toupii conjecturas refellam, quorum ille pro χορεύσωσιν παλαίσωσιν, hic ἀθλεύσωσιν malebat. Hæc olim. Nunc καὶ delendum videtur, et ἵνα εὐτόνως χορεύωσι inserenda post ἀποδύντες. Si in Suida distinguas post στολὴν, res forsan expedietur. Pors.

603. ἐφέστηκεν. Perperam vulgo ἐφέστηκε. — τρυγικοῖς. Sic etiam duo codd. Mendose in membr. [et edd. 1515. Elm.] τραγικοῖς. Brunck.

604. Verba πρὸς τὸ θέατρον vulgo præcedentibus conjunguntur. Παραβαίνειν nude dicitur de ea fabulæ parte quæ παράβασις vocatur. Vide Eq. 508. (ubi πρὸς τὸ θέατρον habet Ravennas) Pac. 735. Thesm. 785. Elm. Qui comma post παρέβη posuit, et delevit post λέξων. Dind. Ἐστι. ἐστιν vulgo ante Brunckium. Elm.

605. διαβαλλόμενος. A Cleone præcipue fuit accusatus; supra 476. Berg.

607. ἀποκρίνεσθαι, pro ἀπολογεῖσθαι legitur etiam in Vesp. 951. Thesm. 186. Eupolis apud Harpocrationem in ἀπόκρισις: ὡς ὑμῖν πάντως ἐγὼ | ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ * * * κατηγορημένα. Quæ verba, metro Eupolideo scripta, ex parabasi desumpta videntur. Elm.

608. φησίν. φασὶ edd. ante Kusterum. φησὶ Scaliger. Elm. Πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος. Vulgo ἄξιος. Illud flagitat sententia, et vere reponendum censuit Dawesius. Iisdem verbis mox poetæ meritorum enumerationem concludit Chorus v. 616. ταῦτα ποιήσας, πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν γεγένηται. Brunck. Ἄξιος ἡμῖν edd. vett. et Porti. αἴτιος ὑμῖν Brunckius ex emendatione Dawesii p. 254. improbante Porsono ad Hec. 313. Noster Pac. 918. πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Τρύγαιος ἁθμονεὺς ἐγώ. Hæc etiam de Dawesii sententia mutavit Brunckius. Adde Plut. 877. qui locus ab utroque prætermissus est. νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα, πολλοῦ γ' ἄξιος | ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς ἐσθ', ὅτι | τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς. Elm. Αἴτιος, collato v. 616. voluerat jam Bentleius. Dind.

609. παύσας ἡμῖν Suidas in ξενικοῖς. πείσας ὑμᾶς conjicit Reiskius. Elm. In Reiskii notis hanc conjecturam non reperio. Dind. Equit. 1111. ad Populum: ἀλλ' εὐπαράγωγος εἶ, θωπευόμενος τε χαίρεις κἀξαπατώμενος. Berg.

610. Eodem sensu Κεχηναίων πόλιν Athenas vocat in Eq. 1263. Elm. Suidas: χαυνοπολίτας· κεχαυνωμένους περὶ τὴν πολιτείαν, ἢ τὴν πόλιν. Melius tamen h. l. de negligentia in rep. administranda, rebusque quasi oscitanter gerendis accipitur. Schutz.

611. πρότερον δ' ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἀπὸ τῶν πόλεων ἐξαπατῶντες. Sic scriptus est hic versus in libris omnibus, nec quidquam in numeris turbatum est, ut Kustero videbatur, cui tamen adsentior concinniores fore, si transpositis vocibus sic legatur: πρότερον δ' ἀπὸ τῶν πόλεων ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες. Brunck. Recepi scripturam a Bentleio propositam [πρότερον δ' ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες], et a Porsono in Præfat. ad Hecub. p. xlviii. confirmatam. Elm.

612. ἰοστεφάνους ἐκάλουν. Noster Equit. 1320. ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ, ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις, et 1326. ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι. Vide etiam Suidam v. ἰοστέφανοι, et nos ibi. Kust. Ἰοστεφάνους. Vide Equit. v. 1329. κἄπειδὰν τοῦτό τις εἴπῃ. Sic opt. B. [et conjecerat Reisk. Dind.] In A. C. [et R.] κἀπειδὴ — εἴποι. Vulgo solœce, κἀπειδὴ — εἴπῃ. Brunck. Alludit poeta ad Pindari verba, αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι, monente Scholiaste, quo respexit etiam in Eq. 1329. ὦ ταὶ — Ἀθῆναι. Consule Heynium ad Pindari fragmenta p. 74. Dithyramb. x. Elm. Fo. δι' ἴου στεφάνους. Bent.

613. ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων. Sophocles: ἦ που τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο, ὑψήλ' ἐκόμπεις, κἀπ' ἄκρων ὁδοιπόρεις, quem locum citat Scholiastes, et exstat in Ajace 1238. ubi Schol. ad illud κἀπ' ἄκρων scribit: ἐπ' ἄκρων δακτύλων ἔβαινες γαυρῶν. Est autem proverbium, ut notat Comici Scholiastes, quo allusit Comicus. Berg. Ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε. Eodem fere sensu in Eq. v. 1344. ἀνωρτάλιζες. Schol. οἱ ἐπαίνων εἰς ἑαυτοὺς γινομένων ἀκούοντες, εἰώθασι τὴν πυγὴν τῆς καθέδρας ἐξαίρειν. Brunck. Suid. in v. πυγιδίων. Pors.

614. Vide Suidam v. θωπεύει, et v. λιπαρὰ, ubi loci hujus mentio fit. Kust. Athenæ dicebantur λιπαραὶ, *pingues*, vel propter opulentiam, vel propter olivas; Eurip. Troad. 799. πρῶτον ἔδειξε κλάδον, γλαυκᾶς Ἀθάνας οὐράνιον στέφανον, λιπαραῖσι κόσμον Ἀθήναις. Alcest. 452. λιπαραῖσί τ' ἐν ὀλβίαις Ἀθήναις. Berg. Suid.

ed. Ms. θωπ. [ubi εὗρε τὸ ed. Med. at in ἀφύα, εὕρετο πανευδίῳ τάς. Dobr.] εὕρετο πᾶν ἂν Dawes. Misc. Crit. p. 260. recte, atque ita Suidas v. ἀφύα, ubi male Kusterus ex vulgatis Aristophanis editionibus textum reformavit. Pors.

615. εὕρετο πᾶν ἄν. Sic bene Dawesius ex linguæ ingenio. Vulgo εὗρε τὸ πᾶν. Brunck. Εὗρε τὸ πᾶν vulgo divisim, consentiente Suida in θωπεύει et λιπαρά. εὕρετο R. Suidas in ἀφύα ἐς πῦρ, Dawesius p. 255. Brunckius. Elm. Ηὕρετο Elm. et v. 1001. ἁ'νὴρ ἀνηύρηκεν. Dind. Ἀφύων τιμήν. *Apuarum honorem* dicit esse τὸ λιπαρόν· quia nempe bene unctas solerent eas esse; Aristophanes in Tagenistis: ἅλις ἀφύης μοι· παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων. Ita hunc locum citat Athenæus iii. p. 96. sed Comici Scholiastes aliter ad præsentem in Acharn. locum. Berg. ' Αφυῶν. ἀφύων vulgo, consentiente Hesychio in ἀφύων τιμή, et Suida in ἀφύα ἐς πῦρ, θωπεύει et λιπαρά. Eodem vitio laborat noster Eq. 666. Hesychius: ἀφύων τιμή· τὸ ἔλαιον· ἐπεὶ ἐν τούτῳ ἕψονται. Metrum est ⏑⏑⏑⏑——. Elm. *Quidvis a vobis impetrabat propter vocem* λιπαρὰς, *apuarum honore vos ornans.* Sive, *epithetum vobis tribuens, quo apuæ decorari solent.* Nimirum ab adulatoribus populi Atheniensis urbs Atheniensium λιπαρὰ vocari solebat, quo eodem epitheto et apuæ pisces vulgo insigniri consueverant. Kust. Περιάψας. Xenophon ii. Apomn. Θεμιστοκλῆς δὲ πῶς ἐποίησε τὴν πόλιν φιλεῖν αὐτόν; μὰ Δί' οὐκ ἐπᾴδων, ἀλλὰ περιάψας τὶ ἀγαθὸν αὐτῇ. Berg.

617. πόλεσι vulgo ante Brunckium. Elm.

618. Hesychius: τοιγάρτοι· καὶ γὰρ, τοιγάρτοι (f. τοιγαροῦν). Elm.

620. ὅστις παρεκινδύνευσεν Ἀθηναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια. Corrupti sunt hujus versus numeri, in quibus non poetæ manum, sed librariorum temeritatem agnoscas. Non unicus est, vel saltem in posterum non unicus erit, apud Comicum tetrameter anapæsticus, quem deturpet cæsura post quartum pedem. Huc spectat quod dixi in nota ad Av. 600. Et sane facillima est numerorum hujus versus restitutio. Rescribe: ὅστις παρεκινδύνευσε λέγειν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια. Brunck. Recepi Porsoni emendationem [ὅστις γ' εἰπεῖν παρεκινδύνευσ' ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια·] in Præfat. ad Hecub. p. xlvii. propositam. Elm. ' Nescio an præstet faciliore mutatione scribi: ὅστις παρεκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια.' Hermannus Elem. doctr. metr. p. 400. Eodem modo Reisig. i. p. 150. Dind.

621. οὕτως αὐτοῦ. οὕτω δ' αὐτοῦ vulgo, cum diversa distinctione [commate post ἥκει, quod Elm. in punctum mutavit. Dind.] Noster Eq. 529. ᾄσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν, Δωροῖ συκοπέδιλε, | καὶ, τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος. Adde Nub. 294. Av. 466. 736. Elm.

622. ὅτε καὶ — Sic tres codd. et editt. veteres. In Kusteriana perperam excusum typothetæ errore, ὅτι καὶ — Brunck. Postulat vulgata distinctio ὥστε καὶ βασιλεύς. Dicitur ὅτε καὶ pro ἐπεὶ καὶ etiam in Nub. 34. Elm. Βασιλεύς. Rex Persarum. Berg. Τὴν omittunt edd. ante Kusterum. Elm. Βασανίζων. Id est, *accurate ex legatis varia exquirens*, non, ut Frischlinus, *torquebat.* Kust. Quæ v. 622—630. narrat poeta, minus vera putat Genelli in libro de theatro Atheniensium p. 252. Dind.

623. ἠρώτησεν. Perperam vulgo ἠρώτησε. Brunck.

625. γεγενῆσθαι. In B. γενήσεσθαι ex glossemate. In C. ἀνθρώπους ποτὲ βελτίους γεγενῆσθαι. Brunck.

628. ἀπαιτοῦσιν. Sic emendate in B. Perperam vulgo ἀπαιτοῦσι. Brunck.

629. Athenienses expulsis Æginetis, in eorum insulam colonos miserunt, agrosque sorte distribuerunt. Inter eos qui sortitionis essent participes fuisse hunc poetam dicit Scholiastes, qui etiam docet hæc de Callistrato, non autem de Aristophane esse intelligenda. Constat autem, per Callistratum docuisse Comicum nostrum comœdias initio, et per Philonidem. Berg. Hinc prædium in Ægina habuisse Callistratum recte colligit Schol. Æginæ occupationem inter præcipuas belli caussas memorat Thucydides i. 139. Elm. De Aristophane, non de Callistrato, hæc intelligenda esse, vere monet Boeckh. Staatsh. der Athener T. i. p. 461. quanquam Callistratum quoque cleruchum Æginetam fuisse ostendit egregius Ægineticorum scriptor, C. Muellerus, p. 184. Dind.

630. Sic vulgo legitur hic versus: ἀλλ' ὑμεῖς τοι μήποτ' ἀφήσηθ', ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια. Redundat syllaba: sed facile est numeros integrare, eximendo inutilem particulam τοι. Non ita vero facile est bonum aliquem sensum ex istis elicere. κωμῳδεῖν τὰ δίκαια nihil aliud significare potest, quam *jura, leges, fas in comœdia irridere.* Quod si Chorus dicat facturum esse poetam, utique absurde loquatur. Id ipsum enim erat caput accusationis in poetam a Cleone intentatæ, ob fabulam *Babylonios,* quam præcedente anno docuerat. Præterea μήποτ' ἀφήσητε, sive ad Æginam insulam, sive ad poetam referatur, ineptum est. Lacedæmonii non flagitabant Aristophanem sibi dedi: Æginam sibi concedi petebant,

idque Chori sententia, Aristophanis ulciscendi cupiditate, nempe ut ei prædia adimerent, quæ in illa insula possidebat. Qui vero prædiis istis exutus minus Athenis comœdias docuisset? Nihil istis inest sani. Sinceram lectionem servavit codex C. in quo scriptum: ἀλλ' ἡμεῖς τοι μήποτε δείσηθ', ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια. Inde proclive erat Comici manum restituere. Brunck. Leg. κωμῳδεῖ vel — δῇ. Bent. Ita Scaliger, at rectius Tyrwhitt. ἀφῆθ', ut edidit Elm. Burg. Delet τοι Kusterus. L. ἀφῆθ'. Pors. Ὃς pro ὡς Reisk. Dind. Ἀλλ' ὑμεῖς τοι μήποτ' ἀφῆθ'· ὡς κ. τὰ δίκαια. μήποθ' ἀφήσητ' edd. vett. μήποθ' ἀφήσηθ' recentiores. μήποτ' ἀφήσηθ' A. B. μήποτ' ἀφήσεθ' R. μήποτε δείσηθ' C. Brunckius. Ut constaret versus, κωμῳδεῖ conjecerat Scaliger: Brunckius vero τοι delevit, quod agnoscunt A. B. C. et, ut opinor, R. licet Invernizius omiserit. κωμῳδήσει τὰ δίκαια eodem sensu dictum crediderim, quo εἰπεῖν τὰ δίκαια v. 645. λέγειν τὰ δίκαια Eq. 510. Elm. Suadet chorus Aristophanem servare, ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια. Brunckius, nimis angustis limitibus potestatem circumscribens τοῦ δίκαιος, cum insulsam deprehendere sibi visus esset sententiam, ocius ex uno libro rescripsit μή ποτε δείσηθ', ὡς etc. Accipiendum τὰ δίκαια digna κωμῳδεῖν, digna derisionibus Comicis. vidd. Schneiderus et lexicographi. Sane hoc etiam, et facilius quidem, verti poterat: Irridebit jus fasque; verum id ambigui quæsivit Comicus. Hotib. ὡς i. e. γάρ, τὰ δίκαια i. e. δικαίως. Seager in *Classical Journal*, Nr. IV. p. 717. Scribendum est: ἀλλ' ὑμεῖς μή ποτ' ἀφῆσθ', ὡς οὐ κωμῳδήσει τὰ δίκαια. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 402.

632. οὐδ' bis Suidas in ὑποτείνων. Elm. Ὑποτίνων contra metrum edd. vett. Recte scriptum apud Suidam in ipsa voce. Elm.

633. Locum hunc exponit Suidas v. κατάρδων. Kust. Οὔτε κατάρδων. Scholia: οὐ καταβρέχων ὑμᾶς τοῖς ἐπαίνοις ὡς φυτά. Berg.

634. πρὸς ταῦτα. Soph. Ajace. 982. πρὸς ταῦτ' Ὀδυσσεὺς ἐν κενοῖς ὑβριζέτω. Berg. Eurip. apud Suidam in ἀλωτὸν ac παλαμᾶσθαι, et Ciceron. Epist. ad Att. vi. 1. viii. 1. (fragm. incert. Beck. 96.) πρὸς ταῦθ' ὅτι χρὴ καὶ παλαμάσθω | καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω· | τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον | ξύμμαχον ἔσται, | κοὐ μήποθ' ἁλῶ κακὰ πράσσων. Elm. Suid. in παλαμᾶσθαι habet πρὸς ταῦτ' ὅ, τι χρῇ, et post ἁλῶ addit κακὰ πράσσων: nempe ex Tragico cujus hæc est parodia. Bent. Diversitas lectionis non est codicibus, quibus usus est Suidas, tribuenda, sed memoriter versus citavit, ultimoque versiculo rem universam, non ipsa poetæ verba expressit. Schutz.

637. *Nec unquam in tractandis reip. negotiis timidus et mollis, ut ille, deprehendar.* Vel, *nunquam convincar, ut ille, me præ timiditate et mollitie rempubl. prodere.* Kust.

639. λακοκαταπύγων. Sic habent omnes editt. vetustiores. At editio Genev. λακκοκαταπύγων, invito metro. Est enim versus anapæsticus dimeter catalecticus, qui syllabam primam in λακοκαταπύγων brevem requirit. At quæret forsan lector, quid ergo vocabulum illud λακοκαταπύγων sibi velit. Equidem fateor vocem illam mihi videri insolentem, nec mihi satisfacere, quæ Bisetus de ea notavit. Quare censeo locum hunc mendo laborare, eumque levi mutatione sic legendum esse: δειλὸς, μαλακὸς, καταπύγων. Sic non solum versus stabit, sed etiam sensus optime se habebit. Kust. In Nubibus 1334. ὦ λακκόπρωκτε. Est autem λακοκαταπύγων idem quod καταπυγονέστατος· nam λάκος et λάκκος, utrumque enim dicitur, in compositione eam vim quandoque obtinet. Sic in λακκόπλουτος, de quo ad Alciphronem lib. i. epist. 9. Berg. Δειλὸς καὶ λακαταπύγων. Sic optime tres codd. Vulgo λακοκαταπύγων, quæ vox est nihili. In composito λακαταπύγων epitaticum λα longum est, ut in Λάμαχος aliisque vocibus. Brunck. Ficta vox videtur ex λακκόπρωκτος et καταπύγων. Elm. Qui edidit: δειλὸς καὶ λακκαταπύγων. Dind. Leg. λακκαταπύγων. Photius in Lex. λακκατάρατοι, οἱ ἄγαν κατάρατοι καὶ λακκαταπύγων ἄγαν καταπύγων vid. Lys. 583. [ubi Bent. λακκατάρατε corrigit. Burg.] Bent.

640. Elm. sic distinxit:

δεῦρο —— μένος,
ἔντονος Ἀ.
οἷον — πρινίνων
φέψαλος — ῥιπίδι.

642, 3. ut vulgo.

οἱ δὲ μάττ. — μέλος,
εὔτονον — δημότην.

et ad eundem modum in antistropha. Dind. Φλεγυρὸν hic refertur ad μένος. At in tribus codd. sic scriptum et distinctum est: δεῦρο μοῦσ' ἐλθὲ φλεγυρὰ, πυρὸς —In Bern. Juntæ edit. φλογερόν. Brunck. Φλεγυρὸν edd. præter 1515. quæ φλογερὸν habet. φλεγυρὰ A. B. C. R. Schol. Suidas, [probante Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 149. Pors.] et, ut opinor, Hesychius in ipsa voce: φλεγυρά· ὑβριστική, λαμπρά. Cratinus apud Athen. p. 344. F. Λάμπωνα τὸν οὐ βροτῶν | ψῆφος δύναται φλεγυρὰ | δεῖπνου φίλων ἀπείργειν· | νῦν δ' αὖθις ἐρυγγάνει. | βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ πα-

ρὸν, | τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο. Elm. Φλεγυρὰ πυρὸς Suid. Ms. φλεγ. Pors. Προσέχουσα ed. Med. Dobr.

642. ἐπανθρακίδες. Scholia: λεπτοὶ ἰχθύες ὀπτοί. πάντα δὲ τὰ ἐπὶ ἀνθράκων ὀπτώμενα, ἀνθρακίδας ἐκάλουν. Berg. Ἡνίκ' ἂν ἐπανθρακίδες ὦσι παρακείμεναι. Sic recte scriptum in tribus codd. Vulgo ἡνίκ' ἐπανθρακίδες, omisso ἂν cum versus ruina, qui tetrameter est pæonicus, ut antistrophicus 664. constans tribus pæonibus primis et cretico. Brunck. Ἡνίκ' ἐπανθρακίδες edd. Particulam inserunt A. B. C. R. [Bent.] Brunckius. Hesychius: ἀπανθρακίδες· οἱ πρὸς ὄπτησιν ἐπιτήδειοι ἰχθύες. et inferius: ἐπανθρακίδες· τὰ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτώμενα ἰχθύδια. Hanc scripturam repræsentant noster Vesp. 1127. Pollux vi. 55. et alii. Verbum ἀπανθρακίζω legitur in Av. 1546. Ran. 506. Elm.

643. οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκλῶσι λιπαράμπυκα. Suidas v. Θασίαν legit ἀνακυκῶσι, quod magis placet. Quid autem poeta per Θασίαν λιπαράμπυκα intelligat, incertum est; præcipue cum Græci interpretes locum hunc varie exponant. Mihi tamen maxime probabile videtur, intelligi hic ἅλμην Θασίαν, i. e. *muriam Thasiam*, in quam αἱ ἐπανθρακίδες, *pisciculi super prunis assati*, intingi solebant. Athenæus l. vii. p. 329. τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον, ἣν καὶ Θασίαν ἐκάλουν ἅλμην. Quare autem ἅλμην illam Aristophanes vocaverit λιπαράμπυκα, aliis divinandum relinquo. Possem quidem hic aliqua fingere et comminisci, sed, ut verum fatear, incertas conjecturas non amo. Kust. Comicus in Vesp. 1506. ἅλμην κύκα τούτοισιν, ἣν ἐγὼ κρατῶ. Ubi scholia: ἐπειδὴ ἅλμην παρασκευάζουσιν ἐπὶ τῷ φαγεῖν ἰχθύδια, ἢ καρκίνους. Videtur autem λιπαράμπυκα dixisse per comicam licentiam, pro λιπαρὰν, quasi de fœmina loquens redimiculis ornata. Similis vox est λιπαρόζωνος apud Euripidem. Berg. Θασίαν. Scilicet ἅλμην. — ἀνακυκῶσι. Sic bene Suidas in Θασίαν. Libri omnes nostri ἀνακυκλῶσι, manifesta menda. Facete utitur Comicus dithyrambico epitheto λιπαράμπυκα, quod nihil aliud illi significat, quam λιπαράν. Præter jocum nihil hic quærendum: ejusmodi sunt pleraque epitheta, quæ festivus Matro piscibus in convivio tribuit. λιπαράμπυξ Mnemosynes epitheton est in nobilibus Pindari versibus, Nem. vii. ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσο-|πτρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ, | εἰ Μναμοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος | εὕροι τις ἄποινα μόχθων | κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς. Brunck. Ἀνακυκλῶσι vulgo. ἀνακυκῶσι [Conjecerant Berg. Reisk. Cf. Maltby ad Morelli Lexic. Prosod. p. 80. Dind.] Brunckius ex Suida in Θασιάν. Athenæus p. 329. b. a Kustero laudatus Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὁλκάσιν· ὦ κακοδαίμων, ὅστις ἐν ἅλμῃ πρῶτον τριχίδων ἀπεβάφθη. τοὺς γὰρ — ἅλμην. Hesychius: Θασία ἅλμη· εἰς ἣν ὄψα ὀπτώμενα ἔβαπτον. Hinc nescio quis Thasius Θασία ἅλμη vocatur a Cratino apud Athen. p. 164. e. ut Σκυθῶν ἐρημία Cephisodemus a nostro inferius v. 703. Λιπαράμπυκα pro λιπαρὰν per jocum ex Pind. Nem. vii. 22. a nostro dici monet Brunckius. Vocem in indice Heyniano frustra quæras. Elm. Ἀνακυκλῶσι. λ om. Suid. ed. Ms. θάσιαν· Pors. Θαρσίαν κυκῶσι Med. Ald. θασίαν κυκῶσι Kuster. Dobr.

644. οἱ δὲ μάττωσιν. Sic bene membr. Solœce vulgo μάττουσιν. Pendet enim hoc verbum, ut duo præcedentia, ab ἡνίκ' ἄν. Brunck. Constructio est: ἐλθὲ ὡς ἐμὲ τὸν δημότην (sc. Μοῦσα), λαβοῦσα μέλος σοβαρὸν, εὔτονον, ἀγροικότονον. Kust. Ordo est: ἐλθὲ ὡς ἐμὲ τὸν δημότην, λαβοῦσα μέλος οὕτω σοβαρὸν etc. sive: οὕτω σοβαρὸν, εὔτονον, ἀγροικότονον λαβοῦσα μέλος, ἐλθὲ ὡς ἐμὲ τὸν δημότην. Berg. Nisi λαβοῦσα malis ad μέλος referre (ἐλθὲ ὡς ἐμὲ τ. δ. λαβοῦσα μέλος) legendum erit δραμοῦσα. *accede ad me cum cursu, cursim*; celeriter. Reisk.

645. ἀγροικότερον. Sic membr. Vulgo εὔτονον, ἀγροικότονον. Brunck. Ἀγροικότονον vulgo, ex vicino εὔτονον natum, consentiente R. ἀγροικότερον A. Brunckius. Elm.

649. ἐς γραφάς. εἰς γραφὰς Reisig. i. p. 252. Dind.

651. παρεξηυλημένους. Hesychius: παρεξηυλημένος· ὑπὸ γήρως τὸν νοῦν παρεξηυλημένον ἔχων ἀμυδρόν (l. τὸν νοῦν ἀμυδρὸν ἔχων)· μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν γλωσσίδων, τῶν ἐν τοῖς αὐλοῖς· αἱ γὰρ κατατετρημέναι, ἐξηυλίσθαι (κατατετριμμέναι, ἐξηυλῆσθαι corrigunt) λέγονται. Elm. Scholia: ἐκ μεταφορᾶς τῶν παλαιῶν αὐλῶν καὶ ἀχρείων· κυρίως γὰρ παρεξηυλῆσθαι λέγομεν αὐλοὺς τὰς γλωσσίδας διεῤῥηγμένους. Berg.

652. οἷς Ποσειδῶν ἀσφάλειος [ἀσφαλεῖος Elm. Dind.] Alludit ad voces ποσὶ et ἀσφάλεια. Quasi dicat: ὧν τοῖς ποσὶν ἀσφάλεια βακτηρία· *quorum pedibus firmamentum est baculus.* Dicit autem Schol. apud Athenienses coli Neptunum Asphalium, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσιν. Supra dicebat etiam Neptunum Tænarium a Lacedæmoniis cultum, esse Asphalium. Vide locum Heliodori, quem citavi ad Plutum 1165. Berg.

653. τονθορύζοντες. Sic tres codd. Scholiastes in Ald. edit. Suidas, et Grammatici plerique: si apud quosdam per ι scriptum reperitur, ut hic impressi exhi-

bent, *τονθορίζοντες*, id librariorum errore factum; nam genuina scriptura est per *υ*, quæ exstat etiam vulgo Ran. 747. Vesp. 614. *τονθορύζειν*, *chuchoter*. Brunck. Τονθορίζοντες edd. *τονθορύζοντες* A. B. C. R. Schol. Brunckius, accedente Suida in *λίθῳ*. Sic *τονθορύζων* Ran. 747. *τονθορύσας* Vesp. 614. Diversa forma, *τονθορυγοῦντες*, legitur in luculento Pherecratis fragmento apud Athen. p. 268. F. et Pollucem vi. 58. Plura dabit Valckenarius ad Ammonium p. 119. Elm. Τῷ λίθῳ προσέσταμεν. Vide Suidam v. *λίθῳ* et Meurs. Lectt. Att. l. i. c. 6. Kust. Τῷ λίθῳ est *τῷ βήματι*. Noster Pac. 680. *ὅστις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πνυκί*. Eccl. 87. *ὑπὸ τῷ λίθῳ, τῶν πρυτάνεων καταντικρύ*. Hinc vocatur Cleon. in Eq. 956. *λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν*. Elm.

654. *ἠλύγην*. Hesychius: *ἠλυγή· σκιά. καὶ ἐπηλυγισμός· ἐπισκιασμὸς, σκότος*. Consulendi Piersonus ad Mœrin p. 163. Ruhnkenius ad Timæum p. 117. et Hesychii interpretes. Elm. Οὐδὲν ὁρῶντες Suid. in *ἠλύγη*. Bent.

655. *νεανίας* accusativus est, quod hactenus latuit interpretes. Verum potius crediderim nostrum scripsisse *νεανίαν*, licet receptam habeat Suidas in *παίειν*. Meminerint tirones *συνηγόρων* officium fuisse, non reos, sed accusatores (*κατηγόρους*) consilio suo et eloquentia adjuvare. Iniquum censet poeta senem in judicio constitutum ab imberbi causidico exagitari. Vide v. 678. et sequentes. Elm.

656. *εἰς τάχος παίει, ξυνάπτων στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι*. Horum verborum sententiam aliquatenus assecuti sunt interpretes, nec tamen usque eo ut omni ulteriori explicatione supersedendum censeam. Recte quidem statuunt illi ab Atticis usurpata esse *εἰς κάλλος γράφειν* et *εἰς τάχος γράφειν* eodem sensu quo dixerint recentiores *καλλιγραφεῖν* et *ταχυγραφεῖν*: de qua re consulendi in primis grammatici ad Hesychium in *εἰς κάλλος*. Hinc metaphoram mutuatus est noster, quippe qui *παίειν* et *ῥήμασι* dixit *παρ' ὑπόνοιαν*, cum exspectasses *γράφειν* et *γράμματα*. Nam *στρογγύλα γράμματα* eæ fere litterarum formæ fuisse videntur quas hodie minusculas vocamus: quarum cum pleræque uno calami ductu exarentur, celeritati consulentibus longe accommodatiores sunt quam majusculæ sive unciales, quæ ex tribus quatuorve lineolis in angulos varie coëuntibus formantur. Has Latine *quadratas* vocari monuit diligentissimus Forcellinus, allatis Petronii verbis: 'Canis ingens in pariete erat pictus, superque quadrata littera scriptum, CAVE CANEM.' At vero *ξυνάπτων* non est *copulans*, quæ Brunckii est interpretatio, sed potius accipiendum est de brevi concisoque dicendi genere, vel de verborum syllabarumque contractione. Hoc sensu *ξυνάπτειν* dixit Theopompus apud Athen. p. 423. A. *ἠρίσταμεν· δεῖ γὰρ ξυνάπτειν τὸν λόγον*. Scilicet *ἠρίσταμεν* usurpavit pro *ἠριστήκαμεν*. Quod superest, nemini obscurum esse arbitror, quamobrem tantopere festinaverint accusatores. Scilicet iis propositum erat, intra præscriptum temporis spatium, duas puta tresve horas, quam plurima accusationis capita conferre. Elm. Metaphorice Dionysius Halic. Lysiæ in argumentandi ratione esse ait *στρογγύλην λέξιν καὶ πυκνήν*. alibi: *ἡ συστρέφουσα τὸ νόημα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις*: quocum Stephanus comparat Juvenalis *curtum sermone rotato torquet enthymema*. Usus metaphorici hujus exemplum antiquissimum habet Aristophanes Acharn. ubi de oratore ait: *ἐς τάχος παίει, ξυνάπτων στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι*. quorum verborum vim scholii auctor vetusti non est assecutus reddens his: *πιθανοῖς, πανούργοις*. Post Aristophanem Aristoteles rhetoric. 2. *προστιθέντα τὸ διότι στρογγυλώτατα*. Demetrius Phaler. *συνθεῖναι στρογγύλως καὶ δεινῶς* junxit. Dionysius Hal. similiter *συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα* Lysiam ait: contra de Isocrate: *στρογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν ἡ τούτου λέξις καὶ συγκεκροτημένη, ἀλλ' ὑπτία καὶ κεχυμένη*. Cicero eodem fere sensu *oratorem* ipsum, *verba* et *orationem pressam* dixit de Orat. ii, 23. 13. Bruti 55. Or. 5. Schneider. ad Theophrastum t. iii. p. 63. Τοῖς habet Suid. Ms. *παίειν*. ed. Ms. *στρογγ. συνάπτων* Ms. Pors.

657. *σκανδάληθρα*. Sunt *scandala*, ligna quædam incurva in muscipulis, sive tendiculis; ut colligitur ex Schol. et ex Hesychio in *σκανδαλοθρίστας*. Berg. Suidas: Σκανδάληθρα τὰ ἐν ταῖς παγῖσιν ἐπικαμπῆ ξύλα, ἀπὸ τοῦ σκάζοντα συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν. τὰ πέταυρα τῶν παγίδων, ἃ Ἀρχίλοχος ῥόπτρα ἐκάλεσεν. Ἀριστοφάνης. Κᾆτ' ἀνελκύσας ἐρωτᾷ σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν· ἀντὶ τοῦ ἐρείσματα λόγων καὶ βάρη. Schutz. Σκανδαληθριστὰς conjunctim Schol. pro varia lectione. Huc respicit Hesychius: *σκανδαλοθρίστας, καὶ σκάνδαλον· τὸ ἐν ταῖς μυάγραις. σκανδάληθρον* memorat Pollux vii. 114. x. 156. Elm. Σκανδάληθρ' ἱστάς. Suid. Ms. sine distinct. [in v. *σκανδάληθρα*. Dobr.] Paullo ante *σκαμμωνίδαι*, deinde *σκαμμωνία*. Pors.

658. Citat Suidas v. *ἄνδρα Τιθωνόν*. Kust. Nota est fabula de senectute Tithoni; sic Ἰαπετὸς in Nub. 997. Berg. Καὶ ταράττων καὶ κυκῶν. Ita Eq. 221. *ἀλλὰ παῖε, καὶ δίωκε, καὶ τάραττε, καὶ κύκα*. 692.

ὠθῶν κολόκυμα, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν. Pac. 320. ὡς κυκάτω, καὶ πατείτω πάντα, καὶ ταραττέτω. 654. καὶ κύκηθρον, καὶ τάρακτρον. Malim, κυκήθρα. ELM.

659. μασταρύζει. Schol. συνέλκει καὶ συνάγει τὰ χείλη. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑποτιτθίων παίδων, ἃ τὸν μαστὸν ἕλκοντα τῷ στόματι, συνάγει τὰ χείλη. Perperam in membr. μασταρίζει, eodem errore, de quo in superiore nota. BRUNCK. Vulgatam agnoscit Suidas in ipsa voce. ELM. Est μασταρύζειν *labia comprimere, mussitare, dentibus frendere.* SCHUTZ.

659-661. ὀφλών. ὄφλων vulgo utrobique. Præsens est ὀφλισκάνω. ELM.

660. εἶτ' ἀλύει Schol. pro varia lectione, et ex eo Suidas in λύζει. ELM. Ex Schol. et Suid. in λύζει videtur olim fuisse εἶτ' ἀλύζει. BENT.

661. σορὸν πρίασθαι. Pluto 556. καταλείψει μηδὲ ταφῆναι. BERG. 'Citat Suid. v. ὄφλων.' Toup. in Suid. Cur. Noviss. p. 114. PORS.

662. *Hæc qui æquum siet senem perdere, virum canum, qui circa clepsydram multum cum aliis laboravit et calidum abstersit virilem sudorem et large fluentem: virum (inquam) qui Marathone strenue pugnavit pro patria. Itane vero, cum Marathone quidem essemus, alios persecuti sumus; nunc autem viri mali nos persequuntur (accusant), et insuper in judicio vincunt. Ad hæc quis contradicet Marpsias?* KUST. Kusterus minus bene fecit, quod κλεψύδραν ad sequentia traxit, quod potius construendum erat cum ἀπολέσαι. SCHUTZ. Περὶ κλεψύδραν. De clepsydra judiciali vide quæ notavimus ad Suidam v. διαμεμετρημένη ἡμέρα. KUST. Περὶ κλεψύδραν. Hic commatis nota ponenda est, ut habet editio Farrei. Non enim dicit chorus, se circa clepsydram in foro et judiciis olim sudasse, sed in bello; nunc autem indigne circa clepsydram in foro et judiciis a junioribus oratoribus pessundari. Dabatur autem certum tempus rhetoribus, quo erat perorandum, et id metiebantur effluxu aquæ ex vasculo, quod clepsydra dicebatur. BERG.

665. Verba ὅτ' ἦμεν recte interpretatur Brunckius, *quum vigebamus.* Vide Lys. 666. Minima distinctio post μὲν ponenda est. ELM. Ἐδιώκομεν — διωκόμεθα. Priore loco de fugatione hostium: posteriore de litibus forensibus: dicitur enim διώκειν τινὰ ἀσεβείας, v. g. id est: *impietatis crimen alicui intendere;* et de reo: φεύγειν ἀσεβείας. In Vespis 1209. confundit has significationes: ὅτε τὸν δρομέα Φάϋλλον — εἷλον διώκων λοιδορίας. BERG.

667. Legendum videtur: καὶ προσέθ' ἁλισκόμεθα. καὶ προσέτι legitur inferius v. 946. Vesp. 1320. Thesm. 416. Ran. 490. Receptæ propius accederet, κᾆτα πρὸς ἁλισκόμεθα, si ea scriptura exemplis confirmaretur. ELM. Κᾆτα προσαλισκόμεθα, ut vulgo, Suidas in προσαλισκόμεθα. ID. Τίς ἀντερεῖ. Malim τί ἀντερεῖ, licet receptam habeat Suidas in Μαρψίας. ID. Μαρψίας. Schol. οὗτος φιλόνεικος, καὶ φλύαρος, καὶ θορυβώδης ῥήτωρ κωμῳδεῖται. BRUNCK.

668. Verba τῷ γὰρ εἰκὸς leguntur etiam in Thesm. 839. Nec diversa sunt τῷ χρὴ πιστεύειν Nub. 385. τῷ τοῦτο κρίνεις Plut. 48. Subauditur τεκμηρίῳ. ELM. Θουκυδίδην. Thucydidem Melesiæ filium, Periclis in republica gerenda adversarium, memorat noster etiam in Vesp. 947. Ex Plutarcho in Pericle p. 161. F. colligas eum Olympiadis lxxxiv. anno primo ἐξοστρακισθῆναι. Operæ pretium esset sparsa de eo veterum testimonia in unum conferre. Id.

669. ξυμπλακέντα. συμπλακέντα vulgo ante Brunckium. ELM. Σκυθῶν ἐρημίᾳ. Proverbii hujus meminit Lucianus in Amoribus p. 899. ed. Amstel. itemque Origenes contra Celsum l. v. p. 262. ed. Spencer. ut alia loca, ab adagiorum Græcorum collectoribus jam observata prætéream. Accipitur autem hic ἡ Σκυθῶν ἐρημία pro *extrema paupertate;* tum quia solitudines non habent, unde aliquis vivere possit; tum etiam quia pauperes in solitudine quasi vivunt, utpote amicis omnibus destituti. Sensus igitur hujus loci talis est: *qui æquum siet, ut vir senectute jam incurvus, et tam grandis natu quam est Thucydides, pereat, cum extrema conflictans paupertate.* KUST. Hesychius: Σκυθῶν ἐρημία· παροιμία ἀπὸ τῶν φυγόντων ἐξ Ἐφέσου Σκυθῶν διαδοθεῖσα· φοβηθέντες γὰρ καὶ ταραχθέντες, (οὐ) κατὰ γνώμην ἀπῆλθον. τίθεται τοίνυν ἐπὶ τῶν ἐρημουμένων ὑπό τινων. Hæc vera esse possunt: sed hoc loco Σκυθῶν ἐρημία est ipse Cephisodemus, cujus e majoribus aliquis Scythicam uxorem duxisse videtur: id quod postea Demostheni objectum est. Inde est quod eum v. 672. sagittarium sive servum publicum, et inferius v. 677. patris cognatos Scythas appellat poeta. Cephisodemi meminit noster etiam in Holcasin, a Schol. ad v. 675. et Suida in Εὐάθλους δέλα allegatus, ubi duas voces de meo adjeci: ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης ξυνήγορος | (τοῖς παλαιοῖς), ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ὑμῖν τοῖς νέοις. ELM.

670. ξυνηγόρῳ; Pono interrogationis signum necessarium. Ab aliis hæc, ut pleraque, non intellecta. BERG.

671. Locum hunc citat Suidas v. ἀπεμορξάμην et v. ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλ. KUST. Malim ὅν γ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα. Receptam tuetur Suidas. ELM. Κἀπομορξάμην ἰδών.

Homerus Odyss. ρ'. αὐτὰρ ὅ νόσφιν ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ. Eurip. Electra 501. τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων, κόρας δακρύοισι τέγξας, ἐξομόρξασθαι θέλω. Berg. Lege κἀπεμορξάμην, ἀπὸ τοῦ μόργνυμι: alioqui deesset hic incrementum aoristi. Hesych. ἀπεμορξάμην ex hoc loco. Suid. in ὥστ' ἐγὼ habet κἀπομ — et mox κυκώμενον: at κἀπεμ — et κοιμώμενον in ἀπεμορξάμην: sed Mss. ibi ut editum. Bent. Κἀπεμορξάμην. κἀπομορξάμην vulgo, consentiente Suida in ὥστ' ἐγώ. κἀπεμορξάμην Schol. Suidas in ἀπεμορξάμην, ut legendum viderat Scaliger. Hesychius: ἀπεμορξάμην· ἐδάκρυσα. Consulendus Porsonus in Præfat. ad Hecub. p. xxvi. Elm. Et in Opusc. pp. xci. et 193. l. 9. Dobr.

672. κυκώμενον. Sic supra ἄνδρα Τιθωνὸν — κυκῶν. Kust. Κοιμώμενον Suidas in ἀπεμορξάμην, qui vulgatam habet in ὥστ' ἐγώ. Elm. Κοιμώμενον edd. Suid. v. ἀπεμορξάμην. sed ibi Ms. Vat. κυκώμενον, teste Pearsono. κυκώμενον Suid. Ms. v. ἀπεμορξάμην. Pors.

674. τὴν Ἀχαιάν. Etymologus: Ἀχαιὰ, ἡ Δημήτηρ παρὰ Ἀττικοῖς. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι· οὐδ' ἂν τὴν Ἀχαιὰν ῥᾳδίως ἠνέσχετ' ἄν. εἴρηται παρὰ τὸ ἄχος τῆς Κόρης. ἢ ὅτι μετὰ κυμβάλων ἠχοῦσα τὴν Κόρην ἐζήτει. ἢ ὅτι τοῖς Ταναγραίοις μεταστᾶσιν ἐκ Τανάγρας ἡ Δημήτηρ κατ' ὄναρ φανεῖσα, ἐκέλευεν αὐτοὺς ἀκολουθῆσαι τῷ γενομένῳ ἤχῳ· καὶ ὅπου ἂν παύσηται, ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. καὶ ἱδρύσαντο ἱερὸν Ἀχαιᾶς Δήμητρος. Vide etiam Suidam v. Ἀχαιὰ, qui itidem locum hunc Aristophanis adducit. Kust. Excerptam ex Orionis Etymologico notam cum lectore communicabo, ex Animadversionibus eruditi mei amici [Larcheri] desumtam, quarum memini in nota ad Conc. 987. Ἀχαιὰ, ἡ Δημήτηρ. μέμνηται τοῦ ὀνόματος Ἀριστοφάνης. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ἄχους τοῦ ἐπὶ τῇ Περσεφόνῃ. τινὲς δὲ ἀπὸ ἱστορίας τοιαύτης. τοῖς Ταναγραίοις μεταστᾶσιν ἐκ τῆς Τανάγρας ἐκέλευσε κατ' ὄναρ ἡ Δημήτηρ φανεῖσα αὐτοῖς, ἀκολουθῆσαι τῷ γινομένῳ ἤχῳ, καὶ ὅπου ἂν παύσηται, ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. καὶ διώδευον ἀκούοντες ψόφον κυμβάλων καὶ τυμπάνων. καὶ πανσαμένου περὶ τὴν Ἀττικὴν, ἔκτισαν πόλιν, καὶ ἱδρύσαντο ἱερὸν Ἀχαιᾶς Δήμητρος. οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι εἰς Ἀριστοφάνην. In edito autem Etymologico Comici versus exstat cum diversa lectione minime contemnenda: οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαιὰν ῥᾳδίως ἠνέσχετ' ἄν. Perplacet istud ἂν in fine versus repetitum, estque ex eo elegantiarum genere, quas sæpius obliterarunt librarii, nedum eas alicubi *de suo* addiderint. Brunck. Ἀχαίαν. Ἀχαιὰν vulgo ὀξυτόνως. Hesychius: Ἀχαία· ἐπίθετον Δήμητρος, ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν κόρην ἄχους, ὅπερ ἐποιεῖτο ἀναζητοῦσα αὐτήν. Elm. Corrupte Suid. Ἀχαία. Pors. Ἠνέσχετ' ἄν. ἠνέσχετο vulgo. ἠνέσχετ' ἂν Etymologus in Ἀχαιὰ, monente Brunckio. Elm. Ἠνέσχετο Grammaticus in Bekkeri Anecdot. i. p. 473, 31. κατεδέξατο, Suidas. Dind.

675. κατεπάλαισεν ἂν μὲν — Sic bene Kusterus in notis. Vulgo claudicante versu: κατεπάλαισε μὲν ἄν. Brunck. Lege μὲν τὸ πρῶτον vel μέν γ' ἄν. Bent. Minus feliciter Cl. Kusterus κατεπάλαισεν ἂν μέν. Legendum pro μὲν ἂν, litera addita, μέντ' ἂν, id est μέντοι ἄν, quæ contractio occurrit Av. 1691. Acharn. 518. 162. quorum locorum in ultimo male infercit γε Marklandus ad Eurip. Suppl. 376. Nam ἂν ob præcedentem diphthongum producitur, ut Eccl. 646. Pors. μέντ' ἂν etiam Elmsleius. Verum puto μέν γ' ἄν, et μέν γ' malim Thesm. 811. (Ran. 292. τοτὲ μὲν βοῦς tres primæ, Bas. 1. Tacet Porsonus de B. qui teste Bentleio habet μέν γε. Vide meam Collationem.) Photius, Μένγε: ἢ ἀντὶ τοῦ μέντοι λέγουσιν, ἢ ἀντὶ τοῦ μέν. Pro μέντοι rectius dixisset μὲν γὰρ (Vid. Hermann. ad Viger. n. 296. b.) cum quibus etiam confunduntur, ut in Demosth. de Corona p. 152. n. 165. (257.) pro sanissimis ὁ μέν γε φίλος καὶ σύμμαχος optimus codex ὁ μὲν γὰρ &c. sed recte dat μέν γε p. 170. n. 322. p. 172. n. 336. p. 173. n. 354. (288, 23. 291, 17. 295, 2.) et in F. L. p. 654. n. 458. (420, 22.) Has particulas sæpe adhibent, ubi antithesin argutiorem, aut accuratam enumerationem affectant. Herodotus i. 145. Πελλήνη μέν γε πρώτη, vulgo μέντε. Idem vi. 46. ἐκ μέν γε τῶν ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ, ubi gravissime errat Larcherus. viii. 65. ἢν μέν γε κατασκήψῃ. Vide Nub. 484. 1385. Thucyd. i. 40. Κορινθίοις μέν γε ἔνσπονδοί ἐστε. i. 70. οἱ μέν γε νεωτεροποιοί. vi. 86. ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοί. Interdum supprimitur apodosis, ut Thucyd. iii. 39. ἀπόστασις μέν γε τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστίν. Aristoph. Nub. 1174—8. sensus est, νῦν μὲν γὰρ δριμὺ βλέπεις, τότε δὲ ἠλίθιον. Lys. 1167. supple, τὰ δ' ἄλλα ἴσως ἂν συγχωρήσαιμεν. Dobr. Elmsleius dedit: κατεπάλαισε μέν τἄν. Sic (μέν τ' ἂν) jam Reiskius correxerat. Dind. Εὐάθλους. Euathlum rhetorem fuisse improbum et sycophantam, ait Scholiastes ad h. l. et in Vespis ad v. 590. adducitque locum alium ex Holcadibus Aristophanis: οὗτός ἐστιν ὑμῖν πονηρὸς συνήγορος, ὥσπερ Εὔαθλος, qui locus et aliter legitur. Berg. Inter Schol. post ὥσπερ additur Εὔαθλος e Suid. in Εὔαθλος et Schol. ad Vesp. 590. Bent.

677. περιετόξευσεν. Vulgo cum metri labe omissum ν paragogicum. Brunck.

680. Hesychius: νωδός· ὁ ὀδόντας οὐκ

ἔχων· καὶ ἐννεὸς, κωφὸς, μὴ λαλῶν. Vide Plut. 266. et Pollucem ii. 96. ubi laudantur Phrynichus et Eubulus. Diversam formam ex Pherecrate affert idem grammaticus x. 89. μάχαιραν ἄρ' ἐνέθηκας; οὔ. τί μ' εἴργασαι; | ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα, | ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος; Elm.

681. χὠ Κλεινίου. Scholia: Ἀλκιβιάδην τὸν Κλεινίου ὡς καταπύγονα κωμῳδοῦσι. Multos habuisse eum in adolescentia amatores more Græcorum, quia esset formosissimus, satis constat; inter hos fuit et Socrates, ad quem exstat de ea re carmen Aspasiæ meretricis apud Athenæum v. p. 219. cujus initium: Σώκρατες, οὐκ ἔλαθές με πόθῳ δηχθεὶς φρένα τὴν σὴν παιδὸς Δεινομάχης καὶ Κλεινίου. Berg. Jam ante biennium quam acta est hæc fabula, inter claros oratores habitus est Alcibiades, qui vix dum e pueritia egressus erat. Noster Δαιταλεῦσιν apud Galenum v. p. 706. paullo aliter a Brunckio emendatus:

A. ἀλλ' εἶ σορέλλη, καὶ μύρον, καὶ ταινίαι.
B. ἰδοὺ σορέλλη· τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου.
A. ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπλαγήσει τῷ χρόνῳ.
B. τὸ καταπλαγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.
A. ἀποβήσεταί σοι ταῦτά ποι τὰ ῥήματα.
B. παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο τἀποβήσεται.
A. τί ὑποτεκμαίρει, καὶ κακῶς ἄνδρας λέγεις καλοκαγαθίαν ἀσκοῦντας; B. οἴμ', ὦ Θρασύμαχε,
τίς τοῦτο τῶν ξυνηγόρων γηρύεται;

Elm. κἂν φύγῃ τις. κἢν φύγῃ τις vulgo, ubi φύγῃ pro μὴ πίθηται dictum videtur, secus quam Brunckio aliisque acceptum est. Demosth. adv. Leptinem p. 498. εἰ δὲ τοῦτο φεύξονται, καὶ μὴ ἐθελήσουσι ποιεῖν. Eodem sensu παραβῇ dixit Andocides in Alcibiadem p. 121. ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν. Ad verba ἐξελαύνειν τὸν γέροντα τῷ γέροντι, instar omnium allegandus est Antiphanes apud Athen. p. 44. A. οἴνῳ (δὲ δεῖ) τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, | σάλπιγγι τὴν σάλπιγγα, τῷ κήρυκι τὸν βοῶντα, | κόπῳ κόπον, ψόφῳ ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρνην, | αὐθαδίαν αὐθαδίᾳ, Καλλίστρατον μαγείρῳ, | στάσει στάσιν, μάχῃ μάχην, ὑπωπίοις δὲ πύκτην, | πόνῳ πόνον, δίκῃ δίκην, γυναικὶ τὴν γυναῖκα. Elm. Κἀξελαύνειν. Leg. κἀξομοιοῦν, *to equalize matters.* Seager. in *Classical Journal*, Nr. iv. p. 717. Textus ita videtur sublevandus: Κἀπελαύνειν χρὴ τὸ λοιπὸν ἢν φύγῃ τις ζημίαν. Schutz.

683. τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ. 'Est locus salebrosus. Non apparet enim, unde dativi illi, γέροντι et νέῳ pendeant.' Kusterus. Bergleri explicatio, quam describere piget, longe est ineptissima, quod et ipse fatetur: proinde quum nihil melius sciret, 'versionem Frischlini retinuit, quamvis a verbis Comici alienam.' Versio autem sic se habet: *Quin etiam hinc expellere oportet, et, si fugiat quispiam, multare: atque istud juvenem a juvene, senem a sene perpeti.* Rem non nimis proclivem, planam me fecisse confido. Phrasis est concisa, in qua si suppressas voces, expressis cognatas, suppleas, sensum, et constructionis rationem manifestam habebis. ἢν φύγῃ τις, *si quis reus agatur,* χρὴ ζημιοῦν, *oportet eum multare,* sed ad hunc modum, τὸν γέροντα τὴν ζημίαν ἐπάγοντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ ἐπάγοντα τῷ νέῳ: vel, ut Comici ipsius verbis in Pl. 480. utar, τὸν γέροντα τὸ τίμημα τῆς δίκης ἐπιγράφοντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ. Non male me vertisse opinor: *Et judicio quidem malos persequi oportet deinceps: at, si quis agatur reus, multam irroget senex seni, juvenis autem juveni.* Brunck. 'Vitiosus est articulus ante γέροντι et νέῳ. Lege τὸν γέροντα μὲν γέροντι, τὸν νέον δ' ἔστω νέῳ,' Porsonus, ἔστω ex Eccles. 1011. citans. Nempe in formulis qualis est nota ista, κακῷ κακὸν ἰᾶσθαι, accusativo articulum addi posse, dativo non posse statuebat, si recte memini. Omnino expendi meretur locus Antiphanis Athenæi ii. p. 44. A. apud Elmsleium. Dobr. Imo in Antiphane τῷ κήρυκι vertendum *the public cryer;* quare locus non officit Porsono. Id.

685. τοῖσι Πελοποννησίοις vulgo. πᾶσι Πελοποννησίοις optime R. ut in v. 595. 598. Elm.

687. Non male omitteretur hic versus, qui conflatus videtur ex v. 600. πωλεῖν, ἀγοράζειν πρὸς ἐμὲ, Λαμάχῳ δὲ μή. Elm. Ἐφ' ᾧτε πωλεῖν πρὸς ἐμέ. *Hac lege et conditione ut mihi vendant.* Schutz.

688. ἀγορανόμοι erant magistratus, ad quos pertinebat rerum venalium cura. De his vide Menagium ad Laertium vi. 90. Quando munus suum obibant in foro, scuticam gerebant. Schol. ἱμᾶντας, λώρους, φραγγέλια. τὸ γὰρ παλαιὸν φραγγελίοις ἔτυπτον οἱ λογισταὶ τοὺς τῆς ἀγορᾶς. Cur vero Dicæopolis agoranomos sui fori loris instruat ἐκ λεπρῶν, ad verbum *ex leprosis,* ejus rei diversas rationes excogitarunt veteres Critici, quorum expositiones admodum conturbavit, qui eas excerpsit. Sic autem transposita verba in ordinem reponi debent. λεπρῶν δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ λέπειν, ὅ ἐστι τύπτειν. οἱ δὲ, ἀπὸ Λεπρέου πολίσματος τῆς Πελοποννήσου, οὗ καὶ ἐν Ὄρνισι μέμνηται. (149.) | τί οὐ τὸν Ἠλεῖον Λέπρεον οἰκίζετον; | καὶ Καλλίμαχος ἐν Ὕμνοις· (H. in Jovem 39.) | Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπρειον πεφάτισται. οἱ δὲ, ἐκ λεπρῶν βοῶν, διὰ τὸ τὰ ἐκ λεπρῶν βοῶν δέρματα ἰσχυρὰ εἶναι· οἱ δὲ, ὅτι οἱ Μεγα-

ρεῖς λεπροὶ τὸ σῶμα, πρὸς οὓς σπένδεται. ἄμεινον δὲ λέγειν, ὅτι τόπος ἔξω τοῦ ἄστεος Λεπρὸς καλούμενος, ἔνθα τὰ βυρσεῖα ἦν. Ceterum nomen græcum ἀγορανόμος jure Latii donavit Plautus, qui eo utitur cum alibi, tum Capt. iv. 2. 43. 'Eugepe! edictiones ædilitias hic habet quidem: Mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli Agoranomum.' Brunck. Suid. ἀγορανομίας. Pors.

689. κ. τ. τ. λαχόντας τούσδ', ἱμάντας ἐκ λεπρῶν. τοὺς δ' ἱμάντας [Imo ἱμᾶντας. V. Lobeck. in Wolfii Anal. iii. p. 59. Dind.] vulgo. Ad λεπρῶν subauditur δερμάτων aut κυνῶν. †Noster Δαιταλεῦσιν apud Schol. ad Theocriti ii. 12. τί δαί; λεπρὸν κυνίδιον ἐπρίω τῇ θεῷ | εἰς τὰς τριόδους; Ἱμὰς κύνειος est in Vesp. 231. et κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον in Eq. 289. ubi Schol. κυνείῳ σε δέρματι παίσω. Elm. Lepreum est urbis nomen. Dat autem agoranomis, qui scuticas solebant gestare, lora Lepreatica, quia Megarenses, de quibus paulo ante meminerat, erant leprosi, ut ait Scholiastes. Ludit ergo in vocibus λεπροὶ et Λέπρεοι. Vide in Avibus 149. Berg. Scribendum uno ductu τούσδ' ἱμᾶντας. Ipsa lora finguntur agoranomi. Ea ridicule dicit esse ἐκ λεπρῶν, ex scabris sive horridis, i. e. tortis atque inæqualibus durisque adeo, si quis tangat, qualia nimirum omnia sunt lora. Hotib.

691. Φασιανός. Alludit ad etymologiam vocis συκοφάντης, a φαίνειν, de quo v. 784. Berg. Adlusio ad verbum φαίνειν. Brunck. Schol. Φασιανός. ἀντὶ τοῦ συκοφάντης· παρὰ τὴν φᾶσιν. Hesychius ex comico quodam: φάσακες· συκοφάνται. Elm.

692. τὴν στήλην. Qui fœdus inissent, erigebant columnas, in quibus describebatur formula fœderis. Berg.

693. μέτειμι. Sic μετιέναι ἀλετρίβανον in Pace 272. Vide ad Equites 602. Berg. Ἐν τἀγορᾷ. ἐν τῇ 'γορᾷ A. edd. etiam v. 803. 813. ἐν τἀγορᾷ ubique B. C. quod verum est. Articulus semper crasin facit. Elm.

694. Ad indicandam extremam paupertatem Megarensium et miseriam ex bello ortam, introducit Megarensem hominem, qui venum ducit filias suas, quas ridiculi causa induit specie porcorum. Loquitur autem Dorice; nam Megarenses erant Dorienses. Berg. Facile quivis viderit Dorici sermonis leges parum accurate in sequentibus servari. Neque enim revera dixisset Megarensis, γρυλλιξεῖτε καὶ κοΐξετε v. 711. neque Bœotius, ἐξόπισθέ μου v. 833. Harum diversitatum pars quidem non minima fortasse librariis tribuenda est: sed tamen non dubitandum est quin nonnulla ab ipso poeta profecta sit. Ita fere in Lys. 183. 198. 1002. 1003. 1305. 1511. cum pro ὀμούμεθα, ἐπαινῶ, μογοῦμεν, λυχνοφοροῦντες, ὑμνῶμεν, ἀγκονοῦσαι, Spartanis tribuisset ὀμίομεθα, ἐπαινίω, μογίομες, λυχνοφορίοντες, ὑμνίωμες, ἀγκονίωσαι, nihilo minus in v. 1148. ἀδικοῦμες usurpavit, ubi ex analogiæ rationibus scribendum erat ἀδικίομες. Elm.

695. τυ. Pro σέ· ut in Equit. 1220. Berg. Ἐπόθουν τοι. R. Malim ἐπόθουν τε. Vide v. 744. Elm. Leg. ἐπόθευν. Bent. Ναὶ τὸν φίλιον. Pherecrates apud Suidam in φίλιος et Pollucem ii. 127. τοῖς δὲ κριταῖς | τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω, | μὴ 'πιορκεῖν, μηδ' ἀδίκως | κρίνειν· ἤ, νὴ τὸν Φίλιον, | μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον | Φερεκράτης λέξει πολὺ τού-|του κακηγορίστερον. Elm. Vide Creuzeri Melet. i. p. 18. Dind. Subauditur Δία, ut recte monuit Scholiastes, cujus ellipseos exempla suppeditabit Musgravius ad Eurip. Androm. 604. adde Platon. Euthyphron. p. 30. ed. Forster. Pors.

696. κώρι' ἀθλίω. κόριά γ' ἀθλίου vulgo. κόριχ' ἀθλίου R. Dedi Doricum κώρια. Elm. Leg. ἀθλίω. Bent. Πόνηρα κόρια *misellas filiolas*. Schutz.

697. ἄμβατε. ἐμβᾶτε Schol. in interpretatione. Dixit ἄμβατε poeta, quia actores εἰσελθόντες κατὰ τὴν ὀρχήστραν, ἐπὶ τὴν σκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουσι, teste Polluce iv. 127. Eadem de causa dixit ἀνάδος v. 233. ἀνάβαινε Eq. 149. Vesp. 398. 1341. Hoc alicubi monuit Brunckius. Elm. Αἴ χ' εὕροιτε. Sic ex indole linguæ legendum: *si forte possitis alicubi invenire*. Vulgo εὕρητε. Brunck. Εὕροιτε Brunckius, quem miror non animadvertisse αἴκα Doricum esse pro ἐάν. εὕρητε R. ut vulgo. Elm. Pro ἀνάβητε πρὸς τὴν μᾶζαν ἐὰν εὕρητέ που. Berg.

698. Olim voluit Bent. ποτέχετον omisso ἐμὶν, postea ἀκούετε δή. Burg. Ποτέχετ' mendosum est, quippe cum dactylum ante anapæstum sistat, ut monuit Hermannus [de metris] p. 153. Aut legendum ποτέχετον τὰν γαστέρα, aut reponenda Dorica forma trisyllaba aoristi, qui Atticis est πρόσχετε vel potius πρόσσχετε. Dorienses πότσχετε dixisse minime affirmarim: Atticos κατφθίμενος vel καπφθίμενος dixisse satis constat ex Eur. Suppl. 894. Electr. 1299. Rhes. 378. Numerum dualem cum plurali permistum habes cum alibi, tum in Pluto 73. κακόν τι μ' ἐργάσεσθε, κοὐκ ἀφήσετον. In Nub. 1506. vera scriptura esse videtur: τί γὰρ μαθόνθ' ὑβριζέτην εἰς τοὺς θεοὺς, | καὶ τῆς σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν; Priorem versum insigni diversitate emendarunt librarii et editores, quippe qui nescirent secundam

personam dualem nunquam a tertia diversam fuisse. [Prisca Græcitas dualem, certe activi, in his temporibus videtur bifariam flexisse:

I.	II.
2. — ετον	2. — έτην
3. — ετον.	3. — έτην.

sed posteriorum usus temporum, Grammatica subtilius an argutius exculta, terminationem in ον assignasse secundæ personæ, in ην tertiæ. Quæ si vera sunt, sequitur, paulo pensiculatius scribenda fuisse Valckenario, quæ notavit ad Euripid. Phœniss. v. 1310. Schæfer. ad Schol. Apollonii Rhod. p. 146. Cf. Buttmanni Gr. Gr. T. i. p. 349. Dind.] Eodem ductus errore Brunckius εἴχετόν γ' edidit in Soph. Œd. Tyr. 1511. ubi recte vulgo repræsentatur: σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας. Ita Eurip. Alc. 664. τοιάνδε καὶ σὺ χἡ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην. Ita quoque scolion omnium celebratissimum apud Athen. p. 695. B. ἀεὶ σφῷν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν, | φίλταθ' Ἁρμόδιε κἀριστόγειτον, | ὅτι τὸν τύραννον κτανέτην, | ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην. Hæc etiam mutavit Brunckius Analect. i. p. 156. Præterea vera scriptura aliquoties apud Platonem exhibetur: ut εὑρέτην Euthyd. p. 191. c. ἐπεδημείτην ibid. ἐμαθέτην p. 189. E. ἐκοινωνησάτην de Legg. vi. p. 856. B. εἰπέτην Sympos. p. 1185. B. In ceteris plerisque veterum scriptorum locis librarios sibi obtemperantes habuerunt grammatici Alexandrini: sed nullum memini vidisse versum qui veram hujus personæ formam non admittat. Obstare quidem videtur Il. Θ. 455. ubi vulgo legitur: οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων, πληγέντε κεραυνῷ, | ἂψ ἐς Ὄλυμπον ἵκεσθον, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστίν. Sed in illo loco, quicquid de numero duali statuatur, indubie reponendum est subjunctivum ἵκησθον, ut sit ἂν ἵκησθον futurum Homericum pro ἵξεσθον. Porro scribendum est καμέτην Il. Θ. 448. λαβέτην K. 545. ἑπέτην Λ. 775. ἠθελέτην 781. ἠλθέτην Æsch. Agam. 1216. ἐφύτην Soph. Œd. Col. 1379. ἐβάτην 1696. ἀπεφυγέτην 1739. ἐλαχέτην 1746. εὐδαιμονοίτην Eurip. Med. 1073. ὁρῴτην Alc. 273. ἠρκεσάτην El. 1300. ξυνωμνύτην (ubi malim ξυνόμνυτον) Aristoph. Eq. 236. ξυνεβήτην Vesp. 867. ἠλθέτην Av. 112. Thesm. 1158. ἐμελλέτην Plut. 103. φθανοίτην 485. Plura exempla inter legendum observata enotare neglexi. Elm. Quem cf. ad Euripidis Medeam p. 240. Dind. Grammaticis Alexandrinis debemus etiam primam personam dualem, quam ter tantum apud probatos scriptores offendi. [Conjectura hæc est viri doctissimi, non alio nisa argumento, quam quod rara ea forma est, et frequentius invenitur pluralis. At pleraque eorum, quæ affert, exemplorum, quum metri caussa pluralem habeant, nihil probant. De Homero autem plane fallitur, quum Iliad. Ψ. 495. δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεσθ', ἠὲ λέβητος scribi posse judicat: qualem versum Homerus non fecit, illud vero recte potuit, περιδώμεθα cum hiatu scribere, ut in nonnullis libris est, si nollet περιδώμεθον, quæ vulgata est scriptura. Hermannus ad Soph. Electr. p. 110.] Homerus Il. Ψ. 485. δεῦρό νυν, ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος. Soph. Phil. 1079. λῴω τίν' ἡμῖν· νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθον. El. 950. ἀπεστέρηκε, καὶ μόνα λελείμμεθον [λελείμμεθα cod. Monac.]. Ubique reponenda videtur prima persona pluralis, quam in Homero multi agnoscunt. Hiatum facile vites, legendo περιδώμεσθ'. In Sophocle fraudi fuisse librariis conjicio dualia νὼ et μόνα: qua etiam de causa in Plut. 447. contra omnes libros, quantum scimus, post ἀπολιπόντε Fracinus φευξούμεθον invexit, relicto διαμαχούμεθα in proximo versu. Verum, ut concedam φευξούμεθον Græcum esse, quod quidem ægre concesserim, nostrum ab hac ἀκριβείᾳ longe alienum fuisse docebunt sequentia. Av. 664. καὶ νὼ θεασώμεσθα τὴν ἀηδόνα. Ran. 885. εὔχεσθε δὴ καὶ σφώ τι, πρὶν τἄπη λέγειν. Plut. 608. ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθὶ μεταπέμψεσθον. Locus observatu dignissimus est Ran. 1479. χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', εἴσω. τί δαί; | ἵνα ξενίσω σφὼ πρὶν ἀποπλεῖν. εὖ τοι λέγεις. Dixit ὀνοματοθήρας Pompeianus apud Athen. p. 98. A. πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον. Ceterum ut ad hunc nostri locum revertar, ἀκούετε δὴ conjicit Hermannus, qui observat 'non amplius isto loco duali verbo Megarensem uti.' Hermanni emendationem recepissem, ni obstaret cæsura non illa quidem prorsus vitiosa, sed tamen paullo insolentior. Id. Locutionem reponendam duco, quæ est a librariorum usu remotior, ἀκούετον δή, πότεχ' ἐμὶν τὰν γαστέρα. Megarensis ad unam se filiam convertit, quum ante utramque compellasset. Reisig. Τὰν γαστέρα. Παρὰ προσδοκίαν dici τὰν γαστέρα monet Schol. Noster Eq. 1014. ἄκουε δὴ νῦν, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν ἐμοί. Elm.

701. ἐγώνγα. Pro ἔγωγε. Berg. Φημι edd. vett. φαμι recte Schol. Elm.

702. Leg. ὑμέ γα. Bent. Reisig. i. p. 102. κα propter litteras πρ produci putat. Sed vide Elm. infra ad 764. Dind.

703. ἀλλ' ἔστι γάρ μιν. ἀλλ' ἔστι γάρ μοι vulgo. ἀλλ' ἔστι γὰρ μὲν edd. nonnullæ. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν Suidas in ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν (inter ἀλαστήσειεν et ἀλάστωρ) et Μεγαρικαὶ σφίγγες. Ex priore Suidæ testimonio suspicor eum legisse: ἄλλα 'στὶν ἡμῖν. Elm. Fieri potuit, ut in antiquissimis libris scripta ἀλλ' ἔστιν ἅμιν

[ἀμὶν Reisig. in Syntagm. critico Jenæ 1818. p. 14. Dind.] Μεγαρικά τις — in vulgatum modum corrumperentur. Reisig. Suid. Ἄλλα στὶν ἡμῖν Μεγάρικα: at ἀλλ' ἐστὶν ἡμῖν in Μεγαρικαί. Lege Ἀλλ' ἔντι γ' ἀμὶν vel γὰρ ἐμίν. Bent. Ἔστιν ἡμῖν Suid. vv. ἀλλ' ἔστιν [inter ἀλαστήσειεν et ἀλάστωρ. Dobr.] Μεγαρικαί. Μεγαρική τις μηχανὴ Suid. [in utr. v. Dobr.] ἔστιν ἡμῖν Suid. ed. Ms. Μεγ. Pors. Μεγαρικὰ μαχανά. Suidas cur machina s. techna dicatur Megarica rationem reddit hanc, quod nota fuerit Megarensium πονηρία. Schutz.

704. φασῶ φέρεν. Sic ex dialecto scribi debuit, ut infra 788. vulgo etiam τράφεν. Brunck. Secutus est Elm. qui initio versus χοίρως scripsit. Dind. Ald. φασῶ. Bent. Malim, una litera addita, ὔμ' ἐνσκευάσας. Vide supra 411. Sed nihil opus, quamvis eadem medicina facienda videatur supra Eq. 298. κἀπιορκῶ γ' ἐμβλεπόντων. Pors.

705. Suidam v. ὁπλὴ e Schol. ad h. v. supplendum et emendandum monet Porsonus. Dobr.

706. δοξεῖτ' ἦμεν. Pro δόξετε εἶναι. Berg. Δοξῆτ' omisso ἐξ Suid. in Σῦς et Ὗς. male. Bent. Suid. in σῦς. om. Ms. Pors. Ed. Med. ὅπως δόξητ' ἦμεν ἀγαθὰ συός. Dobr.

707. ἴξετ' οἴκαδες. Pro ἴξεσθε, aut ἥξετε, οἴκαδε. Editio Farrei οἴκαδις, ut infra 779. Berg. Elm. edidit αἴπερ ἱξεῖτ' οἴκαδις. Dind. Οἴκαδις. Sic tres codd. et primariæ editt. Vulgo οἴκαδες. Illud retinuerunt novitii editores in v. 744. Brunck. Οἴκαδες Schol. edd. 1547. 1607. et sequentes ante Brunckium, consentiente Gregorio de Dialectis p. 106. [230. 364.] In v. 744. οἴκαδις habent omnes edd. Elm. Ald. οἴκαδις. Vid. 744. Bent.

708. τᾶς λιμοῦ. Scholiastes recte monet, vocem λιμὸς apud Dorienses esse fœminini generis: quod etiam docet Phrynichus p. 30. ubi ait: τὴν λιμὸν Δωριεῖς· σὺ δὲ ἀρσενικῶς τὸν λιμὸν φάθι. Kust. Leg. λιμῶ. Bent. Ita Elm. Burg. Τὰ πρᾶτα πειρασεῖσθε τᾶς λιμοῦ. Ridiculus esset, si quis contenderet, eundem horum sensum futurum esse, si, omisso articulo, legeretur πρᾶτα πειρασεῖσθε τᾶς λιμοῦ. Vide not. ad Ran. 421. Brunck.

709. ταδί. ταδὴ edd. vett. ταδὶ A. B. C. edd. recentiores. Utramque scripturam memorat Schol. Elm.

710. κῆπειτεν. Ita edd. Aldi et Farrei; Juntæ autem et Brubachii κῆπειθεν. nupera κῆπειτά γ'. Berg. Κῆπειτά γ' ἐς τὸν σάκκον Kusterus. Elm. Non est prætermittendum quod Kusterus edidit, κῆπειτά γ'. In Aldino, Juntino, A. 1525., Basileensi utroque, Veneto Zanetti, Wecheliano, legitur κῆπειτεν sive κἤπειτεν, exemplaribusque conservatum est Æmilii Porti, Lugdunensi Batavorum, Bergleri, a quo admonitus Brunckius quoque recepit. Unius typothetæ, ut videtur, peccatum in Juntino A. 1515., κῆπειθεν, obrepsit Gormontianum, Juntinum A. 1540., Brubachianum. Illam Kustero scripturam an manuscripti libri suppeditarint, incertum est: sed formam ἔπειτεν, a Grammaticis Ionicæ duntaxat concessam dialecto, Pindaro reddidit Hermannus Observationibus de dialecto Pindari p. xxi.: hic videmus eam etiam in Megarensis ore versari. Reisig.

712. χ' ἡσεῖτε. Pro καὶ ἥσετε ab ἵημι. Berg. χοιρίων μυστηρικῶν. Causam quare sic dicti fuerint porcelli, explicat Scholiastes. Nimirum quia Cereri in sacris illis, quæ mysteria dicebantur, immolari solebant. Hinc etiam paulo post χοῖροι μυστικοὶ dicuntur. Vide etiam elegantissimum Muret. Var. Lect. l. iii. c. 7. Kust. Χοιρίων μυστηρικῶν, quos Latini *porcos sacres* appellant. Plaut. Men. ii. 2. 15. 'Adolescens, quibus hic pretiis porci veneunt | Sacres sinceri?' — Idem Rud. iv. 6. initio: — 'adorna, ut rem divinam faciam — Laribus familiaribus. — Sunt domi agni et porci sacres.' Brunck.

713. καρυξῶ γα. Minus bene vulgo γε. Illud e dialecto reponi debuit. Brunck. Καρυξῶ γε vulgo. καρυξῶ γα Brunckius. Neutram particulæ formam agnoscit R. [et deleri voluerat Bent. Dind.] Deinde Δικαιόπολιν. ὅπα omnes, quod indubie mendosum est. Postulat sententia interrogativum πᾷ. Quid rescribendum sit nondum video. Elm. Qui edidit: ἐγὼν δὲ καρυξῶ Δικαιόπολίν γα. πᾷ Δικαιόπολις; Vitium metricum vulgatæ scripturæ notavit Hermann. in præfat. ad Epitomen doctr. metr. p. xii. Dind. Ἐγὼ δὲ καρυξῶ Δικαιόπολιν. ὅ γα | Δικαιόπολις ᾗ λῇς —; Reisig. in diariis Jenensibus a. 1817. Nr. 224. p. 404.

715. ἀγορασοῦντες ἵκομες. ἀγοράσοντες ἥκομες vulgo. Vide ad v. 785. Elm.

716. διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. Non injucunda lectu sunt quæ de loco hoc notavit vir non minore eruditione quam elegantia ingenii præditus Dan. Heinsius Lection. Theocrit. cap. xii. Antiqui, inquit, εὐωχοῦντες, et genio suo dedita opera indulgentes, tria ad voti consummationem requirebant, ignem, potum, tibiam. Ex his Comicus deprompsit urbanissimum scomma in Megarenses; cujus generis ea sunt, quæ in veteri comœdia παρὰ προσδοκίαν ἢ ὑπόνοιαν dicuntur: in quibus aliud poetæ præter id, quod exspectabatur, effe-

runt. Locus est in 'Αχαρνεῦσι· Δ. πῶς ἔχετε; Μ. διαπειναμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. Perfundit eos aceto Attico, et eorum egestatem. Exspectarat enim auditor, ut responderet, διαπίνομες αἰεὶ ποττὸ πῦρ: ille respondet, διαπειναμες. Ille rursus pergit ad tertium: Δ. ἀλλ' ἡδὺ νὴ τὸν Δί' ἢν αὐλὸς παρῇ. Non aliter quam si dictum fuisset διαπίνομεν: adjungitque tertiam voluptatis partem, tibiam, post ignem et potum: in quo scommate summus est lepor. Tria hæc studiose observat noster Lycidas: primo, πὰρ πυρὶ κεκλιμένος: secundo, καὶ πίομαι μαλακῶς: tertio, αὐλησεῦντι δέ μοι. Pauperculi ex his tribus solum ignem sibi reliquum habebant, tanquam ceterorum solatium: quem etiam Megarensibus relinquit Comicus. Et Tibullus: 'Me mea paupertas vitæ traducat inerti, Dum meus assiduo luceat igne focus.' Nam, ut veteres ad Aristophanem notarunt, τὸ πῦρ εὐωχίας σημαντικόν. Hæc Heinsius. KUST. Διαπειναμες ποττό. Pro διαπεινῶμεν πρὸς τό. De fame Megarensium supra ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρεῖς ὅτε δὴ 'πείνων βάδην. In Pace 482. de iisdem: ὑπὸ τοῦ λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες. BERG. Αἰεί. Obliteratum a librariis idiotismum revocare debebam, αἰές. Sic Lys. 1267. φιλία δ' αἰὲς εὔπορος εἴη. BRUNCK. 'Αεὶ Invernizius et Suidas in διαπεινῶμεν et διαπίνωμεν. αἰὲς Brunckius in annotationibus. ELM. Vide Toup. in Suid. iii. p. 285. ἀεὶ Suid. διαπεινῶμεν. Pac. 1131. Plato Rep. iv. prope init. p. 403, 13. a f. [ed. Bas. 420. E. HSt. DOBR.] PORS.

717. ἀλλ' ἡδύ. Quomodo jucundum est esurire? Nimirum illud antecedens διαπειναμες ποττὸ πῦρ Atticus ita acceperat, ac si dixisset Megarensis: διαπίνομεν πρὸς τὸ πῦρ, perpotamus ad ignem. Hoc jam dicit jucundum esse, si etiam adsit tibiæ cantus. Virg. Ecl. v. 'Et multo in primis hilarans convivia Baccho, Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra. Vina novum fundam calathis Ariusia nectar: Cantabunt mihi Damœtas et Lyctius Ægon.' BERG.

718. οἱ Μεγαρῆς. Sic recte B. Vulgo Μεγαρεῖς. BRUNCK. Pro corrupta scriptura οἷα δὴ quid restituendum sit, equidem nondum video. ELM. Verba οἷα δὴ fortasse θαυμαστικῶς accipienda sunt, subaudito πράττομεν. Ita in principio fabulæ, ὅσα δὴ δέδηγμαι. Male vertit Brunckius, *Rogas?* ID. Οἷα δὴ neque corrupta esse videntur, neque ita intelligenda ut Elmsleio placuit. Breviter dicit Megarensis, quod pluribus verbis dici poterat, πράττομεν οἷα δὴ πράττομεν. In Eurip. Heraclid. 627. Matthiæus edidit πάρεσμεν, οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία. DIND.

719. Lege vel ἄλλα γ' vel ἀλλ' ὄκκα. BENT. Sic in impressis legebatur hic versus: ἀλλὰ γὰρ ὄκα μέν γα τηνόθεν ἐμπορευόμαν. In B. superne inter μὲν et γα repositum ἐγών. In A. C. non comparent voces ἀλλὰ γάρ. Prior habet, ὄκα μὲν ἐγὼν τηνόθεν ἐμπορευόμαν: alter vocem etiam ἐγὼν omittit. Ex his variis lectionibus sinceram venustamque erui: ὄκα μὲν ἐγώνγα τηνόθεν ἐπορευόμαν. BRUNCK. Retentum forte quis malit ἐμπορευόμαν, quod mea quidem causa reponat, cui magis id probabitur. Equidem Atticis proprium esse arbitror illius compositi usum simplicis vice. Supra v. 456. Dicæopolis Euripidem irridens ait: ὦ θύμ', ἄνευ σκάνδικος ἐμπορευτέα. Apud Sophoclem plus semel occurrit ἔμπορος pro ὁδοιπόρος, ut Œd. Col. 25. πᾶς γάρ τις ηὗδα τοῦτον ἡμῖν ἐμπόρων. Sic illis ἐμπορεύεσθαι idem est quod πορεύεσθαι. Sed in Megarensis sermone minus id placet, ne augmenti omissionem memorem, quod tamen haud injuria requiri potest. ID. Ὄκα μὲν ἐγὼν τηνῶθεν ἐμπορευόμαν. ἀλλὰ γὰρ ὄκα μέν γα τηνόθεν ἐμπορευόμαν vulgo. Verba ἀλλὰ γὰρ non agnoscunt A. C. R. Deinde pro ὄκα μέν γα, ὄκα μὲν ἐγὼν habet A. ὄκα μὲν C. ὄκα μὲν ἐγὼ R. ὄκα μέν γα retinet B. ἐγὼν inter μὲν et γα superne scripto. Omnes τηνόθεν (τηνῶθεν R. Legitur τηνῶθεν apud Theocr. iii. 10.) ἐμπορευόμαν habent. Versum ita repræsentat Brunckius: ὄκα μὲν ἐγών γα τηνόθεν ἐπορευόμαν. Sed vocis hyperdisyllabæ penultima dactylum aut tribrachyn inchoare nequit, monente Dawesio p. 211. et ἐμπορεύονται habet Epicharmus apud Athen. p. 91. c. Quod autem ad ἀλλὰ γὰρ attinet, eadem fere diversitas conspicitur in Eq. 1196. ubi vulgo legitur: ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοί γ' ὡς ἔμ' ἔρχονται. τίνες; Pro verbis ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοί γ', liber Ravennas ἐκεῖνοι γὰρ habet, ubi aliquid deesse pro ea qua erat rei metricæ peritia vidit Invernizius. Reponendum, una litterula addita: ἐκεινοὶ γὰρ ὡς ἔμ' ἔρχονται. τίνες; ELM.

720. ἄνδρες πρόβουλοι. In Lysistr. 470. πρόβουλε τῆσδε γῆς. BERG. Malim τὤνδρες vel τἄνδρες. Hoc est in Lys. 1260. illud fuisse videtur in ejusdem fabulæ v. 1099. ELM. Ἔπρασσον. ἔπραττον vulgo. In v. 728. omnes ἐξορύσσετε habent. ID. Τῇ πόλει. Saltem oportuisset τᾷ. BRUNCK. Τᾷ πόλει. τῇ πόλει vulgo ante Brunckium. Malim τὰν πόλιν. ELM. Noster Eq. 351. τί δαὶ σὺ πίνων τὴν πόλιν πεποίηκας, ὥστε νυνὶ, et reliqua. Eccl. 560. οὐ γὰρ ἔτι τοῖς τολμῶσιν αὐτὴν αἰσχρὰ δρᾶν. Sermo est de civitate. ID.

721. κάκιστ' ἀπολοίμεθα. Exspectabatur σωθῶμεν, sed præter exspectationem

dicit ἀπολοίμεθα, et acerbe perstringit magistratus suos, qui remp. cujus saluti prospicere debebant, consiliis suis ad perniciem traherent. SCHUTZ.

722. ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων. Quia mors est finis molestiarum et miseriarum. BERG. Proprie autem h. l. non de morte civium sed de interitu reip. agitur, ob quem quasi consolaturus Dicæopolis ait: *Si resp. vestra perierit, hoc certe habebitis commodi, quod omni molestia negotia civilia tractandi liberabimini.* SCHUTZ. Σά μάν; Sic divisim in membr. et in margine cod. B. cujus in contextu est τί μάν. In C. σὰ μέν. Auctor Etymol. M. p. 157. l. 48. σὰ, ὅ ἐστι Μεγαρικὸν, δηλοῦν τὸ τινά. Vulgo conjunctim σαμάν; Schol. σαμὰν δὲ, ἀντὶ τοῦ τί μήν; τί γὰρ ἄλλο καταλείπεται ἢ τοῦτο; BRUNCK. Recte interpretantur grammatici: τί μήν; πῶς γὰρ οὔ. ELM.

723. τί δ' ἄλλο; Hoc videtur dicere Dicæopolis. *Sed quid aliud dicam, aut ex te quæram?* Deinde idem quærit de pretio tritici. BERG. Τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ; πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; Omnia hæc in A. B. Dicæopolidi tributa. In impressis τί δ' ἄλλο Megarensi continuatur. BRUNCK. Quem secutus est Elm. qui monet jam Scaligerum hoc vidisse. DIND. Μεγαροῖ cum τί δ' ἄλλο conjungit Brunckius. Noster Eq. 480. πῶς [Vid. de hoc usu John Nic. Dawes in Porsoni *Tracts and Misc. Criticisms* ed. Kidd. p. 153. DIND.] οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος; ELM. Qui sublatum post Μεγ. signum interrogandi collocavit post ἄλλο. DIND. Τί δ' ἄλλο M. junctim Suid. ed. Ms. [in τί δ' ἄ. DOBR.] qui et σπουδάζειν. PORS.

723, 4. Suid. v. ἄγλιθες. PORS.

724. παρ' ἁμί. παρ' ἁμὲ vulgo, accusativus pro dativo. ELM. Παρ' ἁμὲ diserte agnoscit Gregorius p. 110. ubi tamen insigniter variant codices. Alexidi tribuitur παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ a grammatico apud Montifalconium Biblioth. Coislin. p. 483. [Bekker. Anecd. i. 111, 13.] ubi subauditum videtur ἐλθών. In Pac. 261. plerique libri habent, οὔκουν παρ' Ἀθηναίους μεταθρέξει ταχύ. Ut constaret versus, σὺ μεταθρέξει de suo dedit Brunckius. παρ' Ἀθηναίων μεταθρέξει habent B. R. ut Vesp. 680. μὰ Δί', ἀλλὰ παρ' Εὐχαρίδου καὐτὸς τρεῖς γ' ἀγλῖθας μετέπεμψα. In Pace scribendum videtur, παρ' Ἀθηναίοισι subaudito ὄντα. ID. Πολυτίματος. Deorum alias epitheton est; in Vesp. 995. ὦ πολυτίμητοι θεοὶ ξύγγνωτέ μοι. Hic infra ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις· et alibi. Confundit dissimilia: nam dii ita dicuntur ab *honore*, res venales a *pretio*: utrumque autem significat τιμή. BERG.

725. ἅλας οὖν φέρεις. Ad hæc ita commentatur Scholiastes: ἐν Νησαίᾳ τῆς Μεγαρίδος ἅλες πήγνυνται. ἦν δὲ ὁ τόπος ὑπήκοος τῶν Ἀθηναίων. Male hic Scholiastes. Nam eo tempore nondum erat Nisæa sub Atheniensium potestate, quæ octavo tantum anno belli Peloponnesiaci sub eorum imperium venit, ut narrat Thucydides l. iv. [c. 69.] Multo melius alius Scholiastes, qui veriorem reddit causam, διὰ τὸ θαλαττοκρατεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἔφη, ὑμὲς αὐτῶν ἄρχετε. Ad quod addo, quod, quamvis Athenienses nondum Nisæam haberent, tamen non erat liberum Megarensibus salium negotium, eo quod Minoam insulæ Nisææ vicinam, et portui imminentem tenebant præsidio, ut ait idem Thucydides l. iii. [c. 51.] PALMER.

726. ὧν. ὦν cum spiritu leni. REISK. Τῶν ex R. dedit Elm. DIND.

727. ἐσβάλητε. Sic tres codd. Vulgo ἐσβαλεῖτε. BRUNCK. Suid. εἰσβαλεῖτε. PORS. Ὄκκ' ἐσβαλεῖτε edd. cui scripturæ accedit οὐκ εἰσβαλεῖται apud Suidam in εἰσβαλεῖται. ὄκκ' ἐσβάλητε A. B. C. R. Brunckius, accedente Gregorio de Dialectis p. 112. Recte sane: tantum enim interest inter ὄκα et ὄκκα, quantum inter ὅτε et ὅταν. ELM. Plutarchus in Pericle [c. 30.] p. 168. E. de psephismate Megarensi: τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρκον, ἐπομνύειν ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι. ID. Τὼς ἀρωραῖοι μύες. Locum hunc citat Corinthus de dial. Dorica [p. 244.], ut probet Dorienses τὼς dixisse pro ὡς. KUST. Pro ὡς ἀρουραῖοι. Synesius epist. 105. circa finem: δίκην ἀρουραίου μυὸς ἐνεδεδύκει τῇ πέτρᾳ. BERG.

728. πάσσακι. Pro πασσάλῳ· πάσσαξ deminutivum. BERG. Hesychius: πασσακίῳ (sic)· πασσάλῳ. ELM. Vide de h. l. Bast. ad Gregor. p. 244. DIND.

729. Supra χοίρων μυστηρικῶν. Initiandi mysteriis porcum sacrificabant; Pace 373. ἐς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· δεῖ γὰρ μυηθῆναί με. Ubi Scholia: ὅτι τοῖς μυουμένοις ἐστὶν ἔθος χοιρίδιον θύειν ἐξ ἀνάγκης. BERG. Elm. edidit χοίρως. Voluerat hoc Bent. DIND.

731. ἄντεινον, αἰ λῇς. Et hunc locum adducit Corinthus de dial. Dorica [p. 252.], ut doceat λῇς Dorice dici pro θέλεις. KUST. Ὡς παχεῖα καὶ καλά. Sic A. C. [et Elm.] recte, ut etiam Corinthus de Dial. Dorica hunc versum citat §. lxiii. ubi acute observabat Kœnius singularem numerum præferendum esse, quum e v. seq. et 734. manifestum sit Megarensem alteram filiam post alteram Dicæopolidi ostendere. In impressis est ὡς παχεῖαι καὶ καλαί. BRUNCK.

733. ποδαπήδ' ἠστὶ χοῖρος edd. ante Kusterum. ποδαπὴ δ' ἐστὶ χοῖρος Kusterus et Brunckius. ποδαπὴ χοῖρος ἥδε R. Elm. Lege vel ποδαπὴ δὴ 'στι vel ποδάπ' ἥδ' ἐστί. Bent.

735. θᾶσθε τόνδε· τᾶς ἀπιστίας. θᾶσθε τοῦδε τὰς ἀπιστίας vulgo, in qua scriptura nemo est cui non displiceat τὰς ἀπιστίας in numero multitudinis. Hæc ad Chorum vel ad spectatores conversus ait Megarensis. Post τόνδε subauditur τὸν χοῖρον obsceno sensu, qui lusus verborum sæpius in hoc diverbio adhibetur. Deinde verba τᾶς ἀπιστίας usurpantur σχετλιαστικῶς, ut τῶν ἀλαζονευμάτων superius v. 87. τῆς ἀνοίας Eq. 350. τῆς μωρίας Nub. 818. Eccl. 787. Elm. Θᾶσθε. Pro θεᾶσθε. Berg.

736. οὐ φατὶ—ἦμεν. Pro οὔ φησιν—εἶναι. Berg. Perpetuus est in hoc diverbio lusus ex ambiguitate nominis χοῖρος, quod *porcum* significat, et *pudendum muliebre*. Posteriore significatu occurrit apud Comicum sæpe, ut Thesm. 289. 538. Conc. 724. alibi. Eadem ambiguitas in Latina versione servari poterat. Testis est Varro, cujus adponam locum e lib. ii. de Re Rust. p. 73. edit. H. Stephani. 'Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumtum videtur: cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, et quod initiis Pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur; et quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria in conjunctione nuptiali, nova nupta et novus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque Latini et etiam Græci in Italia idem factitasse videntur. Nam et nostræ mulieres, maxime nutrices, naturam, qua feminæ sunt, in virginibus appellant *porcum*, et Græce χοῖρον: significantes esse dignum insigni nuptiarum.' Brunck.

737. περὶ θυμιτᾶν ἁλῶν. Sic optime Kusterus in notis: hancque lectionem in textum recepit Berglerus optimo jure. Antea legebatur θυμιτιδᾶν, pessumdato metro. In codd. est θυματιδᾶν. Emendationem confirmat ipse Comicus infra 1064. ἅλας θυμίτας οἶσε, παῖ, καὶ κρόμμυα. A θύμος fit θυμίτης, secunda longa. Sincera forma apud Suidam prostat, ubi male proposita vox ex allato exemplo emendari debebat. Sic enim apud eum, manifesta menda, legitur: θυμιτίδων ἁλῶν. οἷον μετὰ θύμου τετριμμένων. 'Αριστοφάνης· περίδου μοι περὶ θυμίτων ἁλῶν. Brunck. Περίδου μοι περὶ θυμιτῶν ἁλῶν Suidas in θυμιτίδων ἁλῶν. περίδου μοι περὶ θυμητίδων ἁλῶν idem in περίδου. περὶ θυμητίδαν ἁλῶν ceteris omissis R. θυμίτας ἅλας habet noster inferius, unde hunc versum emendarunt Kusterus et Brunckius. νῦν, quod bis omittit Suidas [probante Bent. qui in reliquis vulgatam sequebatur], defenditur ex Nub. 644. περίδου νῦν ἐμοί. In Eq. 791. legitur: ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. Elm. Θυμιτῶν Suid. v. θυμιτιδῶν probante Kustero. θυμητίδα Suid. Ms. περίδου. [ubi θυμητίδων ed. Med. Dobr.] Pors.

739. ναὶ τὸν Διοκλέα. Per Dioclem heroem jurabant Megarenses, cujus in honorem festum agebant, τὰ Διόκλεια. Hujus meminit Theocritus in fine Idyll. xii. Brunck.

740. ἐμά γα. Quum Dicæopolis dicebat ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπου γε scil. χοῖρος, intelligebat cunnum non esse porcelli, sed hominis, i. e. puellarum. Id se recte cepisse Megarensis dissimulat, et sic respondet, quasi ille dicere voluisset: *attamen hic porcus est hominis;* itaque regerit; *utique et meus quidem est porcus. Cujus enim alius illum esse putas?* Schutz. Τὺ δέ. Vulgo σὺ δέ. Mox altero abhinc versu Kusterus edidit φώνει δὴ τὺ — ubi codd. et primariæ editt. habent δὴ σύ. — ἦμεναι. In tribus codd. scriptum εἴμεναι, quod ob illorum consensum recipi debebat. εἶμεν, ἦμεν, εἴμεναι, ἤμεναι, formæ sunt infinitivi communis εἶναι, quibus promiscue utuntur Dorici poetæ. Brunck. Εἴμεναι Gregorius p. 103. Elm. Qui ἤμεναι retinuit. Dind.

741. φθεγγομένας secundus casus est Doricus singularis, non quartus pluralis. Kœn. ad Gregor. p. 228.

742. χοιρίον. Perperam vulgo, pessumdato metro, χοιρίδιον. Diminutivum χοιρίον exstat supra 705. 712. et obsceno sensu Vesp. 1353. Emendationem præceperat Orvillius ad Charit. pag. 239. Brunck. Χοιρίον, R. confirmatum et jam a Bent. repositum, recepit Elm. Dind.

743. σιγᾶς. Editori nescio cui debetur Dorica forma non male, ut videtur, reposita. Tres codd. et primariæ editt. habent σιγῆς. Sed neutrum sincerum est, nec σιγᾶς, nec σιγῆς. Quin postremum hoc, quod habent libri omnes veteres, ad genuinam scripturam propius accedit, quam repræsentat Corinthus de Dial. Dor. §. xli. [p. 228.] οὐ χρῆσθα σιγῆν. Infinitivus Doricus σιγῆν, non ita frequenter obvius, librarios fefellit. Eadem forma est in Lys. v. 171. πλαδδιῆν. 1077. ὁρῆν. et in hac ipsa fabula v. 699. πεινῆν. Brunck. Σιγῆν recepit Elm. qui adnotat σιγᾶς habere Schol. quod placuerat Bentleio. Dind. 'Απολουμένα. ἀπολούμενα vulgo ante Kusterum. Elm.

744. πάλιν τύ γ' ἀποισῶ. πάλιν τ' ἀποισῶ bene R. Vulgatam habet Grego-

rius p. 106. Elm. Ναὶ μὰ τὸν Ἑρμᾶν. Malim ναὶ τὸν Ἑρμᾶν, ut v. 707. Id.

747. κύσθος idem significat quod χοῖρος. Sed hoc, ut e Varronis modo citatis verbis colligi potest, proprie puellarum est: illud autem adultarum feminarum, quas aliquamdiu jam exercuit Veneris palæstra. Idcirco Comicus in Ran. 430. Calliam dicit, non χοίρου, sed κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον. Hanc tamen differentiam non religiose observant, et alibi promiscue fere adhibentur hæc nomina. Brunck. Verba πεντ' ἐτῶν [ab Elm. cum versu seq. Megarensi tributa] vulgo male Dicæopolidi continuantur. Vertendum *intra quinquennium*, ut Vesp. 260. ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον, *quatriduo ad summum*: ubi longe diversa dant interpretes. Elm.

749. αὐτηγί. Sic tres codd. Vulgo αὐτηΐ. Brunck. Αὐτηΐ edd. Invernizius. αὐτηγί A. B. C. Brunckius [et Elm.]: quæ vox reponenda videtur etiam in Av. 821. ἆρ' ἐστὶν αὐτηγὶ Νεφελοκκυγία. In Lys. 603. ταυτασγὶ, et in 604. τουτογὶ malim, ubi pro vulgato τουτονὶ, quod in metrum peccat, suspectam vocem τουτονδὶ invexit Brunckius. Elm. Eadem pronominis forma nostro restituenda videtur Ran. 1504. καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων, | καὶ τουτογὶ τοῖσι πορισταῖς, | Μύρμηκί θ' ὁμοῦ καὶ Νικομάχῳ, | τόδε δ' Ἀρχεμόρῳ. Subaudiuntur ξίφος, βρόχος, et κώνειον. Id.

750. κέρκον οὐκ ἔχει. Nempe qualem habet Mnesilochus in Thesm. 245. τὴν κέρκον φυλάττου. Et Horat. [Serm. i. 2. 45.] *testes caudamque salacem*. Sunt hæc spurca. Berg. *Caudam non habet*, ideoque non est porcus sacris et sincerus, sacrificio idoneus. Notum est apud Romanos in cœnis puris adhibitam esse *offam penitam*, i. e. offam porcinam cum cauda. Schutz.

751. Versum hunc et duos sequentes citat Athenæus l. ix. c. iv. p. 374. Kust. Corrupte Suid. δέλφακας ex Schol. sup. 704. Pors.

752. ἐξεῖ. Pro ἕξει. κῆρυθράν· pro κἀρυθράν. i. e. καὶ ἐρυθράν. Berg. Ἐξεῖ μεγάλαν. Ad obscœnum sensum detorquet, quod Dicæopolis dixerat κέρκον οὐκ ἔχει, et jam eadem ambiguitate vocabuli κέρκος, quæ est in Latino *cauda*, abutitur. Schutz.

753. αἰ τράφεν λῇς. Pro εἰ τρέφειν θέλεις. Berg. Χοῖρος. χῶρος edd. vett. quæ scriptura non temere rejicienda est. χοῖρος, ut vulgo, Athenæus p. 374. f. In Lys. 599. vulgo legitur, consentiente Ravennate: σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; | χωρίον ἐστί· σοφὸν ὠνήσει· | μελιτοῦτταν ἐγὼ καὶ δὴ μάξω. Edd. nonnullæ in secundo versu καίριόν ἐστι habent, quod ex mera conjectura profectum videtur. Brunckius καίριος ἐσσί γε dedit, quam scripturam defendi posse putat ex Eurip. Hel. 1250. πιστὴ γὰρ ἐσσὶ σῷ πόσει φεύγουσά με: ubi malim, πιστὴ γὰρ εἶ σύ. In Aristophane legendum opinor, χοιρίον ἔσται: quæ conjectura lucem accipit ex Pac. 364. εἰς χοιρίδιόν μοί νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς. | δεῖ γάρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι. Elm. Χῶρος. χοῖρος ed. Kust. Athen. p. 375. Pors. In exemplo Brunckianæ Porsonus, 'χῶρος J.' i. e. Juntina 1515. 'Vulgatum recte exhibet Athenæus ix. p. 375. A.' Dobr.

755. τωυτῶ. Vulgo ταυτοῦ. In A. B. [et Gregor. p. 108. monente Elm.] τωυτοῦ. Sincerum et ad dialecti normam exactum est, quod dedimus. Brunck. Leg. ταυτῶ. Bent. Ὁμογαστρία Burg. in *Classical Journal*, xxxviii. p. 318. Dind.

756. κἀναχνοανθῇ τᾷ τριχί. Vulgo κἀναχνοανθῇ γ' ἐν τριχί. In tribus codd. κἀναχνοανθῇ τριχί. Ob oculos habuisse videtur librarius κἀναχνοανθῇ τῇ τριχί. Articulum hausit similis sonus præcedentis syllabæ. Sed scriptum oportuerat τᾷ. Brunck. Nub. 974. τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπήνθει. Berg. Elm. edidit: κἀναχνωανθῇ τριχί.

757. ἐστι. ἔσται [quod conjecerat Bent. et rectum judicat Reisig.] R. sed vulgata exquisitior videtur. Noster Eq. 1359. οὐκ ἔστιν ὑμῖν τοῖς δικασταῖς ἄλφιτα, | εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην. Elm. Θύειν. Observes θύειν prima brevi, sed in Megarensis ore. Nam Attici eam syllabam semper producunt. Brunck. Quod dicit *semper*, fallitur. V. Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. 460. Dind. Elmsleius dedit θύειν.

758. ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ [τἀφροδίτῃ Elm.] θύεται. Vide Athenæum l. iii. c. xv. p. 95. Kust.

759. Μόνᾳ γα. Vulgo μόνᾳ γε. In distinctione, quam meliorem reddidimus, nobis consentiunt codd. B. C. Brunck. Vulgo: οὐ χοῖρος; Ἀφροδίτᾳ μόνᾳ γε δ. Brunckium secutus est Elm. Dind.

761. ἂν τὸν ὀδελόν. In B. ἐς τὸν — Brunck. Ἀμπεπαρμένον. ἐμπεπαρμένον vulgo. Vide v. 971. In Lys. 1096. pro ἐμβαλώμεθα recte legendum vidit Brunckius ἀμβαλώμεθα. Elm. Nicander Alexiph. 326. Ther. 908. et al. Epicharmus Athenæi viii. p. 362. b. c. Pors. In Epicharmo perspicuum est legisse Porsonum, κρατῆρες, ὀδελοί. τοῖς γα μὰν ὑπωδέλοις, quomodo partim emendant. In Inscriptione Delphica apud Dodwell. Itin. t. ii. p. 507. ΌΔΕΛΟΣ et ἩΜΙΟΔΕΛΟΣ pro ὀβολὸς et ἡμιωβόλιον. Dobr. Ὀβελὸν liber G. Burgesii apud Dobr. in Appendice. Dind. Ἂν τὸν ὀδελὸν ἐμπεπαρμέ-

νον. Pro *ἀνὰ τὸν ὀβελὸν πεπαρμένον.* Hæc allegorice dicuntur; infra proprie: *φέρε τοὺς ὀβελίσκους ἵν' ἀναπείρω τὰς κίχλας.* Berg.

763. Vulgo sic legitur hic versus, numeris fœde corruptis: *ναὶ τὸν Ποτείδαν ἂν, κἄνευ γα τῶ πατρός.* Veram lectionem [ab Elm. receptam] exhibet cod. B. *ναὶ τὸν Ποτειδᾶ, κᾆν ἄνευ γα τῶ πατρός.* Vulgatum Ποτείδαν retineri debuit. In membr. scriptum *ναὶ τὸν Ποτεῖδα κἄνευ γα τῶ πατρός.* Sic etiam in C. nisi quod pro *ποτεῖδα* habet *ποπίδα.* Brunck. Lege *κᾆν ἄνες γα*: vid. 799. Bent.

764. Fo. *ἐσθίουσι.* Bent. Πάνθ' ἃ *κᾆν διδῷς.* Vulgo ἃ *καὶ δίδως.* Brunck. Πάνθ' ἃ καὶ δίδως vulgo, consentiente R. *πάνθ' ἃ κᾆν διδῷς* Brunckius. Scripturam quam dedi [*πάνθ' ἅ κα διδῷς*] habuisse videtur Schol. qui interpretatur: *ἅτινα ἂν παραβάλῃς.* Producitur *κα* superius v. 702. et sæpissime apud Theocritum. Vide Idyll. i. 4. 5. 8. iii. 27. v. 21. viii. 68. Ita, sed ex emendatione, Epicharmus apud Athen. p. 236. a. *καἴκά τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγεν.* Idem paullo inferius: *ἅς κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.* In Eq. 201. R. habet: *αἴκα μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας (μᾶλλον) ἔλωνται.* Elm. Lege *ἅ κα* i. e. *ἃ ἄν.* Vide Toup. Cur. Posterior. in Theocrit. i. 4. Pors.

765. *ἐρώτη.* Glossa in membr. *ἐρώτησον.* Forma imperativi Dorica verborum in *αω.* Vide ad Lys. 990. Brunck. Pro *χοῖρε, χοῖρε,* malim *χοιρίον.* Elm.

766. Vox *κοΐ* triplicata est in codd. omnibus, ut metrum flagitat. Geminant eam tantum impressi. In istis *τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους*; nequitia est, et jocus facetus ex ambiguitate nominis *ἐρέβινθος,* quod *penem* etiam significat, qua potestate occurrit Ran. 545. Brunck. At hoc loco jocus esset prorsus insulsus: quare eum h. l. poetæ in mentem haud venisse arbitror. Schutz. Fo. *ἑκών· κοΐ κοΐ.* vel *τρώγοις ἐρεβίνθους αὐτὸς ἂν κοΐ.* Bent.

767. δὲ Suid. in *φίβαλις.* Bent. *Φιβάλεως.* Caricarum, sive ficuum, quæ *φιβάλεις* dicebantur a loco ita appellato, obiter mentio fit apud Athen. l. iii. p. 77. a. Vide etiam Hesychium v. *φιβαλέα.* Kust. Τί δαὶ φ. Δὲ Suid. Ms. *φίβαλις* [et ed. Med. ubi 767. et 769. citat Suid. omisso 768. Dobr.] Pors.

768. Sic vulgo legitur hic versus: *τί δαὶ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν;—Κοΐ, κοΐ.* Pessumdatum est metrum, et sententia ineptissima. Prius vidit Kusterus, alterum ne subodoratus quidem est. Sic enim ille: 'Metri tenorem interpellat vocula *δαί*; qua deleta et versus recte se habebit, nec sensui quidquam decedet.' Immo, o bone, sensus nullus erit nisi insulsissimus. Nam primo quidem nulla *ficuum* mentio hic fieri potest. Jam significaverat puella se *caricas* lubentissime comesuram. Curnam quæreret Dicæopolis, num *ficus* etiam comederet? Fac tamen eum ita rogasse: postquam rursus puella significavit, se *ficus* etiam comesuram, qui dicere possit ille? *ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατον.* Nonne est istuc absurdum? Postea vellem mihi dici, utra puella hoc rogetur. Eane, quæ præcedenti versu jam responderat? Si una et eadem semper rogatur et respondet, cur mox *κεκράγατον* dicit Dicæopolis, quum debuisset *κέκραγε*? Denique quorsum refertur, et quid sibi vult *αὐτός*? Solœcum est: debuisset enim esse *αὐτά.* Non animadvertit Kusterus Dicæopolidem nomen *χοῖρος,* quo ille *porcellam* intelligit, semper feminino genere efferre: itidemque Megarensem, nisi tribus in locis, ubi manifesto *cunnum* intelligit; nempe v. 736. 738. 757. Quid multa? locus depravatissimus est. Puellam alteram post alteram percontatur Dicæopolis. Postquam prior ad quæstionem illam *τί δαί; φιβάλεως ἰσχάδας τρώγοις ἄν*; respondit, alteram puellam, quam editores nondum distinxerant, rogat: *τί δαὶ σύ; καὶ τρώγοις ἂν αὐτάς*; Quæ postquam etiam comedendarum illarum cupiditatem significavit, jure et ex rei veritate Dicæopolis ait: *ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατον.* Vere *πρὸς τὰς ἰσχάδας,* quarum proxime præcessit mentio; vere *κεκράγατον,* quia clamaverat utraque puella. Venustatem hujus loci codd. ope restitui, quorum sigillatim scripturam exhibebo:

A. *τί δαὶ σῦκα τρώγοις ἂν αὐτός*;
B. *τί δαὶ σὺ κατρώγοις αὐτὸς ἄν*;
C. *τί δαὶ σὺ κατατρώγοις ἂν αὐτός*;

Si in vulgata lectione præter versus labem nihil offenderet, quam facile esset, mutato *δαὶ* in *δὲ,* quorum alterum in alterius locum sæpe illatum videtur, metrum resarcire! *τί δὲ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν;—κοΐ, κοΐ.* Quæ medicina Kusteriana longe esset melior. Hisque jam scriptis, demum animadverto sic excusum esse in primariis editt. duabus, quas sequuntur utraque Veneta, Basileensis prior et Parisina. *τί δαὶ* e Fracini editione in Frobenianam migravit, et inde in alias. Sed absurdum hoc esse, satis, opinor, ad liquidum perduxi. *αὐτὰς* scriptum oportuit: nempe *τὰς φιβάλεως ἰσχάδας,* et in puellæ responsione priori loco *κοῖ, μονοσυλλάβως,* non *κοΐ.* Brunck. Τί δὲ *σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἂν* edd. vett. pleræque. *τί δαὶ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἂν* edd. 1525. 1547. 1607. et sequentes ante Brunckium. Cod. Ravennatis scripturam male expressit Invernizius. Omnes *κοΐ* bis habent. Bunckius dedit: *τί δαὶ σύ; καὶ τρώγοις ἂν αὐτάς,* priore

κοῒ in unam syllabam contracto, quod minime ferri potest. Itaque, deleto altero pronomine, tertium κοῒ de meo invexi. Hæc ad alteram puellam conversus dicit Dicæopolis, ut monuit Brunckius. Verba τί δαὶ σὺ eodem sensu usurpantur in Av. 136. Lys. 136. Similia sunt τί δαὶ σὺ φῂς Av. 1615. 1676. τί δαὶ λέγεις σύ Ran. 1454. Elm. Qui edidit: ΔΙ. τί δαὶ σύ; τρώγοις ἄν; ΚΟ. κοΐ, κοΐ, κοΐ. Dind. Ald. δέ: mox fo. αὐτόθ'. Bent. Qui totum versum uncis circumdedit, quia, ut Burg. animadvertit, Suidas in φίβαλις præcedentem et seq. versum citans, hunc omisit. Dind. 'Dele δαί.' Kust. Imo δὲ leg. ex Aldina. Pors.

769. ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγαιον. Hæc secum mirabundus ait Dicæopolis. Male vulgo, tanquam si puellas alloqueretur, κεκράγατε. Brunck. Κεκράγατε, quod habent R. et Suidas v. φίβαλις, revocavit Elm. Dind.

770. αὖτις. Reisk. Non intelligo. Dind.

771. τρώζονται. τρύζονται R. quod ad γρύζονται alludere videtur. Vulgatam habet Suidas in ipsa voce. Elm.

773. Τραγασαῖα. Ad hunc locum procul dubio respexit Stephanus Byzantinus v. Τραγασαί, ubi ait: ὁ οἰκήτωρ Τραγασαῖος, ὡς Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν. Sciendum autem est, Aristophanem χοιρίδια illa non serio vocare Τραγασαῖα, quasi nimirum ejus essent regionis et patriæ, sed alludere ad verbum τρώγειν, unde aor. 2. ἔτραγον, ut significaret, porcellos illos esse valde voraces. In lingua Latina jocus ille exprimi non potest. Non minus lepide hac ipsa voce, quamvis alio sensu, Comicus noster ludit infra 853. ubi dicit, πατρὸς τραγασαίου ὄζων, i. e. *hircum olens.* Kust. Allusio ad verbum τραγεῖν. Tres codd. sine elisione χοιρία; ὡς —. Brunck. Steph. Byz. ad hunc versum et 818. respexit. Elm. Τραγασαῖα Suid. Ms. ῥοθιάζουσιν. Pors. Τραγασέα Med. Dobr.

775. τάνδε μίαν ἀνειλόμαν, quippe qui fame urgebatur: vel latet hic obscenior aliquis jocus. In tribus codd. neglecto dorismo, ἀνειλόμην. Brunck. Dicæopolis cum admiratione interrogaverat ἀλλ' οὐχὶ πάσας κατέτραγον τὰς ἰσχάδας; (vulgo enim male hic punctum ponitur) et respondet Megarensis ἐγὼ—ἀνειχόμαν. *Ita est, nam ego hanc unam* (quam manu tenebat) *sustuleram.* Nihil opus est hoc cum Brunckio ad famem Megarensis referre; multo minus hic aliquid obscœni latet. Schutz. Initio versus Elm. edidit: ἐγὼν γὰρ αὐτᾶν.

777. πρίωμαί σοι. Ita v. 780. ὠνήσομαί σοι. Pac. 1261. τούτῳ γ' ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι. Ran. 1229. ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'; Elm.

778. Recte Schol. ἀστείως δὲ ὁ Μεγαρεὺς ἅμα καὶ περιπαθῶς ταῦτα παρὰ τοῦ Δικαιοπόλιδος ζητεῖ, ἃ πρότερον οἱ Μεγαρεῖς ἄλλοις παρεῖχον. Vide v. 726, 7. Elm. Τὸ μὲν ἕτερον—τὸ δ' ἅτερον. Sic quidem libri omnes, sed male. ἅτερος Atticis idem est quod ὁ ἕτερος, quod exemplis ostendi in nota ad Vesp. 841. At Doriensibus ἅτερος simpliciter est ἕτερος. Formam hanc illustrat Kœnius ad Corinthium de Dial. Dor. §. cxvii. Nullus video cur dorismus in duorum continuorum versuum altero servatus fuerit, in altero neglectus, nisi quod sic imperitis librariis libuerit. Scribi debuit: τὸ μὲν ἅτερον τούτων, σκορόδων τροπαλλίδος· | τὸ δ' ἅτερον —. Brunck. Ἅτερον. ἕτερον vulgo ante Brunckium, consentiente Suida in πόσου πρίωμαι, qui proximo versu ἅτερον habet, ut omnes libri. Elm. Τοῦτο. τούτων vulgo, consentiente Suida in πόσου πρίωμαι. Noster superius v. 117. τὸν ἕτερον τουτονὶ habet. Id. Scribendum, τὸ μὲν ἅτερον τουτί. Id. Τροπαλίδος. τροπαλλίδος vulgo. τροφαλλίδος Suidas in πόσου πρίωμαι. τροπηλίδος idem in τροπηλὶς, qui ex ordine litterarum τροπιλὶς legisse videtur. Mendose Hesychius: τριοπηλίς· δέσμη σκορόδων. et inferius: τριτοπηλίς· σκορόδων δέσμη· ἀπὸ τοῦ πεπιλῆθαι καὶ συνεστράφθαι. Alii grammatici τροπηλὶς habent, quod verum videtur, et in Doricum τροπαλὶς mutandum est. Elm. Τροφαλλίδος Suid. [Med.] Ms. πόσου. τροπηλίδος Suid. ed. v. sed om. Ms. Pors.

779. τὸ δ' ἕτερον σχοίνικος μόνης omissis αἲ λῇς Ms. [Omittit etiam Med. quæ τὸ δ' ἅτερον χ. μόνης. Dobr.] In Ποστοῦμος, Ms. ἐμὲ ὠυτὸν ἐδ. Pors.

780. ταῦτα δή. Est mirantis, ut in Av. 802. ταυτὶ τοιαυτί. Berg. Verba ταῦτα δὴ pessime vertit Brunckius: *hæc quidem prospere cesserunt.* Subauditur δράσω, ut in Vesp. 851. Eodem sensu usurpatur ταῦτά νυν Vesp. 1008. et ταῦτα nude Eq. 111. Vesp. 142. Pac. 275. Elm.

781. Quando duæ vocales duarum vocum, quarum altera ob versum est elidenda, concurrunt, brevis semper cedit longæ: ut ποῦ 'στι, pro ποῦ ἐστι: ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθέ: τῇ 'γορᾷ, pro τῇ ἀγορᾷ, et sexcenta alia. Quare et hic non Ἑρμ' ἐμπολαῖε scribendum est, sed Ἑρμᾶ 'μπολαῖε. Kust. Ἑρμᾶ 'μπολαῖε. Sic excudi debuit. Vulgo mendosissime Ἑρμ' ἐμπολαῖε. Vocativi Ἑρμῆ, vel Dorice Ἑρμᾶ, ultima elidi non potest. ἕρμ' valet ἕρμα, ἕρματος, quod quid sit si nescias, consule lexica, et videbis quam ab hoc loco sit alienum. In B. scriptum Ἑρμῆ 'μπολαῖε. Brunck.

'Ερμ' ἐμπολαῖε vulgo, consentiente Schol. diserte. 'Ερμῆ 'μπολαῖε B. 'Ερμᾶ 'μπολαῖε Scaliger, Kusterus et Brunckius. Elm. 'Ερμῆ 'μπολαῖε Dawes. Misc. Crit. p. 244. Pors.

782. ἀποδόσθαι. Ellipsis verbi γένοιτο, inquit Schol. Extrema miseria hominis, qui optime secum putat actum, licet vilissimo pretio vendiderit filias: quin et conjugem et matrem ita cupit vendere. Berg. 'Εμαυτῷ. [Sic Bent.] Male vulgo ἐμαυτοῦ. Brunck.

783. ὤνθρωπε ex R. recepit Elm.

784. τοίνυν ἐγώ. Vulgo τοίνυν γ' ἐγώ. Insertam particulam nesciunt A. C. Brunck.

785. ἵκει. Sic A. C. vulgo ἥκει. Brunck. Ἥκει B. edd. Invernizius. ἵκει A. C. Brunckius [et Elm.], quod vulgo legitur in Lys. 87. Superius v. 707. omnes ἵξετ' habent. In v. 715. et Lys. 1077. vulgo legitur ἥκομες. Elm. Reisig. i. p. 279. comparatis similibus locis, interpungit τοῦτ' ἐκεῖν'· ἵκει πάλιν, — Dind.

786. ἄμμιν ed. 1515. Malim ἀμίν γ'. Elm.

787. σάκον. Vulgo σάκκος dicitur, per duplex κ. Attici vero, si magistris Græcis credendum, per unum κ scribunt σάκος. Phrynichus p. 42. σάκκος, Δωριεῖς διὰ τῶν δύο κκ. 'Αττικοὶ δὲ δι' ἑνός. Thomas Magister [p. 789.]: σάκος 'Αττικοὶ, δι' ἑνὸς κ. Ἕλληνες δὲ διὰ δύο. Kust.

788. Hesychius: φαντάζομαι· συκοφαντοῦμαι. Elm. Valckenarius in epist. ad Roever. p. lxxvi. (Opusc. T. i. p. 391. ed. Erfurdt.) scribebat φαντάδδομαι. Dind. Suid. φαντάζομαι. Pors. Φαντάζομαι ὑπό του. Id est, ὑπό τινος, a nescio quo. In A. C. posita Dicæopolidis persona ante τίς ὁ φαίνων. In B. ὑπὸ τοῦ, ut in impressis, Dicæopolidi tributa fuere primum, sed postea ad aliorum instar emendata fuit personarum notatio. Brunck. Brunckii personarum distinctionem et scripturam exhibuit Invern.; Elmsleius revocavit vulgatam: ME. Δικ. Δικ. φαντάζομαι. ΔΙ. ὑπὸ τοῦ; τίς ὁ φ. etc. Eandem probaverat Bent. Dind.

789. οἱ δ' ἀγορανόμοι. Male hic in edd. Aldina, Juntina, et nupera præmissum MEG. recte autem edd. Farrei et Brub. quas hic sequimur. Berg. Delenda hic persona Megarensis, et sequente versu persona Dicæopolidis. Hujus enim unius sunt omnia. δ' post οἱ insertum est tantum evitandi concursus vocalium causa, et nihil significat. Reisk. Ὦ 'γορανόμοι. In B. ὦ ἀγορανόμοι, sine elisione. In duobus aliis ἔστιν; ἀγορανόμος, vel ἀγορανόμοι. Vulgo οἱ δ' ἀγορανόμοι. Recte autem in A. B. ista ædilium compellatio Dicæopolidi continuatur. In C. vox unica ἀγορανόμοι Megarensi tributa. Similis est in personarum distinctione editionum variatio. Brunck. Dicitur ἁ 'γορανόμοι [nam sic Elm. edidit], ut οἱ τοξόται superius v. 54. Elm. Leg. οἱ 'γορανόμοι. vid. 688. et 932. Bent.

791. τί δὴ μαθών. [Vide Hermann. ad Viger. p. 760. Dind.] Sic saltem edere debebant: nam pravum est, quod vulgo legitur τιὴ μαθών. Sed alius hic est librariorum error. Scriptum oportuit τί δὴ παθών — In hac formula μαθὼν, prorsus e Comici textu expulsum velim. [Hoc quidem festinantius. V. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 348. Dind.] — φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος. Jocus latine exprimi non potest, qui consistit in ambiguitate verbi φαίνειν, *deferre*, et *lucere*. Brunck. Τιὴ μαθὼν vulgo, consentiente R. τιὴ παθὼν Scaliger. τί δὴ παθὼν Brunckius in annotationibus, quod verum videtur. Noster inferius v. 876. τί δαὶ κακὸν παθών. Vide etiam Nub. 340. 402. 1506. Vesp. 251. Pac. 701. Lys. 599. Plut. 908. Elm. Qui edidit: τί δαὶ παθὼν —

793. εἰ μὴ 'τέρωσε. Sic scriptum in tribus codd. Mallem fere εἰ μή γ' ἑτέρωσε. Brunck. Recte Ald. εἰ μὴ 'τέρωσε. Pors. Εἰ μὴ ἑτέρωσε. εἰ μὴ 'τέρωσε vulgo. εἰ μήτ' ἑτέρωσε R. εἰ μή γ' ἑτέρωσε Brunckius in annotationibus. Sententiam meam de hac re quam potero brevissime exponam. Quoties μὴ a voce excipitur cujus prima littera post quamvis fere longam vocalem elidi potest, apostrophum elisionis notam adhibendam censeo. Itaque malim μὴ 'γὼ quam μὴ ἐγὼ repræsentare, similique ratione, μὴ 'στὶ, μὴ 'χω, μὴ 'γραφον, μὴ 'ν, μὴ 'ξ, μὴ 'πί. Reliquas voces plene scripserim: ut μὴ ἀλλὰ, μὴ αὐτὸν, μὴ ἔλθοι, μὴ εὕρω, μὴ ἡμεῖς, μὴ οὐ, in quibus non elisionem sed crasin fieri existimo. Idem de ἢ ante vocalem statuendum est. Ceterum fallitur Brunckius, qui in Ran. 64. ἢ ἕτερα pro quatuor syllabis exhibet. Edd. ἢ 'τέρα habent, unde scribendum ἢ ἑτέρᾳ φράσω. Adverbium ἑτέρᾳ legitur etiam in Nub. 813. Pac. 1245. Elm. Adde Eq. 35. οὐ προσβιβάζεις μ' ἀλλ' ἑτέρᾳ πῃ σκεπτέον. Ita scribendus est iste versiculus. Adverbium θατέρᾳ, quod vulgo legitur apud Soph. Trach. 272. nostro restituendum est Vesp. 497. Eccl. 498. Id. Τρέχων. ἰὼν vulgo. τρέχων R. Noster Av. 991. οὐκ οὖν ἑτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκτρέχων. Elm.

795. ἀπέδου τὰ χοιρία. τὰ χοιρίδι' ἀπέδου vulgo. Nunquam senarium claudit vox trisyllaba quæ duas priores corripit, nisi præcedat monosyllaba: ut ἐν ἀγορᾷ superius v. 507. Eq. 1245. 1373. ὁ βασι-

λεὺς inferius v. 1184. ὁ Παφλαγὼν Eq. 136. 1392. τὸ θύριον Thesm. 27. 28. δύ' ὀβολὼ Ran. 141. τὰ τεμάχη 517. τίν' ἔχετον 1422. τὸ παράπαν Plut. 351. τὸν ἕτερον 397. τὰ μεγάλα 845. Plura exempla apud nostrum non offendi. Quod ad hunc locum attinet, scripsit poeta χοιρία, quod imperiti librarii in χοιρίδια mutarunt, ut in v. 742. factum est. Deinde mutatus est ordo verborum, ut versus numeris suis restitueretur. Elm.

797. πολλά γ' et ἀλλὰ μὲν vulgo. γ' omittit R. et μὶν pro μὲν habet. ἀλλὰ μὴν Schol. Elm. Qui edidit: κ. χ. πόλλ'. ΜΕ. ἀλλ' ἁμὶν οὐκ ἐ.

798. πολυπραγμοσύνης. Subaud. ἕνεκα, ut monet Scholiastes. Dicit autem: quoniam te minus opportune salutavi, velim ut ad me revertatur salus. De ἐς κεφαλὴν vid. Plut. 526. Berg. Νῦν. Fo. οὖν. Bent. Νυν. Male vulgo νῦν. Hic particula illa valet οὖν. Concisa formula est, quam sic supplere possis: πολυπραγμοσύνης οὖν ἕνεκεν εἰρήσθω. Brunck. — Et versum quoque lepidissimæ fabulæ tentabo, ad quem videndus Muretus V. L. xii. 4. Brunckius et Elmsleius νυν scripserunt, quod sententiam nullo modo juvat, quæ est valde impedita. Scripserim, mutata duntaxat interpunctione: πολυπραγμοσύνης. νῦν εἰς κεφαλὴν τρέποιτό μοι! DIC. *Vive valeque multum!* MEG. *Sed valere apud nos moris non est.* DIC. *Oh loquendi intemperantiam! In meum jam vertat caput formula inauspicatior!* Nihil expeditius; facetius nihil. Fr. Boissonade in Wolfii Analectis iii. p. 81. Sic tacite jam Heindorfius ad Platonis Protag. p. 575. interpunxerat. Vulgatum defendit Reisigius i. p. 267. πολυπραγμοσύνης enim si ab reliquis secernatur, articulum non recte abesse. Dind.

799. Πειρῆσθε. I. e. *tentate.* Frischlinus male *solicitamini.* Kust. Κἄνις. καὶ ἄνις. Hoc autem ex dialecto est pro ἄνευ. Brunck.

800. ἐπὶ recte exponit Schol. per μετά. Plut. 628. μεμιστυλημένοι — ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις. Berg. Hesych. et Phot. Παίειν — ἐσθίειν. Bent. Typothetæ corrige errorem [ἀλίταν]: παίειν ἐφ' ἀλὶ τὰν μάδδαν. Vide ad Eq. 707. Schol. ἐσθίειν μετὰ τῶν ἁλῶν τὸν ἄρτον, διὰ τὸ ἀπορεῖν προσφαγίου. Ut ἐρείδειν, quo utitur noster Pac. 25. ita παίειν significat συντόνως ἐσθίειν: et generatim adhibetur hoc verbum ἐπὶ πᾶν ὁτιοῦν συντόνως τις ποιεῖ, ut observat Schol. ad Chori verba supra 656. ἐς τάχος παίει. Brunck. Hesychius: παίει· τύπτει, πλήττει, κρούει, δέρει· ἢ ἐσθίει. Postremo sensu latet hoc verbum in Epicharmi fragmento apud Athen. p. 236. A. οὐ λῶντι παίων, ἀλλὰ μαστιγῶντί με. Cognatum est verbum Ionicum πατέομαι, ab Herodoto aliisque usurpatum, cujus futurum πάσομαι et aoristus ἐπασάμην nonnunquam apud Atticos scriptores inveniuntur. Elm. Μάδδαν. Perite et optimo jure Doricam formam μάδδαν e v. 697. ubi eam exhibent libri omnes scripti et impressi, huc revocavit editor e recentioribus nescio quis. Male in codd. et in primariis editt. habetur μάζαν, quod Transsilvanus fungus reposuit, hac confirmatum nota. 'Ita omnes Edd. pristinæ, non μάδδαν, quod quidem Doricum est; sed nihil temere mutandum.' Cur vero, o dulcissime, editiones veteres non adis, nisi ut pravas ex iis lectiones revoces: eisque non uteris, ubi earum ope menda sustolli poterat? Nihil adnotasti ad v. 768. cujus tamen e *Farreana* tua metrum saltem redintegrare poteras. μάζαν certo certius est hic Comicum non reliquisse: errore librariorum invectum fuit. Brunck. Τὰν μάζαν vulgo ante Portum. Vide v. 697. Elm.

801. ὤνθρωπος, et v. seq. ὡνὴρ vulgo carent articulo. Brunck. Ἄνθρωπος. ἄνθρωπος vulgo sine articulo ante Brunckium. Elm. 843. et seqq. disponuntur in 4. systemata sex versuum. Bent.

802. ἁνήρ. ἀνὴρ vulgo sine articulo ante Brunckium. Elm.

807. ὑποψωνῶν. Schol. προστιθεὶς τῇ ὀψωνίᾳ. εἰσὶ γὰρ πολλοὶ διὰ μικρᾶς προσθήκης ὠνούμενοι. Brunck. Πημανεῖται. πημανεῖ Suidas in ipsa voce. Futurum πημανούμενος passivo sensu usurpatur in Soph. Aj. 1155. neque πημαίνομαι active sumptum memini legisse, præterquam in hoc nostri loco, quem sanum esse minime crediderim. Non male legeretur πημανεῖ τις. Elm. Πημανεῖ Suid. ed. Ms. v. Pors.

808. ἐξομόρξεται. Eurip. Bacchis 344. μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. *neque exterges in me stultitiam tuam.* Synesius epist. 44. in fine: εἰ θιγγάνων ἡμῶν, ἐναπομόρξῃ τὴν προστροπήν· *nam contactu tuo affricabis nobis piaculum,* sive: *maculabis nos scelere.* Idem autem est ἐξομόργνυσθαι quod ἐκμάσσειν. Eurip. Herc. F. 1399. ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις. deinde alter: ἔκμασσε· φείδου μηδέν. Berg. Ἐξομόρξεται τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι. Schol. ἐναποψήσεται, ἐναπομάξει. ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀνέξῃ τῆς κιναιδείας Πρέπιδος. Perperam in membr. pro σοι scriptum σου. Eurip. Bac. 340. μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. Brunck. Ἐναπομόρξεται [ab Elm. receptum] Suidas in ipsa voce, probante Kustero, quam scripturam confirmant Scholiastæ verba: ἐναποψήσεται, ἐναπομάξεται. Eurip. Bacch. 341. a Brunckio laudatus:

μηδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. Elm. *'Εναπομόρξεται* Suid. in v. quod Scholiasten ex interpretatione legisse liquet. Vide Ruhnken. ad Timæi Platonic. Lex. p. 83. [ad v. *ἐξομοργνύμενος.* Dobr.] ubi in Nicephoro [schol. ad Synesium de Insomn. p. 154. A. vide ed. Petav. 1633. p. 425. Dobr.] forsan legendum ex nostro scholiaste, *ἐναπομάττειν.* Forsan et in Eurip. Bacch. 343. legendum, *οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις* (non *βακχεύεις* quod pro futuro positum satis absurde censet Cl. Vauvillerius) *δ' ἰὼν, Μηδ' ἐναπομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. ἐναπομόρξεται πρέμις* Suid. ed. Ms. Pors. *Πρέπις.* Scholiaste teste hic in scena notabatur ut *καταπύγων.* Id h. l. significare videtur eum, qui masculis ad Venerem abutitur. s. pæderasten. Atque *ἐξομόρξεται εὐρυπρωκτίαν σοι* significare potest idem quod Nubb. v. 1020. *τῆς 'Αντιμάχου καταπυγοσύνης ἀναπλήσει.* Posset autem notare Prepin, ut scortum masculum, qui, ut olim ipse muliebria passus esset, nunc alios quoque hujus flagitii participes reddere vellet, eandemque turpitudinem iis affricare. Schutz. *Πρέμις* bis Suidas in *ἐναπομόρξεται.* Elm. Ad h. v. in Bentleii notis legitur 'An *νεικῶν.*' Non intelligo. Dind.

809. *Κλεωνύμῳ.* Vid. Eq. 1289. Berg.

810. *δίει, pertransibis*, forum scilicet, vel urbem. Est 2 pers. sing. præs. indicativi, non imperativi. *εἶμι, eo*, et omnia inde composita in præsenti etiam significationem futuri habent. Kust.

811. *'Υπέρβολος.* Crebra ejus mentio. Berg. *Ξυντυχών σ' 'Υπέρβολος. ξυντυχὼν 'Υπέρβολος* vulgo. Pronomen agnoscunt R. Suidas in *'Υπέρβολον.* Elm. Ex Suid. v. *'Υπέρβολον* legend. *ξυντυχών σ'. σ'* addit Suid. ed. non Ms. v. *ὑπέρβολον.* Pors.

812. *ἂν πλήσσει* Suid. Ms. Dobr.

813. *οὐδ' ἐντυχών. ὁ δ' ἐντυχὼν* vitio typographi ed. 1498. unde *ὁ δ' ἐντυχὼν* edd. 1515. 1540. 1547. 1584. Elm.

814. *Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος.* Malim *Κρατῖνος αὖ κεκαρμένος.* Vide v. 819. Elm. *Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος* etiam alia præ se fert signa corruptelæ, quamquam ad eundem plane modum scriptus exstat apud Suidam, vol. ii. p. 584. Particulæ *ἀεὶ* enim in iambicis versibus ita tantum prima corripitur, si ipsa per se sola pedem versus cujusque implet et complectitur. Quare hoc in loco, ubi anapæstus prodit addita brevi syllaba *os*, corripi non potuit. Sed emendatio in promptu est, *Κρατῖνος ἀποκεκαρμένος* — — : ut in Thesmoph. v. 838. *σκάφιον ἀποκεκαρμένην*: Avibus 806. *σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.* Reisig. Forte legend. *ἀνακεκαρμένος.* Bent. *Κεκαρμένος* ed. Kuster. Suidas v. *μοιχός. κεκαρμένος* Suid. ed. Ms. *μοιχός.* Pors. *Κεκαρμένον* edd. vett. præter 1525. quæ *κεκραμένον* habet. *κεκαρμένος* edd. recentiores et Suidas in *μοιχός.* Elm. *Κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ.* Locum hunc egregie illustrat Hesychius v. *μιᾷ μαχαίρᾳ*, ubi inquit: *μιᾷ μαχαίρᾳ* (sic enim apud eum legendum esse pro *μιαιμάχαιραι* jam alii etiam monuerunt) *τὴν λεγομένην κῆπον κουρὰν μιᾷ μαχαίρᾳ ἐκείροντο.* Idem v. *κῆπος*: *κῆπος· εἶδος κουρᾶς παρὰ Πέρσαις, ἣν οἱ θρυπτόμενοι ἐκείροντο ὡς ἐπίπαν ἐν μιᾷ μαχαίρᾳ.* Pollux ii. 32. *ἔλεγον δέ τι οἱ κωμῳδοὶ καὶ κείρεσθαι μιᾷ μαχαίρᾳ* (sic enim in Mss. legi docti ad illum locum commentatores monuerunt: quæ lectio vulgatæ *διπλῇ μαχαίρᾳ* utique præferenda est) *ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων. τὴν δὲ μάχαιραν ταύτην καὶ ψαλίδα κεκλήκασιν.* Idem x. 140. *καὶ ψαλὶς δὲ, τῶν κουρέων σκευῶν, ἣν καὶ μίαν μάχαιραν καλοῦσι.* Fuit ergo *μία μάχαιρα* instrumentum quoddam tonsorium (secundum Pollucem *forfex*), quo homines molles et formæ studiosi tondebantur. Kust. Schol. *μοιχὸς, εἶδος καὶ ὄνομα κουρᾶς ἀπρεποῦς κιναιδώδους.* Eadem forte, vel adfinis tonsura erat, quam *κῆπον* appellabant. Photii Lex. [c. 198.] Ms. ab Hesychii interprete citatum: *μίαν μαχαίραν, τὴν ψαλίδα. 'Αριστοφάνης.* Cratinus autem, de quo hic agitur, diversus fuit a Comico poeta. Brunck. *Μία μάχαιρα* est novacula nostra, et opponitur forficibus, (quasi duobus cultris compositis) quibus barbæ tonderi, non autem radi solebant. Schutz.

815. Scholia: *ὡσεὶ ἔλεγεν· ὁ περιφόρητος 'Αρτέμων· ἀπὸ παροιμίας, ἧς μέμνηται καὶ 'Ανακρέων, ταχθείσης ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός· παρ' ὑπόνοιαν — δηλῶσαι.* Locum Anacreontis de proverbio illo non adducit Schol.; sed ille exstat apud Athenæum xii. p. 531. ubi aliter exponitur vox *περιφόρητος·* nempe ita dictum esse Artemonem, quia molliter viveret, et in lectica circumportaretur. Ejusdem Anacreontis de Artemone ibi leguntur hæc verba: *ἀρτοπώλησι — 'Αρτέμων.* Quæ verba credo simul in animo habuisse Comicum, et sic pro *περιφόρητος* dixisse *περιπόνηρος.* Berg. *'Ο περιπόνηρος 'Αρτέμων. οὐδ' ὁ περιπόνηρος 'Αρτέμων* vulgo, dactylo ante anapæstum posito, quod vidit Hermannus [de metris] p. 153. *οὐδ' ὥσπερ ὁ πονηρὸς 'Αρτέμων* Suidas in *ὄζων*, quod eodem redit. Bentleii emendationem confirmant Scholiastæ verba: *παρ' ὑπόνοιαν δὲ ἔφη τὸ 'Αρτέμων· οὐ γὰρ τοῦτον ἀλλὰ τὸν Κρατῖνον βούλεται δηλώσειν.* Hesychius: *περιπόνηρος 'Αρτέμων· παρὰ τὴν παροιμίαν τὴν Περιφόρητος 'Αρτέμων. εἰσὶ δὲ 'Αρτέμωνες*

δύο. Athenæus p. 533. E. Χαμαιλέων δ' ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ περὶ 'Ανακρέοντος, προθεὶς τὸ, Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει ὁ περιφόρητος 'Αρτέμων, τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν 'Αρτέμωνα, διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα περιφέρεσθαι, ἐπὶ κλίνης· καὶ γὰρ 'Ανακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαί φησιν, ἐν τούτοις· πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον καλύμματ' ἐσφηκωμένα, | καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ, καὶ ψιλὸν περὶ | πλευρῇσι *** βοὸς, | νεόπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπώλισι | κἀθελοπόρνοισιν ὁμιλέων, ὁ πονηρὸς 'Αρτέμων, | κίβδηλον εὑρίσκων βίον, | πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα, πολλὰ δ' ἐν τροχῷ, | πολλὰ δὲ νῶτα σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθεὶς, κόμην | πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος· | νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων, χρύσεα φορέων καθέρματα, | παῖς Κύκης, καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορέει | γυναιξὶν αὔτως * * * * In Anacreontis versibus, quæ probabiliter emendare non potui, intacta reliqui. Meminerint tirones in vocibus νεόπλυτον, ὁμιλέων, σατινέων, χρύσεα, φορέον, φορέει, crasin adhiberi. De hoc Artemone et altero juniore, qui Periclis ætate vixit, consulendus Plutarchus in Pericle [c. 27.] p. 167. B. ELM. Nescio an ex eodem Anacreontis carmine desumtus sit versus quem conservavit Ammonius in γῆμαι: καὶ θαλάμοις, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Argumentum plane simile est, nec diversum metrum, modo legas, καὶ θάλαμ', ἐν τῷ. Sed hujusmodi emendationes periculo non carent. ID. Artemo, Aristidis æqualis, machinator fuit peritissimus, et ad novas in suo genere res inveniendas callidissimus: qui, quum claudus esset, ubicunque ejus indigebant opera, advehebatur: unde factum est, ut, quorum artes, cuicuimodi essent, multis et magnis in rebus expeterentur, omninoque, qui facultate aliqua excellerunt, aut quorum naturam quam plurimi admirarentur, Græco verbo περιφόρητοι dicerentur, et tanquam proverbii loco haberetur illud περιφόρητος 'Αρτέμων: nam pueri quoque formosi, quorum multos traheret cupido, isto sunt nomine appellati. Atque ad id proverbium alludens Comicus, altero vocabulo paullum immutato, sed simili sono dicit περιπόνηρος 'Αρτέμων. germanum ad Artemonem spectare hæc non possunt: at propter copulam οὐδέ aliquis præter Cratinum signetur, necesse est. Ita versus existit, ὁ περιπόνηρος 'Αρτέμων, concinno metro, perspicuo sensu. Cratino hæc attribuuntur cum reliquis, ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικὴν, ὄζων κακὸν τῶν μασχάλων, quæ egregie isti homini conveniunt. Fidem rei facit Scholiastæ quoque annotatio, παρ' ὑπόνοιαν — δηλώσειν. REISIG. Οὐδ' ὥσπερ ὁ πονηρὸς Ms. PORS. Et ed. Med. Suidæ v. ὄζων. Porsonus delet οὐδ' apud Gaisford. ad Heph. p. 245. Οὐδ' deleverat Bent., teste Elmsleio. DOBR.

816. ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικήν. 'Græcitatis adprime gnarus Berglerus vertit *extemporaneus poeta;* melius opinor quam Brunckius, Frischlinum sequutus, *expeditus arte musica.*' Locella ad Xenoph. Ephes. p. 126. DIND. Fo. παχύς. BENT.

817. ὄζων κὰκ bis Suidas in ὄζων. ELM.

817-8. In Suida hos 2 versus præponit articulo Ms. [et ed. Med. ὄζων tantum Kusteriana. DOBR.] κὰκ Ms. [pro κακὸν et Med. bis. DOBR.] PORS.

818. πατρὸς τραγασαίου. Ludit in vocibus τράγος, hircus, et Τράγασαι· quod est nomen proprium urbis. Vide et supra 773. Vult autem eum τραγομάσχαλον dicere, quæ vox exstat in Pace 813. BERG. Allusio ad τράγον, *hircum.* Perperam in A. C. ὄζων κακῶν. BRUNCK.

819. Παύσων. Vide ad Plut. 602. BERG.

820. Λυσίστρατος. Vesp. 793. et Eq. 1064. BERG. Λυσίστρατός τ' ἐν τῇ 'γορᾷ. Sic B. C. [et Bent.] nisi quod τἀγορᾷ, ut semper, habent. Vulgo omisso articulo, et claudo versu, Λυσίστρατός τ' ἐν ἀγορᾷ. Populus Atticæ, Χόλαργος, de quo vide Meursium. BRUNCK. Λυσίστρατός τ' ἀγορᾷ edd. 1540. 1586. ELM. Qui dedit ἐν τἀγορᾷ. Sic etiam Reisig. i. p. 36. Schol. ad Vesp. 872. citat: Λυσίστρατός ἐστιν ἐν ἀγορᾷ — DIND. 'Εν τῇ 'γορᾷ Scaliger et post eum Toup. in Suid. iii. p. 140. [Vide Append. ad Toup. p. 472. Opusc. p. xci. DOBR.] PORS.

821. Citat Suidas v. περιαλουργός. Male Frischlinus: *mala profunde cogitans.* Rectius vetus Scholiastes metaphoram dicit esse sumptam a veste purpureo colore tincta, quæ ἁλουργὶς a Græcis dicitur: ut sensus sit: *malis quasi tinctus,* vel *immersus.* KUST.

823. πλεῖν. Pro πλέον Attice. Quasi dicat, eum plus quam semper esurire: mensis enim non nisi triginta dies habebat apud Atticos. BERG. Verba πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας eodem sensu comparent in Eccl. 808. Liceat mihi obiter monere, pro menstruo temporis intervallo libentius dixisse Atticos τριάκοντα ἡμέρας quam μῆνα, ut Galli hodierni pro *une semaine, deux semaines,* usurpant, *huit jours, quinze jours.* Sic σπονδὰς τριακονθημέρους dicebant, non μηνιαίους. ELM. Πλεῖν ἦλθων Suid. Ms. περιαλ. i. e. ἢ λ~. PORS.

825. ἴττω Ἡρακλῆς. De hac Thebanorum jurandi formula præclara legas a Valckenario collata ad Eurip. Phœn. 1671. BRUNCK. Inf. 875. ἴττω Ζεύς· ubi vide

notam. Berg. In unam syllabam coalescunt ω η. Sic etiam η ω in hoc Æschyli versu, Prom. 634. μή μου προκήδου μᾶσσον ἢ ὡς ἐμοὶ γλυκύ. Brunck. Ἴτθ' Ἡρακλῆς Dawes. Misc. Crit. p. 133. ἴστω γ' Suid. ed. Ms. τύλα et γα om. Pors. Male vertit Frischlinus, *callum peperit mihi hic labor.* Sensus est, *humerus mihi dolet*, ob gravitatem scilicet oneris. Sic inf. ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, *submitte humerum.* Kust. Τὸν τύλον diserte Schol. qui tamen τραχήλου τύλαν ex Teleclide allegat. Scholiasten describit Suidas in τύλα, qui τὰν τύλαν, ut vulgo, in hoc versu repræsentat, quod in v. 918. habent omnes libri ex necessitate. Pollux vii. 133. τύλη δ' ἐκαλεῖτο, ἡ ἐπὶ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀχθῶν γινομένη τριβή. Utramque formam hoc sensu agnoscit Hesychius. Masculinum τύλος, *clavus ligneus*, superius legitur v. 527. Elm.

826. Qui hic est Ismenias, inferius v. 918. Ismenichus vocatur. Elm.

827. Θείβαθεν. Pro Θήβηθεν. Berg.

828. ὀστίνοις. Subintelligendum est αὐλοῖς, ut recte monet Scholiastes. Olim enim tibiæ ex hinnulorum ossibus confici solebant; ut præter Scholiasten testatur Hesychius v. κάκτος, Plutarch. T. ii. p. 150. et 1104. d. Athenæus l. v. p. 182. e. et alii. Videndum autem annon hic potius scribendum sit ὀστεΐνοις, [Fallitur. Antiatticista Bekkeri i. p. 110, 27. ὄστινα: τὰ ὀστέϊνα. Ἀριστοφάνης. Dind.] ut apud Polluc. x. 153. qui ad locum hunc Aristophanis respexisse videtur. Est enim ab ὀστέον, οῦν. Apud Platonem etiam in Timæo p. 544. g. et 545. f. ed. Læmar. legitur ὀστεΐνην, non ὀστίνην. Suidas tamen in collectaneis suis, locum hunc citans, cum vulgatis codicibus Aristophanis etiam legit ὀστίνοις. Kust. Φυσῆτε. φυσᾶντε Suidas in πρωκτὸς, qui vulgatam habet in ὀστίνοις. Elm. Φυσῆτε. sic Suid. Ms. ὀστίνοις. Pors. Sic ed. Med. φυσᾶτε ed. Kust. Dobr. Τὸν πρωκτὸν κυνός. Habebant tibias utriculares ex pelle canina. Sed alludit ad proverbium ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾷν, quod occurrit in Ecclesiaz. 255. ut monet Schol. Berg. Cum verbis τὸν πρωκτὸν κυνὸς incipit sermo Dicæopolidis. Reisk.

829. παῦ' ἐς κόρακας legitur etiam in Av. 889. Elm. Οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν. Vesp. 454. παῖε, παῖ', ὦ Ξανθία, τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας. Hic supra 790. τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξείρξετε; Eurip. Orest. 170. οὐκ ἀφ' ἡμῶν; οὐκ ἀπ' οἴκων πάλιν ἀνὰ σὸν πόδα εἱλίξεις; Berg.

830. προσέπταν vulgo. προσέπτανθ' recte Invernizius. Elm.

831. Χαιριδῆς, Attica forma a Χαιριδεύς. Male vulgo Χαιριδεῖς. Chæridis, pravi tibicinis Thebani, discipuli, cujus meminit v. 16. Brunck. Βομβαύλιοι. Ex voce βομβυλιὸς, quod est genus apiculæ a *bombo* dictæ, in Vesp. 107. fecit βομβαύλιος, addita litera α, alludens ad vocem αὐλὸς, ut ait Scholiastes; vocem βόμβος autem de sono tibiæ usurpavit in Thesm. 1187. Berg. Hesychius: βομβαύλιος· ὁ αὐλητής· ἀπὸ τοῦ βομβεῖν. Elm.

832. νεὶ τὸν Ἰόλαον. Bœoticæ dialecti idiotismum servarunt membran. in quibus scriptum νεῖ τὸν — Vulgo νή. Bœotii η in ει vertebant. Sic Θεῖβαι pro Θῆβαι. Dialectorum discrimina parum curabant librarii, quod observavimus supra ad v. 800. Paullo supra pro Θείβαθεν, scriptum est in B. Θήβαθεν, et mox Θήβαθι. Eustathius ad Odyss. p. 1412. lin. 49. δι' ἔθους Βοιωτοῖς μηδέποτε τῷ η χρῆσθαι ἐπὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ἑκάστοτε εἰς ει δίφθογγον μετατιθέναι. Brunck. Ἐπιχαρίτως γ' ἂν — Vulgo prava collocatione, ἐπιχαρίτως ἄν γ' — In tribus codicibus particula ἂν omissa. Subauditur ἀπόλοιντο, repetendum a proximo participio ἀπολούμενοι. Id. Ἐπιχαρίτως ἄν γ' edd. ἐπιχαρίτως γ' ἂν Brunckius. ἐπιχαρίτως γ' A. B. C. R. Dictum videtur ἐπιχαρίττως [ut Elm. edidit] pro ἐπιχαρίστως, ut ἴττω pro ἴστω. Vide v. 849. Elm. Scholia: κεχαρισμένως καὶ κεχαριτωμένως ἡμῖν ἀπόλοιντ' ἄν. Berg.

833. φυσᾶντες. In membr. φυσῶντες, neglecto dialecti idiotismo, quem duo alii juxta impressos exhibent. Brunck.

834. τἄνθεια. Sic optime B. In A. C. τάνθεα, omissa in omnibus copula, quam inepte præpositam exhibent impressi. Brunck. Τᾶς γλάχωνος. Scholia: ἐβάσταζε γὰρ φορτίον τῆς γλάχωνος. Berg. Ἀπέκιξαν. De hac voce vide Bisetum. Kust. Huc respexit Hesychius, apud quem male scriptum ἀπέκειξαν, ἀποπεσεῖν φυσῶντες ἐποίησαν. Simmias Rhodius in Ovo: τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς ἔκιξε κᾶρυξ. Brunck. Ἀπέκειξαν [quod Elm. recepit] edd. 1607. 1625. 1670. quibuscum facit Hesychius a Brunckio indicatus: ἀπέκειξαν — ἐποίησαν. Elm. Χαμαί. In membr. χαμούς. Forte est e dialecto χαμοῦς, adverbium genitivi forma, a χαμὼ *humus*: χαμοῦς *humi*. Hoc alii viderint. Brunck.

835. τῶν ἐγὼ φέρω. Articulus præpositivus τῶν hic positus pro ὧν, quod exemplum obmoveri non debet iis quæ dixi ad Conc. 275. Est enim hoc in Bœotii ore. Brunck. Malim τῶν ἰὼ φέρω. Elm.

836. ὀρταλίχων. Gallos gallinaceos ita vocant Bœotii, ut ait Scholiastes. Apud Athenæum exstat Strattidis locus de The-

banorum lingua, l. xiv. p. 621. ubi inter alia dicitur eos nominare τὸν ἀλεκτρυόνα, ὀρτάλιχον. Occurrit apud Æschyl. Agam. 54. BERG. Τετραπτερυλλίδων. Id est *locustarum;* quæ sic dictæ fuerunt a quatuor alis, quibus instructæ erant. Iis autem Græcos olim vesci solitos fuisse, ex hoc loco Aristophanis constat. Sed de esu locustarum, apud varias gentes olim recepto, plura collegit vir immensæ doctrinæ Sam. Bochartus Hierozoic. part. ii. l. iv. c. 7. ubi et loci hujus mentionem fecit. KUST. Ὀρτάλιχοι et τετραπτερυλλίδες manifesto sunt aves et quadrupedes. Gallos gallinaceos et locustas vel cicadas hic intelligi falso existimant interpretes. ELM.

837. κολλικοφάγε Βοιωτίδιον. κόλλιξ erat genus panis rotundi, apud Bœotos olim usitati; unde κολλικοφάγοι hic a Comico dicuntur. Galenus in Glossar. Hippocrat. [p. 504. ed. Franz.] κόλλικας τοὺς τροχίσκους. καὶ τὸ ἐν Ἀχαρνεῦσι, κολλικοφάγε Βοιώτιε, ἐπὶ τῶν σμικρῶν ἀρτίσκων εἴρηται. Citant præterea locum hunc Comici nostri Athen. iii. c. 28. p. 112. et Stephanus Byzantius v. Βοιωτία: ille quidem vocis κολλικοφάγος gratia; hic vero propter vocem Βοιωτίδιον. KUST. Erotianus [p. 202.]: κόλλικες· ἀρτίσκων εἶδος, ὡς πλακούντων, ὧν καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι μέμνηται, λέγων· ὦ χαῖρε κολλικοφάγε. τινὲς δὲ τὰ ἰτρία ἐνόμισαν. Hunc versum allegant Athenæus p. 112. F. et Stephanus Byzantinus in Βοιωτία. Observatu dignum est κολλικοφάγε Βοιωτίδιον, ut τέκνον φίλε. ELM.

838. Ἀγαθὰ apud Græcos interdum pro apparatu lautiorum ciborum accipitur, ut hoc loco. Athen. l. i. p. 12. A. τράπεζαι κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν, κατὰ Ἀνακρέοντα. Sic Eccles. 833. ὡς αἱ τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενασμέναι | ἀγαθῶν ἁπάντων. Pari sensu vox *bona* apud Latinos interdum accipitur: ut apud Plaut. act. ii. sc. viii. v. 34. ' ut mihi bona multa faciam.' Id est, genio indulgebo, et cuticulam curabo. Idem significat *res bonæ* apud Cornel. Nep. in Agesilao cap. ult. et *suaves res* apud Hor. l. ii. Sat. viii. v. 92. KUST. Ὅσ' ἐστὶν ἀγαθά. Sic membr. Duo alii, ut vulgo, ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ, quod non minus bonum est. Vide ad Pl. 885. Eq. 1131. Si e librorum numero æstimanda sit lectio, hæc utique retinenda erat. Alteram ut faciliorem prætuli. Vulgata forte doctior videbitur, quam ut librariis tribui debuerit. BRUNCK. Ὅσ' ἔστ' ἂν B. C. edd. solœce. [Idem judicaverat Porson. Adversar. p. 225. Defendi posse putat Hermannus ad Vigor. p. 819. DIND.] ὅσ' ἐστὶν A. R. Brunckius. Verum non abest suspicio a poetæ manu profectum esse: ὅσ' ἔστ' ἀγάθ' ἔν γε Βοιωτοῖς ἁπλῶς. Non bene desideratur præpositio. ELM.

839. γλαχώ. Malim γλάχω [Cf. Buttmanni Gr. Gr. T. i. p. 214. DIND.] penacute, ut talis sit accusativus quales sunt εἰκῶ, βελτίω. ELM. Ψιάθως. ψιάθους vulgo ante Brunckium. ID. Doricas formas v. 839, 840. reposuerat Bent.

840. Citat hunc locum Athenæus l. ix. c. 12. p. 395. [Athenæi verba sunt: ἐν δ' Ἀχαρνεῦσι καὶ ὡς πλεοναζόντων αὐτῶν (τῶν ἀτταγῶν) ἐν Μεγαρικῇ (μνημονεύει). Sic Casaubonus Not. T. v. p. 136. Athenæum memoriæ errore scripsisse censet, quum vellet Βοιωτικῇ. [Sic et Pors.] Sed Megarensi hæc etiam a Schol. ad v. 839. tribui monuit Gallicus Athenæi interpres, Villebrune. Scilicet in mente habuerunt Grammatici quæ v. 694. sqq. acta sunt. DIND.] Similis locus est infra in Pace 1003. κἀκ Βοιωτῶν γε φέροντας ἰδεῖν χῆνας, νήττας, φάττας, τροχίλους. KUST. Κολοιὼς, τροχίλως, κολύμβως. Doricam formam reposui, quam in istis nominibus obliteraverant stolidi librarii, licet eam mox servarint in ἐχίνως, αἰελούρως. BRUNCK. Κολοιοὺς, τροχίλους, κολύμβους vulgo ante Brunckium, consentiente Athenæo p. 395. F. Hesychius: κόλυμβοι· αἱ κολυμβάδες τὰ ὄρνεα, ἢ ζωύφια ἐν κολυμβήθραις. ELM.

842. Suidas: ὀρνιθίας χειμὼν παρὰ Ἀριστοφάνει. ὁ σφοδρὸς χειμὼν, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα διαφθείρεται. καὶ ἄνεμος ὀρνιθίας, ὁ αὐτὸς, ἤτοι ψυχρὸς, ὁ ἐπὶ γῆν τὰ ὄρνεα στρωννὺς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς. BRUNCK.

844. Vulgo sic legitur hic versus: σκάλωπας, ἐχίνως, αἰλούρως, πυκτίδας. Quibus verbis nullam inesse iambici metri formam Kusterus quidem animadvertit, sed nullibi se turpius, quam hic, dedit. En ejus notam: ' Metrum manifesto luxatum est, quod integritati suæ restituetur, si transpositis duabus illis vocibus ἐχίνως et αἰλούρως versus hic ita legatur: σκάλωπας, αἰλούρως, ἐχίνως, πυκτίδας. Ceterum ad hunc locum videtur respexisse Etymologus v. σκάλοψ, ubi scribitur σκάλοπας per ο: sed quam lectionem ratio versus hic non patitur.' Itane, o bone? at vero patiturne ratio linguæ, ut σκάλωπας scribatur per ω? Recte Etymologus: σκάλοψ, ὁ σπάλαξ λέγεται παρ' Ἀττικοῖς· καὶ λέγει Νικοκλῆς σκάλοπας, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει. Suidas itidem: σκάλοπας, μύας τινὰς, οὓς φαμὲν ἀσπάλακας. Hesychius: σκάλοψ, ἀσπάλαξ, ζῶον γεωρύχον, τυφλόν. Nullibi exstat σκάλωπας, nisi in mendosa Aristophanis editione, quam alias res plerumque agens, et nulla adhibita crisi expressisti. Potius quam conjiciendo te cruciares, quidni primarias illas consulebas editiones, quarum ad fidem tuam te recensuisse jac-

titas? Septem primæ sinceram lectionem exhibent: σκάλοπας, ἐχίνως, αἰελούρως, πυκτίδας. Eadem est signate exarata in tribus codd. nisi quod A. C. habent πικτίδας. Primus in hunc versum mendam intulit Frobenius, αἰελούρως in αἰλούρως mutando: alii deinceps corruptelam tetriorem fecere. Quid vero de Bergleri stoliditate dicas, qui sicco pede hunc locum transgressus est? Satis diligenter Kusteri textum ad Farrei editionem contulisse videtur, nec eum latuit diversa hujus versus scriptura. Sed quid prosunt libri veteres, scripti, impressi, nisi quis sciat eis uti? Nonne de his etiam vere dici potest, quod Terentius de Fortunæ bonis? 'Atque hæc perinde sunt ut illius animus, qui ea possidet.' Vide omnino Piersonum ad Mœridis observationem: αἰέλουρος, Ἀττικῶς· αἴλουρος, Ἑλληνικῶς. Quod in egregia nota ait eruditus Batavus, magnam esse in nostro versu lectionum diversitatem, αἰλούρως, αἰαλούρως, αἰελούρως, id e Dawesio tanquam verum imprudens adsumsit. Ostendi unanimem esse veterum librorum consensum: nec pro variis lectionibus obtrudi debent typographorum errores. In Aldina scholiorum editione σκάλοπας recte excusum, cujus vice Fracinus σκάλωπας dedit, licet in textu σκάλοπας exhibuisset. Est hoc etiam nihil aliud, quam typographica menda, quæ per alias scholiorum editiones propagata fuit, demumque corrumpendo textui ansam dedit. Brunck. Σκάλωπας vitio typographi edd. 1525. 1547. in schol. tantum, unde in contextum receperunt Portus et sequentes ante Brunckium. Hesychius: σκάλοψ· σκαλοπέτα, ἀσπάλαξ, ζῷον γεωρύχον τυφλόν. Elm. Ald. αἰελούρως. Bent. Αἰολούρως Dawes. Misc. Crit. p. 261. Pors. Αἰλούρως edd. 1547. 1607. Kusterus. αἰαλούρως edd. 1625. 1670. Elm. Πικτίδας A. C. De hoc animale altum apud grammaticos est silentium. Elm.

845. ἐνύδρως. Male vulgo ἐνύδρους. Brunck. Ἰκτίδας, ἐνύδριας. ἰκτίδας ἐνύδρους vulgo. ἰκτῖδας ἐνύδρως Brunckius. Festive vertit Frischlinus: *pluviales ictidas.* ἰκτίδας, ἐνύδρεις optime Scaliger. Metri gratia dedi ἐνύδριας, quæ forma Βοιωτιάζοντι accommodatior est. Est autem ἔνυδρις, sive ἐνυδρὶς (accentus enim incertus est) Latinis *Lutra*, nostratibus *an Otter.* Hesychius: ἔννδρος (sic)· ζῷον ποτάμιον ἀμφίβιον ὅμοιον κάστορι. Ad hanc pertinere videntur Scholiastæ verba a Suida descripta: ἴκτιδας (sic)· εἶδος ζῴου, ὡς οἱ κάστορες· ἢ ἔννδρον· ἔστι δὲ ἰχθυοφάγον. Legerim: ἔστι δὲ ἔνυδρον καὶ ἰχθυοφάγον. Ἰκτὶς autem, sive ἴκτις, mustelæ genus est. *Viverram* vocant interpretes. Elm. Ἐγχέλεις. Malim ἐγχέλεας, ut ἐνύδριας. Id. Κωπαΐδας. A lacu Bœotiæ. Berg.

848. Parodia versus Æschyli in *Armorum Judicio*, quem profert Scholiastes: δέσποινα πεντήκοντα Νηρῄδων χοροῦ. Brunck. Πρέσβειρα. Hesychius: πρέσβειρα· προτιμητή, ἀρχηγέτις. Vide Lys. 86. Elm. Κωπαΐδων κορᾶν. Anguillas lacus Copaidis Aristophanes hic lepide vocat κόρας Κωπαΐδας: eodem scilicet sensu, quo Eubulus apud Athen. l. vii. c. 13. p. 300. easdem appellat παρθένους Βοιωτίας Κωπαΐδος, *virgines Bœotiæ Copaidis.* Huc etiam spectat, quod apua Phalerica ab eodem Eubulo apud Athen. l. iii. p. 108. b. dicatur Φαληρὶς κόρη. Kust. Facete de anguillis quasi de Nereidibus loquitur Eurip. in Iph. T. 427. ὅπου πεντήκοντα κορᾶν τῶν Νηρῄδων χοροί. Sic etiam Lysistr. 703. de anguilla loquitur quasi de puella: ἑταῖραν ἐκάλεσ' ἐκ γειτόνων παῖδα χρηστὴν καμπητὴν ἐκ Βοιωτῶν ἔγχελυν. Berg. Κωπᾴδων. Κωπαΐδων vulgo, et Κωπαΐδ' inferius v. 926. In hujusmodi vocibus vel produci debet vocalis ante ι, vel crasis adhiberi. Noster Pac. 1005. καὶ Κωπᾴδων ἐλθεῖν σπυρίδας. Apud Soph. Trach. 74. 237. 401. pro Εὐβοΐδα, Εὐβοΐς, reponi debet Εὐβῷδα, Εὐβωΐς. [Cf. Elm. ad Eurip. Heraclid. v. 84. Dind.] Geminatum ἰῶτα nunquam usurpant Attici, nisi utrumque extra diphthongum sit, ut in Διΐ, περίιθι. Elm.

849. ἔκβαθι τᾳδε, — τῷδε vulgo, ad τῷ ξένῳ relatum, accedente Invernizio. τῶνδε A. τῶδε (τῶ σπυριδίω scilicet) Brunckius. Dedi τᾳδε Doricum pro δεῦρο. Sappho: ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ', αἴποκα κατέρωτα. Elm. De particula τυΐδε egregie meritus est laudatissimus Valcken. l. c. [in epistola ad Roever.] p. 32. Hæc restituenda videtur Aristophani in Acharn. ubi ex sua dialecto Bœotus: ἔκβαθι τῷδε κήπιχαρίττευ τῷ ξένῳ. Si τῷδε τῷ ξένῳ jungi voluisset Comicus, quod facit in versione *huic hospiti* Interpres, alia collocatione usus fuisset: nunc scripserim ἔκβαθι τυΐδε, *exi huc;* nisi simplicius legendum videatur ἔκβαθι τῶδε, eadem sententia; videlicet Dorice pro ὧδε. Kœn. ad Gregor. Cor. p. 396. Κήπιχαρίττα. Plene καὶ ἐπιχαρίττα. Auctor Etymol. M. p. 367. l. 19. ἐπιχαρίττα, ἀντὶ τοῦ ἐπιχαρίζου, Βοιωτικῶς, παρὰ Ἀριστοφάνει. Imperativus verbi ἐπιχαρίττομαι Doriensibus est ἐπιχαρίττω. ω in α mutatur, quod Æoliis solemne est, ἐπιχαρίττα. Sic supra 833. φυσᾶντες pro φυσῶντες, et apud Theocritum ἐπάξα, pro ἐπάξω. χᾶ σύριγξ εὑρῶτι

παλύνεται, ἄν ποκ' ἐπάξα. Mox v. 877. ἧρα, pro ἥρω. In membr. aliter scriptum et distinctum: ἔκβαθι τῶνδε. κῆπιχαρίττα — quod vero proximum est. Scripserat Comicus, ἔκβαθι τῶδε. Scilicet σπυριδίου. δεικτικῶς. Vel ἔκβαθι τᾶσδε, nempe σπυρίδος. In Pac. 1005. καὶ Κωπαΐδων ἐλθεῖν σπυρίδας. Sed verum est prius τῶδε in genitivo. Brunck. Κῆπιχάριττα antepenacute vulgo ante Brunckium. Verbum esse videtur, neque tamen Etymologo assentiri possum, qui pro κἀπιχαρίζου dictum putat. Elm. Corruptissimum illud κῆπιχάριττα sic forte restituetur: ἔκβαθι τῷδε, κῆτι χαρίττευ τῷ ξένῳ. κῆτι pro καὶ ἔτι, ut κῆφα Doricum, pro καὶ ἔφη, κὴκ pro καὶ ἐκ, monente Corintho. χαρίττευ itidem ex dialecto, vice communis χαρίζου. χαρίζεσθαι, ut notum, puella dicitur, quæ amatori *sui facit copiam*: hoc ille satis ridicule ad anguillam esui præparandam comedendamque transtulit, dum in oratione pergit figurata. E. H. van Eldik. in Suspic. specim. p. 19. Bene Eldikius mutat verbi terminationem κῆπιχαρίττευ τῷ ξ. i. e. καὶ ἐπιχαρίζου. Nihil præterea mutandum. Kœn. ad Gregor. Cor. p. 202. Fo. κῆπιχάριτα. vid. 832. Bent.

851. τρυγῳδικοῖς. Perperam in membr. τραγῳδικοῖς. Brunck.

852. Μορύχῳ. Ex hoc loco male intellecto, tragicum poetam fuisse Morychum temere statuit Scholiastes: quasi dixisset comicus: φίλη μὲν κωμῳδοῖς, φίλη δὲ τραγῳδοῖς. Præter nostrum Vesp. 506. 1142. Pac. 1008. audiendus de eo Plato comicus εἰρωνευόμενος apud Schol. ad Nub. 109. ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, | καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας, | οἳ ζῆτε τερπνὸν οὐδὲν ἐνθυμούμενοι. Quod tradit Schol. ad v. 61. hujus fabulæ, eum ex numero legatorum ad regem Persarum fuisse, quos deridet poeta, unde hauserit plane nescio. Elm. V. Ruhnken. ad Timæum p. 183. Dind. Athenæus p. 297. d. φησὶ γοῦν Ἀγαθαρχίδης ἐν ἕκτῃ Εὐρωπιακῶν, τὰς ὑπερφυεῖς τῶν Κωπαΐδων ἐγχέλεων, ἱερείων τρόπον στεφανοῦντας καὶ κατευχομένους, οὐλάς τε ἐπιβάλλοντας, θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς Βοιωτοὺς καὶ πρὸς τὸν ξένον τὸν διαποροῦντα τὸ τοῦ ἔθους (γένους vulgo) παράδοξον, καὶ πυνθανόμενον, ἓν μόνον εἰδέναι φῆσαι τὸν Βοιωτὸν, φάσκειν τε ὅτι δεῖ τηρεῖν τὰ προγονικὰ νόμιμα, καὶ ὅτι μὴ καθήκει τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίζεσθαι. Elm.

853. Adducitur hic locus a Polluce x. 94. et quidem vocis ῥιπὶς gratia. Ceterum quam ἐσχάραν hic vocat Aristophanes, Latini appellant *focum* vel *foculum*. Vide Casaub. ad Athen. l. i. cap. 6. Kust. Vocem ῥιπίδα hinc allegat Pollux x. 94. Usurpatur etiam v. 641. Elm.

854. τὴν ἀρίστην. Confer Lys. 700. ubi anguillam Copaidem mulier παῖδα χρηστὴν κἀγαπητὴν appellat. Hunc versum citat Athenæus p. 299. b. ubi pro ἀρίστην habet κρατίστην, et sic ex eo Eustathius p. 1240. l. 19. [et Grammaticus Hermanni p. 321. Dind.] Brunck.

855. ἥκουσαν ἕκτῳ μόλις ἔτει ποθουμένην. Rursus his versibus Aristophanes indicat, quo tempore prodierit drama Ἀχαρνῆς. Nam Copais lacus, unde anguillæ laudatæ afferebantur Athenas, erat in Bœotia. Bœoti vero cum Peloponnesiis conjurati bellum gerebant cum Atheniensibus. Ideo non viderant Copaidas anguillas Athenienses a sex annis, interrupto inter eos et Bœotos commercio. Nam bellum jam in sextum usque annum Euthydemo Archonte duraverat, ut dictum est. Palmer. Supra 254. ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον. Berg.

856. ὦ τέκν'. Ita ed. Farrei. Aldina, Juntina et nupera ὦ τέν' vitiose. Brubachii ὦ τᾶν. Berg. Ὦ τὰν probabat Reisk. Dind. Ald. τέν'. Alii τέκ'. Leg. τέκν'. Bent. ὦ τεν' vitium typographicum ed. Aldinæ plerasque veteres invasit. Recte scriptum in edd. 1538. 1600. Elm.

858. Parodia ex Euripidis Alcestide, ubi v. 374. Admetus uxori hæc ait: μηδὲ γὰρ θανών ποτε | σοῦ χωρὶς εἴην, τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί. Brunck.

859. χωρισθείην Suid. Ms. ἐντετ. Pors. Ut ed. Med. (certe σθ.) Pors. Ἐντετευτλανωμένης. Athenæus p. 300. b. ὅτι δ' ἤσθιον τὰς ἐγχέλεις καὶ μετὰ τεύτλων ἐντυλίξαντες, πολὺ μέν ἐστι καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. Horum χρήσεις aliquot profert, inter quas hæc est Eubuli in Ione: αἵ τε λιμνοσώματοι Βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις θεαὶ, τεῦτλ' ἀμπεχόμεναι. Brunck. Græci olim anguillas betæ foliis involvere solebant, quod ἐντευτλανοῦν Aristophanes hic vocat. Kust. Non necesse est ἐντευτλανοῦν vertere *betis involvere*. ἐγχελὺς ἐντετευτλανωμένη est anguilla cum betis cocta. Suidas: Ἐντετευτλανωμένης· μετὰ τεύτλων ἑψηθείσης. Μετὰ γὰρ τεύτλων ἤσθιον τὰς ἐγχέλεις· λέγονται γὰρ τεύτλοις συνεψόμεναι ἥδισται εἶναι. Ἀριστοφάνης· Μηδὲ γὰρ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης. Schutz.

860. πεῖ γενήσεται; Sic scribendum e dialecto. πεῖ pro πῆ, ut supra v. 832. νεὶ pro νή. In membr. scriptum παῖ. Brunck. Πᾶ. πᾶ vulgo. παῖ A. R. quod Invernizius pro vocativo, *puer*, accipit. πεῖ perperam Brunckius. Elm.

862. ἰώνγα. Vulgo ἰώγα. In membr. ἰώγε. Bœoticum est ἰώνγα. Corinna Bœotia in fragmento quod exhibent Excerpta Vossiana ex Apollonii Dyscoli Grammatica [p. 325. ed. Bekker.]: μέμφομαι δὲ καὶ λιγουρὰν Μυρτίδα ἰώνγα, ὅτι βάνα φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. Brunck. Hesychius: ἰώγα· ἔγωγε· Βοιωτοί. Elm. Qui ἰώγα revocavit.

863. ἐνθένδ' ἐκεῖσ.' Sic bene distinctæ voces in C. Male vulgo ἐνθένδε κεῖσ'. — ἄξεις ἰών. Sic duo codd. ut impressi. At in B. diversa lectio est haud invenusta. Atheniensis sermo desinit in ἄξεις. Tum Bœotius infit: ἰώ; ὅ τι γ' ἔστ' Ἀθάναις —Brunck. Codicis B. scripturam recepit Elmsleius, qui monet utramque lectionem a Scholiasta memorari. Dind.

864. Ἀθάνασ'. Ἀθάναις vulgo, ubi præpositio minus recte omittitur. Vestigia veræ scripturæ servat Schol. qui Ἀθάνας habet. Elm. Ἐν Βοιωτοῖσι vulgo ante Kusterum. Id.

865. ἀφύας Φαληρικάς. Matron apud Athen. l. iv. c. 5. p. 135. a. in descriptione lautioris cœnæ mentionem etiam facit Φαληρικῆς ἀφύης. Kust.

867. παρ' ἁμί. παρ' ἁμῖν vulgo. Elm. Μὴ 'στὶ Vat. Kusterus [e cod. Palat., et Bentleius,] et Brunckius. Verbum substantivum vulgo desideratur. Elm.

868. Noster Vesp. 856. κάλλιστα τοίνυν· πάντα γὰρ πάρεστι νῷν. Elm. qui versum sic distinxit: ἐγῶδα τοίνυν· συκ. etc. Vulgari interpunctione ἐγῶδα· τοίνυν σ. ἑ. utitur Lobeckius ad Phrynich. p. 342. ut ostendat τοίνυν initio orationis poni. Quod vereor ne a vett. scriptoribus alienum sit. Dind.

869. νὴ τὼ σιώ. Pro νὴ τὼ θεώ. Jurat per Amphionem et Zethum tanquam Thebanus. Cum Lacon aliquis aut Lacæna jurat ναὶ τὼ σιώ, ut in Pace 214. et in Lysistr. 86. intelligit Castorem et Pollucem. Atticæ fœminæ si jurent μὰ τὼ θεώ, ut in Eccles. 155. intelligitur Ceres et Proserpina. Berg. Νεὶ τὼ σιώ. Hoc rursus e membr. in quibus νεῖ. Vulgo νή. Brunck.

871. ἆπερ. Ita recte Aldina et Farrei. Nupera ἅπερ. Berg. Ἀλιτρίας πολλὰς vulgo ante Brunckium. Nescio an huc respexerit Hesychius inter ἀλᾶτο et ἀλαυρίδας: ἀλατρίας· ἁμαρτωλίας. Elm. Πολλᾶς jam in Bergleri editione legitur et voluerat etiam Bent. Dind.] Πλέον Brunckius. πλέων pro participio accepisse videntur librarii. Recte interpretatur Frischlinus.] *Multis referta flagitiis et fraudibus.* Brunckius: *tanquam simium flagitiis multis plenum.*] Elm. Qui πλέων revocavit.

872. Ὁδί. Sic Suid. Ms. μικρός. Pors. Ed. Med. ὅδε. Dobr. Νίκαρχος φανῶν. Scholia: ὁ Νίκαρχος κωμῳδεῖται ὡς συκοφάντης. φανῶν δὲ ἀντὶ τοῦ κατηγορήσων. Berg.

873. μικκός γα. Pro μικρός γε. Berg. Οὗτος duplicat Suid. Ms. [ibid. Tum ἀλλὰ πᾶν ed. Med. Dobr.] Pors. Ἀλλ' ἅπαν κακόν. [Cf. Valckenar. ad Theocrit. Adon. p. 416. Dind.]

874. τῶδ' ἐμοῦς. Vulgo τῶδ' ἐμὰ, quod valet *mei mea*, et insulsum est. τοῦδε adhibetur δεικτικῶς pro hujus hominis, id est, *mei*. Si pronomen addatur, personale esse debet, non possessivum. ἐμοῦς ex dialecto est, quod quum quid esset librarii ignorarent, imperite mutarunt in ἐμά. Paulo plus sapere sibi visus est librarius cod. C. qui scripsit τώδ' ἐμά. Ad quæstionem τίνος ἐστὶ τὰ φορτία; respondere debuit, τοῦδε, ὃν ὁρᾷς, ἐμοῦ. Vel concise et ex usu suo loquendi τῶδ' ἐμοῦς: quo refertur id quod proximo versu regerit Sycophanta ἐγὼ τοίνυν ὁδί. Sic enim scriptum est in tribus codd. Vulgo τοίνυν γ' ὁδί. Brunck. Τῶδ' ἐμά. τῷδ' ἐμὰ edd. τῶδ' ἐμὰ A. B. Kusterus. τώδ' ἐμὰ C. τῶδ' ἐμοῦς Brunckius. Sic ἦδ' ἐγὼ Lys. 94. Nullus dubito quin sub ἐμὰ lateat Dorica forma genitivi ἐμοῦ, tam in hoc versu quam in 740. Donec vero res ad liquidum perducta sit, nolim receptam scripturam cum Brunckio mutare. Magnum corruptelæ locum dederunt pronominum formæ Doricæ. In Lys. 998. ante Brunckium legebatur: ἀπὸ Πᾶνος. οὐκ· ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἰῶ Λαμπιτώ. Is ἀλλ' ejecit, et οἰῶ mutavit in οἷα, *sola*. Ni magnopere fallor, scribendum: οὐκ· ἀλλ' ἆρχεν οἴο Λαμπιτώ. et v. sequente, ἔπειτα τἆλλαι. Vide ejusdem fabulæ v. 81. 156. 1256. Elm.

875. Θείβαθεν. Sic etiam hic in membr. recte scriptum. Supra 827. dant Θείαθεν, ut C. qui hic habet Θήβαθεν, ut B. Mira in observandis dialectorum proprietatibus librariorum negligentia. Brunck. Ἴττω Ζεύς. Pro ἴστω Ζεύς. *Sciat hoc Jupiter*, vel *Jovem testor*. Erat nimirum formula hæc jurisjurandi apud Bœotos olim usitata. Kust. Soph. Trachin. 403. et Eurip. Iph. T. 1077. ἴστω μέγας Ζεύς. Berg. Ἴττω Ζεὺς vulgo. ἴττω Δεὺς [quod Elmsl. recepit] scholiorum ed. Aldina. Hesychius: Δεύς· Ζεύς. Plato Phædone p. 47. c. [p. 25. ed. Heindorf.] καὶ ὁ Κέβης, ἠρέμα ἐπιγελάσας, ἴττω Ζεὺς, ἔφη, τῇ αὐτοῦ φωνῇ εἰπών. Idem epist. p. 1290. c. ἴττω Ζεὺς, φησὶν ὁ Θηβαῖος. Hæc loca indicavit Kusterus. τοίνυν γ' ὁδὶ edd. τοίνυν ὁδὶ A. B. C. Brunckius. Elm.

876 τί δαὶ κακὸν παθών. Sic excudi

debuit, ut in apographo scripseram, quod male expressit typotheta [qui καὶ dedit]. Brunck. Parum dubito quin scripserit poeta: φαίνω πολέμια ταυταγί. τί δαὶ παθών. Valde interpolatorem sapit istud κακόν. Elm. Vereor ne scribendum sit τί δέ. Hermann. ad Viger. p. 848. Occupavit Bent. Dind.

877. ὀρναπετίοισι. Scholia: ἀντὶ τοῦ ὀρνέοις. ὡς ἐπὶ ἐθνῶν δὲ λέγει. ἦρω autem ab αἴρομαι. Berg. Πόλεμον ἦρα. Sic perspicue membran. et hæc est genuina lectio. Vulgo ἦρω. Vide not. ad. v. 849. Brunck. Ἧρα. ἦρω edd. vet. ἤρω recentiores. ἦρα A. Brunckius. Dorienses scilicet αο in terminationibus verborum in α longum contrahunt: ut διαπεινᾶμες superius v. 716. φυσᾶντες 833. unde pro ἐῶντι malim ἐᾶντι Lys. 1005. Elm. Ὀπτᾶντες habet Epicharmus apud Athen. p. 309. f. ἀσάμενοι Alcæus p. 430. b. quod male, meo quidem judicio, in ἀσώμενοι mutatum voluit Bentleius ad Horat. Carm. iii. 2. 1. Id.

878. ἀδικείμενος pro ἠδικημένος Bœotice dictum statuunt grammatici: quod si verum est, eodem jure pro αὐληταὶ v. 827. et γενήσεται v. 860. scribendum erit αὐλειταὶ et γενείσεται. Aliquanto numerosius esset ἀδικείμενος prima brevi, pro ἀδικούμενος, si modo constaret eam participii formam in hujusmodi verbis a Bœotis usurpatam esse. Non longe dissimilia sunt διvῆντες, (fortasse δίνηντες,) quod habet Sappho apud Dionysium Halic. de Comp. Verb. p. 177. et φορήμεθα in Alcæi fragmento apud Heraclidem Ponticum in Opusc. Mythol. Galei. p. 413. Elm.

879. φάσω edd. vett. Elm.

880. πολεμίων εἰσάγεις. Particulam γε inserunt A. B. [R. et recepit Elm.] Brunck. Θρυαλλίδα. θρυαλλίδας vulgo. θρυαλλίδα Suidas in θρυαλλίς. Elm.

881. δῆτα διὰ θρυαλλίδας. In A. C. media præpositio omissa est cum versus labe. Eam exhibet B. Sitne a Comici manu, an ab aliquo librario inserta fuerit fulciendo versui, non decernam. Profecto plus salis haberet hic locus, si legeretur: ἔπειτα φαίνεις δῆτα τὰς θρυαλλίδας; Sic, ut solet, luderet in ambiguitate verbi φαίνειν, qui jocus Latine non potest exprimi. *Itane vero φαίνεις ellychnia, quorum ipsorum τὸ φαίνειν proprium est?* τὰς excidere potuit propter affinitatem præcedentis syllabæ. Brunck. Quod Brunckio placebat: ἔπειτα φαίνεις δῆτα τὰς θρυαλλίδας, prætulerim, potius quia φαίνεις τὰς θρυαλλίδας melius quam φαίνεις διὰ θρυαλλίδας Nicarchi responsioni, quæ sequitur, convenire videtur. Immo forsan aptius etiam esset ἔπειτα φαίνεις διὰ τί τὰς θρυαλλίδας; Schutz. Διὰ θρυαλλίδος Bentleius. Versus in R. desideratur. τὰς θρυαλλίδας conjicit Brunckius, unde feci καὶ θρυαλλίδα. Elm.

882. αὕτη γὰρ ἐμπρήσειεν ἂν τὸ νεώριον. Huc respexit Alciphron in epist. Bacchidis ad Myrrinam p. 371. ed. Genev. in fol. ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν, ἢ τοὺς νόμους καταλύουσαν. Kust. Eurip. Inone: μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας πρήσειεν ἄν τις. Berg. Τὸν νεώριον. τὸ vel casu vel consilio omittit Berglerus ad Alciphron. i. 32. p. 135. ἐμπρήσαιεν Suid. ed. Ms. νεώριον. Pors.

883. Malim, deleta Nicarchi persona: νεώριον θρυαλλίς; οἴμοι, τίνι τρόπῳ; Superius v. 565. οἴμοι in οἶμαι mutarunt librarii. Οἴμοι hic indignantis est, ut in Eq. 183. οἴμοι, τί ποτ' ἔσθ', ὅτι σαυτὸν οὐ φῂς ἄξιον; Elm.

884. Citat Suidas v. νεώριον. Locum autem hunc cum verteret Frischlinus, aliud egisse videtur. Neque enim τίφην hic significat *frumentum*, sed animalculum quoddam volucre, e scarabæorum genere, ut explicat Scholiastes, et ex eo Suidas, neque ἅψας hic notat *apprehensum*, sed *postquam accendit*, vel *accensum*. Kust. Εἰς τίφην. ἐς σίλφην ex glossemate Suidas in θρυαλλὶς, qui vulgatam habet in νεώρια. Phrynichus p. 132. σίλφην, καὶ τοῦτο διεφθαρμένον· τίλφην (l. τίφην) γὰρ οἱ παλαιοὶ λέγουσι. Elm. Sensus hujus loci latuit interpretes, qui τίφην male pro animalculo quodam accipiunt. Est autem τίφη frumenti genus, in palustribus, ut opinor, locis habitans, qualis est Bœotia: τῖφος enim palus est. An diversum fuerit ab eo quod hodie oryza dicitur, viderint hujus rei peritiores. Quod autem dicit Nicarchus, hoc fere videtur: periculum esse ne ἐλλύχνιον accensum per cavum et fistulosum τίφης culmum spiritu oris in navale propellat Bœotus. Similia ex Anna Comnena Alex. p. 383. protulit Gibbonus lii. 20. τοῦτο μετὰ θείου τριβόμενον, ἐμβάλλεται εἰς αὐλίσκου κάλαμον, καὶ ἐμφυσᾶται παρὰ τοῦ παίζοντος λαβρῷ καὶ συνεχεῖ πνεύματι. Id. Cum hæc scriberem, nondum Suidæ verba animadverteram: σίλφη· ὄνομα ζωυφίου· καὶ σίλφας λέγουσιν εἴδη ἀκατίων. Quo auctore hæc dixerit grammaticus nondum mihi compertum est. Si vera sunt, τίφην apud nostrum pro navicula accipiendam censeo. Id.

886. δι' ὑδρορόας. Sic more antiquo scriptum in B. Vulgo ὑδροῤῥόας. Geminatio illa literæ ρ, quæ hodie in vocibus compositis ubique fere obtinet, recentioris ævi commentum est. Veteres literam illam in scriptura non geminabant; sed

pro duplici habebatur, asperiusque pronuntiabatur, sicubi præcedens vocalis producenda esset. BRUNCK. Ὑδρορροῆς. ὑδρορρόας vulgo, consentiente Suida in θρυαλλίς. Scripturam mutavi hic et inferius v. 1149. ex analogia compositorum διαρροὴ, ἐκροὴ, ἐπιρροή. ELM. Βορέαν ἐπιτηρήσας. Ventus juvat incendium. Thucydides l. ii. de obsidione Platæarum: πρότερον δὲ πυρὶ ἔδοξεν αὐτοῖς πειρᾶσαι εἰ δύναιντο, πνεύματος γενομένου, ἐπιφλέξαι τὴν πόλιν. BERG.

889. σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς. Certissima est eademque elegantissima Piersoni emendatio, quem vide ad Mœridem p. 266. Vulgo σελαγοῖντ' ἂν αἱ νηῦς. Ionicum νηῦς in Attico sermone locum non habet. ναῦς plurale adhibent Attici solummodo in accusativo: pluralis nominativus est νῆες, quem etiamsi metrum admisisset, non tamen repetiisset Comicus. Quanta enim, quæso, esset ista sermonis invenustas? εἴπερ ἅπαξ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ, σελαγοῖντ' ἂν αἱ νῆες. Saltem dixisset σελαγοῖντ' ἂν αὗται. Depravatum est ΑΙΝΗΥΣ ex ΕΥΘΥΣ, quod adverbium in textu olim fuisse, liquido ostendit veteris Grammatici interpretatio. ἐὰν ἅψηται, φησὶ, μόνον, ΕΥΘΥΣ καίονται — ΣΕΛΑΓΟΙΝΤ' ΑΝ. αἱ νῆες [ναῦς Elmsl.] δηλονότι. Quis animum inducat, postrema illa verba supplendæ sententiæ additurum eum fuisse, si legisset in textu σελαγοῖντ' ἂν αἱ νηῦς? BRUNCK. Piersonum cum Brunckio secutus est Elm.

890. μαρτύρομαι. Quia quum postrema verba diceret, percussit eum Dicæopolis. BRUNCK.

891. ἐνδήσας. δήσας Suidas in φορυτός. ELM. Φέρῃ. Sic in B. ex emendatione vulgato φέρω superscripta [et conjecerat Reisk. DIND.]: recte. Non enim Dicæopolis, sed Bœotius sycophantam in humeros sublaturus erat. Priora autem verba δός μοι φορυτὸν, ad famulum quempiam in scena adstantem dicit. Observandum tamen in B. præfixam fuisse huic versui personam Bœotii, cui si cum sequente tribuatur, bene se habebit φορῶ. Sed quæ mox Chorus ait suadent, ut bini illi versus Dicæopolidi continuentur, ut et quæ dicit ipse Dicæopolis infra v. 916. Et hoc agnovisse videtur illius codicis librarius: nam duplici litura personam induxit: quamque versui 893. præposuerat personam Δικ. mutavit in Χορ. prioris scripturæ vestigiis etiamnum exstantibus. BRUNCK. Ἐνδήσας φέρω. φέρῃ B. pro varia lectione Brunckius. Alii, servato φέρω, quod agnoscunt R. et Suidas in φορυτὸς, hunc versum et sequentem Bœoto tribuunt. Verum si hæc de Bœoto accipiantur, legendum erit ἐνδησάμενος, ut superius v. 869. Mihi quidem nondum liquet. Fortasse scripsit poeta: ἐνδήσω φέρειν. ELM. Mihi hæc adhibenda videtur correctio: δός μοι φορυτὸν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας στέγω. REISIG. i. p. 15. Me quidem non solum participium φορούμενος, quod hic aptius etiam, quam φερόμενος est, sed φέρω quoque, quod quamvis ineptum, tamen et plerique omnes et optimi codices habent, movet, ut majorem quandam hic latere corruptelam suspicer. Accedit ad hæc alia dubitatio, quam metra objiciunt. Nam si hoc in versu trimetri desinunt, poterit quidem ex sequentibus versibus stropha atque antistropha confici, sed non sine lacuna tamen. Metrico scholiastæ quidem in hoc carmine nullam fidem habendam esse res ipsa docet. Quid manifestum est, grammaticos quædam hic mutasse, vana de metris opinione deceptos, [ut v. 909.] κρέμαιτό γε, ubi cod. R. recte γε omittit. Quod nisi me mea suspicio fallit, graviora etiam conati sunt in his versibus, de quibus nostra exorta est disputatio. In quibus feliciter accidit, quod, quum καταγῇ nescirent media longa esse, φορούμενος servarunt. Itaque vide, ne v. 891—900. stropha, 901—910. antistropha, inde autem epodus sit. Sic nec lacuna opus erit, et personæ sibi respondebunt, nisi si quid Bœotius iste turbare videbitur, de qua re tamen adhuc anquirendum est. Sed si hæc recte conjeci, difficultatem objiciunt verba ἐνδήσας φέρῃ, quæ, ne quid de sensu dicam, faciunt, ut hiatus sit in systemate. Neque enim videtur dubitari posse, quin, qui mox e scholiastæ sententia trimetri subjectis tetrametris sunt, systemata potius catalectica, ut in iis, quæ deinde sequuntur, haberi debeant. Ad quorum exemplum hi quoque duo versus conformandi sunt. Jam nec φέρω probari potest, quia Thebanus iste ferre sycophantam debet, ut recte observavit Brunckius: neque vero ἐνδήσας φέρῃ, quod hic ex uno codice reposuit, difficultate vacabit, quum non Thebanus, sed Dicæopolis colligare debeat sycophantam: unde chorus statim, ἔνδησον. Et sic infra ipse Dicæopolis. Has dubitationes omnes removeris, si scripseris ἐνδήσω φέρων. Vide igitur ne totum systema sic scribendum sit:

δός μοι φορυτόν, ἵν' αὐτὸν ἐν-
δήσω φέρων, ὥσπερ κέραμον,
ἵν' ὅδε γε μὴ
φορούμενος καταγῇ.

Trimetros ut efficerent grammatici, et ordinem verborum mutarunt, et ὅδε γε abjecerunt, nisi aliud quid hic scriptum fuit. Quamquam nihil equidem invenio,

quod hic aptius esse dicam, præsertim si illa v. 873. respicias, μικκός γα μᾶκος οὗτος. Hermannus apud Erfurdtium in horreo Regiomont. iii. p. 432. sq. Sed postea mutata sententia, φερόμενος cum Brunckio probans in Elem. doctr. metr. p. 138., de totius carminis dispositione ibid. p. 101. hæc scripsit: Plerumque comici his [iambicorum dimetrorum] systematis paria antisystemata opponunt, ut in Acharnensibus factum est v. 893. seqq. quorum partem quum recte descripserit Gaisfordius [ad Hephæst.] p. 245. [Metra constituebat Porsonus quomodo Gaisford. Dobr.] videntur etiam priora a v. 893. usque ad 898. eodem modo constituenda esse. Est enim totius carminis hæc descriptio :

α. α. β. α. | α. α. β. α.

in qua per litteram α systemata iambica, per β binos catalecticos, qui utrobique inserti sunt, indicavi. Hæc Hermannus. Dind. Versus 893—895. sunt stropha α'. : 896—898. antistropha α'. : 899. stropha β'. : 900. antistropha β'. 901—904. mesodus : 905—908. stropha γ'. 909—912. antistropha γ'. : nam particula γε de Ravennatis auctoritate expungenda : versus 913. stropha δ'. : 914. antistropha δ'. : 915—918. epodus. Schema igitur hoc habeas :

α'. α'. β'. β'. μεσ. γ'. γ'. δ'. δ'. ἐπῳδ.

Reisig. Versus est Callimachi. Vide Schol. ad Vesp. 833. Pors.

892. ἵνα μὴ καταγῇ φερόμενος. Sic scriptum oportuit. Male vulgo et pessumdato metro φορούμενος. Media in καταγῇ longa est. Noster in versu ex incerta comœdia (Fragm. xvi.) ἵνα μὴ καταγῇς τὸ σκάφιον, πληγεὶς ξύλῳ. Infra 908. in dimetro iambico : οὐκ ἂν καταγείη ποτ', εἰ —. Brunck. Φορούμενος vulgo, quod manifesto librariis debetur, qui nesciebant mediam syllabam in καταγῇ longam esse. φερόμενος Brunckius. Tribrachyn ante anapæstum in hoc versu animadvertit Hermannus [de metris] p. 159. R. et Suidas in φορυτὸς omnia habent ut vulgo. Elm. Φορούμενος etiamsi quadraret ad metrum, tamen ne significatus quidem convenit sententiæ : id enim, quantum sciam, non est, *portare*, sed vel *abripere*, vel *gestare*, ex communi quidem Atticorum scriptorum loquutione : diciturque de vestimentis, et aliis quas quisque gerit rebus. Itaque vel ob hanc caussam φερόμενος scribendum fuit. equidem certe non modo, cur φορούμενος alteri sit præferendum, intelligo, sed ne illud quidem habeo, quomodo commode possit excusari. neque in v. 895. dictum est φορῶν κατάξῃ', sed φέρων — : illatum est autem olim φορούμενος in locum sinceræ scripturæ, φερόμενος, a correctore metri aliquo, qui prosodiam ignoraret mediæ syllabæ verbi καταγῇ. Reisig. Ὥσπερ κέραμον ἵνα μὴ καταγῇ φορούμενος. Sic Suid. ed. Ms. φορυτός. Pors. Emendant viri docti φερόμενος, quibus olim accedens Porsonus legebat καὶ μὴ, quomodo V. D. (Elmsleius, ni fallor) *Edinb. Rev.* N. 37. p. 68. Sed ab amico monitus versum esse spurium et consarcinatum ex 869. et 895. agnovit. Quod nunc video occupasse Hotibium p. 95. Dobr.

893—918. Hæc antistrophica sunt. Primus antistrophes versus est, 904. Elm. Ὦ βέλτιστε. ὦ λῷστε Schol. qui forsan legit : ἔνδησον οὖν. Elm.

894. Hic versus et sequens perperam vulgo in unum conjuncti sunt. Sic etiam versus 897. et 898. Brunck. Οὕτω δ' ὅπως. οὕτως, ὅπως vulgo, nulla distinctione post ἐμπολὴν adhibita. Noster Ran. 905. ἀλλ' ὡς τάχιστα χρὴ λέγειν· οὕτω δ', ὅπως ἐρεῖτον | ἀστεῖα, καὶ μήτ' εἰκόνας, μήθ' οἷ' ἂν ἄλλος εἴποι. Ceterum hunc locum allegat Mœris p. 155. ubi nihil inter ἐμπολὴν et ὅπως habent codd. Elm. Vulgo legitur in Eccl. 300. ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομαι (alii ὠθήσομεν). Pro ὅρα magis placeret οὕτω. Vide etiam quæ ad v. 127. dixi de Eccl. 82. Id.

895. μὴ καὶ φέρων κατάξει. ἂν μὴ φέρων κατάξῃ vulgo. Omittunt ἂν omnes Mœridis codices. Deinde alii μὲν φέρων κατάξῃ habent, alii μὲν φέρων κατάξει, alii μὴ καὶ φέρων κατάξει, quod unice verum existimo. Elm.

897. Loci hujus meminit Pollux vii. 164. eundemque explicat Suidas v. πυρορραγής ; qui quoniam plura habet quam Scholiastes noster, verba ejus hic describere non gravabor : πυρορραγής· σαθρὸς, ἄχρηστος. ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς καμίνοις διαρρησσομένου κεράμου. πυρορραγῆ κεράμια καλεῖται, ὅσα ἐν τῷ πυρὶ ῥήγνυται ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι. Κρατῖνος ἐν Ὥραις. ἴσως πυρορραγὲς καὶ κακῶς ὠπτημένον. Ὁ δὲ κέραμος πυρορραγὴς γενόμενος σαθρὸν ἠχεῖ. Hæc sunt bonæ notæ et procul dubio ex vetere aliquo Scholiaste in hunc locum Aristophanis, hodie deperdito, descriptæ. Ceterum versus Cratini, cujus metrum laborat, levissima mutatione sic in integrum restitui potest : ἴσως πυρορραγὲς, κακῶς τ' ὠπτημένον. Kust. Πυρορραγές. In B. περιρραγὲς, quod depravatum est ex πυριρραγές. Vide Pollucem vii. 164. Auctor Etymol. M. p. 697. πυρορραγές· ὁ ἦχος τῶν κεραμικῶν σκευῶν ἐν τῷ πυρὶ κατεαγότων. ἀπὸ τοῦ πῦρ καὶ ῥήγνυμι. Brunck. Πυρορραγές, sic Suid.

[in v. Dobr.] et in ψόφου π. Pors.

901. κρατὴρ κακῶν. Hoc loco ipsum sycophantam vocat κρατῆρα, alludens ad etymologiam: est autem a κεράννυμι, *misceo*. Aliter Æschylus Agam. 1406. τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε πλήσας. Berg. Τριπτὴρ δικῶν. Schol. τριπτὴρ δικῶν· δέον εἰπεῖν ἀλῶν. Legendum ἐλαῶν ex Polluce vii. 151. ὁ δὲ κρατὴρ εἰς ὃν ἀποῤῥεῖ τοῦ ἐλαίου τὸ πιεζόμενον, τριπτήρ. Similia habet x. 130. Elm. Τριπτήρ h. l. non est pistillum mortarii, sed potius vas, in quo aliquid teritur, ut mortarium in trapeto oleario. Suidas et Harpocratio hæc habent: Τριπτήρ ἐστὶ πιθάκνη ἐκπέταλος, οἷα τὰ ἐπιλήνια. Schutz.

902. λυχνοῦχος. Pollux x. 116. ὁ δὲ νῦν φανὸς, καὶ λυχνοῦχος, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη: ubi plura de hac voce grammaticus. Consulendus etiam Athenæus p. 699. f. ubi quædam antehac inedita ex cod. Ven. protulit Schweighæuserus. *Laternam* vertere debuit Brunckius [qui vertit *candelabrum*]. Pherecrates apud Athenæum: ἄνυσόν ποτ' ἐξελθὼν, σκότος γὰρ γίγνεται, | καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ', ἐνθεὶς τὸν λύχνον. Alexis ibidem: ὥστ' ἐξελὼν ἐκ τοῦ λυχνούχου τὸν λύχνον, | μικροῦ κατακαύσας ἔλαθ' ἑαυτόν. ὑπευθύνοις Pollux loco laudato. Elm.

903. τὰ πράγματα dixit παρὰ προσδοκίαν pro τὰ φάρμακα. Elm.

904. πεποιθοίη. πεποιθείη edd. vett. et Porti, sed πεποιθοίη Schol. in omnibus edd. Similia sunt ἐκπεφευγοίην Soph. Œd. Tyr. 840. προεληλυθοίης Xenoph. Pæd. ii. 4, 17. Nullus dubito, quin hanc formam semper usurpaverint Attici; Cratinus apud Athen. p. 305. b. τρίγλη δ' εἰ μὲν ἐδηδοκοίη τένθου τινὸς ἀνδρός. Similes versus habet Pherecrates apud Athen. p. 685. a. Elm.

909. Hic versus perperam vulgo in duos divisus. Senarium autem istum cum duobus præcedentibus dimetris citatum video a nupero Sophoclis explanatore ad Philoc. 648. ubi solito suo more nugatur. Sic ille: ‘Cum enim versus omnes sint iambici, necesse est, si vera sit scriptura, aut κατεαγείη scribatur, aut καταγείη secundam quasi ex crasi producat.’ Si καταγείη, o bone, vera *sit* scriptura, minime necesse est, ut κατεαγείη scribatur. Nam ex eo quod καταγείη verum *sit*, necessario consequitur κατεαγείη falsum esse. Hoc primum. Deinde tuum κατεαγείη barbarum est. Audisis Thomam Magistrum. καταγῆναι, καὶ κατεαγέναι, καὶ κατάξαι. οὐ κατεαγῆναι, οὐδὲ κατεάξαι. βάρβαρα γὰρ ἀμφότερα. Nihil verius. Aoristorum verbi ἄγνυμι augmentum η solvitur in εα, quod in solo indicativo locum habere potest. In aliis enim modis, in quibus aoristi non augentur, augmenti, quod nullum est, solutio fieri non potest. Itaque Græce dicitur κατεάγην, καταγείην, καταγῶ, καταγῆναι, καταγείς. Barbara sunt κατεαγείην, κατεαγῶ, κατεαγῆναι, κατεαγείς. Sicubi formæ illæ occurrunt, librariorum imperitiæ tribui debent. Miror sane Taylorum, virum eruditum, Thomæ oblocutum fuisse ad Lysiam, p. 157. edit. Reiskii, ubi quæ e Comico nostro profert exempla, nihil ad rem faciunt. Nam κατεάγη in indicativo dici et κατέαξε, nec Thomas negat, nec quispiam alius: sed aoristum primum activum, et aoristum secundum passivum non augeri extra indicativum contendit, quod verum est. Ut Thomæ fides elevaretur, adferendum erat exemplum aliquod ex Attico poeta, ejus decreto contrarium, quod a nemine adhuc factum fuisse existimo. Nam solutæ orationis auctores nihil moror, quorum in scriptis tam libere grassati sunt librarii. Jam vero si in optativo καταγείη nullum est augmentum, si nulla solutio, qui possit in eo esse *crasis?* Secunda in καταγείη ex indole sua longa est, quod ostendi ad versum 892. Sed age, cetera præclaræ illius notæ expendamus. ‘An autem ἀγῇ pro ἐαγῇ dici possit, merito dubitat Musgrave. Nondum enim exemplum certum reperi. Quanquam in Æschyli S. Th. ex ἑάλων legitur: ὧν ἁλῷ πόλις, quod analogia ex ἔαγον daret ἀγῇ.’ Nescio ubi Musgravius dubitare se professus fuerit, an ex indicativo ἐάγη, vel Homerico ἄγη, rite deducatur subjunctivus ἀγῇ. Quin potius eum crediderim dubitasse, an subjunctivum ἐαγῇ Græcitas agnoscat, qui sane nullibi reperitur. Ut verbi ἁλίσκομαι aoristus in indicativo est ἑάλων, in aliis vero modis, amisso augmento, et proinde augmenti solutione, ἁλοίην: ἁλῶ, ἁλῷς, ἁλῷ: ἁλῶναι, ἁλούς: non vero ἑαλοίην, ἑαλῶ, ἑαλῶναι, ἑαλούς: sic ἐάγην, ἀγείην, ἀγῶ, ἀγῆναι, ἀγείς. Hæccine Musgravium ignorasse? Væ tibi, si manes præstantissimi viri læseris. Mirum sane, subjunctivum ἁλῷ apud Æschylum occurrere! Ecquis vero eo non usus est? Comicus supra 622. κοὐ μή ποθ' ἁλῷ δειλός. Ran. 594. ἢν δὲ παραληρῶν ἁλῷς. Pl. 481. ἐάν γ' ἁλῷς. et alibi compluries. Quid autem tibi vis cum tuo semibarbaro sermone? ‘Quod analogia ex ἔαγον daret ἀγῇ.’ Non ita Græcum Professorem loqui decet: non satis accuratum hoc est. Aoristus secundus activus verbi ἄγνυμι nullus est. Si esset, ab ἔαγον formaretur ἄγῃ, ut ab ἔτυπον, τύπῃ. Ab aoristo passivo ἐάγην formatur ἀγῇ, ut ab ἐτύπην, τυπῇ. Viden? Professor es linguæ Græcæ, et tibi quæ-

rendus est aliquis, qui te rudimenta linguæ illius doceat. BRUNCK.

909. γε, R. secutus, ejecit Elm. DIND. Dele γε ex Suida κατωκάρα. PORS.

911. Citat Suidas v. θερίζειν. KUST. Θερίδδεν. Male vulgo θερίδδειν. Vide supra ad v. 704. BRUNCK. Suidas: Θερίζειν· ἀντὶ τοῦ καταβάλλειν. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν θεριζόντων, ὅτι τὰ δράγματα κατατιθέασιν. ἢ ὅτι πολλοὺς ἐθέριζον διὰ τὸν πόλεμον. SCHUTZ. Θερίδδειν vulgo ante Brunckium. Hæc verba non satis intelligo. Grammaticorum interpretationes parum ad rem sunt. θερίδδεν pro εὖ πράττειν dictum videtur. ELM.

912. Verbum συνθέριζε, quod metro adversatur, et ex glossemate natum videtur, uncinis inclusi. ELM.

914. πρόσβαλλ' optime R. ELM.

915. πρὸς πάντα συκοφάντην. Scholia: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν σωρόν. Loquitur autem quasi de messore qui acervos facit. BERG.

918. ὑπόκυπτε τὰν τύλαν. Procopius epist. 55. ἀλλ' ὑποκύπτειν δεῖ τὸν αὐχένα καὶ ζυγὸν ἀνάγκης ὑπομένειν ἑκόντας. Τὰν τύλαν autem i. e. τὸν τύλον, *callum*, dixit per metonymiam adjuncti pro subjecto. BERG. Hujus versus loco in impressis leguntur hæc verba: ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, ὦ Ἰσμήνιχε. Nescio an ea pro versu habuerint interpretes, quorum altum hic silentium. In B. scriptum: ἴθι δὴ ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, Ἰσμήνιχε. Pro δὴ scriptum oportuit δῆθ', quod reposui. BRUNCK. Ὑπόκυπτε τὰν τύλαν ἰὼν, Ἰσμήνιχε. Repræsentavi hunc versum ut eum ex R. edidit Invernizius. Pro ἰὼν vulgo legitur ὦ. Longe aliter ex B. Brunckius. Hunc versum διὰ μέσου esse facile videbit lector. ELM. Ἰὼ conjicit Bent.

919. Dicæopolis loquitur. REISK. Hic versus et tres sequentes vulgo Bœoto continuantur. [Elm. omnes Dic. tribuit.] Bœoto v. 919. Dicæopolidi sequentes tribuunt B. Brunckius. ELM. Χὤπως recte Ald. et schol. ed. Ald. PORS.

920. Hic et duo sequentes versus, qui Bœotio vulgo continuantur, recte in B. Dicæopolidi tributi sunt. BRUNCK. Revocavi distinctionem post ὅμως, quam agnoscunt tres omnium vetustissimæ editiones. Præter hujus fabulæ v. 377. 383. ita locutus est noster in Lys. 144. ὅμως γα μάν· δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ: quem versum recte constituit Tyrwhittus in Animadvers. ad Toupium iv. p. 420. Ita Eurip. Hec. 842. πιθοῦ· παράσχες χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι | τιμωρόν· εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως. ELM.

921. κερδάνῃς. κερδάνοις Brunckius, inconsulto lectore. Malim κερδαίνῃς vel κερδήνῃς. ELM.

923. τί ἐστι; τίς ἐστι vulgo. ELM. Ὅτι; Distinctio post ὅτι, quam in v. 106. restituit Brunckius, hic vulgo desideratur. Idem vitium est in Eq. 742. ID. Signum interrogationis post ὅτι poni debere monuerat Reisk. DIND.

924. ἐκέλευε. ἐκέλευσε vulgo. Vide v. 926. 1015. 1037. ELM.

925. εἰς τοὺς χόας. Festum apud Athenienses a poculis dictum. χοᾶς autem cum circumflexu de mensura accipi monet Scholiastes, ut in Nub. 1240. ἐξ χοᾶς χωρήσεται. et in Eccles. 45. οἴνου τρεῖς χοᾶς. BERG. Buttmannus Gr. Gr. t. i. p. 241. recte scribit χοᾶς. DIND. Scholiasten exscribit Suidas in χοάς. PORS.

926. Κωπᾷδ'. Κωπαΐδ' vulgo: de qua scriptura jam dixi ad v. 848. ELM.

927. ὁ ποῖος. ὁποῖος vulgo conjunctim. ὁ ποῖος divisim scholiorum ed. Aldina et Porsonus ad Phœn. 892. Noster superius v. 393. τὰ ποῖα τρύχη; Nub. 1270. τὰ ποῖα ταῦτα χρήμαθ'; Simillima de Demosthene habet Timocles apud Athen. p. 224. A. cujus verba ex hoc nostri loco ita fortasse restituenda sunt: οὐκ οὖν κελεύεις νῦν με πάντα μᾶλλον ἢ | τὰ προσόντα φράζειν; πάνυ γε. δράσω τοῦτό σοι. | καὶ πρῶτα μέντοι παύσεταί σοι Βριάρεως | ὀργιζόμενος. ὁ ποῖος οὗτος Βριάρεως; | ὁ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων, | μισῶν λόγους τ' ἄνθρωπος, οὐδὲ πώποτε | ἀντίθετον εἰπὼν οὐδὲν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων. ELM.

928. ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος. In Pac. 241. eadem hæc epitheta tribuit personæ Belli. Sophocles Aj. 205. ὁ δεινὸς, ὁ μέγας ὠμοκρατὴς Αἴας. BERG. Ὅς γε τὴν Γοργόνα R. unde legerim, ὅς γε Γοργόνα, sine articulo, ut v. 548. 1144. ELM.

929. Æschylus Theb. 390. de Tydeo: τοιαῦτ' ἀΰτῶν, τρεῖς κατασκίους λόφους | σείει, κράνους χαίτωμ'· ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ | χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον. ELM.

930. οὐκ ἄν. In Nub. 108. οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον εἰ δοίης γέ μοι τοὺς φασιανούς. BERG. Εἰ δοίη γέ μοι. εἰ δοίη γ' ἐμοὶ Brunckius. ELM.

931. ταρίχῃ. ταρίχει. REISK.

932. ἣν δ' ἀπολιγαίνῃ. Citat Suidas v. ἀπολιγαίνει. KUST. Scholia: ἐὰν δὲ θορυβῇ, ἢ ὀξέως βοᾷ· παρὰ τὸ λιγύ. BERG. Hesychius ἀπολιγαίνειν· ἀφηδύνειν, ἀποφθέγγεσθαι· ἢ ὀξέως ἀποτρέχειν. Idem: λιγαίνει· τέρπει, ᾄδει, μαστιγοῖ, κηρύττει, κλαίει· ἢ ὀξέως ἀφορμᾷ. Etymologus: ἀπολιγαίνειν· ἀφηδύνειν, ἢ παραφθέγγεσθαι, ἢ βάζεσθαι. Pro nihili voce βάζεσθαι, βιάζεσθαι præbet lexicon vetus apud H. Stephanum, qui sensus huic loco satis convenit. ELM.

934. ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων. Schol. μιμεῖται τὸ μέλος. Verba sunt per parodiam translata e noto quopiam cantico. Male Scholiastes ὑπαὶ hic accipit pro μετά. Brunck. Ὑπαὶ et κιχλᾶν agnoscit Schol. qui hæc ex carmine desumpta putat. Legebatur ὑπαὶ πτερύγων etiam in Av. 1426. ubi ὑπὸ ex A. reposuit Brunckius. Grammatici sententiæ nonnihil accedit auctoritatis ex Av. 1300. ᾖδον δ' ὑπὸ φιλορνιθίας πάντες μέλη, | ὅπου χελιδὼν ἦν τις ἐμπεποιημένη, | ἢ πηνέλοψ, ἢ χήν τις, ἢ περιστερὰ, | ἢ πτέρυγες, ἢ πτεροῦ τι καὶ σμικρὸν προσῆν. Elm. Lege ὑπό. Vide ad Vesp. 1478. Pors.

935. Chori sermo seu canticum constat xvii. versibus, pæonicis omnibus, præter ultimum, qui tetrameter est trochaicus. Hic male vulgo medios inter pæonicos locatur, quorum systema claudere debet, ut sequentem Dicæopolidis ῥῆσιν, itidem e pæonicis versibus constantem, tetrameter trochaicus concludit. Brunck. Strophica hæc esse, intellexit Hermannus de Metr. p. 364. Finitur stropha verbo πορίζεται, antistropha verbo προκαλουμένου. Reliqua constituunt epodum. In stropha delendum ἐμπορικὰ, adscriptum id a glossatore, quod versus respuit. Hotib. Hæc antistrophica esse, unum vero pedem initio antistrophes deesse, primus omnium monuit Hermannus. Quod cum nesciret Brunckius, statim post verba χλιαρὰ κατεσθίειν v. 939. mutato ordine invexit duos versiculos qui in omnibus libris recte leguntur ante verba ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ v. 952. Veterem ordinem ex R. restituit Invernizius. Elm. Εἶδες ὦ, εἶδες ὦ | πᾶσα πόλι, τὸν φρόνιμον ἄνδρα, τὸν ὑπέρσοφον, | οἷ' ἔχει | σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν, etc. Sic hæc descripsit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 509. Dind. Εἶδες ὦ. Verba εἶδες ὦ vulgo bis leguntur. Semel tantum ea habuisse videtur Schol. [εἶδες ὦ semel Suidas in ἀνθηρά. Bent.] qui quinque priores versus hujus carminis in monometrum, tetrametrum, monometrum, tetrametrum et tres dimetros dispertit. Pro monometro et tetrametro malui pentametrum exhibere. Elm.

937. οἷ' ἔχει σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν. Versus est pentameter, et sic scriptus est in B. In duobus aliis, ut in impressis, deest pes primus οἷ' ἔχει: at codd. omnes habent σπεισάμενος, quæ scriptura, male duas priores voces abesse, argumento est. Absque iis enim nec sententia nec constructio constat, quæ cum iis est elegantissima: εἶδες τὸν ἄνδρα, οἷα σπεισάμενος ἔχει διεμπολᾶν ἐμπορικὰ χρήματα. Vulgo legitur σπεισάμενον. Brunck. Suid. οἷον ἔχει σπεισάμενος: recte si legis οἷ'. Bent. Οἷον ἔχει σπεισάμενος Suid. [in ἀνθηρά. Aristophanis edd. antiquæ pro his tantum σπεισάμενον. Dobr.] Pors.

939. χλιαρὰ prima longa. Vide ad Lys. 386. Brunck. Post hunc versum Br. posuit v. 950, 951. hac nota adscripta: Hic et sequens versus, quos hoc, quo eos exhibui, loco a poeta positos fuisse, orationis series et res ipsa clamat, nescio quo librariorum errore ad finem systematis rejecti fuere, unde non aliter fieri potuit, quin oriretur magna absurditas. Hoc non animadverterunt belli interpretes, quibus ni metrorum confusio, saltem hiatus in sententia luxationem indicare poterat. Ridiculus est Berglerus cum sua parenthesi. Nec solum transpositi fuere hi versus, sed etiam fœde corrupti. Sic vulgo leguntur: τᾳδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἅμα, καὶ μεγάλα γε φρονεῖ· | τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν. In B. C. priori versu pro τᾳδ' scriptum est τάδ', quod e scholiis Aldinæ editionis reposuit Berglerus, non persentiscens, pro ea qua erat rei metricæ peritia, versum sic pessumdari, cujus primus pes pæon primus esse debet, vel saltem pes ἰσόχρονος. Pro γε in B. est δή: in C. neutra, nec ulla alia exstat particula. At sinceram ex omni parte lectionem exhibent membr. in quibus sic scriptus et interpunctus est versus: τῷδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρονεῖ. In altero versu consentiunt impressis codd. sed sunt omnes mendosi. Versus est pentameter incipiens a cretico, ut v. 937. Excidit pronomen demonstrativum τάδε, quod vidisse mediocris laus est; sed certissima est emendatio: τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα, τάδε τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν. Nunc postquam duo illi versus in suam sedem repositi sunt, vide quam apte sententiæ cohæreant partes, quam tota venusta sit, quæ quam scabra, hiulca, et absurda antea fuerit, si e Græcis non satis percipis, legas modo Bergleri versionem. Brunck.

941. οὐδέποτ' ἐγὼ τοῦτον ὑποδέξομαι Suidas in ipsis vocibus. οὐδέποτ' ἐγὼ τοῦτον εἰσδέξομαι idem in πάροινος. Elm. Ἐγὼ τοῦτον ἐκδέξομαι Suid. Ms. πάροινος (sic) et mox 943. συγκατακλινεὶς om. ed. Ms. πάροινος ἀνὴρ ἔφη dat Ms. Pors. Articulo præfigunt πάροινος edd. Med. Kust. sed in fine ὅτι παροίνιος. Tum τοῦτον εἰσδέξ. et pro v. 943. tantum ὅτι πάροινος ἔφυ. Dobr. Πόλεμον. Tanquam de homine aliquo loquitur de bello. Etiam in Pace 205. fingit personam belli. Ceterum iste versus cum octo sequentibus est parenthesis. Berg.

942. τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται. *Non potabit apud me*, per metonymiam; [Cf. Toup.

epist. de Theocrit. Syracus. p. 338. in Wartoni edit. Dind.] nam in conviviis inter alia carmina, quæ dicebantur scolia, cantabant etiam unum de Harmodio Athenienses; qui magnam laudem erat consecutus, quia tyrannidem Pisistratidarum conatus fuerat destruere cum socio suo Aristogitone. Antiphanes apud Athen. xv. p. 692. Ἁρμόδιος ἐκαλεῖτο, Παιὰν ᾔδετο. Berg. Allusio ad scolion deperditum. Illud fortasse fuit cujus initium legitur Vesp. 1226. οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἐγένετ' Ἀθηναῖος. Malim: γένετ' ἔν γ' Ἀθήναις. Elm.

940. Inter Schol. φίλτατ' Ἁρμόδιε: vid. Athen. p. 695. Bent. Τὸ δὲ λάμπωνος: leg. τ. δ. τελαμῶνος: vid. Lys. 1239. et Athen. l. c. at λάμπωνος Suid. in Οὐδέποτε et in Πάροινος: ubi tacet Kuster. Id.

943. ξυγκατακλινείς. Sic B. [et Elm.] cum Attica litera. Brunck. Παροίνιος. Aut hic παροινικὸς legendum est, aut παροινιώτατος Vesp. 1300. Vulgatam utriusque loci scripturam agnoscit Suidas in ipsis vocibus. Vocem παροινικῶς usurpat Cicero ad Att. x. 10. Elm.

944. πάντ' ἀγάθ' ἔχοντας. De opiparis epulis. Amphis comicus apud Athen. iii. p. 100. εἰς τὴν ἑσπέραν χορταζόμενα πᾶσιν ἀγαθοῖς. Noster Vesp. 1295. εὐθὺς γὰρ ὡς ἐνέπλητο πολλῶν κἀγαθῶν, ἐνήλλετ', ἐσκίρτα. Berg. Ἐπικωμάσας. Scholia: ἀντὶ τοῦ μετὰ φθορᾶς εἰσπεσών. Alias κῶμος i. e. *comessatio* instituitur hilaritatis causa: nunc, quia ὁ πόλεμος, per prosopopœiam, delectatur malis hominum, dicitur ἐπικωμάσαι, cum ingruit. Sic de Marte etiam Eurip. Phœn. 746. κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις. Id.

945. κἀνέτρεπε. κἀνέτραπε vulgo, qui aoristus neque Atticis in usu est, neque huic loco convenit aoristus. Elm.

946. προκαλουμένους. In A. B. male προσκαλουμένους. Pejus in C. προσκαλουμένου, juxta vulgatum προκαλουμένου. Sincerum est προκαλουμένους in accusativo plurali, ut paullo ante ἔχοντας. ὃς ἐπικωμάσας ἐφ' ἡμᾶς πάντ' ἀγαθὰ ἔχοντας, εἰργάσατο πάντα κακὰ, καὶ προσέτι πολλάκις, προκαλουμένους αὐτὸν, καὶ λέγοντας αὐτῷ ὧδε· Πῖνε— Brunck. Προκαλουμένου. προκαλουμένους perperam Bruncki us. Vulgatam tuentur Schol. disérte et Invernizius. Elm.

948. ἐν. Reisig. i. p. 192. et Hermann. Elem. doctr. metr. p. 509. corrigunt ἔτι. Dind.

949. Duo pæonica systemata sic trochaico tetrametro clauduntur in secunda Vesparum Parabasi, v. 1283. et 1291. Brunck. Τῶν ἀμπέλων. Dictum est παρὰ προσδοκίαν, pro τῶν ἀμφορέων. Elm.

950. Elmsleius, Brunckium (v. not. ad 939.) secutus, edidit τῷδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον· ἅμα etc., lacunæ signis initio versus positis. Dind. Τὰ δ' [τᾷδ'. an δᾷδ'. Bent.] ἐπί. Ita ed. Aldina in scholiis hæc excerpit. In contextu habet τᾷδ' uti et Juntina et Farrei. Brubachii autem τάδε. Est autem parenthesis ab αὐτόματα usque ad ἀμπέλων. respondent τὰ μὲν — τὰ δέ. Berg. Ὃς δ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐλᾷ, *ille vero ad convivium pergit.* Reisk. Deest vocula trochæum efficiens, fortasse πάντα, vel πολλά: illud melius, ob v. 940. αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδέ γε πορίζεται, cujus sententiam longiore parenthesi interruptam illa verba, πάντα τῷδ' ἐπὶ δεῖπνον, redordiuntur. Boissonade in Wolfii Analectis iii. p. 80. sq.

951. Citat Suidas v. δεῖγμα. Solebant homines gloriosi, cum domi opipare se exciperent, pennas gallinarum vel aliarum alitum ante fores ædium abjicere, ut prætereuntes ex signo illo conjicerent lautius intus cœnari. Sic locus hic Aristophanis intelligendus est. Kust. Omisso τὰ legit Suid. δεῖγμα, πρὸ τῶν θυρῶν πτερά. Pors. Ἐξέβαλλε ed. Med. Dobr. Elm. cum Brunckio edidit τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα τάδε τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν.

952. Verba ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ, cum reliqua parte hujus carminis [quam Elm. choro tribuit], vulgo Dicæopolidi tribuuntur. Fortasse inducebatur muta persona Διαλλαγή, *Pax*, quod in Lys. 1114. factum videmus. Elm.

952-3. Suid. διαλλαγή. Pors.

955. ξυναγάγῃ Suid. v. ἀνθέμων male. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 207. Suidæ locum mutilavit Kusterus. Pors.

956. ὁ γεγραμμένος. *In tabula depictus.* Æschylus Eumen. 50. εἶδον ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας | δεῖπνον φερούσας. *Vidi enim pictas aliquando illas* (nempe Gorgonas) *Phinei cœnam auferentes.* Dicæopolis ad notam quandam picturam digitum intendit. Vide ad Plut. 385. Berg.

957. ᾗ πάνυ. Ita edd. pristinæ, non ἦ πάνυ. Berg. Ἦ πάνυ [sic jam Kust.] ᾗ πάνυ vulgo, cum interrogatione [ab Elm. deleta]. Elm.

958. προσβαλεῖν. προσλαβεῖν. Reisk.

959-962. Hos quatuor versus imitatus est Ælianus epistola 4. ἐγὼ γὰρ ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσας, εἶτα μοσχίδια συκιδίων παραφυτεύσας ἁπαλὰ, καὶ ἐν κύκλῳ περὶ τὸ αὐλίον κατέπηξα ἐλαίας. Loquitur autem Comicus allegorice de coitu, ut monet Scholiastes. Voce ὄρχος, quam bis ponit, alludit ad ὄρχεις. Berg.

960. μοσχίδια συκίδων. Hesychius: μοσχίδια· μοσχεύματα. et paullo superius: μοσχεύματα· τὰ νεόφυτα. Vocem σύκιδας

ex nostri Lenniis allegat Pollux vii. 152. Cum vero in fabularum nominibus sæpissime erret, veri simile est eum huc respexisse. *φυτευτήρια τῶν σύκων* interpretatur. Elm.

961. *ἡμερίδος ὄσχον.* Inepte vulgo *ὄρχον*, quum præcesserit *ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι.* [Animadverterat hoc Reisk. 'Non video differentiam inter *ἀμπελίδος ὄρχον* et *ἡμερίδος ὄρχον*. Poeta v. 959. procul dubio aliud scripsit.' Dind.] Istud *ὄρχον* in hoc versu nullus agnoscit codex. Omnes habent *ἡμερίδος κλάδον*, versu jugulato. Glossema nisi deprehendissem, genuinæ vocis in sedem invectum, pro librariorum more, stipes fuissem. Conjectura non minus quam in superioribus felici, poetæ manum restituo, *ἡμερίδος ὄσχον*. Emendationem hanc laudabunt alii: immo, ni falsa opinione auguror, eruditi omnes. Est vero aliquis, cui certo scio probatum eam non iri. Nam licet ineptum sit *ὄρχος*, etiamsi *κλάδος* metrum perimat, alterutrum retineri debuisse inquiet, quia utrumque nititur veterum librorum fide: meum autem *ὄσχος*, quod a vulgato unica tantum literula differt, nihil aliud tueri quam sententiæ, venustatis et metri rationem, quas res esse nullius momenti. Et ista a stultis Diariorum lectoribus, quorum vilissima est annona, maximo plausu excipientur. Brunck. *Ὄσχον.* Hanc emendationem Brunckii non adeo certam, atque ipse sibi persuaserit, existimat Vir doctus, qui de ejus editione retulit in diario Allg. Deutsche Bibliothek vol. lv. p. ii. p. 363. Nimirum ille tres arborum s. plantarum ordines a poeta significari, unum *ἀμπελίδος*, deinde alterum ficuum, tertium *τῆς ἡμερίδος*; ideoque offendere posse negat vocabulum *ὄρχον* repetitum, quum aptius poeta non haberet. Schutz. *Ὄσχον* R. Accipit Elm.

962. *περὶ τὸ χωρίον ἅπαν ἐλαΐδας ἐν κύκλῳ.* Oleæ ejusmodi, quæ circa agrum in orbem dispositæ erant, a Græcis alias vocantur *περίστοιχοι ἐλαῖαι.* Harpocratio: *περίστοιχοι. Δημοσθένης φυτευτήρια ἐλαιῶν περιστοίχων κατέκλασεν. Δίδυμος δέ τι γένος ἐλαιῶν περιστοίχους καλεῖ, ἃς Φιλόχορος στοιχάδας προσηγόρευσε. μήποτε δὲ περιστοίχους κέκληκεν ὁ ῥήτωρ, τῶν κύκλῳ περὶ τὸ χωρίον ἐν στοίχῳ πεφυκότων.* Vide ibi magnum Henr. Valesium. Kust. *Ἅπαν γ' ἐλᾴδας κύκλῳ. ἅπαν ἐλαΐδας ἐν* [*ἐν* deleri voluerat Bent.] *κύκλῳ* vulgo. *ἐλαΐδας*, quod metro parum convenit, agnoscit Suidas in ipsa voce. Versus strophicus 948. constat ex duobus pæonibus primis, totidemque creticis. Elm. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 509. scribit: *ἐλᾴδας ἅπαν ἐν κύκλῳ.* Reisig. i. p. 192. *ἐλαΐδας ἅπαν κύκλῳ.* Dind. *Ἅπαν* ultimam corripit in versibus dactylicis et anapæsticis, vid. Aristoph. Plut. 493. Eurip. Phœn. 1505. Matth., producit in iambicis et aliis, e. c. Menander apud Athen. 4, 146. f. *ἅπᾱν ἐπιτιθέν. οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν.* Vid. Draco p. 24, 20. et 29, 26. Corrupta sunt Aristoph. Plut. 962. et Acharn. 962. ubi legendum: *ἢ τῆς ὁδοῦ τὸ πᾶν παρημαρτήκαμεν*, et *ἅπᾱν ἐλάδας* [L. *ἐλᾴδας*, vel potius *ἐλᾶδας*. Dind.] *κύκλῳ.* Ahlwardt. ad Pindarum p. 13.

963. *ἀλείφεσθαι* Suid. in *Νουμηνία*, at *ἀλείψασθαι* in *Ἀλείψας.* Bent. Suid. *ἀλείψας*, [ubi ed. Med. *ἀλείψασθ' ἀπ' αὐτῶν.* Dobr.] Pors. Quod ait se *noviluniis* tantum velle *ἀλείφειν*, non sine nequitia ei tribuit Aristophanes, utpote qui senex satis facturum se officio putabat, si singulis mensibus semel Veneri operaretur, quæ res Fontanio Gallo occasionem dedit ludicræ narrationis quæ inscribitur: *le Calendrier des Vieillards.* Schutz.

964. Sic tres codd. et primariæ editt. Male Kusterus *λεώς.* Brunck. *Λεὼς* Ammonius in *Χόας*, et Kusterus in contextu, qui in annotationibus recte *λεῴ* dedit, ut in Pac. 551. Av. 448. Elm. *Τοὺς χοάς.* Mallem *τοὺς χόας*, vel *τοὺς χοᾶς.* Berg. *Τοὺς χόας.* Sic A. B. Vulgo *τὰς χοάς.* Brunck. Masculinum articulum *τοὺς* ut hic tuentur duo codd. sic infra v. 1033. libri omnes scripti et impressi. Utroque in loco scribendum *τοὺς χοᾶς.* Procul dubio librarii errore in Ammonio, qui versum hunc citat p. 148. legitur: *ἀκούετε λεὼς κατὰ τὰ πάτρια τῆς χόας.* ubi nescio quam bene Valckenarius emendet *τὰς χοᾶς*, ex Phavorino notum esse observans, vocem *χοεὺς οὐ μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς* usurpari. Quod si ex unico hoc loco probatur, ruit argumentum: nam codices obnituntur. Id. *Τοὺς χόας. τὰς χοὰς* C. edd. Suidas in *ἀσκὸς Κτησιφῶντος. τῆς χόας* Ammonius. *τοὺς χόας* A. B. Brunckius, quod in Suida habet codex apud H. Stephanum in Thes. Ling. Gr. iv. p. 481. d. Ceterum nugantur grammatici, qui discrimen statuunt inter *χόας* et *χοᾶς. χοεύς*, unde *χοῦς* contractum volunt, veteribus ignotum erat. Producuntur accusativi *χόα* et *χόας* eodem jure quo *βασιλέα* et *βασιλέας.* Genitivus *χοῶς*, ut *νεὼς*, est apud nostrum in Pac. 537. Thesm. 347. Dativum *χοῒ* habet Anaxandrides apud Athen. p. 131. b. Plurale *χόες*, *congii*, usurpatur a Platone Thæet. p. 127. d. Accentum accusativi singularis sæpius in hac fabula non monito lectore mutavi. Elm. *Τοὺς χόας* Suid. Ms. v. *ἀσκὸς Κτ.* Pors.

965. *πίνειν.* Pro imperativo in edictis.

Berg. Ὑπὸ σάλπιγγος. Theophylactus Simoc. epist. 44. τοῖς ὑπὸ τῆς σάλπιγγος θελγομένην ἠχήμασι. Archilochus: ᾄδων ὑπ' αὐλητῆρος, apud Schol. Comici ad Av. 1426. Id.

966. Vide Suidam v. ἀσκὸς, ubi loci hujus mentio fit. Kust. Κτησιφῶντος. Scholia: ὡς παχὺς καὶ προγάστωρ Κτησιφῶν κωμῳδεῖται· quasi dicat, *magnum vini utrem accipiet.* Herodotus in Polymnia [c. 26.] pellem Marsyæ ἀσκὸν vocat: ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλει ἀνακρέμαται. Vide ad Nubes 1239. Berg. Ἀσκὸν Κτησιφῶντος. Facete pro grandi utre. Erat enim Ctesipho obesus et ventriosus. De bibendi certamine in Choum festo vide Meursium Gr. Fer. in Ἀνθεστήρια. Brunck. Hesychius: ἀσκὸν λήψεται· ἀσκὸς νικητήριον ἐτίθετο, καὶ μετὰ σάλπιγγος ἔπινον· νικητήριον· στέφανον. Hæc mutila et corrupta sunt. Vocem ἀσκίδιον ex hac fabula allegat Pollux x. 71. et Θάσια ἀμφορείδια x. 72. Illud legitur in Eccl. 306. hoc in Eccl. 1119. Athenæus p. 437. b. Τίμαιος δὲ φησὶν, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ τῶν χοῶν ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι χόα, ἆθλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν, καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος. Plura de hoc certamine habet Athenæus lectu non indigna. Elm.

969. τρέπετε. Scholia: ἀναστρέψατε τὰ ὀπτώμενα κρέα, καὶ ὀπτηθέντα ἐξέλκετε. Horat. *macros dum turdos versat in igne.* Berg.

970. ταχέως vulgo sequentibus conjungitur. Elm. Qui comma post λαγῷα delevit et posuit post ταχέως.

971. ἵν' ἀναπήξω. ἵν' ἀναπείρω vulgo, consentiente Suida in ἀναπείρατε. Verbum πείρω rarissime ab Atticis poetis usurpatur. διαπείρας habet Eurip. Phœn. 26. ἐμπείρας tragicus incertus Rhes. 514. ἀναπαρῶ Macho apud Athenæum p. 349. c. qui inter Atticos minime est habendus. Doricum est ἀμπεπαρμένον, quod legitur superius v. 761. In hoc versu ἵνα πήξω laudat Pollux x. 95. unde Bentleius in epistola ad Hemsterhusium p. 303. fecit: ἵν' ἀναπήξω. Noster Eccl. 843. λαγῷ' ἀναπηγνύασι. Elm. Suid. ἀναπείρατε. [ubi φέρετε ed. Med. Dobr.] Pors.

974. ὤνθρωπε. ἄνθρωπε vulgo, accedente Suida in ζηλῶ. Elm.

975. τί δῆτ', ἐπειδὰν — Ita Nub. 154. τί δῆτ' ἂν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους φρόντισμα; 769. ἔγωγε. φέρε, τί δῆτ' ἂν, εἰ ταύτην λαβὼν, et reliqua. Pac. 859. τί δῆτ', ἐπειδὰν νυμφίον μ' ὁρᾶτε λαμπρὸν ὄντα; 863. οἶμαι. τί δῆθ' ὅταν ξυνὼν τῶν τιτθίων ἔχωμαι; 916. τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἶνον νέου λεπαστήν; Lys. 399. τί δῆτ' ἂν, εἰ πύθοιο καὶ τὴν τῶνδ' ὕβριν; Plura hujus ellipseos exempla non habet noster. Elm.

976. ὀπτωμένας ἴδητε. Sic codd. omnes. Perperam vulgo ἴδητ'. Versus est dimeter catalect. ut 974. et sequentium complures. Brunck.

978. τὸ πῦρ ὑποσκάλευε. Pace 439. σκαλεύοντ' ἄνθρακας. Berg.

980. δειπνητικῶς. Anthippus comicus apud Athenæum ix. p. 404. ὁ γὰρ τοιοῦτός ἐστιν οὐ δειπνητικός. Berg.

981. αὐτῷ διακονεῖται. Sic bene A. C. Vulgo αὐτῷ γε διακονεῖται. Istud γε non habet B. in contextu: superne repositum fuit a secunda manu. Abesse debet. Est enim hic quoque versus dimeter catalect. In διακονεῖται secunda longa est, cujus rei ignoratio sciolum impulit ut γε inferciret. Vide not. ad Pl. 1170. Brunck. Media forma διακονεῖσθαι, *ministerium sibi præstare*, legitur etiam Soph. Phil. 287. Elm. Dele γε. Διᾱκονος 2da longa. Vid. Aj. 73, 4. et 839. Bent. Dele γε ob metrum. Pors.

983. κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου. Erat formula veteribus usitata, qua significabant, se omen aliquod oblatum non accipere, sed respuere et aversari: cujus generis formula erat etiam illa ἐς τὴν κεφαλὴν σοί. Kust. Est hic versus iisdem verbis in Nub. 1263. Ultimam ejus partem male Berglerus vertit: *Ad te ipsum convertere jam.* Plautus Rud. iv. 3. 88. 'Tu abi tacitus tuam viam,' κατὰ σεαυτὸν τρέπου. Brunck. Monet Kusterus hunc versum etiam in Nub. 1263. occurrere. Sensus non valde dissimilis est in Av. 12. οἴμοι. σὺ μὲν, ὦ τᾶν, τὴν ὁδὸν ταύτην ἴθι. Elm.

985. Ridicule ex pace medicamen et liquorem quendam facit. Berg. Κεἰς πέντ' ἔτη. κἂν πέντ' ἔτη vulgo, quod habuisse videtur Schol. qui sic interpretatur: ἀντὶ τοῦ, εἰς πέντ' ἔτη. κᾀς πέντ' ἔτη Scaliger. Elm. κἂν πέντετες. Bent.

986. τί ἔπαθες. τί δ' ἔπαθες Kusterus et Brunckius. Elm. Ἐπετρίβην. Sic rescripsi pro ἐπιτρίβειν, quod priores editt. nullo sensu habent. Emendationem meam postea confirmavit collatio Ms. Palatini, qui sic habet. Kust. Ἐπετρίβειν edd. vett. pleræque. ἐπιτρίβειν edd. 1525. 1547. 1607. 1625. 1670. Elm. Scal. ἐπετρίβην. Bent.

987. Citat Stephanus Byzantinus v. Φυλή. Kust. Πόθεν; — ἀπὸ Φυλῆς. Sic tres codd. In impressis πόθεν γ'; Male sedulus nescio quis particulam infersit, hoc fulcro metrum indigere ratus. Prima in Φυλῆ longa est. Pl. 1146. μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες. Est autem Φυλὴ pagus Atticæ, de quo vide Meursium. Brunck.

988. *τρισκακόδαιμον* Suid. in Ἀμπέχει. Bent. *Ὦ κακόδαιμον* Suid. v. ἀμπεχόμενος. Pors.

989. *ὥπερ μ' ἐτρεφέτην*, scilicet *τὼ βόε*, quos memoravit v. 986. Sic recte scriptum in B. C. [et conjecerant Bent. Reisk.]. Inepte vulgo *ὥσπερ*. In membr. *ὥσπερ μ' ἐτραφέτην.* [Forma Atticis inusitata. Elm.] Facete autem *ἐν πᾶσι βολίτοις* pro *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*. Brunck. Suid. *βόλιτος*. Pors.

990. *ἐν πᾶσι βολίτοις.* Pro *ἐν πάσῃ τρυφῇ, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*, inquit Scholiastes. In Vesp. 707. *ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις, καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖσιν, καὶ πύῳ καὶ πυαρίτῃ.* Ubi etiam scholia: *ἐν ἀγαθοῖς πᾶσι. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐν πᾶσι λαγῴοις, ἀντὶ τοῦ ἐν τρυφῇ.* Berg. Hesychius: *βολίτοις· βολβίτοις.* Vel huc respexit, vel ad Eq. 658. Elm.

994. *οὐ δημοσιεύων.* Quia sibi soli pacem procuraverat; supra v. 130. *ἐμοὶ σὺ — σπονδὰς ποίησαι πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ.* Berg. Plato Gorgia p. 351. e. *κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν, παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες.* Paullo inferius apud Platonem *τῷ δημοσιεύειν* opponitur *ἰδιωτεύειν*, *medicinam privatim exercere.* Elm. Suid. *δημοσιεύω*. Pors.

996. *κλαῖε.* Ad Atticismi normam et ex Comici usu excudi debuit *κλᾶε* [quod Elm. edidit]. Brunck. *Πρὸς τοὺς Πιττάλου.* Huc respexit Etymologus v. *Πίτταλος*, ubi ait: *Πίτταλος, ὄνομα ἰατροῦ παρὰ Ἀριστοφάνει.* Suidas tamen eundem *Σπίτταλον* vocat: qui et hunc ipsum locum Comici adducit v. *Σπίτταλος*; ubi eum vide. Confer etiam Comicum nostrum infra v. 1182. Kust. Lege *τοῦ Πιττάλου.* Vid. 1182. et Vesp. 1423. Suid. *τοῦ Σπιττάλου* in *Σπίτταλος*. Bent. Supple *οἴκους*, vel *μαθητάς*. Pittalus autem ille medicinam Athenis faciebat. Brunck. *Ἄπελθε πρὸς — εἰρήνης ἔνσταξον* Suidas [omissis mediis v. *Σπίτταλος* ed. Ms. scil. Dobr.] *πρὸς τοὺς σπιττάλους* (*τ* simplex in versu) Ms. ibid. tum *στεναγμὸν* et *σταγονὶ* [pro editis *πρὸς τοῦ σπιττάλου — σταλαγμὸν — τουτονί.* Dobr.] Pors.

997. Versum hunc et sequentem adducit Pollux x. 168. idque vocis *καλαμίσκος* gratia. Kust. *Σὺ δ' ἀλλά.* Ita noster superius v. 191. *σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτεις γεῦσαι λαβών.* Lys. 904. *σὺ δ' ἀλλὰ κατακλίνηθι μετ' ἐμοῦ διὰ χρόνου.* Pac. 660. *ἡ δ' ἀλλὰ πρὸς σὲ μικρὸν εἰπάτω μόνον.* Adde Nub. 1364. 1369. Antiphanes apud Athen. p. 446. c. *σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. τοῦτο μέν σοι πείσομαι.* Elm.

998. *ἐνστάλαξον. ἔνσταξον* Suidas in *Σπίτταλος*, qua voce usus est noster in Vesp. 702. Vulgatam habet Pollux x. 168. Elm.

999. *οὐδ' ἂν στριβιλικίγξ.* Id est *οὐδὲ ῥανίδα, οὐδὲ ἐλάχιστον μέρος σοι δοίην ἄν.* Brunck. Scholia: *στοῖβος καλεῖται ἡ λεπτὴ καὶ ὀξεῖα βοή· λίκιγξ δὲ ἡ ἐλαχίστη βοή.* Vide ad Plutum 18. Berg.

1000. *βοιδίοιν. βοϊδίοιν* vulgo. Consulendus Piersonus ad Mœrin p. 276. Elm.

1001. *ἀνεύρηκεν.* Vulgo corruptis numeris *ἀνεύρηκε.* Brunck.

1003. Hinc manifestum est veteres dixisse *οὐδ' ἑνὶ* divisim, ut monuit Porsonus in præfat. ad Hecub. p. xxxiv. Elm. Cf. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 101. Dind.

1004. *κατάχει σὺ* — Sic tres codd. et veteres editt. Kusterus nescio unde, sed male, *κατάχεε.* Illud etiam e Farreana revocare poterat Berglerus. Brunck.

1006. *ὀρθιασμάτων.* Scholia: *ἀνατάσεως ῥημάτων· τῶν μετὰ βοῆς κόμπων· ἢ τῶν μελῶν· παρόσον ὄρνιθος νόμος κιθαρῳδικός.* Æschyl. Choeph. 269. *κἀξορθιάζων πολλά.* ubi scholia: *ἀνατεταμένως βοῶν.* Berg.

1007. *ταγχέλεια.* Scholia: *λείπει τὰ κρέα.* Berg.

1008. Hæc vulgo male distinguuntur. Vertendum: *me quidem fame enecabis, vicinos vero tuos nidore et clamore.* Elm. Qui comma, post *γείτονας* deletum, posuit post *λιμῷ με.*

1009. *κνίσῃ. κνίσσῃ* vulgo. De scriptura hujus vocis certant grammatici. Si *κνίσσα* dixissent veteres, in *κνίττα* mutassent Attici. Elm.

1010. *λάσκων.* Scholia: *φωνῶν, βοῶν.* Æschyl. Agam. 605. *ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν ἔλασκον.* Berg.

1013. Vulgo sic legitur hic versus: *ἔπεμψε τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα.* Articulum abesse non patitur Atticismi indoles. Proinde melior est ad loquendi normam lectio codd. A. B. *ταυτὶ τὰ κρέα.* Sed peccat illa in metrum, quod sartum tectum foret, si legeretur *ταῦτα τὰ κρέα.* Sed scaber sic esset versus, cujus molliores et poeta dignos numeros reddas, si singulas voces in suam sedem reponas: *ἔπεμψέ τις σοι τὰ κρέα ταῦτα νυμφίος.* Brunck. Brunckius, cum censeret articulum non recte abesse posse, versum ex ingenio ita refinxit: *ἔπεμψέ τις σοι τὰ κρέα ταῦτα νυμφίος.* Nec male, modo *ταυτὶ* omnium librorum consensu stabilitum retinuisset: nam legitur in Pac. 192. *ἥκεις δὲ κατὰ τί; τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.* In hoc loco *σοι*, quod agnoscit Suidas in *μιαρία*, omittunt Aldus aliique nonnulli, qui *κρέα* pro iambo accepisse videntur: ex quo errore in hoc

versu, quem nunc tractamus, natam corruptam scripturam facile quivis conjiciat. Sed si rem altius considerasset Brunckius, articulum recte abesse vidisset. Ita sæpe solent Attici, quando δεικτικῶς loquuntur. Dixit noster *ταυτασὶ λαβὼν ὀκτὼ δραχμὰς* superius v. 130. *τρία γε ταυτὶ γεύματα* 187. *τουτὶ πτίλον σοι* 560. *τήνδε μαζίσκην* Eq. 1166. *τουτὶ τέμαχος* 1177. *τουτουὶ φαγεῖν ἐλατῆρος* 1181. *οὑτοιὶ μύκητες* Vesp. 262. *τηνδὶ δὲ χλαῖναν* 1132. *οἱδὶ πρέσβεις* Lys. 1072. *παιδάριον τουτὶ* Thesm. 1203. *τουτονὶ νεκρὸν* Ran. 170. *τονδὶ λύχνον* Eccl. 27. Ita Callias apud Athen. p. 487. A. *καὶ δέξαι τηνδὶ μετανιπτρίδα τῆς ὑγιείας*. Ceterum *κρέα* pro iambo accepit Brunckius ad Nub. 339. licet in Thesm. 558. recte dedisset, *κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων*. Elm. Ἔπεμψέ τις σοι νύμφιος ταυτὶ κρέα. Ita recte libri: *ταυτὶ* ponitur δεικτικῶς et quasi in parenthesi. Verte, *has sent you some meat; here it is.* Eccles. 70. *νὴ τὴν Ἑκάτην καλὸν ἔγωγε τουτονί*. Lege *ἔγωγε τουτονὶ καλόν*. Pors. Ni fallor, articulum in his formulis non modo non desiderari, sed vitiosum esse, statuebat. Dobr. Obscura hæc, si non falsa. Dixerit Porsonus, a sensu modo requiri articulum, ut Plut. 227. modo excludi. Ach. 924. paulo melius puto *ταυτησὶ δραχμῆς*. Alienus locus Thesm. 1215. Verte, Tu, puer, hanc vestem aufer. De re ipsa vide Schæferum Melet. Crit. pp. 77-8. Elmsleium ad Marklandi Suppl. (*Quarterly Review*, No. xiv. p. 460.) ad Heracl. 81. Reisigium p. 178. Compara Latinorum eccum, eccam, Terent. Andr. iii. 2. 52. et alibi. Id.

1014. *καλῶς γε ποιῶν, ὅστις ἦν.* Sic optime A. B. In C. *καλῶς ποιῶν, ὅστις ἦν*, deficiente syllaba. In hanc lectionem incidisse videtur Aldus, fulciendoque versui e conjectura dedisse, *καλῶς ποιῶν, ὅστις περ ἦν*. Brunck.

1017. *ἐς τόνδ' ἀλάβαστρον.* Vide Suidam v. *ἀλαβαστοθήκας*, ubi loci hujus meminit. *ἀλάβαστρον* autem significare vas unguentarium, satis notum est, de qua voce sat multa collegerunt Casaub. contra Baronium exercit. xiv. sect. xvi. Salmasius ad Solinum, Vossius in Etymologico, et alii passim. Kust. Suidas in *ἀλαβαστοθήκας* hunc versum citat, et præfert *ἐς τὸν ἀλάβαστον*, ut perspicue scriptum est in A. C. Formam hanc reponere debebam. Nihil verius est Thomæ M. observatione: *ἀλάβαστον δίχα τοῦ ρ, Ἀττικοί· μετὰ δὲ τοῦ ρ, Ἕλληνες.* [Cf. Schweighæuser. ad Athen. Not. t. iii. p. 151. Valcken. not. ad Thom. M. p. 144. et Schol. in N. T. t. i. p. 132. Dind.] Qui eam impugnant, futili utuntur argumento. Nam quod *ἀλάβαστρον* in exemplaribus quæ versamus Atticorum scriptorum reperiatur, id minime probat, eos formam illam frequentasse; id solum ostendit eam librariis altera notiorem magisque famaliarem fuisse. Thomæ opponitur hic Comici versus, in quo tamen duo codd. præter Suidam, Atticam formam adfirmant. Opponitur ei etiam alius versus in Lysistr. 947. ubi *ἀλάβαστρον* vulgo, et in hac etiam editione, legitur. Sed male. Testor in Regio cod. MMDCCXVII. liquido scriptum esse *ἀλάβαστον*, quod et reponendum. Vide Maussacum ad Harpocrationem in *ἀλαβαστοθῆκαι*. Eustathius, quem ille laudat, p. 1161. l. 27. *εἰσὶ λέξεις ἐπένθεσιν παθοῦσαι τοῦ ρ, διὰ τραχύτητα ἐπιτετηδευμένην σεμνῶς — ὁμοιοπαθὲς δὲ καὶ τὸ ἀλάβαστρον, ἡ μυροθήκη. παρὰ γὰρ Μενάνδρῳ ἄνευ τοῦ ρ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον. καὶ παρ' Ἀθηναίῳ δὲ κεῖται Ἀλέξιδος τό· οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστου.* Stultum esset arbitrari, testimonia tam diserta et præcisa convelli posse librariorum libidine. In hoc autem nostro versu legendum, flagitante sententia, *ἐς τόνδ' ἀλάβαστον*, scilicet δεικτικῶς, *in hunc, quem tibi porrigo, alabastrum*, non vero, ut est in aliis libris, *ἐς τὸν ἀλάβαστον*. Recte vertit Berglerus ex vi sententiæ, *in hunc alabastrum:* sed ut Græca fideliter sua redderet, debebat, *in alabastrum*. Brunck. Ἐς τὸν ἀλάβαστρον B. edd. *ἐς τὸν ἀλάβαστον* [ut Elmsl. edidit, *ἐς* in *εἰς* mutato] A. C. Suidas in *ἀλαβαστοθήκας*. *ἀλάβαστον* agnoscit etiam R. Observandum est, non temere a sponso mitti vas unguentarium, cujus maximus usus in nuptiis erat. Ita noster Plut. 529. *οὔτε μύροισιν μυρίσαι στακτοῖς, ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον.* Adde Lys. 943. Ceterum Brunckius, qui quinto abhinc versu *ταυτὶ κρέα* Attice dici posse negaverat, mirabili sane inconstantia hic *ἐς τόνδ' ἀλάβαστον* dedit. Elm. Porsonus in exempl. ed. Brunck.: *τόνδ' ἀλάβαστρον*] *τὸν* J. [i. e. Junt. 1515.] *ἀλαβάστους* usurpat Alexis apud Athen. viii. p. 365. D. Dobr. Κύαθον. P. habet *κύσθον*, quam lectionem puto esse a manu Comici, utpote sensui hujus loci et nequitiæ comicæ aptiorem. Kust. Immo hæc esset nequitia ineptissima et absurdissima. Schutz.

1019. *χιλίων δραχμῶν.* *μυρίων δραχμῶν* R. Si fides Suidæ habenda est, *χιλιῶν δραχμῶν* dicebant Attici, utraque voce circumflexa. Elm.

1020. *νυμφεύτρια.* Hæc est muta persona. Berg. Hesychius: *νυμφεύτρια· ἡ συμπεμπομένη ὑπὸ τῶν γονέων τῇ νύμφῃ παράνυμφος.* Paullo aliter Pollux iii. 41.

ἡ δὲ διοικουμένη τὰ περὶ τὸν γάμον γυνὴ, νυμφεύτρια. ἡ αὐτὴ δὲ καὶ θαλαμεύτρια. Elm.

1022, 3. Suid. δέημα. Pors.

1027. ὕπεχε. In Pace 430. ἄγε δὴ ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην. Berg. Τοὐξάλειπτρον. Hesychius: ἐξαλίγυρον (sic)· σκεῦος ἀργυροῦν φιάλῃ παραπλήσιον, ἐξ οὗ ἐν τοῖς συμποσίοις ἤλειφον τὸ (l. ἠλείφοντο) μύρον. Vocem ἐξάλειπτρον hinc allegat Pollux x. 121. Elm.

1028. οἶσθ' ὡς ποιεῖται τοῦτο. Suspicor poetam οἶσθ' ὡς ποιείσθω τοῦτο scripsisse: quam formam, et cognatam οἶσθ' ὃ δρᾶσον, parum intellexere librarii. Mansit in Eur. Iph. Taur. 1203. οἶσθά νυν ὅ μοι γενέσθω. Eodem sensu ἀλλ' ὡς γενέσθω dixit tragicus in Hec. 888. Iph. Taur. 603. Tro. 721. Elm. Φράσον. Sic recte P. At priores editt. φάσον, quasi a φάω pro φημί: sed quod ab usu veterum auctorum abhorret. Kust. Vide v. 341. 879. Elm.

1029. τουτῳί. Scilicet τῷ ἀλείμματι. Scholia. Berg.

1030. ἀλειφέτω. ἄλειφέ γε P. Dobr.

1031. φέρε τὴν οἰνήρυσαν. Supra 244. ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν, ἵν' ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος τουτουί. Berg. Hesychius: οἰνήρυσις· ἀγγεῖον, ὡς κοτύλη, μεθ' οὗ τὸν οἶνον ἀντλοῦσιν. Elm.

1032. ἐς τοὺς χόας. Excudi debuit χοᾶς, ut Nub. 1238. ἓξ χοᾶς χωρήσεται. Accusativus singularis, qui sæpius occurrit, est χοᾶ, contractum ex χοέα, a recto χοεύς: accusativus pluralis χοέας, χοᾶς. Nescio quid Dawesio persuadere potuerit scribendum esse χόης. Supra v. 1000. excudi etiam debuit τοὺς χοᾶς πίνειν. Χόες nomen est festi, cujus accusativus Χόας occurrit v. 961. 1076. Brunck. Distinguit Brunckius inter Χόας a Χόες, quod festi nomen est; et χοᾶς a χοεύς. Unde igitur producitur in hoc versu ultima syllaba in Χόας, quæ si a recto Χόες profluat, brevis evadat necesse est? — Duæ mihi videntur rationes, quibus res expediri possit. In primis, vix dubitari potest quin Χόες idem fuerit cum Χοεῖς, quoniam pars fuerit festi in honorem Bacchi, in quo unicuique eorum, qui adessent, χοεὺς vini adponeretur. — Vid. Scholiast. in loc. cit. et Suid. v. Χόες. — Vocem autem χοεὺς duplici ratione inflexam puto; nom. pl. χοέες, χοεῖς, χόες, accus. χοέας, χοᾶς, χόας. Cum de nomine festi ageretur, uti voces in ore hominum quam brevissime enuntiari solent, usitatius fuit, immo solenne, Χοές dicere; sed licuit Poëtæ, cogente metro, ad utramlibet inflectendi rationem se suscipere. Hæc si vera sunt, scribi debuit etiam hoc in loco, Χοᾶς. Si cui hæc ratio minus placeat, forsan ei videbitur caussa cur opinetur dictum fuisse hoc festum, vel aliud quoddam festum apud Athenienses, αἱ Χοαί. Primum Suidas, v. Ἀσκὸς Κτησιφῶντος, ait, ἐν ταῖς Χοαῖς ἀγὼν ἦν περὶ τοῦ ἐκπιεῖν πρῶτόν τινα χοᾶ: et mox subsequitur, ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ. Scholiastes etiam supra cit. ἐκπίπτει δὲ χρησμὸς, δεῖν χοὰς τοῖς τεθνεῶσιν ἐπάγειν ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ ἑορτὴν Χοὰς ἄγειν. Notandum porro in Acharn. vs. 964. Br. confirmare Stephanum (Thes. t. iv. c. 481. E.) 'vulg. edit. habere *perperam*, τὰς χοὰς pro τοὺς χόας, itidemque vulgata Suidæ exemplaria, at non item manuscriptum.' In eundem locum hæc habet Brunck. 'τοὺς χόας. Sic A. B. Vulgo τὰς χοάς.' Vellem explicatius dixisset quamnam lectionem unusquisque Codd. Mss. præ se ferret. Jure mihi colligere videor ceteros, præter A. et B. vulgatam lectionem continere; quæ non solum in hoc loco unice vera mihi videtur, sed restitui forsan debet ad versum de quo agitur; ut legendum adeo sit, εἰς τὰς Χοὰς αὐτῷ μεταδοῦναι τῶν κιχλῶν. Alia sunt, quæ mihi suspicionem inducunt χοὰ idem potuisse significare quod χοεὺς, sed lectorum tempori parcendum. *Maltby* ad Morell. Lex. Prosod. p. 1076.

1033. καὶ μήν. Ita Ald. Καὶ μὴν ed. Kust. Pors. Τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακώς. Alias etiam ἀνατετακὼς, ἐπηρκώς. Berg. Suid. v. τὰς ὀφρ. Vide Toup. t. iii. p. 175. et ibi Porsonum. Dobr.

1035. Hunc versum cum 1037. et quatuor sequentibus, qui vulgo Nuncio tribuuntur, Præconi ex v. 1049. restitui. Elm.

1036. Scholia: τραγικώτερον λέγει. Berg. Ἀμφιχαλκοφάλαρα. Etymologus [p. 95. 15.]: ἀμφιχαλκοφάλαρα, παρὰ Ἀριστοφάνει πολύχαλκα, τουτέστι χαλκοῦς οἴκους. παρὰ τὸ ἀμφὶ καὶ χαλκὸς καὶ φάλαρα, τὰ τῶν ἵππων μετωπίδια. Kust. Ἀμφὶ χαλκοφάλαρα. Duæ sunt voces, male vulgo in unam coalitæ. Brunck. Divisim scriptum exhibere Suidam in τίς ἀμφὶ monet Elm. qui ἀμφιχαλκ., una voce, revocavit. Ante Brunckium dividi voluerat Reisk. Dind. Ἀμφὶ χ. Suid. τίς ἀμφὶ χ. Pors.

1038. τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους. Ludit in similitudine harum vocum; supra ὦ Λάμαχ' ἥρως τῶν λόφων καὶ τῶν λόχων. Berg.

1040. Lenæorum sive Anthesteriorum primus dies Πιθοιγία dictus est, secundus Χόες, tertius Χύτροι, ut ex disertis veterum testimoniis satis novimus. Celebrantur Χόες Anthesterionis die duodecimo, qui Olympiadis lxxxviii. anno tertio, ex Dodwelli

rationibus incidit in Februarii diem Julianum decimum tertium, Gregorianum vero octavum. ELM.

1042. Hic versus ex Euripidis Telepho desumptus mihi videtur, licet nihil de eo monuerit Scholiastes. Videsis quæ de argumento ejus fabulæ dixi ad v. 448. Quod cum ita sit, admitti potest πλέονες [a Bent. probatum], quod in tragico senario necessarium est, in comico longe numerosius quam πλείονες. ELM.

1043. Hic versus [quem Elm. Lamacho tribuit] vulgo Dicæopolidi tribuitur, consentiente Schol. diserte. Vide v. 924. ELM.

1045. Malim ἀεὶ pro ἤδη, quam scripturæ diversitatem superius habuimus v. 583. ELM.

1046. βούλει μάχεσθαι Γηρυόνῃ τετραπτίλῳ. Hæc dicens ostendit Lamacho τετραπτερυλλίδα, id est *locustam*, a quatuor alis ita dictam, ad quam vocem alludit voce τετραπτίλῳ, quam ponit pro τετρασωμάτῳ aut τετρακεφάλῳ, quasi Geryon quadricorpor aut quadriceps fuerit, quem alias perhibent fuisse tricorporem aut tricipitem: simul respicit ad πτίλον in Lamachi galea [de quo supra 560. BERG]. Hæc Berglerus e scholiis. [At enim cristas nondum in galea habebat, quum ædibus exibat, sed paulo post demum sibi afferri jubet. Ergo illa allusio nulla est. Et quem quæso significat Dicæopolis sub imagine Geryonis? Wielando visus est Dicæopolis hoc de se ipso dicere, scilicet qui aliquot pennas arripuerit, ex illis ante fores disjectis, v. 951. memoratis, easque tanquam cristam in galea quatiendo minatus sit Lamacho: *Vin tu* (mecum tanquam) *cum Geryone* (non tricorpore quidem, sed tamen) *quatuor pennis s. cristis ornato pugnare?* Hoc profecto satis aptum est, et Aristophanis ingenio dignum, modo duo insuper addas: primum Lamachum ista verba καταγελᾷς ἤδη σύ μου pronuntiantem simul gestu significasse verbera Dicæopolidi infligenda; deinde illa quæ Dicæopolis regerit, βούλει μάχεσθαι Γηρυόνῃ τετραπτίλῳ e Tragico quodam deprompta, vel imitando expressa esse. SCHUTZ.] Ceterum apud Suidam hunc versum citantem perperam legitur, βούλει διαμάχεσθαι. Est hoc ex librariorum libidine, simplicia pro compositis, et composita pro simplicibus identidem supponentium. BRUNCK. Βούλει διαμάχεσθαι Γηρυόνι (sic) Suidas in βούλει. βούλει διαμάχεσθαι Γερυόνῃ idem in Γηρυόνης. Scripsit fortasse poeta, Γηρύονι, quæ forma restituenda videtur Euripidi Herc. 1271. ποίους ποτ' ἢ λέοντας, ἢ τρισωμάτους | Γηρύονας, ἢ γίγαντας, ἢ τετρασκελῆ | κενταυροπληθῆ πόλεμον οὐκ ἐξήνυσα. Vulgo satis inepte, τρισωμάτους Τυφῶνας. Sed Τυφὼς apud Atticos, quantum memini, non crescit in obliquis. Τυφῶν', quod passim occurrit, in Τυφὼν mutandum est. Apud Æschylum Prom. 354. legerim: Τυφὼν, ἅπασιν ὅστις ἀντέστη θεοῖς. ELM. Διαμάχεσθαι Suid. ed. et Ms. vv. βούλει. Γηρυόνης. γηρυόνι Suid. [in βούλει. -όνῃ in Γηρ. DOBR.] τετραπτίλῳ] sic Ms. [Med. τετραπίλω in βούλει. -πτ. in Γηρ. DOBR.] PORS.

1048. ἤγγειλέ μοι. ἤγγειλ' ἐμοὶ Brunckius. ELM.

1051. τὴν κίστην. Sic tres codd. In impressis, ut et apud Suidam in χοᾶ, τὴν κίστιν, quod perinde est. Hanc formam metri ratio respuit mox v. 1063. quam hic admittit, per se alioqui probam. Infra 1103. τὸ δεῖπνον, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κίστιδος. BRUNCK. Κίστιν Schol. ad hunc locum et ad v. 925. edd. Suidas in χοᾶ κίστην A. B. R. Brunckius [et Elmsl.]. Pollux x. 136. κίσται, καὶ κιστίδες, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀριστοφάνης. Respexit grammaticus ad v. 1103. ubi κιστίδος non nisi per jocum dicitur. In aliis locis semper exhibetur κίστη. Vide inferius v. 1063. Eq. 1211. 1216. Vesp. 529. Pac. 666. Lys. 1184. Thesm. 284. ELM. Κίστιν. sic Suid. ed. Ms. χοᾶ. PORS.

1052. Moris erat ut in Bacchi festo sacerdos ejus lautam cœnam pararet. Compellat eum in theatro sedentem histrio Ran. 297. ἱερεῦ, διαφύλαξόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης. In Eq. 536. reposuerim, καὶ μὴ ληρεῖν, ἀλλὰ θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσου. ELM. Schol. Pro τὰ πυρώδη Ald. καὶ πυρώδη. id est καπυρώδη. DOBR. Lexicon SG. (Montefalc. Bibl. Coisl. p. 479.) Λάγανα: πλακούντια ὡς πυρώδη. Corrige e Photio apud Porson. ad Plut. 138. καπυρώδη, et utrobique dele ὡς ex var. lect. natum; καὶ et ὡς, (i. e. S et ϖ) passim confundi notum. DOBR.

1056. στέφανοι. στέφος Suidas in ἰτρία. ELM.

1057. ἰτρία. Athenæus p. 646. c. ἴτριον. πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γενόμενον. — Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι· πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἴτρια. Accentus incertus est. ELM.

1058. ὀρχηστρίδες, τὰ φίλταθ' Ἁρμοδίου, καλαί. Scholia: ὑπέρβατόν ἐστιν. ὀρχηστρίδες πάρεισιν καλαὶ, καὶ τὰ φίλτατα τοῦ Ἁρμοδίου· τουτέστι τὰ εἰς Ἁρμόδιον σκολιὰ ᾄσματα. BERG. Ἁρμοδίου hic positum pro *festivo convivio*, cujus sub finem cani solebant scholia: simulque adludit ad notissimum Harmodii scholion, φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔτι που τέθνηκας. Nullum hic agnosco hyperbaton: ὀρχηστρίδες

καλαὶ, αἵ εἰσι τὰ φίλτατα τοῦ δείπνου. Brunck.

1059. *τάχος* Suid. in *ἴτρια.* Bent. *Κακοδαίμων ἐγώ.* Cur se miserum queritur? Nempe quia mallet lauto, quod nuntius describit, convivio interesse, quam cruento cum hostibus prœlio. Schutz.

1060. *ἐπεγράφου. ἐπιγράφεσθαι, patronum adscisco,* legitur etiam in Pac. 684. Sensus hujus loci talis fere videtur: jure *κακοδαίμονα* esse Lamachum, qui *δαίμονα* elegerit magnam illam Gorgonem. Nihil in hoc versu mutat Suidas in *ἐπεγράφου.* Elm.

1061. Ad quemnam pertinet *σύγκλειε*? Reisk. Hoc Brunckius vertit: *occludat quis ostium.* At quomodo nunc jam ostium claudi juberet, quum antequam abire posset ad convivium, dapes essent efferendæ, quæ in cista reponerentur? Legendum ergo videtur: *Σὺ δ' ἐγκόνει· δεῖπνόν τις ἐνσκευαζέτω, Tu vero,* puer, *festina, cœnam aliquis paret cistæ imponendam.* Schutz. Elmsl. scripsit *ξύγκλειε.*

1062. *τὸν γύλιον.* Vide ad J. Pollucem notam Jungermanni x. 146. Berg. Schol. *γύλιος, σπυριδῶδες πλέγμα, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον ἐπὶ πόλεμον.* Perperam apud Hesychium legitur, *γύλλιον, ἀγγεῖον πλεκτόν.* Vera scriptura per unicum λ adstruitur hoc Comici versu, infra 1102. *ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ τὸν γύλιον οἴσω λαβών.* Brunck.

1064. *ἅλας θυμίτας* (*θυμητίδας* Suidas) *δοὺς ἐμοὶ* Schol. ad v. 737. et Suidas in *περίδου.* Elm. Suid. v. *ἅλας θυμίτας. δοὺς ἐμοὶ* Suid. ed. et Ms. in *περίδου.* [ubi *θυμητίδας* ed. Med. Dobr.] Pors.

1065. Suid. *ἄχθομαι.* Pors.

1066. *θρῖον ταρίχους οἶσε δεῦρο, παῖ, σαπροῦ.* Sic optime A. B. [accedente Suida in *θρία. παῖ* et *μοι* permista habes v. 1064. *παῖ* et *μου* v. 1066. Elm.] In C. inverso vocum ordine, *οἶσε παῖ σαπροῦ δεῦρο.* Impressorum lectio mendosa et inconcinna est: *θρῖον ταρίχους οἶσε σαπροῦ δεῦρό μοι.* Qui metrum vacillare non animadverterunt, prosodiæ imperiti fuere. Primam in *σαπροῦ* nunquam produxisset Comicus. Brunck. *Οἶσέ μοι* Suid. in *Περίδου.* Bent. *Οἶσε δεῦρο, παῖ, σαπροῦ* legendum ex Suida v. *θρία. δεῦρο παῖ σ.* Suid. ed. Ms. *θρῖα.* Pors. *Θρίον ταρίχους.* Haud recte verterunt Berglerus et Brunckius: *folio involutum salsamentum.* Aliud est enim *θρῖον* absolute positum, ut v. seq. aliud cum genitivo alius substantivi constructum, ubi simpliciter notat *frustum.* Ergo *θρῖον ταρίχους* est *frustum salsamenti.* Sic *δήμου βοείου θρῖον* Equ. 954. Ceterum *θρῖον* proprie notat folium ficulnum. His foliis multa olim solebant, cibaria præsertim involvi. Quum igitur dicitur *θρῖον ταρίχου,* intelligitur frustum salsamenti, quantum folio ficulno involvi solet aut potest. Nihil igitur opus est in versione ponere *salsamentum folio ficulno involutum.* Ceterum quod additur *σαπροῦ* miseriam et egestatem imperatoris cavillatur, qui ne recentibus quidem salsamentis, sed veteribus et rancidis vescatur. Schutz.

1067. *κᾀμοὶ σὺ δὴ, παῖ, θρῖον· ὀπτήσω δ' ἐκεῖ.* Sic rursus optime codd. A. B. Rursus in C. transversis vocibus, *κᾀμοὶ δὴ σὺ παῖ* — In impressis vero mendosissime: *κᾀμοὶ δὲ δὴ σὺ, παῖ, θρίον· ὀπτήσω δ' ἐκεῖ.* [*σὺ* deleri voluerat Bentl.] Prudenter facere sibi visi sunt, quod *θρίον* excudi curarent *παροξυτόνως.* Sed accentus, quomodocunque scribatur, syllabæ quantitatem non mutat. ΘΡΙΟΝ primam semper producit. Eq. 954. *δημοῦ βοείου θρῖον ἐξωπτημένον.* Conc. 707. in anapæstis: *ὑμᾶς δὲ τέως θρῖα λαβόντας.* Versus labem vidit Kusterus, sed conjiciendo a scopo aberravit. Vocem *σὺ,* quam codd. omnes retinent, delebat. Brunck. Carmini quidem satisfacit scriptura a Brunckio recepta: verum cum complura *θρίων* essent genera, veri simile est Dicæopolidem non minus quam Lamachum id nominasse quod sibi afferri vellet. Itaque pro Brunckiano *δὴ, παῖ,* levi mutatione dedi *δημοῦ,* ex Eq. 954. *δημοῦ βοείου θρῖον ἐξωπτημένον.* Verba Pollucis vi. 57. de hoc cibi genere, nonnihil emendatiora quam vulgo leguntur, apponam: *τὸ δὲ θρῖον ὧδε ἐσκεύαζε· στέαρ ὕειον ἑφθὸν λαβὼν μετὰ γάλακτος, ἐμίγνυ χονδροπαχῆ· συμφυράσας δ' αὐτὰ χλωρῷ τυρῷ καὶ λεκίθοις ᾠῶν καὶ ἐγκεφάλοις, περιβαλὼν συκῆς φύλλῳ εὐώδει, ζωμῷ ὀρνιθείῳ ἢ ἐριφείῳ ἐνῆψεν· ἔπειτα ἐξαιρῶν, ἀφῄρει τὸ φύλλον, καὶ ἐνέβαλεν εἰς ἀγγεῖον μέλιτος ζέοντος. καὶ τὸ μὲν ὄνομα τῷ ἐδέσματι προσέθηκε τὸ φύλλον· ἡ δὲ μίξις πάντα ἐξ ἴσων δέχεται· τῶν δὲ λεκίθων, πλεῖον· ἐπεὶ πηγνύουσι καὶ συνιστᾶσι.* Abest a lexicis *χονδροπαχής.* Elm. *Κᾀμοὶ δὲ δὴ σὺ παῖ.* Expunge *παῖ,* quod ex versu superiore huc irrepsit. Pors. Sed recte Brunckius ex Mss. *κᾀμοὶ σὺ δὴ, παῖ.* Id. *'Οπτήσω δ' ἐκεῖ.* Nempe in loco convivii, apud sacerdotem. Schutz.

1068. *τῷ πτερῷ τῷ'κ* edd. vett. Elm.

1070. *ἡ στρουθὸς* hic manifesto *τὴν στρουθοκάμηλον* notat. Hesychius: *στρουθός. ὁ καταφερὴς, καὶ λάγνος. 'Αττικοὶ δὲ, τὰς στρουθοκαμήλους.* Omitti ad hanc glossam poterat Fulleri nescio cujus observatio. Liquido patet ex hoc Comici loco, *Atticos στρουθοκαμήλους simpliciter vocasse στρουθούς*: tum *imperfecta et decurtata* non *esse Hesychii verba,* ostendunt ista Eustathii ad Odyss. p. 1411. l. 11.

οἴδασι δὲ οἱ σοφοὶ καὶ ἑτεροίας στρουθοὺς, οὐ μικρὰς ἐκείνας, ἀλλ' ἀληθῶς μεγάλας, ὡς δηλοῖ τὸ μεγάλας στρουθοὺς, ὧν γνῶσις ἦν καὶ τῷ Κωμικῷ· ἐλέγοντο δὲ αὗται, καὶ Λιβυκαὶ στρουθοὶ, καὶ στρουθοὶ δὲ καταμόνας. Confer not. ad Aves 874. quo in versu στρουθὸς etiam στρουθοκάμηλον notat, absque adjuncto Μεγάλη, quod ad præcedens substantivum non pertinet. Brunck. Attice certe sine epitheto στρουθὸν etiam vocari struthiocamelum docere videtur Hesych. quod comprobare ex Aristoph. in Avib. 874. et Acharn. 1105. adnititur Brunck. fere ut Latinis quibusdam scriptoribus struthio solum nominatur qui Plinio semper dicitur struthiocamelus; sed tamen adsentiri Brunckio (præsertim in Av. 874. ubi satis perspicuum est, μεγάλη lepidissime ad στρουθῷ simul referri, et ad μητρὶ θεῶν) non possum, propterea quod non modo apud Aristotelem, cujus ætas prope abest ab Aristophanea, sed, ni fallor, apud omnes, quotquot supersunt, Græcos scriptores, στρουθὸς, et masculino quidem genere, semper est *passer:* at ubi cum epitheto legitur, ac fere constanter feminino genere, *marinum passerem* designat. *Locella* ad Xenoph. Ephes. p. 156. Brunck.

1073. βούλει—κίχλας. Pungit Lamachum turdos haud sine invidia ac desiderio spectantem. Schutz.

1074. λοφεῖον. λοφίον, *cristulam*, Schol. pro varia lectione. Elm.

1077. Hunc versum omisso δὸς allegat Pollux vi. 86. propter vocem λεκάνιον, quam inferius x. 76. ex Polyzelo profert: λεκανίῳ γὰρ ἐναπονίψει πρῶτον, εἶτ' ἐνεξεμεῖ· εἶτ' ἐνεκπλυνεῖ δὲ, κᾆτ' ἐναποπατήσει, Μάνια. Quæ verba paullo aliter emendavit Bentleius in epistola ad Hemsterhusium p. 229. Elm.

1076. Versus hic citatur a Plutarcho in compar. Aristoph. et Menandri p. 853. c. Kust. Hesychius: τριχόβρως. θηρίδιον, κατεσθίον τοὺς λόφους τῶν περικεφαλαίων.—ἀλλ' ἦ significat *sane, profecto.* ἀλλ' ἦ interrogativum est, et valet *num?* Vide Valckenarium ad Hippol. 932. Brunck. Τριχοβρῶτες. τριχόβρωτες vulgo. τριχοβρῶτες Pollux ii. 24. Suidas in ipsa voce. Utramque scripturam agnoscit Schol. Hesychius: τρίχοβρος (sic)· θηρίδιον — περικεφαλαίων. Elm. Interrogative capiendus est uterque versus, et sic scribendus: Ἀλλ' ἦ τριχόβρωτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον; Ἀλλ' ἦ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκιν κατέδομαι; Schutz.

1077. μίμαρκιν. Hoc me nolente et imprudente e prioribus editt. remansit. Excudi debuit μίμαρκυν, ut in tribus codd. scriptum est. Hesychius: μίμαρκυς. κοιλία καὶ ἔντερα τοῦ ἱερείου μεθ' αἵματος σκευαζόμενα. μάλιστα δὲ καὶ ἐπὶ λαγωῶν αὐτῇ ἐχρῶντο· ὁτὲ δὲ καὶ ἐπὶ ὑός. ὁ δὲ Φερεκράτης παίζων καὶ ἐπὶ ὄνου φησί. Pollucis codices eandem scripturam cum υ in ultima syllaba tuentur, vi. 56. μίμαρκυς δὲ, κοιλία καὶ ἔντερα μετὰ αἵματος ἐσκευασμένα. μάλιστα δὲ λαγωῶν. Gallice appellari posset *le civet.* Brunck. Μίμαρκιν edd. Schol. et Suidas in μίμαρις. μίμαρκυν A. B. C. R. Brunckius [et Elm.] Hanc scripturam exhibet Diphilus apud Athen. p. 401. A. Utramque agnoscunt grammatici. Hesychius: μϊλάρκης (sic)· λαγωοῦ χόρδη. Idem. μιμάρκυς — φησί. Consentit Pollux vi. 56. Elm.

1078. In diverbio facetissimo Dicæopolin inter et Lamachum versus me semper legentem moratur hic: ὤνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ; Sed quid sibi vult istud προσαγορεύειν ἐμέ? Nam in præcedenti versiculo, ἀλλ' ἦ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι, nulla est προσαγόρευσις. Librarios loco proprio versus quosdam movisse credo, quos ordine legitimo descriptos adponam:

ΛΑΜΑΧΟΣ.
ἔνεγκε δεῦρο τὼ πτερῶ τὼ κ' τοῦ κράνους.
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.
ἐμοὶ δὲ τὰς φάττας γε φέρε καὶ τὰς κίχλας.
ΛΑΜΑΧΟΣ.
καλόν γε καὶ λευκὸν τὸ τῆς στρουθοῦ πτερόν.
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.
καλόν γε καὶ ξανθὸν τὸ τῆς φάττης κρέας.
ΛΑΜΑΧΟΣ.
τὸ λοφεῖον ἐξένεγκε τῶν τριῶν λόφων.
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.
κᾀμοὶ λεκάνιον τῶν λαγῴων δὸς κρεῶν.
ΛΑΜΑΧΟΣ.
ἀλλ' ἦ τριχοβρῶτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον.
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.
ἀλλ' ἦ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι.
ΛΑΜΑΧΟΣ.
ὤνθρωπε, παῦσαι καταγελῶν μου τῶν ὅπλων.
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.
ὤνθρωπε, βούλει μὴ βλέπειν εἰς τὰς κίχλας;
ΛΑΜΑΧΟΣ.
ὤνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.
οὔκ· ἀλλ' ἐγὼ χὼ παῖς ἐρίζομεν πάλαι.

Jam sunt omnia facilia et apte conjuncta. Lamachus a Dicæopoli compellari se indignatur, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ, quippe qui verba ὤνθρωπε, βούλει μὴ βλέπειν εἰς τὰς κίχλας sibi dicta fuisse, ut erant revera, credere potuit. Præterea lepida est e proximo formulæ, ὤνθρωπε βούλει, iteratio, quam haud dubie quæsivit poeta; ut patet e simili lusu in versibus alternis, καλόν γε καὶ λευκόν, καλόν γε καὶ

ξανθόν, ἀλλ' ἢ τριχοβρῶτες, ἀλλ' ἢ πρὸ δείπνου. Atqui versus 1073. et 1078. male fuisse alterum ab altero divulsos hæc una observatio satis ostendebat, et criticis poterat ad restitutionem totius loci viam munire. Boissonade in Wolfii Analectis iii. p. 79. sq.

1080. περιδόσθαι. Vide ad Nubes 644. Berg.

1081. πότερον ἀκρίδες ἥδιον. Veteres Græcos aliosque populos olim locustis vesci solitos fuisse, monuimus jam supra, ubi τετραπτερυλλίδων mentio fit. Fuisse autem cibum illum vilissimum et minime delicatum, patet ex hoc loco: quippe ubi ἀκρίδες opponuntur κίχλαις. Kust. Salse ludit imperatorem, fingens se cum puero suo altercasse, locustæne an turdi suaviores sint; ideoque ait se cum eo pignore deposito, Lamachoque arbitro certaturum, quem deinde proterve mentitur locustas esse suaviores judicasse. Schutz.

1084. ἀφελών. Nempe ab igne removeri jubet fartum. Schutz.

1086. καὶ σὺ, παῖ, τοὖδ' ἀντέχου. Hæc dicens veru famulo porrigit, infixas carnes extracturus. Ita Scholiastes. Aliud quid tamen possit intelligi. Brunck.

1087. τοὺς κιλλίβαντας. τοὺς σκιλλίβαντας R. Versum allegat Pollux x. 146. qui κιλλίβαντας inter σκεύη στρατιωτικὰ recenset. Scholiastæ nostro sunt τρισκελῆ τινα σκευάσματα, ἐφ' ὧν ἐπιτιθέασι τὰς ἀσπίδας, ἐπειδὰν κάμωσι πολεμοῦντες. Ultima verba ex mera conjectura adjecit grammaticus, cum non videret ideo a Lamacho posci τοὺς κιλλίβαντας, ut clypeum iis innixum emundaret. Inde est quod tum demum terribilem illum clypeum afferri jubet, cum τοὺς κιλλίβαντας in conspectu spectatorum rite collocarit. Tali instrumento utebantur pictores teste Polluce vii. 129. ἐφ' οὗ δὲ οἱ πίνακες ἐρείδονται ὅταν γράφωνται, ξύλον ἐστὶ τρισκελές· καλεῖται δὲ ὀκρίβας καὶ κιλλίβας. Verum notissimus usus, ut opinor, erat ad mensam sustentandam. Hesychius: κιλλίβαντες· τραπεζῶν βάσεις καὶ ὑποθέματα· ἢ τρισκελεῖς τράπεζαι. Elm.

1088. Verba τῆς ἐμῆς a Dicæopolide δεικτικῶς dicuntur, digito ad κίστην admoto, vel ad ventrem, quæ quidem Scholiastæ sententia est. Elm. Plorare jussis Scholiastis eorumque asseclis, tu rescribes: Παῖ, τοὺς ἄμητας κριβανίτας ἔκφερε. Sponsorem emendationis dabo ipsum Comicum Plut. 1000. Hotib. Fortasse scripserat poeta: καὶ τοὺς ἐμῆς, τοὺς κριβανίτας ἔκφερε, ita ut post τοὺς ἐμῆς ex antecedentibus repetatur ἀσπίδος κιλλίβαντας, quem sensum Berglerus sic expressit: *et ventris mei fulcra effer panes clibanarios.* Schutz.

Κριβανίτας. Panes κριβανίτας memorat noster etiam in Γήρᾳ apud Athen. p. 109. f. unde in Plut. 765. κριβανιτῶν ὁρμαθῷ rescribendum videtur. Superius v. 87. βοῦς κριβανίτας ludens dixit. Panes ἰπνίτας et ἐσχαρίτας recenset Athenæus p. 109. c. Elm. Propter similitudinem præcedentis κιλλίβαντας intulit hanc vocem. Subauditur autem in τῆς ἐμῆς vox γαστρὸς, ut monet Scholiastes. Berg.

1089. Γοργόνωτον ἀσπίδος κύκλον. Sic Eurip. Phœniss. 1137. σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐπῆν Γίγας. Idem Troad. 1136. χαλκόνωτον ἀσπίδα. Voce autem κύκλος Comicus rotunditatem clypei indicat; Scholiastes ad Vesp. 18. κυκλικαὶ γὰρ ἦσαν αἱ ἀσπίδες τῶν παλαιῶν· ὡς Αἰσχύλος· ἅλω δὲ πολλὴν (ἀσπίδος κύκλον λέγω) ἔφριξα δινήσαντος. Qui locus exstat in Septemtheb. tragici v. 495. Archestratus apud Athenæum vii. p. 320. καὶ μέγεθος κυκλίᾳ ἴσον ἀσπίδι νῶτα φοροῦντος. Berg.

1090. τυρόνωτον δὸς κύκλον. Et hic versus citatur a Plutarcho dicto loco [t. ii. p. 853.], apud quem pro τυρόνωτον scriptum est γυρόνωτον, quæ lectio præstat. Nam non solum jocum captare voluit Comicus ex simili sono vocum γοργόνωτος et γυρόνωτον, sed etiam, si sensum spectes, non recte de placenta dixeris τυρόνωτον, quippe quod epithetum caseo proprie convenit, sed γυρόνωτον i. e. *rotundum tergum habens.* Kust. Recte vero lectionem τυρόνωτον præfert Wyttenbachius in Plutarchi Moral. opp. editione. Est autem τυρόνωτος caseo *tectus*, i. q. τυροφόρος in Epigr. a Suida laudato h. v. in quo dicitur filius Hegesidæi sacrificasse πλακόεντα πίονα τυροφόρον, *placentam pinguem caseo conspersam.* Schutz. Æneas sophista epist. 14. τὸν ἐκ μέλιτος καὶ ἀμυγδάλων συμπλακέντα κύκλον. *Ex melle et amygdalis complicatum orbem*, i. e. placentam. Berg.

1091. ταῦτ' οὐ κατάγελώς ἐστιν ἀνθρώποις. Eurip. Ione 528. ταῦτ' οὖν οὐ γέλως κλύειν ἐμοί; Berg. Κατάγελως — πλατύς. Synesius epist. 50. γέλως ἂν εἴη πλατύς. Theophylactus Simoc. epist. 10. ἐγὼ δὲ πλατὺν γέλωτα τῶν σῶν καταχέω δογμάτων. Id. Citat Suidas v. καταγέλως. Pors.

1093. ἐκ τοῦ χαλκίου. ἐν τῷ χαλκίῳ vulgo, quod post κατάχει minime Græcum est, licet diserte a Schol. agnoscatur, quem describit Suidas in κατάχει. ἐκ τοῦ χαλκίου optime Pollux x. 92. Hesychius ex Eupolide: χαλκίον μακρόν· τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν. Satis ridicule sistitur in scena Lamachus scutum oleo detergens, donec Dicæopolidis imaginem reddat. Elm.

1094. ἐνορῶ γέροντα. Sic B. C. In membr. ὁρῶ. Brunck. Subauditur ἐν τῇ ἀσπίδι. Verba δειλίας φευξούμενον recte vertit Brunckius: *reum timiditatis futurum.* Sic διώξομαί σε δειλίας Eq. 368. Elm. Nimirum inter γραφὰς s. accusationes publicas, erat ἡ τῆς δειλίας γραφή, eadem fere quæ ἡ τῆς ἀστρατείας. Schutz.

1095. γέρων κλάειν κελεύων. Sic optime B. Vulgo ineptissime, post γέρων posita maxima distinctione, κελεύω legitur. Dixerat Lamachus se in polita et nitida superficie clypei senem videre timiditatis causam dicturum. Huic Dicæopolis in placentam, tanquam in speculum, intuens refert: *Ego etiam hic video senis imaginem, plorare jubentis Lamachum.* Facetum hoc est: at vide quam insulsum sit in Bergleri versione: *Et hic apparet senis imago. Plorare jubeo Lamachum.* Absque codicis ope hic locus facile sanari poterat. Quod dedimus, id ipsum conjectura adsecutus fuerat Reiskius. Brunck. Quem secutus est Elm., qui monet eandem emendationem factam esse a Bentleio.

1096. Λάμαχον τὸν Γοργάσου. Ut Clisthenem Sibyrtii filium superius v. 118. per jocum appellat noster, ita patrem Gorgasum Lamacho tribuit, qui revera Xenophanis filius erat, teste Thucydide vi. 8. Elm.

1097. φέρε δεῦρο, παῖ. φέρε, παῖ, δεῦρο R. Malim, φέρε δεῦρό μοι. Elm.

1100. πρὸς τοὺς συμπότας [ξυμπότας Brunck. Elm.] θωρήξομαι. Etymol. v. θώραξ: ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐμπίπλασθαι οἴνου θωράσσεσθαι (lege θωρήξασθαι vel θωράξασθαι) λέγεται· ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει· πρὸς τοὺς συμπότας θωράξομαι. ἐνωχηθήσομαι, ἢ μεθυσθήσομαι. Kust.

1102-3. Hos versus diverso ordine quam vulgo leguntur non male exhibet R. Neutrum agnoscit A. Elm. Κιστίδος. κίστιδος vulgo. κιστίδος penacute Pollux x. 136. et Suidas diserte in κίστις. Ita κλίνη, κλινὶς, τήθη, τηθίς. Id. Τὸ δεῖπνον — δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος. Vertunt: *cistæ penuariæ alliga cœnam.* At cœna, i. e. cibi ad cœnam a Dicæopolide conferendi in cista erant repositi; quomodo igitur ad cistam poterant alligari? Nimirum δεῖν ἐκ τῆς κιστίδος non significat, *aliquid in cista alligare*, sed *aliquid extrinsecus ad cistam alligare.* Itaque suspicor legendum esse, τὸ δέπας νυν, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος: *Poculum igitur, puer*, s. congium illum, *ad cistam alliga.* Schutz.

1105. ἐξέρχομαι. scil. ex ædibus exeo ad convivium. Reiskius malebat εἰσέρχομαι. Id probari posset, si ædes sacerdotis, ubi epulæ erant instructæ, vicinæ fuissent. Schutz.

1107. συμποτικὰ [ξυμποτικὰ Brunck. Elm.] τὰ πράγματα. Sic μανικὰ πράγματα Vesp. 1494. Berg.

1110. Subauditur ἰτητέον, τρεπτέον, βαδιστέον. Elm.

1111. σοὶ δὲ ῥιγοῦν καὶ προφυλάττειν. Sic optime membr. Sic etiam B. nisi quod ῥιγῶν habet, quod perinde est. Hoc quoque voluit librarius cod. C. qui scripsit σοὶ δὲ ῥιουγνῶν καὶ πρ— Pessime in impressis, σοὶ δὲ ῥιγῶντι προφυλάττειν. De Dorica forma ῥιγῶν Atticis etiam usurpata vide not. ad Av. 935. [Doricas formas ab Atticis usurpatas, διψῆν, πεινῆν, ῥιγῶν, sæpe mutarunt librarii. Elm.] Mirari subit Dawesium, de proprietate literæ ρ agentem Miscell. Crit. p. 160. hunc versum, prout vulgo legitur, citasse, nec animadvertisse ultimam in ῥιγῶντι contra canonem, quem ipse fixit, male produci ante literas πρ. Alio laborabat hic versiculus incommodo, a quo studiose, et quantum potis est fieri, cavere solet Comicus, ne cæsura in dimetris anapæsticis post secundum pedem sit. Brunck. Bent. olim sic: 'Fo. σοὶ δ' αὖ:' sed mox: 'δὲ longum ob ρ sequens.' Vid. ad Nub. 343. Burg. Vide Porsonum ad Hecub. 1161. Ceterum quod habet Ms. apud Brunckium,

οῦ ν
ῥιουγνῶν, natum e ῥι γ ῶν. Dobr.

1112. Sic legitur hic locus in libris, quos vidi omnibus: τῷ δὲ καθεύδειν μετὰ παιδίσκης | ὡραιοτάτης, | ἀνατριβομένῳ τε τὸ δεῖνα. His si sensus inest aliquis, est sane ineptissimus. Rem æstimes ex Bergleri accuratissima versione: *Ille dormiet cum puella pulcherrima, quæ ei fricabit illud membrum.* Itane? cum puella concumbet, nec puellam subiget, nec viri patrabit opus, et contentus erit, sibi *membrum illud* si perfricetur? Stultum mehercle nebulonem! Ut appareat, quod Chorus vult ostendere, quam diversa sit illorum conditio, necesse est, contrarias hic duas res sibi opponi, ut supra in illis versibus: τῷ μὲν πίνειν στεφανωσαμένῳ· | σοὶ δὲ ῥιγοῦν καὶ προφυλάττειν. Quænam autem magis sunt contraria, quam alterum, ut Comici verbis utar, βινεῖν, alterum vero δέφεσθαι? Vide Conc. 705. Ran. 541. ubi eadem est oppositio. Jussis itaque plorare librariis omnibus, editoribus, criticastris, confidenter repono: τῷδε καθεύδειν μετὰ παιδίσκης | ὡραιοτάτης· | σοὶ δ', ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα. Vulgo male scribunt τῷ δὲ, novam partitionem inchoantes, cui deest membrum alterum. Oportet τῷδε, *huic*, cui opponitur in altero exinde versu σοὶ δέ. Sæpius sic δὲ infertur, absente in priori membro correlativa particula μέν. In unica hac voce diversum quid e codd. enotavi. Pro τῷ δὲ in C. scriptum est ὧδε. In ceteris, ut duo

alii, cum impressis concinit. τὸ δεῖνα quid valeat, per se satis intelligitur. Veteris critici commentaria ad hunc locum descripsit Suidas in hac nota: εὐθυῤῥήμων, εὐθυλόγος, ἐτυμολόγος. καὶ ῥῆμα εὐθυῤῥημονῶ. ὅτε λέγει Ἀριστοφάνης ΤΟ ΔΕΙΝΑ, τὸ ῥηθησόμενον ἀηδὲς ἐκφεύγει εὐθέως λέγειν, ἵνα μὴ εὐ θυῤῥημονήσῃ. Vide Hemsterhusium ad Pl. p. 405. et nos ad Lys. 921. BRUNCK. Τῷ δὲ καθεύδειν. τῷδε καθεύδειν Brunckius. ὧδε καθεύδειν C. unde οὐδὲ conjeceram. Verum recte se habere videtur vulgata. In rerum diversarum collatione, post transitum a priore ad posteriorem, sæpe redit oratio ad priorem. Exemplo erunt tres primi versus hujus fabulæ et Plut. 751—759. ELM. Ἀνατριβομένῳ γε τὸ δεῖνα. ἀνατριβομένῳ τε τὸ δεῖνα vulgo, consentiente R. Versum ex ingenio ita refinxit Brunckius: σοὶ δ' ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα: in qua scriptura perperam usurpatur activa forma. Nimis obscœna sunt quæ contra vulgatam scripturam disputavit Brunckius, quam ut in eo confutando operam meam impendam. Remitto lectorem ad Vesp. 739. 1341. ubi fere similia leguntur. ELM. Ἀνατριβομένῳ τε τὸ δεῖνα. Displicet hoc Brunckio, qui reponendum putat σοὶ δ', ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα. Senex est Dicæopolis. Sapienti sat. cf. Vesp. 765, 6, 1384. Plaut. Stich. 4, 1, 66. HOTIB. Porsonus in nota meta apud amicum, 'Omnes Mss. ἀνατριβομένῳ τε τὸ δ. Plus simplex lacuna hunc locum corrupit, quas vide an recte explerim:

τῷ μὲν ὍΛΗΝ ΤῊΝ ΝΎΚΤΑ καθεύδειν
μετὰ παιδίσκης ὡραιοτάτης·
σοὶ δὲ ΣΤΎΣΑΝΤ' ΑἸΘΡΙΟΚΟΙΤΕῖΝ,
ἀνατριβόμενόν τε τὸ δεῖνα.'

Nullus dubito poëtæ mentem hic assecutum esse Porsonum, sed verba non præstiterim. Quid si σοὶ δ' ἐστυκότι φρουρᾶς ᾄδειν, Ἀνατριβομένῳ γε τὸ δ. De isto γε vide Porsonum ad Plut. 893. DOBR. Γε Reisk. reposuerat.

1115. Ἀντίμαχον. Quidam aiunt, referente Scholiaste, hunc, cum choragus esset, nimis parce sumtus fecisse. Erat autem officium choragi procurare ea quæ ad ludos scenicos spectarent. BERG. Ψακάδος. Psacadis i. e. *guttæ* filium vocat eum, quia vitio quodam naturæ sputo conspergeret quos alloqueretur. Scholiastes ad hunc locum et ad Nubes 1018. ait ipsum Antimachum dictum fuisse ψακάδα. sed in Nubibus legitur ψέκας per ε ut apud Suidam. BERG. In B. Ψεκάδος, uti scriptum est etiam hoc nomen in Schol. ad Nub. 1018. BRUNCK. Forte ψακάδα, sed repugnat Suid. in Ἀντίμαχος, verum in τευθίδες habet ψεκάδα. BENT. Inter Schol. καιρόν: lege χορὸν e Suid. [Ita Kust. BURG.] ID. Ψεκάδος B. Suidas in Ἀντίμαχος. Ψεκάδα Suidas in τευθίδες et Ψεκάς. Ψακάδα legisse videtur Schol. Ψακάδος R. ut vulgo. Ad Nub. 1022. ὁ ψαδακὸς λεγόμενος habet scholiorum ed. Aldina, ὁ ψεκὰς λεγόμενος aliæ, ὁ ψεκάδος λεγόμενος ex Schol. Suidas in Ἀντιμάχου. ELM. Τὸν ψεκάδα Suid. Ms. [et edd. τευθίδες. DOBR.] Per ε Suid. in ordine. [In Ψεκάς ubi citantur 1120-25. in v. τευθίδες, 1115-25. DOBR.] PORS.

1116. τὸν μελεῶν τὸν ποιητήν. Sic omnes editt., sed nullo sensu. Quare repono τῶν [τῶν Reisk.] μελῶν ποιητὴν, ut habet Suidas v. Ἀντίμαχος. Ad hanc lectionem proxime accedit P. qui habet τῶν μελέων (Ionice pro μελῶν) ποιητήν. Vel potuit etiam scripsisse Aristophanes, τὸν μέλεον ποιητὴν, i. e. *poetam miserum et vanum*. Hesychius: μέλεος· μάταιος. KUST. Sane commodius legeretur τῶν μελέων τὸν ποιητήν. Machon apud Athenæum vii. p. 341. Φιλόξενον τῶν διθυράμβων τὸν ποιητήν. BERG. Τὸν μελέων ποιητήν. Sic bene tres codd. Impressi, τὸν μελέων τὸν ποιητήν: inepte repetito articulo [quem ante ποιητὴν deleri voluit Bent.], cum versus etiam labe. Trimeter est choriambicus catalect. ut v. 1127. in antistrophe:

τὸν ξυγγραφῆ | τὸν μελέων | ποιητήν.
καθ' ἕτερον | νυκτερινὸν | γένοιτο.

Similes sunt versus 1118. et 1130. quorum prior male vulgo habitus. Vocis Λήναια prima syllaba ad præcedentem versum pertinet. At bene in impressis est ἀπέλυσ', præ quo sperni debuit trium codd. lectio ἀπέλυσεν. BRUNCK. Τὸν μέλεον τῶν μελέων ποιητήν. τὸν ξυγγραφῆ, τὸν μελέων τὸν ποιητὴν edd. vett. τὸν ξυγγραφῆ, τῶν (τὸν Portus) μελέων τὸν ποιητὴν edd. recentiores. τὸν ξυγγραφῆ, τὸν μελέων ποιητὴν A. B. C. Brunckius [et Hermannus Elem. doctr. metr. p. 427. Et hæc haud dubie genuina scriptura est.]. τὸν ξυγγραφῆ, τῶν μελέων ποιητὴν Vat. R. Verba Ἀντίμαχον τὸν συγγραφέα interpretationi suæ præfigit Scholiastes. μέλεον pro μελέων conjiciunt Kusterus aliique. Ex tanta diversitate eam retinui scripturam quam repræsentant Vaticanus et Ravennas, mutato ξυγγραφῆ, quod ex glossemate irrepsisse videtur, in μέλεον. Ludit poeta in similitudine vocum μέλος et μέλεος. Trisyllabum μελέων in chori carmine usurpatur Av. 744. 750. Conferendus Antiphanes apud Athen. p. 643. E. οἱ νῦν δὲ κισσόπληκτα, καὶ κρηναῖα, καὶ | ἀνθεσιπότατα μέλεα μελέοις ὀνόμασι | ποιοῦσιν, ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη. ELM. Versum om. Suidas in τευθίδες, ed. et Ms. ut videtur. τὸν μέλεον τῶν μελέων ποιητὴν

dexterrime Elmsleius. Suidas. Πυραύστου μόρον. πτηνόν ἐστι ζωΰφιον ὃ προσιπτάμενον τοῖς λύχνοις καίεται. καὶ Αἰσχύλος. Δέδοικα κάρτα πυραύστου μόρον. εἴρηται ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων. ubi Porsonus: Ed. Med. Δέδοικα μόρον κάρτα πυραύστου. μόρον γὰρ εἴρηται. Lege ergo, Δέδοικα μωρὸν κάρτα πυραύστου μόρον· εἴρηται— sive καὶ εἴρηται.' Dobr.

1117. ἁπλῷ. Sic Ms. Pors. Ἁπλῶς edd. Dobr.

1118. ὁ ζεύς. ὀξέως Ms. Pors. Ἀπολ. ὁ. ζ. edd. Dobr.

1119. τλήμονα ἄδειπνον ἀπέλυσεν tantum Suid. [ed. Ms. sc. Dobr.] Ἀπέκλεισ' ἄδειπνον. ἀπέλυσ' ἄδειπνον edd. ἀπέλυσεν ἄδειπνον A. B. C. Schol. ἄδειπνον ἀπέλυσεν Suidas in τευθίδες. ἀπέκλεισε δειπνῶν R. ἀπέκλεισε δείπνων altera scriptura apud Scholiasten. Elm. Ἄδειπνον. Allegorice, pro defraudatum mercede. Utitur autem hac allegoria apposite ad præcedentia; nam ibi Dicæopolis ad cœnam, ἐπὶ τὸ δεῖπνον, se parabat. Berg. Nihil hic allegorici. De Ruhnkenii errore in his verbis vide supra. Dind.

1120. ὅν γ' ἔτ' ἐπίδοιμι τευθίδος δεόμενον. Soph. Trach. 1055. ἂν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν αὕτως ὧδ' αὕτως, ὥς μ' ὤλεσεν. Eurip. Med. 163. ὅν ποτ' ἐγὼ, νύμφαν τ' ἐσίδοιμ' αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους. Berg. Ὅν ποτέ γ' ἐπίδοιμι τευθίδος. Vulgo ὅν γ' ἔτ' ἐπίδοιμι. In codd. ὃν ἔτ' ἐπ— Mendose, ut ex antistrophici versus collatione liquet. Brunck. Ὅν ἔτ' ἐπίδοιμι edidit Elmsleius, qui monet ὃν ἔτ' ἴδοιμι scriptum esse apud Suidam in τευθίδες. Vulgatam olim scripturam probat Meineckius in curis criticis in comic. fragm. p. 16. sic interpretatus: *quem utinam posthac aliquando videam.* Reisigio i. p. 123. scribendum videtur ὅν ποτ' ἐπίδοιμι. Dind. Ὃν ἔτ' ἴδοιμι Suid. [in τευθ. ed. Ms. ut videtur. Dobr.] ὅτ' ἐπι- Ms. in ψεκάς. [ὅν ἔτ' ἐπίδ- ed. Dobr.] Pors. Quid sibi velit interpres nescio. Invenit forte apud Hesychium: τευθίς· πέμμα πλακουντῶδες: et ideo *panem maritimum* interpretatus est O hominis acumen! τευθὶς piscis est species, qui dum frigitur in patella, σίζει, i. e. stridorem edit, et eo, quod e mari venit, eum vocat πάραλον. Palmer. Cf. Hemsterh. ad Polluc. T. ii. p. 1172. Dind. Similis fere imprecatio in Equit. 923. εὔχομαι δέ σοι ταδί· τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων ἐφεστάναι σίζον etc. Berg.

1122. πάραλος. Scholia: ἀντὶ τοῦ παραθαλασσία. ἢ ἡ παρὰ τοὺς ἅλας κειμένη· ἐπεὶ δὲ καὶ ἱερὰ ναῦς τῶν Ἀθηναίων πάραλος καλεῖται, ἐπήνεγκε τὸ ὀκέλλοι, ὅ ἐστι προσορμίζοι, ὡς ἐπὶ νεώς. Navis illa Atheniensium res est notissima: vide in Av. 1204. Berg. Ἐπὶ τραπέζης. ἐπὶ τραπέζῃ vulgo. ἐπὶ τραπέζης Suidas in τευθίδες et Ψεκάς. Dativus est in Eq. 783. ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως. Thesm. 1182. καθεζομένη δ' ἐπὶ τοῖσι γόνασι τοῦ Σκύθου. Elm. Ἐπὶ τραπέζῃ κειμένη. Non ut vulgo vertitur *in mensa jacens*, sed potius *mensæ imminens* i. q. τραπέζῃ ἐπικειμένη. Primum enim navis litori imminet, deinde appellitur. Sic h. l. piscis cum sale tostus et stridens, imminens mensæ tandem appellere dicitur, allegoria suavissima. Schutz.

1123. ὀκέλλει Ms. bis. Pors. Ὀκέλλα (sic) Med. in τευθ. ὀκέλλοι in ψεκ. Dobr.

1125. ἁρπάσασα φεύγοι. ἁρπάσας φάγοι Suidas [et sic Ms. Pors.] in τευθίδες et Ψεκάς. Elm.

1127. Lege καὶ θάτερον. Bent.

1128. ἠπιαλῶν — βαδίζων. Nominativus absolutus pro genitivo ἠπιαλοῦντος et βαδίζοντος, ut recte notat Scholiastes vetus. Kust. Hesychius: ἠπιαλῶν· ῥιγῶν τὸ γὰρ πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος, ἠπίαλόν φασιν. Noster secundis Thesmophoriazusis apud Schol. ad Vesp. 1038. ἅμα δ' ἠπίαλον πυρετοῦ προδρόμον. Elm.

1129. βαδίζων. βαδίζει Suidas in ἠπίαλος, unde forsan [cum Bentleio] conjeceris βαδίζοι· κᾆτα. Verum receptam scripturam, de qua dixi superius ad v. 316. diserte tuetur Schol. a Kustero emendatus: ἠπιαλῶν δὲ εἶπε καὶ βαδίζων, ἀντὶ τοῦ ἠπιαλοῦντος καὶ βαδίζοντος. Elm. **Βαδίζων.** Sic Suid. Ms. ἠπίαλος. Pors. Ed. Med. βαδίζει. Dobr.

1130. τῆς κεφαλῆς. τὴν κεφαλὴν R. τῆς κεφαλῆς, ut vulgo, Schol. diserte, quæ scriptura repræsentatur v. 1143. Vesp. 1428. Pac. 71. et subinde apud alios scriptores. Nempe subauditur τὸ ὀστοῦν: quod enim dixit Lucianus Timone p. 161. κατέαγα τοῦ κρανίου, non magis Atticum est quam ἵπτατο, ἀπαντώμενος, καθεσθεὶς, et reliqua portenta, quæ Lexiphani suo exprobrat. Cum vero dixerit Plato Gorgia p. 520. d. κἄν τινα δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγέναι δεῖν, in hoc nostri loco pro αὐτοῦ non mihi displiceret αὐτόν. Lucianum et Platonem allegavit Thomas Magister in καταγῆναι. Elm. Corrupte Suid. ed. et Ms. Ὀρέστης. cetera loca om. Ms. αὐτοῦ ut videtur Ms. [ibid. Ed. Med. αὐτὸν pro αὐτοῦ μεθύων. Dobr.] Pors. Ὀρέστης μαινόμενος. Hunc Orestem, qui erat nocturnus grassator, dicit *furentem*, quia commune nomen habet cum Agamemnonis filio, quem *furiæ* exagitarunt, ut notum ex tragœdiis, propter matris cædem. Eundem grassatorem vocat heroem in Avib. 1491. eadem de causa: εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρωι τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέστῃ, γυμνὸς

ἣν πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ πάντα τἀπιδέξια. Ubi vide notam. BERG.

1131. ὁ δ' αὖ. Vulgo ὁ δέ. Sæpissime commutari δ' αὖ et δὲ, observavi ad Vesp. 735. quod pueris etiam notum. Ut metra concinerent, illud præferri debuit:

ὅν ποτέ γ' ἐ	πίδοιμι τευ	θίδος
μαινόμενος	ὁ δ' αὖ λίθον	βαλεῖν.

λίθον βαλεῖν. Sic etiam A. C. In B. λαβεῖν. BRUNCK. Ὁ δὲ revocandum esse monuerunt Meineckius et Reisigius locis ad versum strophicum laudatis, et revocavit Elmsleius, qui λαβεῖν ex B. et R. recepit. DIND.

1133. Athen. xv. p. 698.: ἔβαλλον πολλοῖσι σπελέθοισι. BERG. Σπέλεθον. Nescio qua incogitantia hoc admiserim, repertum quidem in codd. A. C. Sed vera est, quam reponi velim, cod. B. et impressorum scriptura πέλεθον, extrito σ, quæ litera metrum hujus versus pessumdat. Est enim senarius iambicus. BRUNCK. Σπέλεθον metro repugnante A. C. Schol. ad Eccles. 595. Suidas in σπέλεθος. De his vocibus, quarum altera est Attica, altera recentioris Græcitatis, accurate, ut solet, disputavit Piersonus ad Mœrim p. 310. quem tamen fugit ex emendatione Kusteri profectum esse τῶν δὲ σπελέθων Eccl. 596. ubi veteres libri τῶν σπελέθων habent, καὶ τῶν σπελέθων Brunckius. ELM.

1134. ἐπάξειεν δ' ἔχων. Sic A. B. Male vulgo ἐπαΐξειε δ' ἔχων, numeris non congruentibus. BRUNCK.

1136. Κρατῖνον. Scholiastes monet, non poetam hic intelligi, sed alium quendam. BERG.

1138. ἐν χυτριδίῳ. Sic optime Dawesius Misc. crit. p. 204. [et Elm.]. Vulgo, claudicante versu, ἐν χυτρίῳ. Occurrit apud Comicum χυτρίδιον supra 439. Conc. 745. Pac. 202. χυτρίον vero nullibi. Boni commatis vox esse videtur. Ut enim χοιρίον et χοιρίδιον, sic χυτρίον et χυτρίδιον: nec affirmare ausim vocem esse nihili. Sed nihilo minus certum est eam hic a Comico adhibitam non fuisse, quia nuspiam ille primam in χύτρα producit. BRUNCK. Χυτρίδια pro χυτρίδε restituendum Platoni apud Athen. vii. 5. p. 279. c. PORS.

1140. ἔρι' οἰσυπηρά. Sincera lectio, quam qui primus e recentioribus editoribus reposuit, eum satis pro merito laudare nequeo. Conjecturam, si modo ita appellari debet, ipsa enim re certissima emendatio est, præter Scholiastam, adfirmare possit Pollux vii. 28. ἐριοπῶλαι, ἐριοπωλεῖν, ἔρια οἰσυπηρὰ 'Αριστοφάνης. Suidas: οἰσύπη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων. οἰσυπηρὸς, ῥυπαρός. ἔρια οἰσυπηρὰ, ῥύπου πεπληρωμένα. At codices omnes, editiones itidem omnes ab Aldina usque ad Frobenianam habent ἔργ' οἰσυπηρά. An temeritatis reus agetur, qui sine ullius codicis auctoritate mendam illam e Comici textu sustulit? An stoliditatis damnabuntur insequentes editores, qui furtim suppositam lectionem probarunt, prioremque, quam unicam agnoscunt veteres libri, non revocarunt? *Quorsum,* inquiet aliquis, *inepta hæc quæstio?* Ineptane, ais? Audi et judica. In Apollonii Rhodii Argonauticorum i, v. 1132. legebatur olim: πολλὰ δὲ τήν γε λιτῆσιν ἀποστρέψαι ΕΡΓΩΛΑΣ | Αἰσονίδης γουνάζετ' — Vocem nihili ἐργώλας ablegavi, sinceramque poetæ manum restitui, ΕΡΙΩΛΑΣ. Sic legendum esse uno ore clamaverunt eruditi omnes. Crimini tamen mihi datum fuit, quod putida menda poetam illum inquinari diutius non siverim. En Aristarchi nostratis judicium in *ERUDITORUM DIARIO ad mensem Maium* 1781. *Henri Estienne avoit remarqué pareillement qu'il falloit lire* ἐριωλὰς, *mais il s'étoit bien gardé d'insérer cette leçon dans le texte.* Placide quiescant H. Stephani manes, cujus e laudibus nihil detractum volo. Sed illi duplices agendæ erant partes; Bibliopolæ, et Critici. Quum librum quempiam prælo suo subjiciebat, omnis ei removenda erat mora, ut nundinas præverteret. Ex hac præsertim, aliisque causis, factum est, ut ejus editiones non ita sint emendatæ, ut futuræ fuissent, si optimo inque primis erudito viro plus fuisset otii. Librum plerumque typis descriptum operis suis exprimendum dabat, contentus in notis ea corrigere, quæ mendosa ei viderentur. Sed hac nostra ætate, qua Criticæ lux tanto splendore effulsit, pro insigni bardo habendus fuisset, qui in Apollonii textu ἐργώλας reliquisset, ludibriumque debuisset eruditis, quotquot sunt, omnibus. Sciendum est in recentium Græcorum pronunciatione magnam esse soni adfinitatem inter literas ι et γ. Eadem observatur in Germanorum sermone. Nomen *metzger*, quod eis *lanionem* significat, ita a politissimis quibusque pronunciatur, ut qui in eorum literis non fuerit eruditus facile credat scribi debere *metzier*. Sed istud obiter. Ex hac literarum adfinitate sæpissime contigit, ut ι et γ invicem permutarentur. Vide quæ in hanc rem notarunt Hesychii interpretes ad glossam Καλλιγένειαν, et hæc summi Hemsterhusii perpende verba ad Lucianum T. i. p. 287. ' Causa corruptelæ proxima recentioribus literarum γ et ι pronunciatio, quo mendi genere vix dici potest, quot adhuc veterum loca laborent, ut in Hesychio, παῖον, ἀσφαλὲς, βέβαιον· pro πάγιον. λοῖα, ὀλέθρια· pro λοίγια. ἦγε et ἦϊε, ἀγὼν et αἰὼν in membranis sæpe commutata. ΕΡΓΩ-

ΛΑΣ *NULLIUS PRETII VOCABULUM* in Apollon. Rh. i. 1132. pro ΕΡΙΩΛΑΣ, quod usurpat ipse iv. 1778. Sed exemplis parco.' Hactenus vir post renatas literas Græce doctissimus. Non tamen ista *PUTEANUM* permovebunt, ut agnoscat optimo jure ἐριωλὰς Apollonio restitutum a me fuisse. Et forte nimis calidum fuit, nec satis meditatum Hemsterhusii effatum. Bis apud Comicum occurrit vox ἐριωλὴ diversa potestate. Primo Eq. v. 511. ubi propria significatione adhibetur: tum Vesp. 1148. ubi facete senex Heliastes filio, qui ei lænam e molli lana, quam Ecbatanis textam fuisse aiebat, et ἐρίων τάλαντον ῥᾳδίως καταπεπωκέναι, induere volebat, respondet, lænam illam non καυνάκην, sed ἐριώλην, *laniperdam*, ut lepide reddidit Florens, appellari debere. Ibi ἐριώλην adhibet, tanquam si vox esset composita ab ἔριον et ὄλλυμι, pro ἐρίου ἀπώλειαν. Quidni, obsecro, pari licentia fingere potuit Comicus vel noster, vel alius, vel quivis scriptor, cui urbano esse licuit, nomen ἐργώλη, quo signate notaretur sinistrum aliquod scriptum, cujus auctor operam ludos fecisset et chartam? Judicium illud, quod modo dicebam de Apollonii editione in *ERUDITORUM DIARIO* si quis ἐργώλην appellare velit, hoc ego vocabulum contra doctissimos Hemsterhusii discipulos tuebor, et maximi pretii esse contendam. Brunck. Λαμπάδιον, λαμπάδια, contra metrum, Suidas in ipsa voce, sed non recto litterarum ordine. Hesychius: λαμπάδιον· τὴν λεπτὴν κειρίαν, ᾗ ἐπιδοῦσιν. Inter medici instrumenta memorat Pollux x. 149. Elm. Ἐρί' ed. Kust. et ita Schol. λαμπάδια Suid. ed. in v. λαμπάδαι vel λαμπάδας Suid. Ms. Pors.

1141. ἁνήρ. ἀνὴρ vulgo, sine articulo. Elm. Ἀνήρτηται τέτρωκε Ms. Pors.

1142. Citat Suidas v. παλίνορον, qui et eodem respexit v. ἐξεκόκκισε. Locus autem hic, si proprie verba spectes, sic vertendus est: *et malleolum pedis retro actum loco suo excussit*, i. e. *malleolum pedis luxavit*. Observandum autem est, Comicum per jocum hic dixisse ἐξεκόκκιζε, quod proprie significat *grana excussit*. Kust. παλίνορον ἐξεκόκκισεν. *Retroactum excussit ut granum e spica*. Vox comicæ licentiæ. Utitur ea et in Pace 63. paulo aliter: τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας. Scholiastes tamen videtur legisse ἐξεκόκκυσεν, qui id exponit per ἤχησεν, *sonuit*, quæ expositio convenire magis potest verbo κοκκύζειν, quam verbo κοκκίζειν. Occurrit itidem improprie κοκκύζειν in Eccles. 31. ὁ κῆρυξ — κεκόκκυκεν, et in Ranis 1420. Berg. Ἐξεκόκκυσε legisse videtur Schol. ἐξεκόμισα Suidas in παλίνορον. Elm. Παλίνοῤῥον. παλίνορον vulgo, consentiente Suida in ipsa voce. Hesychius inter παλινώρους et παλίουρος, παλίνωρον (ἐξεκόκκισεν)· εἰς τοὔπισω ἐξέκλασεν καὶ ἐξέβαλεν· ἀπὸ τῶν ἐκκοκκιζομένων ῥοιῶν. Quum ad Homericum παλίνορσος Il. γ'. 33. quod habet Æsch. Agam. 159. respicere videatur poeta, dedi παλίνοῤῥον, quod a recepta scriptura non multum abscedit. Philetæro comico ἀμπαλίνωρος tribuitur ab Hesychio et Suida in ipsa voce. Hinc fortasse hoc loco παλίνωρον scribendum erat. Elm. Lege παλίνορσον. immo παλίνωρον ex Hesychio. Bent. Fortasse legendum: τὸ σφυρὸν παλίνορος ἐξεκόκκισεν, *dum ab isto lapsu et surgere et redire vellet, malleolum luxavit*. Schutz.

1143. Καὶ τῆς κεφαλῆς κατέαγε. Similiter Thucydides Hist. 1, 30.: τῆς γῆς ἔτεμον, ad quem locum Scholiasta: Ἀττικὴ ἡ σύνταξις: et 42.: τῆς — ὑποψίας σῶφρον ὑφελεῖν μᾶλλον, etc. Alioquin in promtu esset reponere τὴν κεφαλήν. Hotib. Vulgo vertitur *impingens lapidi*; rectius *et caput afflixit circa lapidem prolapsus*; nimirum ad lapidem pedes offendit, et prolapsus caput afflixit et vulneravit. Schutz.

1144. καὶ Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος. Supra v. 548. inclamatus a Choro Lamachus ait: τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος; *Quis Gorgonem excitavit e theca?* id est, *quis me adigit ut clypeum e theca educam?* Bene se illic habet verbum ἐξήγειρε, quod inde huc male retractum videtur. Aliud enim quid sententia flagitat, ἐξήραξεν [ἐξήρειξεν ab ἐξερείκω, *to crush, or batter out*: κατερείκω, Vespæ 649. Seager in *Classical Journal*, Nr. iv. p. 718.] *effregit*, vel similis potestatis verbum. Putida est Scholiastæ ad hunc versum nota. Brunck. Suid. γοργόνη. Pors. Ita ed. Med. γοργὼν Kust. Dobr.

1145. πτίλον — πεσόν. Pro πτίλου πεσόντος. Nominativus pro genitivo absoluto. Vide nos supra ad Plut. 277. Vide Plut. 277. et meam annotationem ad v. 316. Noster apud Pollucem vii. 67. ἀλλὰ τὸ στρόφιον λυθὲν, | τὰ κάρυά μοὐξέπιπτε. Elm. Κομπολακύθου. Quum supra hoc avis nomen irridendi Lamachi causa inventum esset, vix est credibile idem a nuntio vel famulo Lamachi usurpari. Quare præferenda mihi videtur alia lectio a Scholiaste memorata: Πτίλου δὲ τοῦ μεγάλου πεσόντος πρὸς πέτραις Δεινὸν μέλος ἐξηύδα Λάμαχος τάλας, in quo τάλας, quod Scholiastes non habet, versus complendi causa adjeci. Schutz.

1147. Sunt versus tragici alicujus, quem hic ridet Aristophanes. Kust. Ὦ κλεινὸν ὄμμα. Male Frischlinus: O præclare oculc; male Brunckius: O inclytum

lumen. Periphrasis hæc est personificatæ plumæ: vid. Valckenar. ad Eurip. Phœn. 415. Hotib.

1150. In his versibus miror neminem hæsisse. Occurrisse dicitur Lamachus fugitivis. Hic quæro utrum hi fugitivi, et qui deinceps memorantur latrones, iidem fuerint an alii. Si iidem, quis non miretur illam constructionem *ξυναντᾷ δραπέταις λῄστας ἐλαύνων*, pro *ξυναντᾷ δραπέταις λῃσταῖς, ἐλαύνων* scil. *αὐτοὺς* etc. Sin alii, cur mentionem fecerit poeta fugitivorum, in quos inciderit Lamachus, si nihil amplius haberet, quod de iis narraret? Præterea nullo modo quadrat, Lamachum capite et pedibus vulneratum latrones potuisse persequi et hasta premere. Nisi mihi falsa veritatis species illudit, levi aliquot literarum mutatione omnibus his incommodis subvenietur. Legendum arbitror: *Τοσαῦτα λέξας, εἰς ὑδρορῤῥόαν πεσὼν Ἀνίσταταί τε, καὶ ξυναντᾷ δραπετὴς Λῃστὴς ἐλῶν νιν καὶ κατασπέρχων δορί. occurrit ei fugitivus latro, qui eum assequitur et hasta percutit.* Notum est servos fugitivos, inopia coactos, latrocinia exercuisse. *Κατασπέρχειν δορὶ* h. l. i. q. *καταπλήσσειν.* Hesych. Et hoc ipsum ex hasta vulnus Lamachus ipse queritur v. 1155. Schutz. *Ξυναντᾷ δραπέταις, Λῃστὰς ἐλαύνων.* Elmsleius sic interpunxit: *ξυναντᾷ δραπέταις λῃσταῖς, ἐλαύνων* —

1152. *ὁδὶ δὲ καὐτός.* Ita Vesp. 1360. *ὁδὶ δὲ καὐτός· ἐπὶ σὲ κἄμ' ἔοικε θεῖν.* Av. 1718. *ὁδὶ δὲ καὐτός ἐστιν· ἀλλὰ χρὴ θεᾶς.* Elm.

1153. *ἀτταπαττατά* vulgo in priore loco, *ἀτταλαττατά* in altero. *ἀτταταῖ, ἀτταταῖ* R. utrobique. *ἀττατατάταί* Suidas in *ἐποποῖ.* Elm. Qui utrobique scripsit *ἀτατάταί.* Dind.

1153-9. Hæc respondere versibus 1160-4. facile quisque videt. Deletis interpretamentis sic scribendum:

Ἀτταταὶ, ἀτταταὶ,
Κρυερὰ πάθεα! τάλας ἐγὼ διόλλυμαι!
Ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν ἂν γένοιτό μοι·
Δικαιόπολις γὰρ εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον,
Κἆτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν.

Hotib. Sic lege:

ΛΑ. *ἀτταταὶ*
ἀτταταὶ
στυγερὰ ταδὶ
κρυερὰ πάθη·
τάλας ἐγὼ διόλλυμαι
δορὸς ὑπὸ πολεμίου τυπείς·
ἐκεῖνο δ', οἴμ' αἰακτὸν, οὔτ'
ἄνεκτον ἂν γένοιτό μοι·
Δικαιόπολις γὰρ, εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον,
κἄρτ' ἐγχάνοι γε ταῖσδ' ἐμαῖς ἂν ἐν τύχαις.

ΔΙ. *ἀταταὶ*
ἀταταὶ
τῶν τιτθίων ὡς χλιαρὰ καὶ Κυδώνια·
φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χοιρίω,
τὸ περιπεταστὸν καὶ τὸ μανδαλωτόν.
τὸν γὰρ χοᾶ νῦν πρῶτος ἐκπέπωκα.

ΛΑ. *ἰὼ ἰώ· τραυμάτων ἐπωδύνων* —
ΔΙ. *ἰὴ ἰὴ ἄμαχε παίδιον χύτρας* —
ΛΑ. *στύγν', Ἔρις, λέγω* —
ΔΙ. *μίγδ', Ἔρος, λέγω* —
ΛΑ. *τί μέ σὺ δάκνεις;*
ΔΙ. *τί μέ σὺ κυνεῖς;*
ΛΑ. *τάλας ἐγὼ τῆς ἐν μάχῃ γε ξυμβολῆς βαρείας·*
ΔΙ. *ἐν Χουσί γ' ἄν τις ξυμβολὰς ἐπράττετ' (οὐ βαρείας;)*
ΛΑ. *ὦ ξυμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν. Παιὼν ἰὼ Παιών.*
ΔΙ. *(ἀσύμφορόν μ',) ἀλλ' οὐ τανῦν γ', ὁσημέραι παίοντ' ἰὼ παίων.*

v. 7. Vulgo *δ' οὖν αἰακτὸν ἄν.* At prius *ἂν* Mss. omittunt. Mox dedi *ἄνεκτον.* Vid. *Classical Journal*, No. xxvi. p. 372. Adde *οὐ τλητὸν* in Lys. 529. et *οὐ τλατᾶς οὐ φερτᾶς* in Hec. 159. necnon *ἀνάσχετα* in Brunck. Indice. Exstat *ταῦτ' ἄνεκτα δῆτ' ἀκούειν* in Thesm. 563. V. 10. Vulgo *κατεγχάνοι — ἐμαῖσιν ἄν.* At *κατεγχάνοι* est nihili verbum. V. 13. Vulgo *σκληρά.* Papillæ puellarum certe dici possunt *σκληραί.* At cum iis *μαλθακῶς* non convenit. Reposui *χλιαρά.* Vox exstat in Ach. 975. V. 14. Vice *χρυσίω* dedi *χοιρίω.* Etenim fœminæ, quas secum *Δικαιόπολις* in scenam attulit, sunt Megarenses olim sub vestitu suillo introductæ; quarum altera fuit mater, altera filia, virum adhuc experta; ideoque rectius dictæ *χλιαρὰ*, quam *σκληραὶ*, rectius quoque *χοιρίω* quam *χρυσίω.* V. 15. Ita Elm. voluit pro *κἀπιμανδαλωτόν.* V. 18. *χαῖρε λαμαχίππιον.* Rav. *χαῖρε Λαμαχιππίδιον.* Inde erui *ἄμαχε παίδιον χύτρας.* Dicitur *ἄμαχε παίδιον* ut *κολλικόφαγε Βοιωτίδιον.* Intelligitur quoque *χύτρα* satis bene in tali loco. Etenim *χύτραν* esse *φιλημάτων* genus docet Pollux x. 10. ex Eunico *Λαβοῦ σὺ τῶν ὤτων, φιλήσων τὴν χύτραν.* In eundem censum referuntur *τὸ περιπεταστὸν* et *τὸ Μανδαλωτόν*: quibus adde *Γιγγλυμὸς, Δρεπτὸν* et *Ἰσχνίδες* apud Hesych.: unde corrige Photium v. *Μανδαλωτός.* V. 19. Vulgo *στυγερὸς ἐγὼ μογερὸς ἐγώ.* At hic, ni fallor, latet lusus Euripideus in *Ἔρις* et *Ἔρως.* Vide mea annotata ad Tro. 853. Reposui igitur *στύγν', Ἔρις, λέγω* et *μίγδ' Ἔρος λέγω.* De permutatis *ἐγὼ* et *λέγω* vide ad Vesp. 1238. in *Classical Journal*, No. xxxi. p. 39. V. 23. Vulgo *μάχῃ νῦν*: Mss. *νῦν* omittunt: rectius dedissent *γε.* V. 24. Vulgo *τοῖς Χουσὶ γὰρ τίς ξυμβολὰς ἐπράττετο.* At sententiæ nexus correlativæ facit, ut hic articulus abesse, et præpositio

adesse debeat: sic *ἐν μάχῃ γε ξυμβολὰς* opponitur *τῷ ἐν Χουσί γε ξυμβολάς*. Ad versus finem inserui *οὐ βαρείας*. Certe *βαρείας* sic positum excidere facile poterat. Redde *βαρείας ξυμβολὰς*, *heavy reckonings*. Simili metaphora dicitur *κουφὴ δαπάνη* in Eurip. Bacch. 891. At in Eq. 535. *σμικρᾶς δαπάνης* necnon Thucyd. iii. 11. et 64. Verum Hesiod. Ἔργ. 721. *δαπάνη τ' ὀλιγίστη*. V. 25. Voces Ὦ *συμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν* vulgo exstant post *ἐκπέπωκα*. Eas huc retuli, ut inde pateret quomodo *ἀσύμφορον* omissum esset in v. 26. ubi *παίοντ' ἰῶ* erui e *παιωνία*. Lamachi verba *παιὼν ἰὼ* deridet Dicæopolis per sua *παίοντ' ἰῶ*: ubi *παίοντα* est sensu nequiori. Metuebat profecto *Δικαιόπολις* idem sibi eventurum esse atque Trygæo: qui sciscitatur Mercurium in Pac. 711. Ὦ *δέσποτα, θερμῆς γῆν ὀπώρας κατελάσας* Ἆρ' *ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ*; cui responsum est, *Οὐκ εἴ γε κυκεῶν', ἐπιπίοις βληχωνίαν*. Quod ad lusum in *παιὼν ἰὼ* et *παίων ἰῶ*, cf. Pac. 455, 6. sic legendos *ἰὼ παιὼν ἰώ*. Ἄφελε *τὸ παίων· ἀλλ' ἰῶ μόνον λέγε*: ubi illud *ἰῶ* jure poterat clamare aliquis verberatus. V. 26. Vulgo *οὐχὶ νυνί*. R. *οὐχὶ νῦν γε*. Dedi *οὐ τανῦν γε*. Cf. Œd. C. 387. 616. In Plut. 993. pro *οὐχὶ νυνί γ'*. R. *οὐχὶ τοίνυν*: voluit *οὐ τανῦν γε*. Mox vulgo *τήμερον*. R. *σήμερον*. Reposui *ὁσημέραι quotidie*. Facetissimum est votum hoc Dicæopolidis, qui sicut iste homo apud Eustath. Ὀδ. p. 1678. *βαινόμενος βαίνων ποτὲ νύμφιος ἄλλοτε νύμφη*, cupit sibi satisfieri, quando aliis satisfacere nequit. Illud *ὁσημέραι* aliquatenus exponit Theognid. 1336. *Εὕδει σὺν καλῷ παιδὶ πανημέριος*. Sententiam sic construe: *παίων ὁσημέραι ἰῶ με παίοντα (τότε) ἀσύμφορον ἀλλ' οὐ τανῦν γε*. Burg. in *Classical Journal* Nr. xxxvii. p. 128. sqq.

1157. Hic et sequens versiculus in unum contributi sic exstant in A. C. *ἐκεῖνο δ' αἰακτὸν οἰμωκτὸν ἂν γένοιτό μοι*. In B. *ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν οἰμωκτὸν γένοιτ' ἄν μοι*. Elegans est vulgata lectio, quæ si emendatori accepta referenda sit, venustum hominem sapit. Sed laborat prior versiculus, in brevem syllabam desinens, quam non adjuvat sequens versus. Scribendum: *ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν ἄν γ', οἰμωκτὸν ἂν γένοιτό μοι*. Brunck. Dele *οἰμωκτὸν ἂν* e varia lectione orta et efficies senarium. Pors. Ita Hotibius p. 96. Ergo legendum, ut fere Elmsleius, *ἐκεῖνο δ' αἰακτὸν ἂν γένοιτό μοι, Δικαιόπολις εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον, κᾆτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν*. Dobr. Recepi scripturam quam habent A. C. R. Eodem carminis genere usus est noster in Av. 851. 895. Lys. 616. (ubi delendum *γε*) 639. nec dissimiles sunt hujus fabulæ 282. 327. Elm. Qui hunc versum edidit indivulsum.

1158. *Δικαιόπολις εἴ μ' ἴδοι*. *Δικαιόπολις γὰρ εἴ μ' ἴδοι* vulgo. *Δικαιόπολις ἄν μ' ἴδοι* R. Similes versus sunt Ran. 394. Nub. 1154. 1155. *βοάσομαι τἆρα τὰν ὑπέρτονον | βοάν. ἰώ, κλάετ', ὦ' βολοστάται*. Elm.

1159. *κᾆτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν*. *κατεγχάνοι γε ταῖς ἐμαῖσιν ἂν τύχαις* vulgo. *κᾆτ' ἐγχανεῖται ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν* R. *κατεγχάνοι*, nihili vocem, diserte agnoscit Schol. Metrum est ut in v. 1124. 1135. 1164. Hæc omnia vulgo aliter distinguuntur. Elm.

1161. *τῶν τιτθίων — τὰ κυδώνια*. Aristænetus epist. I. *κυδωνιῶντες οἱ μαστοί*. Berg. *Τῶν τιτθίων*. Comma hic poni debuit. Pendet genitivus a suppresso admirandi adverbio *ὦ*. Brunck.

1162. *χρυσίω*. In duali ad duas meretrices. Berg. Ad Schol. verba *θηλυδριῶδες καὶ κατεγγλωτισμένον* adscripsit Thesm. 138. Bent.

1163. Leg. *καὶ τὸ μανδαλωτὸν αὖ*. Suid. *Μανδαλωτόν*: sed, ut editum, in *περιπεταστόν*. Bent. Vulgo: *τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτὸν ἄν*. Istud *ἂν* in fine non unus agnoscit cod. Omnes syllaba defectum versum exhibent. Scribo *αὖ*. Quid significet *τὸ περιπεταστὸν*, ipsa vis verbi declarat. *ἐπιμανδαλωτὸν* autem est *εἶδος φιλήματος ἐρωτικοῦ, ἐν ᾧ δεῖ ἀλλήλων τὴν γλῶτταν τοὺς καταφιλοῦντας λείχειν*. Hinc *μανδαλωτὸν* appellatur quodcunque est molle et suavissimum. Mnesilochus in Thesm. 131. de Agathonis cantu: *ὡς ἡδὺ τὸ μέλος — καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον, | καὶ μανδαλωτόν*. Brunck. Κἀπιμανδαλωτὸν *ἂν* edd. ante Brunckium, qui *ἂν* mutavit in *αὖ*. [Quod jam Reisk. fieri voluerat.] Neutram particulam agnoscunt A. B. C. R. Similes sunt Ran. 398. 399. 401. 403. 405. *κἀπ' εὐτελείᾳ τόν τε σανδάλισκον*. 407. *ἀζημίους παίζειν τε καὶ χορεύειν*. 409. 410. 412. Elm. Hesychius: *μανδαλωτόν· φίλημα ποιὸν οὕτω καλεῖται*. Huc potius respexisse videtur grammaticus quam ad Thesm. 132. Quum diversa *φιλημάτων* genera essent *περιπεταστὸν* et *μανδαλωτὸν*, pro *κἀπιμανδαλωτὸν*, quod agnoscit Suidas in *περιπεταστὸν*, malim *καὶ τὸ μανδαλωτόν*. Tertium genus *χύτρα* memoratur ab Eunico apud Pollucem x. 100. *λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν*. Elm. Schol. Lege et distingue, *μανδαλωτὸν εἶδος φιλήματος ποικίλον — ἡδὺ — Καὶ θηλυδριῶδες καὶ κατεγλωττισμένον [Καὶ μανδαλωτόν]*. Cetera facile supplebis ex Suid. v. *περιπεταστὸν* et Nostro Thesm. 137. seq. Pors.

1164. *τὸν γὰρ χοᾶ [χόα* Elm.] *πρῶτος*

ἐκπέπωκα. Vulgo sic legitur hic versus: τὸν γὰρ χοᾶ νῦν πρῶτος ἐκπέπωκά γε. Voculæ νῦν et γε non comparent in A. C. In B. sola est νῦν: quam minio subducta lineola eximendam esse indicat. Ineptis his fulcris, a mala manu additis, versus non indiget, qui asynartetus est ex monometro iambico et dimetro trochaico brachycatal. BRUNCK.

1165. ξυμφορά. συμφορὰ vulgo ante Brunckium. ELM. Suid. συμφορά. PORS.

1166. Antistropha ἀκέφαλος. Hujusmodi versiculum excidisse puto, similem quidem cum primo strophæ adeo, ut facile negligeretur a librariis: Ὦ ξυμφορὰ μάκαιρα τῶν ἐμῶν καλῶν! Herodotus i. 207. Ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι, καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. Rarius καλὸν ita usurpatur Atticis, fateor; sed lepidius τὰ καλὰ quam τἀγαθὰ opponebantur τοῖς κακοῖς. HOTIB. Ἰώ, ἰώ] τῶν. at Suid. in συμφορὰ ut editum. BENT. F. ἰώ ἰώ μοι, quanquam vulgata est apud Suidam v. ἰώ. PORS.

1167. ἰή, ἰή, | ὦ χ. Α. Elmsleius edidit ἰή, ἰή, χαῖρε Λαμαχίππιον, uno versu. DIND. Ridiculus ὑποκορισμός. Si diminutivo nominis uti vellet, dicere debebat Λαμαχίδιον. SCHUTZ.

1169. Ex scholiis: τὸ κυνεῖν ἀντὶ τοῦ σαίνειν. ὡσεὶ ἔλεγε, τί μου καταπαίζεις καὶ λυπεῖς με, Δικαιόπολι; Hoc autem videtur dicere, quia Dicæopolis quasi condolens dixerat: μογερὸς ἐγώ. BERG. Κονεῖς conjecerat Reisk. DIND. Κυνεῖς. Perperam A. B. κινεῖς. BRUNCK. Κινεῖς contra metrum A. B. Schol. pro varia lectione. Male vertit Brunckius: *blande compellas*. Dicæopolis Lamachum osculatur, qui eum indignabundus remordet. ELM.

1170. Versus asynartetus e dimetro iambico et dimetro trochaico brachycatal. ut sunt in Vesp. XXV. continui a 236. Vulgo duo sunt versus: τάλας ἐγὼ τῆς ἐν μάχῃ | νῦν ξυμβολῆς βαρείας. Voculam νῦν non agnoscunt A. C. In tribus codd. unus versus est. BRUNCK. Similes versus sunt Vesp. 248 — 272. (a Brunckio indicati) Eq. 757. 758. 837. 838. Lys. 256. 258. 271. 273. Ran. 396. Nub. 1212. ἀλλ' εἰσάγων σε βούλομαι πρῶτον ἑστιᾶσαι. ELM. Stolide τῆς inter et ξυμβολῆς inculcavere ἐν μάχῃ, quod si verum sit, periit Dicæopolidis jocus ex ambiguo τοῦ ξυμβολή. Simili vitio γε τήμερον inter νῦν et Παιώνια legitur adscriptum. Repones:

στροφή.

Λ. Τάλας ἐγὼ τῆς ξυμβολῆς βαρείας!

ἀντιστροφή.

Δ. Τοῖς Χουσὶ γὰρ τίς ξυμβολάς ἐπράττετ';

στροφή.

Λ. Ἰώ, ἰώ, Παιάν, Παιάν!

ἀντιστροφή.

Δ. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν Παιώνια.

De strophis uno versu constantibus monui ad Pac. 584. HOTIB.

1171. ξυμβολὰς ἐπράττετο. Ludit in ambiguitate vocis, quæ *conflictum* et *symbolas* significat, id est, pecunias quæ conjectabantur ab iis qui communi sumtu erant una cœnaturi. Nefas autem fuisset symbolam ab aliquo exigere qui ad solemne convivium, qualia in festis agitabantur, fuisset invitatus. Lepidi exstant hanc in rem Eubuli Comici versus [apud Athen. p. 239. A.] in Excerptis Grotii p. 655. ὁ πρῶτος εὑρὼν τἀλλότρια δειπνεῖν ἀνήρ, | δημοτικὸς ἦν τις, ὡς ἔοικε, τοὺς τρόπους· | ὅστις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον | καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς ἐπράξατο, | φυγὰς γένοιτο μηδὲν οἴκοθεν λαβών. BRUNCK.

1172. Παιών, Παιών. Παιάν, Παιὰν vulgo, quam formam, ni fallor, non usurpant comici. Vide inferius v. 1183. Eq. 408. 1318. Pac. 453. 454. (ubi male vulgo παίειν legitur) 555. Av. 1763. Thesm. 311. 1035. Plut. 636. In Vesp. 874. vulgo legitur Ἰήιε Παιάν, quod non temere mutatum velim. ELM.

1173. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τήμερον. ἀλλ' οὐχὶ νῦν γε σήμερον R. Noster Eccl. 982. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπερεξηκοντέτεις. 991. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα. In Plut. 993. malim: ἀλλ' οὐχὶ νῦν ἔθ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει. ELM.

1174. τοῦ σκέλους. quod ex laxatione malleoli dolebat. SCHUTZ.

1174, 5. στρ. α'.
1176, 7. ἀντιστρ. α'.
1178, 9. στρ. β'.
1180, 1. ἀντιστρ. β'.
1182, 3. στρ. γ'.
1184, 5. ἀντιστρ. γ'.

v. 1186. et sqq. Sic lege

ΛΑ. λόγχη τις ἐμπέπηγέ μοι δι' ὀστέων ὀδυρτά. στρ. δ'.
ΔΙ. τήνελλα καλλίνικος.
ΧΟ. τήνελλα δῆτ'· εἴπερ καλεῖσ', 'ὦ πρέσβυ καλλίνικος,' ἀντιστρ. δ'.
Τήνελλ' 'ἀγὼν' ἐδύσω·
'χαίροις λαβὼν τόνδ' ἀσκόν'' στρ. ε'.
ΔΙ. ὁρᾶτε τουτονὶ κένον.
καὶ πρός γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα·
ἕπεσθε νῦν ᾄδοντες· ἀντιστρ. ε'.
ΧΟ. ἀλλ' ἑψόμεσθ', ὅσῃ χαρᾷ
τήνελλα, καλλίνικον ᾄδοντες σὲ καὶ τὸν ἀσκόν.

Mirum in modum Comici verba, quæ nemo intelligere potuit, disjecta exhibent editiones: nempe e v. 6. et 2. unus efficitur, et v. 4. sic legitur: Τήνελλα νῦν ὦ ἀγέννάδα (MSS. ὦ γέννάδα) χώρει λαβὼν

τὸν ἀσκὸν, et in v. 8. additur τήνελλα καλλίνικος. Verum ipse nihil video, quid sibi velit ὁρᾶτε τουτονὶ κένον post ὀδυρτά: neque gratias leves Editoribus egissem, si quis mihi sententiæ nexum explicuisset; quem ipse nunc aliis extricare possum. Tristem Lamachi vocem ὀδυρτὰ ridet Δικαιόπολις per suum lætitiæ epiphonema Τήνελλα: quod pro secundo accipit omine chorus, et subdit Τήνελλα δῆτα· εἴπερ Τήνελλα (quæ hic προσωποποιεῖται sicut Νίκη in Lys. 317. δέσποινα Νίκη, necnon in Av. 575. Νίκη πέτεται) καλεῖ σ' 'ὦ πρέσβυ καλλίνικος ἀγῶν' ἐδύσω· χαίροις λαβὼν τόνδ' ἀσκόν.' ubi respicitur ad certamen supra memoratum in v. 965. ὃς ἂν ἐκπίῃ Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται: ubi Schol. ἐτίθετο δὲ ἀσκὸς πεφυσημένος ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ, ἐφ' οὗ ἔδει τοὺς πίνοντας πρὸς ἀγῶνα ἑστάναι καὶ τὸν πρῶτον πίνοντα, ὡς νικήσαντα λαμβάνειν ἀσκόν: unde patet me non male eruisse ἀγῶν' ἐδύσω ex ὦ ἀγέννadas (sic enim MSS., opinor, exhibent): præsertim cum phrasis ἀγῶνα δύσασθαι sit proba et aliquoties depravata; sicut in Orest. 838. ubi legitur ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον περὶ Δώσων, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς χρεών. Verum ibi Canter. voluit δύσων vero proxime: lege δυσόμενος, οὗ: quod probasset, opinor, I. Pierson; ille enim in Notis Mss. penes me voluit δραμὼν, propter illud δραμούμενος in X. Π. 415. ψυχῆς ἀγῶνα — δραμούμενον, necnon ἀγῶνα δράμοιμ' in Alcest. 489. Hæc obiter. Ad Comicum redeo. Ibi reposui χαίροις vice χώρει. Eadem var. lect. in Eurip. Tro. 1203. Hic vero dicitur χαίροις λαβὼν ut χαίρων συλλαβὼν τὴν μείρακα in Plut. 1079.: neque valde distant loca ad Nub. 510. in *Classical Journal* No. xxvi. p. 379. v. 9. Vulgo ἑψόμεσθα σὴν χάριν. At Mss., ni fallor, exhibent χαράν. Inde erui ὅσῃ χαρᾷ. Certe in tali loco est opportunum ὅσος: et Ran. 790. ὁ δῆμος ἀνεβόα — οὐράνιον ὅσον. Aliis fortasse placebit ὅσῃ χερί: ubi χεὶρ sicut *manus* apud Latinos significat *multitudinem*. Dici poterat igitur ὅσῃ χερὶ, ut ὅσος ὄχλος in Plut. 750. Nub. 750. et στράτευμ' ὅσον in Phœn. 102. Burg. in *Classical Journal* Nr. xxxvii. p. 130. sq.

1175. προσλάβεσθ' ὦ φίλοι. Et mox προσλάβεσθ' ὦ φίλαι. Sic codd. recte. In impressis utrobique προσλάβεσθέ μ', quod in hoc tantum versu solus C. agnoscit. Dimetri sunt cretici. Brunck.

1177. προσλάβεσθέ μ' solœce C. in priore loco, et edd. utrobique. προσλάβεσθ' A. B. C. in posteriore loco, Schol. diserte, Brunckius. Noster Pac. 9. ἄνδρες κοπρολόγοι, προσλάβεσθε, πρὸς θεῶν. Lys. 202. καταθεῖσα ταύτην, προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου. Elm.

1180. Fo. κἀγώ γ' ὀπύειν. Bent.

1181. καὶ σκοτοβινιῶ. Facetissime. Vulgo autem insulsissime σκοτοδινιῶ. Perierat lepidus jocus, nisi opem tulisset cod. C. in quo perspicue scriptum id quod reposui. In membr. bini Dicæopolidis versus omissi sunt librarii errore, cujus causa cuivis in oculos incidit. Sic supra omisit versus 1062. 1072. 1084. 1100. 1102. et 1103. 1107. Brunck.

1182. ἐς τὸν Πιττάλου. Supple οἶκον. Vesp. 1432. παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου. Nempe δώματα. Supra 996. κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου. Scilicet οἴκους vel μαθητάς. Vide Markland. ad Lysiam p. 392. Brunck. Εἰς τὰ Πιττάλου. ἐς τοῦ Πιττάλου [Hoc conjecerant Bent. et Reisk. Dind.] R. in qua scriptura abundare videtur articulus. Conferenda εἰς Φιλοκτήμονος Vesp. 1250. εἰς Κλεισθένους Lys. 622. εἰς Ὀρσιλόχου 725. εἰς Φαινεστίου Antiphanis apud Athen. p. 15. A. ἐξ Αἰσχινάδου Pac. 1154. ἐκ Πατροκλέους Plut. 84. ἐν Κρατίνου Eq. 400. ἐν Καλλιππίδου nostri apud Athen. p. 106. B. Ita semper Attici, si bene memini. Alii omnes hoc loco habent ἐς τὸν Πιττάλου, ubi perperam ἐς de persona dicitur. Brunckius quidem οἶκον subaudiri censet: sed *ædes* Atticis sunt οἰκία. οἶκος conclave est in quo cœnabant veteres: verum hanc distinctionem neglexerunt recentiores. His animo perpensis, induxi scripturam quæ vulgo repræsentatur in Vesp. 1432. Erunt qui malint utroque loco, ὡς τοὺς Πιττάλου. Vide v. 996. Elm.

1183. παιωνίαισι χερσί. Æschylus Suppl. in fine: ὅσπερ Ἰὼ πημονᾶς ἐλύσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχέθον. Soph. Philoct. 1378. παιωνίας εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. Sic παιώνια φάρμακα Æschyl. Agam. 858. Berg.

1184. ὁ βασιλεύς. Pollux viii. 90. ex Aristotele: ὁ δὲ βασιλεὺς μυστηρίων προέστηκε μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, καὶ Ληναίων, καὶ ἀγώνων τῶν ἐπὶ λαμπάδι. Lenæis actam esse hanc fabulam ex v. 478. satis constat. Dionysia ἐν ἄστει curabat Archon ἐπώνυμος. Elm.

1185. ἀπόδοτέ μοι τὸν ἀσκόν. Præmium petit utrem, quia primus exhausisset congium, ut supra v. 1164. dicebat. Jam autem dictum erat: ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ (τοὺς χοᾶς) πρώτιστος, ἀσκὸν — λήψεται. Supra v. 965. Berg.

1186. ὀδυρτή. Vulgo ὀδύρτα. Prius habet Suidas, et Kustero præferendum merito videbatur. λόγχῃ ὀδυρτῇ, τουτέστι θρῆνον ἐμποιοῦσα καὶ ὀδυρμόν. Brunck.

'Οδυρτά. ὀδύρτα vulgo, penacute, quod pro 'Οδύρση, Θρᾳκικῇ, dictum inepte censet Schol. ὀδύρτη Brunckius ex Suida in ὀδύρσῃ. ὀδυρτὰ recte R. Adjectivum est pro adverbio. Elm. 'Οδυρτῇ Suid. ed. Ms. [post 'Οδρύσαι, ubi duo articulos duce Kustero conjunge, et lege 'Οδυρτή. κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ σ, 'Οδύρση, τουτέστι Θ. Dobr.] Pors.

1187. τουτονί χοᾶ. Kust. Τήνελλα καλλίνικος. Καλλίνικος pro καλλίνικε, more Atticorum. Id. Τήνελλα vox est ab Archilocho ficta ad imitationem citharæ soni, qua ille hymnum in Herculem inchoavit: Τήνελλα καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ 'Ηράκλεις, | αὐτός τε καὶ 'Ιόλαος, αἰχματὰ δύο, Τήνελλα. Vide Scholiastem Pindari, et Erasmum Schmidium ad initium Olymp. ix. Brunck. Vide Av. 1764. ubi Archilocheum τήνελλα καλλίνικος iterum usurpat poeta. Carmen τρίστροφον erat, auctore Schol. ad Pind. Olymp. ix. 1. Initium fuisse videtur: ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ 'Ηράκλεες, | αὐτός τε κἰόλαος, αἰχμητὰ δύο· | τήνελλα καλλίνικος. Elm. Cf. Gaisford. Poet. minor. Gr. t. i. p. 313. Boeckh. ad Schol. Pindar. p. 208. Dind.

1188. ὦ πρέσβυ. Sic A. C. [et Bent.] bene. In B. omissus est hic versus, qui in impressis claudicat, deficiente vocandi adverbio ὦ. Infelix est [Damnat et Porsonus.] Kusteri conjectura, cui reponi posse videbatur: Τήνελλα δῆτ', εἴπερ καλεῖ, σὺ πρέσβυ, καλλίνικος. Brunck. Codicis Rav. scripturam: τήνελλα δῆτ', εἴπερ καλεῖς γ', ὦ πρέσβυ, καλλίνικος. recepit Elmsleius. Probavit etiam Reisig. i. p. 239. Dind. Vid. Schol. ad Av. 1762. et sic leg. Τήνελλα. Ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ 'Ηράκλεες Αὐτός τε χὠ 'Ιόλαος αἰχμητὰ δύο. Vid. Schol. Pind. Ol. ix. 1. Bent. inter Schol.

1189. Suid. v. ἀμυστί. Pors.

1190. τήνελλά νυν. τήνελλα νῦν vulgo. τήνελλα νῦν γ' R. quæ scriptura ad νυν encliticum alludit. Sed νυν encliticum nunquam a nostro corripitur. Vide Eq. 1218. ubi non male legeretur ὁρᾷς τάδ'; Elm. Ὦ γεννάδα. [Ita jam pridem emendaverat Scaliger. Elm.] Sic tres codd. [et Bent.] Mirum est per omnes editiones propagatam fuisse ineptissimam lectionem, quam metrum damnat, et inprimis sententia, ὦ ἀγεννάδα. Quod ratio verum esse evincit, id reponere debebat Kusterus, nec priorum editorum mancipium esse. Nam haud facile credam portentum illud in cod. Vaticano-Palatino conspici, cujus collatione parum, ut videtur, fideli usus est. Quippe, ni me fallit memoria, perpauca in notis ex illo codice protulit. In B. scriptum νῦν γ' ὦ — Hic νῦν valet οὖν et nihilominus longum est, ut alibi sæpissime. Brunck.

1191. ἕπεσθέ νυν ᾄδοντες ὦ· ὦ sequentibus conjungit Brunckius. Noster Lys. 350. ἔασον ὦ. τουτὶ τί ἦν; ὦ'νδρες πονωπόνηροι. Sed malim, ἕπεσθέ νυν ᾄδοντες οὖν. Elm.

1192-4. Elmsleius sic edidit:

ἀλλ' ἑψόμεσθα σὴν χάριν, τήνελλα καλλίνικος,
τήνελλα καλλίνικον ᾄδοντες σὲ καὶ τὸν ἀσκόν.

Ι Π Π Η Σ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Fabula hæc vulgo post Ranas et ante Acharnenses legitur, etiam ap. Brunck. Tomo iii. in. ante Acharnn. post Vespas. Dind.

P. 49. l. 1. Ed. Kust. τὸ δρᾶμα τοῦτο ποιεῖται εἰς — tum τὸν ante τ. 'Αθ. omittitur. Dind.

L. 11. ὡς συνωμ. Deest verbum διαβάλλων vel simile quid. Kust.

L. 14. Argumentum ad fidem membranarum emendavi, quibus accepta refertur optima lectio τῶν συγκινδυνευόντων — ἵππων, quod ad parabasis ultimam partem spectat. Vulgo vox præcipua ἵππων omissa, et simplex est κινδυνευόντων. Brunck.

L. 17. Vulg. παραγεγενημένος. Dind.

P. 50. l. 5. Vulg. hoc ordine: ὁ δῆμος τοῖς λόγοις συν. Dind.

L. 8. κίστην. Sic emendavi. Vulg. σίτησιν. Schutz. Sensus est mutilus, quem sic supplebis: εἶτα τῆς μὲν τοῦ 'Αλλαντοπώλου κίστης κενῆς etc. Kust.

L. 10. Ed. Kust. ὡς περιφανὴς τὰ τ. δ. κ. Tum post κλ. vulg. ἐκβάλλεται τῆς ἐπιτροπείας. Et hæc a Br. e codd. correcta. Dind.

L. 12. Vulg. ἐξ αὐτῆς. Tum paulo post προαγαγόντος. Kust. ad hæc: 'προαγαγόντος, Κλέων περικείμενος. sic legendum et distinguendum esse sensus aperte suadet. Antea enim male legebatur: προαγαγόντος Κλέωνος περικείμενος. Et mox παραδειγματισμῷ rescripsimus pro παραδειγματισμοῦ.' Dind.

L. 14. Vulg. τὴν 'Αγορακρίτου θατέραν σκευὴν — Dind.

L. 21. 'Αθηναῖοι etc. Hæc aut corrupta esse, aut a Grammatico ipso male narrata, satis ex Thucyd. iv. 3. ss. constat. Cf. Wieland. in brevi Enarratione earum rerum, quæ huic fabulæ opportunitatem dederunt, in Museo Attico ii. p. xxii. s. Debebat esse: πόλιν Πύλον κρατήσαντες, τὴν νῆσον λεγ. Σφ. ἐπολ. Sed et alia in seqq. vitiosa sunt. Dind.

P. 51. l. 3. καθίησι. Cf. Schol. ad Vesp. 1013. Kust. Infra, in membr. κρύπτει. Mox ex eis adscivi προφανεὶς αὐτὸς pro vulgato προφανῶς αὐτό. Reliqua pars argumenti a voce ἔοικεν in membr. non exstat. Brunck.

L. 12. διὰ τὸ πλ. τ. ἀλώσ. V. Schol. ad Nub. 186. Kust.

L. 21. ἐπὶ Στρ. ἄρχ. Id est, anno quarto Olymp. 88. qui erat annus septimus belli Peloponnesiaci. Kust. Cf. Corsin. Fast. Att. iii. p. 237. Respondet anno 424. ante C. N. v. Larcheri Chron. Herod. t. vii. Her. p. 667. Dind.

L. 24. Vulg. 'Ολοφύροις. V. Meurs. in Bibl. Attica et Fabric. B. Gr. ii. p. 424. Dind.

P. 52. τοῦ ante Γραμματικοῦ addit Kust. Dind.

Vs. 1. ἀνάγει cod. Matritensis apud Iriartium Catal. p. 179. Dind.

Vs. 2. Vulg. καὶ ἔτι. Dind.

Vs. 4. Vulg. κἂν — tum διαφοροῦντ', sed minus bene ita legi monuit Brunck.

Vs. 5. Metri gratia scribendum est: εὐθ. τε σκατ. Kust. Τε copulam addidi, quam metri lex omnino requirit. Quippe in σκατοφάγον prima corripitur. Brunck.

Tertia persona fabulæ ita apud Kust. indicatur: 'Αγοράκριτος, ὁ καὶ 'Αλλαντοπώλης. Dind.

Titulus dramatis Attico more scribi debuit 'ΙΠΠΗΣ, [Non ἱππῆς sed ἱππῆς quod ex ἱππῆες contractum videtur, scribendum. Cf. intpp. Greg. Cor. p. 99. ss. Auct. de dial. ib. p. 644. ed. Schæf. et Maittair. de dial. p. 36. Sturz. Dind.] non ut vulgo, ἱππεῖς. Sic sequentis fabulæ titulum recte vulgati etiam libri exhibent 'ΑΧΑΡΝΗΣ, non 'ΑΧΑΡΝΕΙΣ. Vide Hemsterhus. ad Plut. p. 274. Brunck.

V. 1. Ἰατταταιὰξ et ἰατταταὶ voces factæ ad significationem doloris: ἰατταταιὰξ est aliquid majus. Cas. Scena est ante Demi ætate provecti domum, ubi primum Demosthenes egressus domo conspicitur solus, tum ab altera parte accedit Nicias. Vuiland.

2. Παφλαγόνα. Inter Asiæ minoris provincias est Paphlagonia. Per contemtum homo vilis appellatur Paphlagon. Hic autem Cleon appellatur Παφλαγών, non quod fuerit barbarus, sed quia Paphlagones audiebant rerum perturbatores. Athenis autem exteri semper notabantur propter barbarismum, et maxime Paphlagones: inde pro vili dicebant. Cas. Παφλάζειν significat *ebullire cum fremitu*, ut ollæ nimium ferventes, et metaphorice ad similia transfertur. Infra de Cleone: παφλάζων καὶ κεκραγώς. Berg. Huc respicit Eustathius ad Iliad. p. 360. Παφλαγόνες μὲν οὖν ἀπὸ Παφλαγόνος, ἐνδόξου ἀρχηγοῦ καλοῦνται. ἡ δὲ κωμῳδία τὴν λέξιν παρέσυρεν εἰς ἀναιδῆ ῥήτορα, ὃν Παφλαγόνα ἔσκωψε, παρὰ τὸ οἷον παφλάζειν ἐν δημηγορίαις. Brunck. Νεώνητον. Claudianus ait malum servum mutare dominum. Hinc νεώνητος per contemtum, *recens emtus*. Alio nomine vocabant servos per contemtum, οὐδ' ἁλώνητον, quia sal parvo in pretio: unde ap. Homer. proverbium de re vili: οὐδ' ἅλα δοίην, *ne sal quidem darem*, quamquam alii hunc locum aliter legant. Cas.

3. αὐταῖσι βουλαῖς. Citat hunc locum Priscianus lib. xviii. p. 1205. ut probet, præpositiones apud Atticos frequenter deficere. Nam deficit h. l. σύν. Kust. Ἀπολέσειαν κακὸν κακῶς. Alludit ad proverbium: ἀπολεῖς κακὸς κακῶς, *malus malum exitium facies*. Homerus fontem dedit huic proverbio. Plautus hoc etiam dixit. Cas.

4. ἀφ' οὗ Suidas v. εἰσήρρησεν, Zonaras t. i. c. 648. Quod alterius scripturæ interpretamentum esse videtur. Hesychius, ἐξ οὗ· ἀφ' οὗ. Apud Thomam M. p. 273. scriptum est ἐπεὶ γάρ. Dind. Ἀφ' οὗ Suid. ed. Ms. εἰσήρρησεν. Pors. Εἰσήρρησεν. Vox Comica et Attica ab ἔρρω, in perniciem venio: unde εἰσήρρησεν *venit cum pernicie*. Scholiastes notat legere quosdam εἰσέφρησε, [Legisse ita etiam videtur Zonaras Lex. t. i. p. 644. ubi v. Tittmann. Dind.] est etiam vox Attica. Cas. Glossæ: Ἔρρω *pereo*: unde εἰσήρρησεν *intravit cum pernicie*. Berg. Lege εἰσέφρησεν e Schol. At vid. Suid. in Εἰσήρρησεν et Ἤρρησεν. Bent.

5. R. πληγαῖς ἀ. π. τοὺς οἰκέτας. Sed πληγὰς ἀ. π. τοῖς οἰκέταις usitatior est structura. Dind.

6. πρῶτος. Eurip. Androm. 1237. Ἀχιλλέα τεκοῦσα πρῶτον Ἑλλάδος *principem Græciæ*. Berg. Παφλαγόνων. Non intelligit Paphlagonas, sed Cleonem et omnes sectæ ejus. Cas.

7. αὐταῖσι. Legebatur αὐταῖς. Quam nos restituimus antiquam scripturam ab metri aliquo correctore oblitteratam, αὐταῖσι, ea plurium testium fide nititur. Ita enim habent Juntina I. scholiastes ad h. l. et ad v. 490. Suidas v. αὐταῖσι διαβολαῖς. Dind. Speciem quandam veri habere videatur αὐταῖσι, quoniam hæc ad superiora referuntur verba αὐταῖσι βουλαῖς. Reisig. Αὐταῖσι legitur in Junt. 1515., Gormontiano, et Brubachiano; atque concitatiores illos numeros, αὐταῖσι διαβολαῖς unice tueor, confirmatus optimi Equitum exemplaris auctoritate. Id. Infra Cleonem vocat πανουργότατον καὶ διαβολώτατον. Bent. Διαβάλλειν est propr. *litem inter duos serere*, et διαβάλλεσθαι *inimicari alicui*. βάλλειν est *jacere*, διαβάλλειν *inter duos aliquid jacere*. Cas. δεῦρο δὴ πρόσελθ' R. Dind. Δεῦρο ν. π. citat Suidas v. δεῦρο. Pors.

9. Jocus latet in eo, quod κλαύσωμεν præter exspectationem dixit pro ᾄσωμεν. Kust. Ξυναυλίαν πενθήσομεν, Ὀλύμπου νόμον. Sic certissime versum hunc Toupius e Suida emendavit, apud quem metro reclamante, exstat: ξ. πενθήσωμεν Ὀλύμπου νόμῳ. Glossa verbo πενθήσομεν adposita, κλαύσωμεν, genuinæ vocis locum invasit: quapropter, quum syllaba ad versus integritatem deficeret, primum nominis Ὀλύμπου produxerunt, scribendo Οὐλύμπου, cujus Ionicæ formæ voces quasdam tragicus quidem admittit sermo, comicus vero prorsus respuit. ἵνα cum futuro indicativi passim ab Atticis construitur eleganter. Glossator usitatiorem sua ætate constructionem indicavit in interpretatione κλαύσωμεν. Non heri nec nudius tertius transvectio illa glossæ in textum facta. Nam præterquam quod vetustissimæ nostræ membranæ κλαύσωμεν exhibent, non aliam lectionem cognovit Eustathius, qui hunc versum laudat ad Iliad. p. 1175. extr. Ὄλυμπος καὶ κύριον ὄνομα ἦν αὐλητοῦ τινος, οὗ νόμος ὀδυρτικὸς περιῄδετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμῳ. Ubi observes, non magis illum quam Suidam Ionicam formam Οὐλύμπου agnoscere. Videndus Toupius ad Suidam t. iii. p. 155. et in Curis nov. p. 101. Olympus Marsyæ fuit amasius et discipulus, quem idcirco *carum* magistro dixit Ovidius Metam. vi. 392. ubi cum Heinsio lego: 'Illum ruricolæ, silvarum numina, Fauni, Et Satyri fratres, et tu quoque carus,

Olympe, Et Nymphæ flerunt.' Apollodorus Olympum Marsyæ patrem facit: alii, quorum potior auctoritas, Marsyam Hyagnidis filium fuisse perhibent, quos sequitur Antipater Thess. Epigr. xxix. ubi Hyagnis filii mortem flevisse innuitur. Brunck. Ἵνα, *ut* finale significans, cum futuro indicativi non minus recte construitur quam ὅπως. Eadem est utriusque particulæ constructionis ratio. V. not. supra ad Nub. 1464. Hoc autem si quis concedere nolit, quia nullum aliud forte exemplum τῆς ἵνα sic constructæ apud Comicum occurrat, qui minus idcirco sincera videri debeat lectio, quam admisimus? Nihil enim obstat, quin ἵνα hic pro adverbio loci *ubi* accipiatur. Id. Alia exempla hujus construct. part. ἵνα cum Fut. Ind. congessit Zeun. ad Viger. p. 557. ubi etiam cf. Hermanni Adnot. Dind. Πενθήσομεν, Ὀλύμπου ex Suida. v. ξυναυλίαν π. Toup. in Suid. iii. p. 155. Cur. Noviss. p. 101. Huc respicit Eustathius ad Illiad. A. p. 27. [pen.=21, 25. Bas.] κλαύσωμεν ἂν Ὀλύμπου Kuster. ad Suid. ii. p. 650. Vulgatum defendunt Valckenærius Diatrib. p. 66. Marklandus ad Eurip. Iph. Taur. 37. [Quibus ipse se Porsonus astipulari mihi dixit. Dobr.] πενθήσωμεν, οὐλύμπου Suid. Ms. ξυναυλ. Pors. Vulgatam scripturam, etiam libri R. consensu firmatam, tuentur Valckenærius, Marklandus, et Koppiersius, quanquam non eo quo debebant argumento usi. Ex alio poeta hæc sive integra sive nonnihil immutata petiisse videtur Aristophanes. Dind. De συναυλία habet quædam Athenæus 14, 2. ubi v. Casaub. et Spanh. ad Call. p. 471. Olympi autem etiam meminit e Comico Eustath. ad Il. A, p. 27. f. et Pollux l. 4. c. 10. n. 78. Vocis vero νόμος varios usus adfert Schottus ad Procli Chrestom. p. 36. Pro hymnis deorum quod accipi notat Scholiastes, pluribus exponit Spanh. in Call. in Del. 304. Duck. Apud veteres fuerunt cantilenæ lugubres compositæ ab Olympo quodam, et legimus illum composuisse νόμους θρηνητικούς, et videlicet magis instituisse ad usus sacros, quam ad usus malos. Νόμος autem Latine verti non potest: unde Latini hoc nomen retinent, ut Suetonius et alii auctores. Cantilenæ autem *nomi* vocantur, quia antiqui leges suas aptabant ad cantilenas sive νόμους. Cas. Ξυναυλία, quum duo organici aptant suos modos ad cantandum. Ξυναυλία cantus lugubris, apud Latinos *nænia*. Cas. Theophylactus Epist. 32. δεῦρο ξυναυλίαν, γερόντιον, κλαύσωμεν. Synesius ep. 4.: νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα. Ran. 212. ξύναυλον ὕμνων βοάν. Berg.

10. Hic μυ est duplex: nam alterum notatur gravi et est breve, alterum circumflectitur et longum est. Est autem vox flentis sive ejus qui lugere incipit. Melius apud Latinos *my* est sonus non audentis loqui et balbutientis, et hoc est *mutire*. Quare mirum est, cur Aristophanes faciat illud μὺ pronunciare, lugere incipientibus. Μῦ accipitur pro illo sono, quum naribus olfacimus et hoc est μύζειν. Cas. Hic versus perperam vulgo Demostheni continuatur. In tribus codd. præfixam habet personam Niciæ. Brunck. Recte scholiastes: ὁμοφωνοῦσιν ἀμφότεροι μύζοντες. Dind.

11. κινυρόμεθ'. Κινύρα pro κιθάρα dicebant veteres Græci: sed illud verbum abiit in desuetudinem. Cas. Ex h. l. Etymologus probat, ἄλλως ap. Græcos interdum idem significare, quod ματαίως. Kust.

14. Membr. et C. ἵνα σοι μὴ μάχωμαι. Istud σοι e glossemate est. In fine versus vulgo legitur 'γὼ μὲν οὔ. In C. μὲν οὖν. Oportuit οὐκ, ob vocalem initio sequ. versus. Brunck. Ἵνα μὴ μάχ. In his haud dubie eo alluditur, quod Demosthenes, cujus fervidius fuit ingenium, sæpe a Nicia dissensit et cum eo altercatus est. Cf. Thuc. vii. 49. Plutarch. Nicia t. iii. p. 388. Reisk. Notandum est in historia Attica, quum ita jusjurandum conceptum est, μὰ τὴν θεάν, intelligi de *Minerva*, scilicet *per Minervam:* at enim in Duali μὰ τὼ θεὼ intelligi de *Cerere et Proserpina*, et sic vertendum est semper, *per Cererem et Proserpinam.* Cas.

16. Ex Eurip. Hippol. 345. [Eundem locum et Br. laudavit. V. ibi Valcken. qui docuit, πῶς in his esse *utinam*, quamquam Vuiland. ad h. l. contra disputavit, contenditque ap. Eur. et h. l. πῶς esse, quomodo. Dind.] ut et Schol. dicit; ubi Phædra non audet indicare amorem, cupitque ut nutrix per conjecturam rem assecuta dicat, quod ipsam dicere pudebat: φεῦ, πῶς ἄν σύ μοι λέξειας ἅ 'μ' ἐχρῆν λέγειν; Schol. Eurip. ad illum locum: κεκωμῴδηται δὲ ὁ στίχος οὗτος ὑπὸ Ἀριστοφάνους. Berg. Perperam expressum est, ex ed. Br. ἅ με — Versus postulat ἅ' μὲ χρ. λ. ut in not. Br. recte scriptum est. Dind. πῶς ἂν *utinam*, ut Anthol. i. 13. πῶς τις ἂν εὐθάνατός σε φύγοι, βίε; ut legendum ibi videtur. Pors.

17. Θρέττε est nomen barbarum pro θράσος. Sensus est: tu vis, ut libere tecum agam; dicam quid sentiam, non est mihi confidentia barbara, qualis in Cleone. Cas. Juxta Schol. θρέττε vox est barbara, θαῤῥεῖν significans. Videtur

potius ἐπιφώνημα esse, seu adverbium incitandi, ut ἀρὺ, σίττε vel σίττα aliaque, quorum nonnulla recenset Eustathius ad Il. p. 855. l. 19. Hac voce θρέττε utebantur vulgo agasones, muliones, iique qui jumenta sarcinaria et plaustra ducebant, ut hodie ejusdem conditionis homines Gallice jumentis clamare solent *hardi!* Brunck.

18. Aliquid in versu redundat. Syllaba enim ρι in κομψευριπιδικῶς longa est (nam et in voce Εὐριπίδης eadem syllaba producitur) ne quis forte aliter sentiens fallatur. Quare cum V. P. et Suida scribere præstat κομψευριπικῶς: [Sic bene tres codd. Vulgo syllaba extra numerum excurrente, κομψευριπιδικῶς. Nominis Εὐριπίδης secunda syllaba semper producitur, quod librariis vel editoribus ignoratum corrumpendis versibus sæpius occasionem dedit. v. ad Ran. 771. Nub. 1371. Brunck.] quamvis, quod ad sensum attinet, nulla inter utramque lectionem sit differentia. Licet enim Comicus vel metri vel joci gratia κομψευριπικῶς dixerit, ita tamen intelligendus est, ac si κομψευριπιδικῶς dixisset, quoniam Euripidem hic perstringere voluit, ut etiam ex versu sequ. patet. Kust. Suid. Κομψευριπικῶς optime. Bent. Κομψευρικῶς male Suid. Ms. Pors. Κομψὸς *homo ingeniosus:* proprie de vestitu dicitur et transfertur ad animum; et quidquid est elegans et affabre factum, id dicitur κομψόν. Cas. Usurpatur tamen fere in deteriorem partem de affectata quadam elegantia. Dind.

19. διασκανδικίσῃς. Recte notat Scholiastes vetus dicta hæc esse in Euripidem ut filium λαχανοπωλίδος, i. e. olerum venditricis. Σκάνδιξ enim est genus oleris. Interpretationem Schol. confirmat Hesychius, qui hunc ipsum locum Comici nostri ob oculos habuit, quum scripsit: Διασκανδικίσῃς, διευριπιδίσῃς. ἡ γὰρ τοῦ Εὐριπίδου μήτηρ σκάνδικας ἐπίπρασκε. Σκάνδικες δέ εἰσιν ἀγρίου λαχάνου γένος. Vid. etiam Suid. V. Διασκανδικίσῃς. Kust. *Ne mihi futilia loquere, insulsa et tam nullius pretii, quam sunt scandices.* Scandix quoque in olere silvestri a Græcis ponitur. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi poëtæ objicit jlocalariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Verba sunt Plinii t. ii. p. 278. Respicit ad Acharn. 478. Ubicunque se offert occasio, Euripidi Comicus noster humiles natales exprobrat, oleraque agrestia, quibus vendendis mater illius victum quærebat. V. Thesm. 456. 910. Ran. 840. Brunck. *Apage mihi istos lepores Euripideos. Scandicem olent; noli mihi hanc obtrudere.* Schutz. Thesm. 394. Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας. Berg. Apud Persas scandix fuit herba, cujus succus tingebat nobilissimam purpuram. Cas. Μή μοιγε, μή μοι, Erfurdtius ad Sophoclis Ajac. 190. p. 514. Fallitur. Dind.

20. ἀπόκινον. Id est, *cantilenam recessus, cantilenam in recessu haberi solitam.* Hic sensus est: cantemus aliquam cantilenam, qua recedamus a domino. [Sensus potius est: excogita aufugiendi rationem aliquam. Dind.] Veteres Græci et Latini in omnibus suis actionibus semper adhibebant cantilenam, et præsertim Græci in hac re luxuriarunt; quum nebant, cantabant, quum proficiscebantur, quum redibant, quum movebant molas. De hac re Aristophanes: nec omisit ἀπόκινον. Cas. Ἀπόκινον i. e. φυγήν, ἀποχώρησιν. Peculiariter sic appellatur saltatio quædam lasciva, de qua vide Meursii Orchestram in ἀπόκινος. Brunck. Jubet eum invenire callidam quandam formulam, quæ propositum ab hero fugiendi enuntiet. Schutz. A κινῶ. In Avib. 1012. ὑποκίνει τῆς ὁδοῦ. Berg.

21. Μολεῖν pro αὐτομολεῖν, *sponte sua ire:* proprie de servis vel transfugis e bello hæc vox usurpatur. Sensus est: pronuntia vocem μόλωμεν, quæ nihil significat, quia est pars vocis, quæ erat pronuntianda, nempe αὐτομολῶμεν: pronuntia igitur μόλωμεν, et insere vocem αὐτό, et erit αὐτομολῶμεν *aufugiamus ad hostem.* Quare autem dixit αὐτό? nempe ut luderet populum. Nam si statim αὐτομολῶμεν pronuntiasset, tunc populus intellexisset. Cas. Totum locum nemo satis interpretatus est, et vertendo etiam nonnulla omiserunt, inprimis verba ὡδὶ ξυλλ. Est μόλωμεν a ceteris separandum, jungendum λέγε ξυνεχὲς i. e. συνεχῶς dic continuo, ὡδὶ est eo modo, quo ipse pronuntiat, ξυλλαβὼν (quod alibi ξυλλήβδην) comprehendens, junctim et celeriter pronuntians. Dind. Τινὲς τὸ μόλωμεν προπερισπῶσι. Schol. Προπερισπᾶται in ed. Lugd. B. 1624. Id.

22. In ed. Kust. et Bergl. est ἐξόπιθέ νυν, quod tacite mutavit Br. metri certe legibus non compulsus. αὐτὸ aut majusculis litteris scribendum aut uncinulis distinguendum fuit, ut pateret ad μόλωμεν pertinere. Dind.

24. δεφόμενός νυν. Scribebatur δεφόμενος νῦν. Dind. ὥσπερ δεφόμενος. Comparationem hanc cum turpi masturbantium χειρουργίᾳ satis illustravit Scholiastes. Primum nempe lente, deinde celerius et densius jubet eum ista verba deinceps pronuntiare. Schutz.

26. ἤν, οὐχ ἡδύ; Sic bene scriptum et

distinctum in B. Vulgo non interposita distinctione ἦν οὐχ ἡδύ. ἦν hic valet ἰδοὺ, ut bene exponit Scholiastes. ἦν, ἠνί. Posterius occurrit Plut. 75. Sæpe aggregantur ἦν ἰδού, hocque modo scribendum esse existimo potius, quam ἦν' ἰδού, ut excudi passus sum Ran. 1390. et Pac. 1327. BRUNCK. Male post ἦν in ed. Lips. punctum est. Jungenda enim ἦν οὐχ ἡδὺ, si vere ita legitur. DIND. Ἥδειν *voluptatem afferre*, ab Hebr. voce *Hede*, quæ significat *paradisum voluptatis*. Ἡδὺς potius ab ἅδω placeo, gratus sum, ductum. v. Lennep. Etym. L. Gr. p. 259. et 516. DIND.] Notandum ἡδονὴν ap. Athenæum acetum significare, quasi tu dicas, *condimentum condimentorum*: quia aceto plurimum utuntur, qui cibos parant. Sunt etiam, qui *acetum* appellent εἶδος, per ει, quasi *speciem*. CAS. Δέρματι. *Corium* Latine est a κείρειν, *tondere*, [Aut a κόρος, quod ducitur a κέρειν, secare. Index etym. voc. lat. adjectus Lennepii Etym. p. 894. DIND.] δέρμα *pellis excoriata* a δείρειν: a qua voce est nostrum *Dormir*. Nam apud gentes prima fuit consuetudo, sternere pelles et illic dormire, quod alicubi notat Servius [v. ad Æn. vii, 88.]. *Dormir*, quasi ἐνδορμοῦσθαι; et fuit disciplina veterum Monachorum *pellibus indormire*, quod notat Jo. Cassianus Eremita. CAS. *Bene habet per Jovem; præterquam quod in isto omine* (et consilio) *aliquid inest, propter quod* cuti s. corio *timeam*. Loquitur nimirum, ut servus fugam ab hero meditans; fugitivi autem servi e fuga retracti flagris cædebantur. Id deinde ridicule sic explicat, quod quemadmodum masturbantibus cutis recedat a pene, sic ipsi verendum esse, ne cutis a tergo, si flagris cædatur, discedat. SCHUTZ.

28. Οἰωνόν. Est avis rapax proprie et opponuntur οἰωνοὶ et aves ἀγελαῖοι s. ἀγελαστικὰ ζῶα, ut vocat Aristoteles, *animalia nata ad societatem*. Οἰωνοὺς Græci vocant hujusmodi aves rapaces, ab οἶος, *solus*, unde οἰωνός. [Vid. Hemsterhus. in Lennep. Etym. L. Gr. DIND.] Hic ponitur pro omine sive præsagio rei futuræ. CAS. Τῶν ante δεφομένων recte delet Porsonus in exempl. Porti, quomodo Bentleius. Ita κἀπιορκῶ γ' ἐμβλεπόντων, 298. δεομένων, Ach. 537. ἀντιβολούντων, Vesp. 877. (et forsan καομένης, 1366.) καλούντων, Lys. 310. κληρουμένων, Athen. i. p. 17. A. (Porson. Adv. p. 48.) et Demosth. Mid. p. 322. n. 27. (519.) Neque solicitandum λέγοντος in Clearcho Athen. vi. p. 257. A. In Polluce x. 40. distingue, τὸ ναυτικὸν ὑπηρέσιον ἰδίως ἐν ταῖς Ὥραις Κρατῖνος προσκεφάλαιον· τοῦτο μὴ καλεῖσθαι νομιζόντων, ἀλλὰ ὑπηρέσιον μόνον. DOBR.

29. Vulgo [et in R.] sic legitur numeris prorsus corruptis hic versus: ὅτιὴ τὸ δέρμα τῶν δεφομένων ἀπέρχεται. Conjeceram primum: ὅτιὴ τὸ δέρμα τὸ δεφόμενον ἀπ. Postmodo in B. lectionem reperi, quam exhibui: τὸ δέρμ' ὅτιὴ τῶν δεφομένων ἀπ. Menda hujus versus interpretes latuisse videtur, quorum a nemine quicquam observatum reperio. BRUNCK. Ὁτιὴ τὸ δέρμ' ἀπέρχεται τῶν δεφομένων Reisig. DIND.

30. κράτιστα — νῷν. *Optimum igitur facto est nobis pro præsenti rerum statu*. KUST. Æschylus Prom. 216. κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε Ἐφαίνετ' εἶναι· *Ideo mihi tunc in illo rerum statu consultissimum videbatur esse*. BERG.

31. βρέτας proprie simulacrum Dei ad effigiem humanam. Tertullianus et alii aiunt, veteres simulacra sua effigiare per imaginem Crucis: postea cœperunt ad similitudinem humanam formare. CAS. Suid. v. βρέτας. PORS.

32. Sic vulgo legitur hic versus: ποῖον βρετέττας; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς. Lectio est ineptissima. Illud βρετέττας ne græca quidem vox est, nec audiendus est fatuus Græculus, qui eam tuetur. In membr. et C. scriptum, ut edidit Bern. Junta: ποῖον βρέτας; ἐτεὸν — Quum sic toto pede defectus esset versus, medelam huic malo excogitavit sciolus aliquis, vocemque auxit syllaba. Ac veram lectionem eamque venustissimam, quam forte nemo conjectura assequutus fuisset, servavit B. βρέτας; ποῖον βρέτας; ἐτ. ἡγ. γ. θ. Jam sæpe observavimus solemnem librariorum culpam, quum vocem bis in uno versu positam semel tantum scriberent. Loca indicata sunt plurima in nota ad Conc. 998. BRUNCK. Porsoni conjecturæ ad Hecub. 788. non male objicit Reisigius pp. 73—77. ποῖος, indignantis, aut irridentis, articulo carere, ut Plut. 1047. Vide et Jacobs. ad Athen. p. 266. Non interpolandum erat ὀμόσαι in Nub. 1235. sed simpliciter monendum ibi quæstionem esse, non exclamationem. Quod ad rem præsentem attinet, unum hoc constat, pessime conjecisse Reisigium, ποῖον βρέτας θεῶν; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς; cum postulet emphasis, ποίων θεῶν; aut certe ποίων θεῶν βρέτας; unde poterat opimum proceleusmaticum istis tredecim p. 86. addere. Vides etiam eum pejorem distinctionem retinuisse, ne quid cum Porsono commune haberet. Sed satis erat verbo dixisse, ista præclara emendatione metrum disperdi. Ejusmodi synizeses tragicorum esse proprias monet Elmsleius ad Med.

1129. (Excipiendum Θεαγένης. Viro egregio non repugnant Θουκυδίδης etc. Addo, raro in Aristophanis senariis occurrere πόλεως, ὕβρεως, etc. trisyllaba, nisi ubi metrum patiatur πόλεος, ὕβρεος, etc. Quod non fugisse videtur Dawesium, p. 313=543. K.] Epicharmus Athen. vi. p. 236. A. τούτοις ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς ὅτι. Dedissent saltem τούτοισιν. Sed hic locus, sive genuinus sive spurius, sive sanus sive corruptus, nil ad Atticos. Minus etiam obstat alter versus, ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν, χὐπέλιπον οὐπώποκα, qui cum ceteris in Laertii Platone dudum est fraudis suspectus. In Cratino Hephæstionis p. 89. ed. Gaisford. χαίρετε πάντες θεοὶ πολύβωτον ποντίαν Σέριφον, lege OCOI, scilicet ναίετε. Menandro e conjectura tribuit Heerenius Stob. Ecl. p. 36. nam auctoris nomen e mss. excidit, τὰς θνητῶν δ' ἐγὼ | χαίρειν κελεύω θεῶν ἄτερ προθυμίας. Sed tragici esse, ob alias rationes monet A. Meineke, Quæst. Menand. p. 18. Dobr. Dixi p. 74. in antiquis exemplaribus typis exaratis scriptum esse in Equitibus ποῖον βρέτας; ἐτεὸν— Est hoc tantum in uno Junt. 1515. unde fluxit in Gormontianum: ceteris commune est ποῖον βρετέττας; ἐτεὸν—. Quod Brunckius initio addidit βρέτας ex B., idem Kusterus reperit in P. Reisig. Ποῖον βρετέττας ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς; Aldina, Junt. ii. reliquæque ante Brunckium. ποῖον βρέτας ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς; A., C., Junt. I. ποῖον βρέτας ἐτεὸν ἡγεῖ σὺ θεούς; R. βρέτας; ποῖον βρέτας; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς; Dind.

34. Lepidum sane argumentum et comœdia dignum, quo Nicias probat esse deos. Ait enim: *oportet utique esse deos, quoniam illis immerito sum invisus*, vel *inimicus*. Simile quid in vita Diogenis narrat Laërtius lib. vi. sect. 42. Nimirum Diogenes a Lysia pharmacopola interrogatus, *deosne crederet?* respondit: *quidni credam, cum te diis inimicum putem?* Verba Laërtii sunt: Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου, εἰ θεοὺς νομίζοι; πῶς δέ, εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω; Idem tamen dictum Laërtius in vita Aristippi ii. 103. Theodoro philosopho tribuit. Illi enim cum Mythrus quidam dixisset: Ἔοικας σὺ μὴ μόνον θεοὺς ἀλλὰ καὶ βασιλέας ἀγνοεῖν· Theodorus respondit: πῶς ἀγνοῶ, ὅπου γε καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὄντα νομίζω; Kust. Hunc versum ita distinguo: ὁτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ'. οὐκ εἰκότως; *quia nempe diis invisus sum. Annon merito?* i. e. propterea puto deos esse, quia illis invisus sum. Nonne merito puto deos esse? Qui credit se aut alium invisum esse diis, ille ponit, deos esse. Berg.

35. προσβιβάζεις i. e. πείθεις, παραινεῖς. v. ad Av. 425. Brunck. Προσβιβάζειν Atticum verbum, quasi *adstruere fidem dictis*. D. Paulus dixit συμβιβάζειν, h. e. adstruere aliquem in aliquam sententiam. Cas. Προσβιβάζειν Aristidi reddendum ex MS. t. iii. p. 275. Pors. Suidas. Προβιβάζεις — εὖ προβιβάζεις. ubi Porsonus, 'Fallitur Suidas, et Kusterum fefellit. Nam in Aristophanis Eq. 35. per errorem legit προβιβάζεις pro προσβιβάζεις.' Dobr. Ἑτέρα sine ι Aldina, Junt. I. II. aliæque veteres. Similiter infra v. 465. ἰδία. — πῃ reposui ex scholiaste. Utitur hac scriptura tacite Elmsleius ad Acharn. p. 218. ed. Lips. Legebatur ποι. Dind. Post hunc versum P. addit sequentem:

Βούλει παραθῶ σε δόρπον; εἶτ' ἀναρπάσας,

[ex 52. male repetitum. Dind.] Kust.

36. θεαταῖσιν. Male vulgo omissum ν paragogicum. v. not. ad Thesm. 450. Brunck. Θεαταῖσι edd. ante Brunckium, Suidas v. οὐ χεῖρον. Dind. P. post hunc versum inserit sequentem [e 53.]:

Ὅτι ἂν τις ἡμῶν σκευάσῃ τῷ δεσπότῃ.

Kust.

37. Οὐ χεῖρον. Frischlinus recte: *non abs re fuerit*. Frequens apud Atticos usus. V. Suid. Οὐ χεῖρον. Kust. Παραιτεῖσθαι, ut *deprecari*, est, valde rogare. De verbo hoc vid. Abresch. Lect. Aristæn. p. 241. Dind.

38. ποιεῖν. ποεῖν Aldina, Junt. I. II. Dind. Vid. T. Kidd. ad Porsoni Miscell. Crit. p. 371. Burg.

39. His dictis probabile est, spectatores plaudendo demonstrasse, se his verbis rebusque delectari; qua re animum fecerunt Demostheni, ut pergeret: λέγ.—ἤδη. Quæ deinceps sequuntur, conversus ad spectatores dixit. Dind.

41. ἀγροῖκος est homo *rusticus*, cum circumflexo; cum accentu in antepenult. est homo *difficilis moribus*, [Vid. Ammon. de diff. vocabb. p. 3. ed. Valck. et Tho. Mag. p. 7. Dind.] quem Latini voce græca vocant *scævum*. Græc. σκαιόν. Item ἄγριος homo ferus et efferatus moribus. Apud Atticos ἄγριος dicitur, homo voluptatibus efferatus. Cas. Ὀργὴ ab ὀρέγω, expeto, et proprie significat affectum vindictæ, *iram*; [Immo proprie vehementem appetitum, speciatim iram indicat. v. Lennep. Etym. p. 508. Hinc de ingenio, indole, moribus dicitur. v. Heringa Obss. Crit. p. 49. Dind.] quia ea cupiditas in hominum mentibus est validissima. Apud Atticos ponitur generaliter pro τρόπος, mores. Sic h. l. accipiendum; sed scholiastes dubitat, nec est dubitandum. Id. Κυαμοτρώξ. Scribitur et per s in fine, [Nempe auctore Scholiasta vet. Dind.]

quasi *fabis vulneratus*, i. e. sententiis. Sed alia lectio melior. Est autem κυαμοτρὼξ, qui litibus serendis vivit: quod est Atheniensium proprium, qui peregrinos litibus terebant. Solebant autem Athenienses fabis uti in sententiis pro calculis, quarum aliæ albæ, aliæ nigræ. Unde vetus Græcorum proverbium: κυάμων ἀπέχου, *abstine a fabis*, i. e. abstine a munere publico, et quod græce vulgo dicitur, λάθε βιώσας. Id. Ἀκράχολος, ἄκραν χολὴν ἔχων, vel elegantius ἄκρος χολὴν, ut ἄκρος σοφίαν. Latini vocant *cerebrosum* pro homine qui facile irascitur. Id. Κυαμοτρὼξ i. e. κυάμους τρώγων, ut est in Lys. 337. Scholiastes in istis duobus locis exponit: δικαστικὸς et δικάζων. Berg.

Ἀκράχολος. Sic bene C. ut est in Aldina. In membr. ἀκρόχολος, metro reclamante, ut edidit Bern. Junta. In B. ἀκρήχολος. Attica forma est ἀκράχολος, secunda producta, ut in θηβαγενής, νοθαγενής, ἰθαγενής. Eustathius ad Il. p. 1243. l. 21. κοινότερον δὲ τοῦ κυνάμυια τὸ κυνόμυια, καὶ ἐξ ἐκείνου δοκεῖ γενέσθαι τοῦτο· καθὰ καὶ ἐκ τοῦ μεσοπόλιος ὁ μεσαπόλιος καὶ ἐκ τοῦ τιθοβώσσειν τὸ τιθαβώσσειν, ἐξ ὧν τὸ τιθαιβώσσειν καὶ ὁ μεσαιπόλιος. ἔτι δὲ καὶ καθὰ ἀκρόχολος, ἀχράχολος παρ' Ἀττικοῖς. Male etiam apud Suidam in ἄγροικος, uti hic versus profertur, est ἀκρόχολος [Eadem forma est quoque ap. Zonar. Lex. t. i. p. 101. et 111. Dind.] et pro κυαμοτρὼξ glossema φιλόδικος. Brunck. Male citant ἀκρόχολος Portus et Kusterus ad Suidam v. ἄγροικος. Pors.

42. Loci hujus meminit Dio Chrysost. Orat. xxxii. ad Alexandrinos p. 362. ubi ait: τοῦτο ἐκεῖνοι (Ἀθηναῖοι) καὶ πάνυ καλῶς ἐποίουν, ὅτι τοῖς ποιηταῖς ἐπέτρεπον μὴ μόνον τοὺς κατ' ἄνδρα ἐλέγχειν ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πόλιν, ἐς ὅ τι μὴ καλῶς ἔπραττον (si quid peccarent). ὥστε σὺν πολλοῖς ἑτέροις καὶ τοιαῦτα ἐν ταῖς κωμῳδίαις λέγεσθαι· Δῆμος Πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον, ὑπόκωφον. Vide etiam Suidam V. Πυκνὶ ubi itidem legitur Πυκνίτης, quod dictum est pro Πνυκίτης (a πνὺξ, πνυκός) ut habet P. Kust. Populus Pnycites, i. e. Atheniensis, qui convenit in Pnycem, judiciorum et suffragiorum de magistratibus eligendis gratia. Quia tamen hic poëta non apertis verbis, sed per ænigmata populum designat, forte convenientius fuerit: δῆμον Πυκνίτης. Meursius de Popul. Athen. t. iv. Thes. Ant. Gr. V. Πνὺξ legit, Δῆμος, Πυκνίτης, divisim, ut Δῆμος ibi dicatur pro nomine proprio, quod non absurdum est. Nec facile quidquam in lectione mutaverim, quum etiam ap. Dion. Chrysost. loco a Kust. laudato legatur δῆμος, nec non apud Suidam. Tangit autem h. l. etiam Stephanus in Πνὺξ et Vales. ad Harpocr. p. 64. Confirmat sententiam Meursii Pollux qui viii, 133. ἀφ' ἧς (Πυκνὸς) τὸν τοῦ δήμου θόρυβον πυκνίτην φασὶν οἱ Κωμικοί. Nam si θόρυβος populi dicitur πυκνίτης, utique non ipse populus. Itaque ex ipsius sententia videtur πυκνίτης hic esse θορυβώδης. Kuhnius non recte ibi putat, apud Comicum legi πνυκίτης. Duck. Athenis fuerunt loca certa certis judiciis et populi conventibus destinata. Fuit in his Pnyx, locus ut videtur non nimium capax et sic vocatus a pressura, quam patiebantur qui conveniebant majore numero: [A πυκνοῦσθαι, v. Harpocr. p. 292. s. Photius p. 321. Dind.] passim Aristophanes, Pausanias, aliique meminerunt. Hic igitur Πυκνίτης positum pro Πνυκίτης, sic paulo post genitivus habetur Πυκνὸς pro Πνυκός. [E vulg. scriptura. De ea metathesi cf. Ruhnken. ad Timæum p. 219. Dind.] In multis edd. correctus hic locus, sed non esse corrigendum evincunt, quæ de transpositione literarum κ, ν, notat Scholiastes supra. Cas. Πνυκίτης recte scriptum in B. C. ut Bern. Junta edidit. Perperam in membr. ut in Ald. [Et Junt. II. Dind.] Πυκνίτης. V. not. ad Thesm. 658. Δῆμος hic accipitur pro nomine proprio viri et Πνυκίτης pro gentili, tamquam si Πνὺξ pagus esset: *Demus Pnycensis*. Brunck. Leg. Πνυκίτης. Bent. Πυκνίτης Suid. ed. ms. πυκνί. (πυκνῇ ms.) v. Athen. p. 213. D. [ubi πνύκα edd. sed πύκνα e ms. A. Porsonus Adv. p. 75. vide ad 1104. Dobr.] Πνυκίτης male Brunckius. Qui sequitur versus Aristophanis esse videtur, sic legendus; τί δ' ἔστ' Ἀθηναίοισι πρᾶγμ' ἀπώμοτον; τὸ omittit ed. Ven. (Imo Eupolidis Πόλεσιν apud Suid. v. ἀπώμοτον.) Pors.

Δύσκολον. Proprie δύσκολος *homo morosus circa cibum*, ut loquitur Suet. in Julio. κόλος *cibus*: δύσκολος cui difficulter cibus gratus invenitur. Generaliter pro *moroso*. Improprie Plutarchus accepit in Julio [c. 13. extr.]. Cas.

43. τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ. Initio mensis fiebat mercatus Athenis. Vesp. 169. ἀποδόσθαι βούλομαι τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις· νουμηνία γάρ ἐστι. Ubi Scholia: ἔθος ἦν Ἀθήνησιν, ἐν νουμηνίᾳ πιπράσκειν. Berg. Νουμηνία quasi νεομηνία i. e. *nova luna*. Olim menses incipiebant prima lunæ φάσει: ideo μήνη *lunam* et *mensem* significat. Quum igitur *nova luna* incipiebat apparere, erat νουμηνία et erant *Calendæ*. Calendis Romanorum et νουμηνίαις Græcorum celebrantur conciones, initiationes: propterea

Cleon dicitur hic emtus in *νουμηνίᾳ*. Vox *Almanach* ab hac voce venit. Inde *μανιακός*, liber continens descriptionem mensis calaris; et *Almenichinum*, quæ vox exstat apud Porphyrium. Hebraice *mana* est *numerare*. CAS. Suid. *νουμηνία*. DIND. *Ὑπόκωφον*, quia Athenienses sæpe melioribus consiliis haud facile parebant. SCHUTZ.

44. *δέψειν* est, manibus tangendo mollire. Dicitur propria vox coriariorum, qui coria ad lentitudinem componunt. *Βύρσα corium.* Carthago hoc nomine appellata, [Imo arx Carthaginis. DIND.] quæ condita a Pœnis; sic dicta quasi Bisra, quod significat locum natura munitum. CAS. Cleon coriarii fuit filius et ipse coria tractavit. Paphlago dicitur, quia servi e Paphlagonia orti inprimis male audiverunt. VUIL.

46. *καταγνοὺς* i. e. *καταμαθών*. Vel abundat præpositio vel simplicis significationem intendit. Sic Æschylus Eumen. 576. *καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη, et ut horum accurate probeque cognoscatur causa.* Ad quem locum vide quæ Abreschius observavit l. iii. p. 85. BRUNCK. Scholiastes ait in hac voce vacare *κατά*: sed dissentimus, quia de re improba usus est præpositione. Sic accepit hoc verbum Julianus Apostata, qui de libro Psalmorum ad se misso nihil aliud respondit: *ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων legi, judicavi, damnavi.* CAS. De utroque verbi significatu (pro simpl. *γιγνώσκειν*, et ut sit vitio vertere, imputare, damnare) v. Irmisch. ad Herod. i. 6. 15. t. i. p. 212. et Sturz. Lex. Xen. t. ii. p. 673. H. l. vel e seqq. patet esse, animadvertere, cognoscere. DIND.

48. *αἰκάλλειν* proprie dicitur de gallo gallinaceo, qui paleare suum motitat, sive caruncnlas quas habet sub collo, quæ vocantur *κάλλαια*. De canibus dicitur, qui auribus et cauda adulantur.] CAS. Longe aliam etymologiam sequitur Lennep. Etym. p. 55. (non improbante Scheidio) derivans a *κάλλος*, ut *ἀκάλλειν* et *αἰκάλλειν* sit, *valde pulcrum facere, valde ornare,* hinc *assentari*. Cf. Zonar. t. i. p. 91. et 983. et Schweighaus. ad Polyb. v. 36. 1. Schol. *ᾔκαλλεν*. DIND.

49. *κοσκυλματίοις*. *Frusta lignea*, quæ decutiuntur, sive *quisquiliæ* Latine. Græce *κοσκύλματα* sunt præsegmina sive extremitates calcei, quæ decerpuntur. CAS. Suidas: *κοσκυλμάτια, τῶν βυρσῶν σμικρότατα περικόμματα.* Dixit autem Comicus *ἐξηπ. κοσκ. ἄκροις* ad Cleonis irrisionem, cui perpetuo sordidam artem objicit, quam exercuerat, antequam ad rempublicam accessisset: et hoc præter exspectationem est. Nam consentaneum erat, ut observat Schol., dicere *ἐξηπάτα λογαρίοις αἱμύλοις*. BRUNCK. Non de solis verborum blanditiis, sed etiam de munusculis hic agi, ea quæ sequuntur, satis declarant. SCHUTZ. Suid. in *Κοσκυλματίοις* [habet] *Κοσκυλματίοις τισί*: lege *ἅττοισι* ab *ἅττα* ut *ὅτοισι* in v. 755. BENT. Vid. P. P. Dobræum in Porsoni Miscell. Crit. p. 390. BURG. *Ἐξηπάτα κοσκυλματίοις τισὶ, τοιαυτὶ λέγων· ἔνθου ῥόφησον, ἔχε τριώβολον. βούλῃ* (*βούλει* ed. Mediol.) *παραθῶ σοι δόρπον*; Suidas v. *κοσκυλμάτια*. DIND.

50. *Δῆμε.* Est senex decrepitus, qui exprimit mores Populi. *Deme, i lava te.* Et hic *λοῦσαι* refertur ad usum balneorum: primum abi, ibi fer suffragium, damna aliquem; et hic est sensus. CAS.

Μίαν. Supple *δίκην*, cognatum verbo substantivum: non, ut Scholiastæ placet, *ἡμέραν*. *ἐκδικάσας* autem nihil hic magis notat, quam simplex *δικάσας*. Vesp. 594. BRUNCK. Sic *πλήττειν δέκα* scil. *πληγάς*. CAS.

51. *ἔνθου, ῥόφησον.* Loci hujus meminit Etymologus v. *Θώραξ* et Plutarchus de Amore prolis sub finem, sed ubi in versu præcedenti male legitur: *ᾠδὴ μέλουσαι* pro, *ὦ δῆμε λοῦσαι*. KUST. Correxit Wyttenb. t. ii. p. ii. p. 1021. DIND. *Ἔνθεσις* Græce, *un morceau*, quantum semel ori inditur. CAS. Citat Suid. v. *ἔνθου*. PORS. *Ἔντραγ'.* Hoc verbum ut simplex *τραγεῖν* et *τρώγειν* præcipue de bellariis siccisque eduliis, quæ vel ad mensam secundam, vel ad jentaculum adhibentur usurpatur. Hic igitur mirum in modum subblanditur Demo Cleon, quum rogat eum, ut antequam ad justam cœnam veniat, offam aliquam sumat, sorbillet aliquantulum, et bellaria quædam gustet. SCHUTZ. Atheniensium judices, quum essent numero plurimi, ut quingenti, mercedem judicii accipiebant *τριώβολον*, quæ tenuissima mercedula est. Et ideo in argumentum *μικρολογίας* plebis Atheniensium poëtæ solent afferre mercedem trioboli: et ita hic: scio te valde delectari triobolo; accipe. Obolus proprie est cuspis parva: talis erat pecunia apud Græcos; sed et apud Lacedæmonios. Testatur et nomen *δρᾶγμα* [*δραχμή*]: nam significat, quantum palma capere potest hujusmodi obolorum. Apud Athenienses erant pecuniæ æreæ: apud antiquissimos Athenn. et Lacedd. pro pecunia erant virgulæ, quod nomen *ὀβελὸς* significat: nam est *veru*. CAS. Tres oboli dimidiam efficiunt drachmam. DIND. *παραθῶ σοι δόρπον*; Nondum scilicet erat cœnæ tempus. Tamen ut se reliquis conservis diligentiorem

ostendat, quærit, an nunc jam velit sibi cœnam apponi. Schutz.

55. μάζαν vertunt *placentam*. Sciendum veteres pane non usos fuisse. Μάζα est, quæ in usus repentinos parabatur ex farina hordeacea. In Pluto divitibus tribuitur κλίνη, pauperibus στιβάς; divitibus ἱμάτιον, pauperibus ῥάκος; item divitibus *tapes*, pauperibus φορμός; divitibus ἄρτος, aliis μάζα; et solebat ex farina hordeacea fieri ut plurimum, et Græci hac vivebant. Cas. Hæc allegorice dicuntur. Festive μάζαν μεμαχότος dixit, pro μάχην μεμαχηκότος. Berg. Innuit negotium in Pyli obsidione transactum, quod evenit æstate anni 7. belli Pelop., ut Thucyd. lib. iv. [c. 3. et 14. sqq.]. Eo autem anno Stratocles archon factus fuerat. Quod igitur dicit πρώην, h. e. *nuper*, optime convenit. Nam Lenæa festum, quo prodiit hoc drama, hyeme in fine mensis Posideonis, qui et Lenæus dicebatur, celebrabatur. Pyli vero obsidio et Laconum in insula Sphacteria interceptio septem menses circiter prius facta fuerat. Ex hoc igitur loco firmatur sententia Scholiastæ supra notata de tempore didascaliæ hujus fabulæ. Palmer. In Græcia multa erant loca quæ *Pylæ* vel *Pyli* appellantur. Et in Peloponneso docemur tres urbes fuisse vocatas *Pylos*, a quarum una Nestor dictus Pylius. Athenienses inter alias expeditiones unam fecerunt in Peloponnesum: Pylus capta est a Nicia, duce Athenn., et Lacedæmonii fugerunt ad insulam *Sphagiam* [Sphacteriam]; quæ illis fuit ominosa (nam σφαγὴ est *jugulus*) et Athenas capti deducti sunt. Quum autem nuncius advenisset Athenas, ut milites adducerent ad capiendam hanc insulam, tunc surrexit Cleon et precatus est populum, ut sibi milites daret, pollicitus se Sphagiam intra 20. dies capturum: in qua re fortuna eum juvit. Nam omnes captivos Athenas deduxit, et inde magnum lucrum reportavit. Et hanc historiam hoc loco intelligit Aristophanes. Scholiastes autem confundit Pylam et Pylum. Cas. Suidas v. μᾶζα, ubi scriptum est ἐκ Πύλου — πανουργοτάτως παραδραμὼν, ὑφαρπάσας αὐτὴν, παρέθηκε κ. τ. ἑ.. — καὶ πρώην ἐμοῦ Junt. I. Dind.

56. Infra dicit adversarius Cleonis, ad Populum de isto facinore: ἁρπάζων γὰρ τοὺς ἄρτους σοὶ τοὺς ἀλλοτρίους παραθήσω. Quod ille etiam facit postea; nam Cleoni leporinas carnes surripit et populi personæ offert, quas ipse Cleo erat oblaturus. Ubi quum dixisset Cleo infra ἀδίκως γε τὰ 'μ' ὑφήρπασας, alter respondet: νὴ τὸν Ποσειδῶ· καὶ σὺ γὰρ τοὺς ἐκ Πύλου. Berg.

59. Salsus jocus. μυρσίνην, *myrti ramum* exspectasses: sed de coriario loquens βυρσίνην, vocem a βύρσα fictam, dixit. In conviviis famuli frondosis ramis muscas a mensa abigebant. Ad hunc morem respiciens Comicus scutica Cleonem armatum rhetores ait abigere, innuens eum ægre pati, si quis alius rhetor ad populum verba facere velit. Brunck. Hesych. Βυρσίνης, μυρσίνης: vid. v. 447. Bent.

60. Menander ap. Athen. xi. p. 486. [Philadelph. Fragm. ii. p. 191. Cler.] Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. τοὺς ῥήτορας pro μυίας, ut et Schol. notavit. In Vesp. 593. αὐτὸς ὁ Κλέων — καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει. Berg. Ἀποσοβεῖ. Gall. *il fait le brave*. De fastuosis, qui incedunt cum pompa, cum magno numero servorum, Græci dicunt σοβεῖν δι' ἀγορᾶς. σοβεῖν est etiam *muscas abigere*, unde μυιόσοβις instrumentum ad abigendas muscas. Cas.

61. σιβυλλιᾶν proprie *cupere oracula Sibyllina*. Vox est Laconica Σίβυλλα. Lacones pro θεὸς dicebant σιὸς, [Etiam σεός. V. Intpp. Greg. Cor. p. 300. ed. Schäf. Sed est etiam alia voc. Σίβυλλα etymologia proposita a Salmasio. v. Scheid. ad Lennep. Etym. Dind.] pro βουλή, βυλή. Inde *Sibylla*, prophetissa, Dei voluntatem declarans. Hic accipitur σιβυλλιᾶν generaliter pro, versari circa oracula. Cas. Scholiastes: χρησμῶν ἐρᾷ καὶ ἐπιθυμεῖ. Est verborum quædam species in αω, desiderium consignificantium, ut στρατηγιῶν *ducatum ambiens*, ap. Xenoph. lib. vii. Anab. et μαθητιῶ ap. Comicum Nub. 183. Berg. χρησμῶν ἐρᾷ, χρησμοὺς φαντάζεται, μαντικῶς ἔχει. Plures vide apud Suidam expositiones, e quibus illæ potiores sunt. Brunck. Brodæus I. Miscell. 35. scribit, errare eos, qui exponunt *vaticinari* ac *divinare*: quum sit *more senum delirare*. Duck. Alius usus est v. σιβυλλαίνειν (i. e. ἐκθειάζειν), de quo v. Tittmann. ad Zon. ii. p. 1648. Dind. Ὁ δὲ γέρων R. et Suidas v. σιβυλλιᾷ. Legebatur εἶθ' ὁ γέρων. Id.

62. μεμακκοκαότα. Verbum comicum. Pro ἀκούειν veteres dicebant κοεῖν. [Immo pro νοεῖν. Cf. Etym. M. h. v. et Zonaras Lex. t. ii. p. 1336. Dind.] Ab hoc nomine est Μακώ, nomen deæ monstrosæ, quæ terrebat pueros. Inde μακκοᾶν *stultum esse, nihil audire*. Cas. Suidas: τὰ τῆς Μακκοῦς φρονοῦντα. Μακκὼ γὰρ καὶ Λαιμὼ ἐγένοντο ἐνεαὶ, τουτέστι βαρέως νοοῦσαι. Hesych. μακκοᾶν (male vulgo μακοᾶν) παραφρονεῖν. Ad quam glossam vide interpretes. Infra 396. μακκοᾷ καθήμενον, ubi exponitur ἀνοηταίνει, ἐνεόν

ἐστιν. Vide ad v. 198. Brunck. Sensus igitur est: ubi eum videt *stupidum*. Dind. Suidas v. μεμακκοακότα, ubi Aristophanis locum omittit codex Oxoniensis. Id.

63. τέχνην πεποίηται male ap. Bergl. et Br. versum est: *opus aggreditur*. Valet: arte, calliditate utitur, fraudes comminiscitur. Dind. Ποιεῖται Suidas l. l. τέχνην πεποίηται idem t. iii. p. 457. Dind. Ποιεῖται Suid. ed. [in μεμακκοακότα ut videtur. Dobr.] Sed locum Arist. om. ms. πεποίηται in τέχνην ed. ms. Pors.

66. δωροδοκεῖ. Cleo identidem videtur a civibus munera extorsisse, quæ danda scilicet erant, nisi ab eo calumniis et accusationibus vexari vellent. Schutz. Λέγων ταδί. Vulgo τάδε. Illud magis Atticum est et hiatum lenit. Brunck.

67. De hujus loci sententia disputat Hartungus Thes. Grut. t. ii. p. 684. Puto esse fictum nomen servi. Duck. In Pac. 643. οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες ἃς ἔτυπτον, οἱ ξένοι, χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐβύουν τὸ στόμα. Berg. Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 29. Dind.

68. Solœce vulgo ἀναπείσητ᾽. Invitis codd. illam mendam sustuleram: postea in C. sinceram reperi, quam reposueram, lectionem ἀναπείσετ᾽. [Discrimen utriusque structuræ declaravit nuper Hermann. ad Viger. Append. ed. secundæ p. 902. Nam εἰ ἀναπείσετ᾽ est: si muneribus me placabitis, quod futurum esse prævidet, εἰ ἀναπείσητ᾽ si placaveritis, quod utrum eventurum sit, nescit. Illud h. l. sententia postulat. Cf. Matthiæ Gr. Gr. p. 745. Præterea rectius tribrachys quam dactylus anapæstum sequitur. Dind.] V. not. ad Vesp. 190. 437. τήμερον adfirmant membr. Vulgo, contra Comici usum, σήμερον. v. Pierson. ad Mœr. p. 464. Brunck. Lege ex Schol. ἀναπείσετ᾽ — Suid. v. ἀναπείσετε. quanquam ibi in ipsis Comici verbis alterum exstat. Pors. Ἀναπείσητ᾽ R. ἀναπείσετ᾽ scholiastes. — σήμερον Suidas v. ἀναπείσετε. Dind.

69. Lysistr. 443. ἐπιχεσεῖ πατούμενος. Berg. Male Scholiastes hæc de pluribus donis, quibus eos emungat Cleon, accepit. Immo proprie accipiendum; *ita ab eo pedibus calcamur, ut præ dolore et angore octuplum cacemus*. Schutz. Sensus est, expressus plebeiis verbis: conculcati (contumeliosissime habiti) multo majores damus pœnas. Dind.

70. ὀκταπλασίονα Suid. Ms. χέζομεν. Pors. Ὀκταπλάσια R. Legebatur ὀκταπλάσιον. Utraque scriptura conjuncta ὀκταπλασίονα legitur apud Suidam v. χέζομεν, in editione Mediolanensi et codice Oxoniensi. Nam Kusterus ὀκταπλάσιον dedit tacite. Dind. Cum libri partim ὀκταπλάσιον, partim ὀκταπλάσια ferant, Suidas autem ὀκταπλασίονα habeat, dubitari potest an hæc sit genuina scriptura. Vides proceleusmaticorum numerum indies augeri. Id.

71. ἀνύσαντες φροντίσωμεν non est, *studiose* aut *diligenter* (ut fere redditur) *cogitemus*, sed *quam primum, celeriter, nulla mora interposita*. Dind. Lege ἀνύσαντε. Bent.

72. Vulgo νώ, manifesta menda. νῷν reposueram, quod postmodum reperi in C., ubi tamen minus accurate scriptum νών. Emendationem a Piersono ad Mœr. p. 265. præceptam fuisse nunc primum comperio. In membr. hic et sequens versus in textus serie omissi fuere librarii oscitantia, qui eos in margine reposuit scripsitque νῦν pro νῷν. Brunck. Νῷν R. Dind. Eurip. Med. 376. πολλὰς δ᾽ ἔχουσα θανασίμους αὐτοῖς ὁδοὺς Οὐκ οἶδ᾽ ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ. Deinde 384. κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν Σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις κτανεῖν. Berg.

73. ἣν pro τὴν R. Dind. Μόλωμεν pro αὐτομολῶμεν. Respicit ad v. 20. sqq. Berg. Ὦ ᾽γαθέ. Phrasis Attica, quum aliquem suo nomine non appellamus. Sic dominus noster, quum Judam compellavit, dixit ἑταῖρε [Matth. xxvi. 50.]. Cas.

74. Versum hunc et quatuor sequentes adducit Suidas v. Αὐτόχρημα. Kust. Infra ipse Cleo dicit: καί μ᾽ οὐδὲν λέληθεν ἐν τῇ πόλει συνιστάμενον. Berg.

75. αὐτός. οὗτος R. αὐτὸς Suidas. Dind.

76. ἐκκλησία *concio*. ἐκκαλεῖν *vocare extra*. Athenis vocatur ἐκκλησία locus concionis, concio ipsa; quasi quo homines ex ædibus vocati venirent. Ex hac origine *ecclesia*. Cas.

77. διαβαίνειν apud Græcos est *crura divaricare* vel ad ingrediendum vel ad gradum firmandum. *Cum tam late diductis stet cruribus*. Apud Homerum Il. μ. [458.] Hector ingens saxum jaculatur εὖ διαβὰς, i. e. *divaricatis pedibus ad firmandum gradum*. Eustathius ad illum locum: διαβὰς, διαστήσας τὰ σκέλη, τουτέστι τὴν βάσιν πρὸς ἀντέρεισιν. Deinde subjicit hunc ipsum locum Comici nostri. Τῷ διαβαίνειν oppositum est τὸ συμβαίνειν, i. e. *stare pedibus junctis*; in qua voce interpretanda sæpius lapsi sunt veterum scriptorum interpretes, ut ostendimus jam ante ad Suidam v. Δαιδάλου ποιήματα. Kust. Τόσον αὐτοῦ τὸ βῆμα Suidas v. αὐτόχρημα in ed. Mediolan. Vulgata scriptura utitur Eustathius ad Homerum p. 914. 27. Dind.

78. Suidas αὐτόχρημα· ἀντὶ τοῦ πάνυ ἀληθῶς, ἀψευδῶς. Schutz. Ἐν χαόσι Suidas, ut complures edd. habet ἐν χαόσιν. Isque addit h. l. Χαόνες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Id. Ἐν Χάοσιν si vertas, *in Chaonibus*, non assequeris vim verborum Græcorum; alludit enim Comicus ad verbum χαίνω, *hio*, quasi podex hiaret tam valde diductis cruribus. Sic ἐν Αἰτωλοῖς respicit ad *αἰτεῖν petere;* hinc non inepte Frischlinus vertit *Petiliæ*. Est autem Petilia nomen urbis Virgilio memoratæ. Berg. Allusio ad v. χαίνω, quia sic divaricatis cruribus podex hiat. In Vesp. 1493. πλήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ, σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων. πρωκτὸς χάσκει. Forte etiam his verbis Cleonem ut impudicum traducere voluit Comicus. Brunck. Suid. v. Χάονες. ubi ὁ Γέρης male tentat K. v. Ach. 604. Pors. Scholiastes ad Acharn. 604.—Χαόσιν· Χαόσι scholiastes, Brunckius. Dind.

79. Loci hujus meminit Plutarchus; verus eruditionis antiquæ thesaurus, ἐν τῷ περὶ πολυπραγμοσύνης p. 517. a. ubi inquit: καὶ καθάπερ τοῦ κωμῳδουμένου Κλέωνος· τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κλωπιδῶν· οὕτω τοῦ πολυπράγμονος ὁ νοῦς ἅμα ἐν πλουσίων οἴκοις, ἐν δωματίοις πενήτων etc. Meminit item Eustathius ad Il. ξ. p. 1764. ed. Rom. Κἀντεῦθεν καὶ ὁ Κωμικὸς ὠφέληται εἰπεῖν· Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κρωπιδῶν· εἶτα κατὰ παραγραμματισμὸν Κλωπιδῶν, ἵνα σκωπτικῶς δηλώσῃ τὸν ταῖς χερσὶ μὲν αἰτοῦντα, τῷ δὲ νῷ κλέπτοντα. Kust. Allusio ad verbum αἰτεῖν. Similis jocus est in Marci Argentarii epigrammate: Ἀντιγόνη, Σικελὴ πάρος ἦσθά μοι· ὡς δ' ἐγενήθης | Αἰτωλή, κἀγὼ Μῆδος ἰδοὺ γέγονα. Brunck. Ὁ δὲ νοῦς, ἐν K. Vulgo [et sic R.] minus concinne: ὁ νοῦς δ' ἐν—Subauditur δήμῳ. Pagus erat Atticæ Κρωπία dictus, gentile Κρωπίδης, cujus ad imitationem Comicus finxit nomen Κλωπίδαι, tanquam a Κλωπία. Alludit autem ad κλὼψ, κλέπτης, innuitque Cleonis furacitatem. E fictis pagorum nominibus sæpe jocum petit. Vide not. ad Av. 1126. Hujus loci meminit Eustathius ad Odyss. p. 1764. l. 30. μήποτε δὲ καὶ εὐφυῶς καὶ ἀστείως τὸ τοιοῦτον ἐθνικὸν, ὁ Αἰτωλὸς, ἐπελέγη ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τῷ ποιητῇ, ἵνα τὸν ἐπαίτην δηλώσῃ. κἀντεῦθεν καὶ ὁ Κωμικὸς, εἴτε καὶ ἄλλως ἡ παροιμία, ὠφέληται εἰπεῖν· Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κρωπιδῶν· ἵνα σκωπτικῶς δηλώσῃ τὸν ταῖς χερσὶ μὲν αἰτοῦντα καὶ οἱονεὶ καὶ αὐτὸν λαλοῦντα· Ἔμβαλε κυλλῇ· (1083.) τῷ δὲ νῷ κλέπτοντα. ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν τραυλισμοῦ ἐκωμῴδουν, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ Κλωπιδῶν. Κρωπιδῶν γὰρ ὤφειλεν εἶναι ὡς ἀπὸ γένους ἢ τόπου. δηλοῖ δὲ παρὰ τῷ αὐτῷ Κωμικῷ καὶ τὸ Ὀλᾶς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Vesparum versus est 45., in quo mirum acumen captat Eustathius, ὀλᾷς positum pro ὁρᾷς interpretando per ὁ λίθος. Brunck. Liceat in Latino etiam sermone fingere vocem *Clepidæ* a *clepo*. Berg. Ὁ δὲ νοῦς Suid. Ms. κλωπ. Pors.

80. Versum hunc et quatuor sequentes citat Suidas v. Νῷϊν. Kust. Ubi tamen aut ipsius aut librariorum culpa omissa sunt verba ἀλλὰ σκόπει—ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν et πῶς δῆτα — ἀνδρικώτατα. Schutz.

81. ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν optime membr., ut edidit etiam Bern. Junta. ἂν hic potentiale est et cum optativo construi debet. Perperam vulgo ἀποθάνωμεν. *Sed vide, quonam modo mori possimus quam maxime viriliter.* Brunck.

82. πῶς δ.—Versus hic deest in P. Kust.

83. Locum hunc absque nomine auctoris adducit Athenæus lib. iii. c. 33. in fine: βέλτιων δ' ἦν μοι αἷμα ταύρειον πιεῖν· ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος, ἢ εἰς σὲ ἐμπεσεῖν. Quod autem ad rem ipsam attinet, quidam famam de epoto a Themistocle sanguine taurino et consecuta inde morte ejus, ut fabulam explodunt; idque ideo potissimum, quod Thucydides, auctor gravissimus, ubi de Themistoclis morte agit, nullam ejus rei mentionem fecerit. Hanc in rem insignis occurrit locus apud Cicer. de Clar. Orat. ad M. Brut. n. 43. ed. Gronov. [c. 11.] ubi summus ille oratorum inquit: 'Nam quem,' Themistoclem puta, 'Thucydides qui et Atheniensis erat, et summo loco natus summusque vir, et paulo ætate posterior, tantum mortuum scripsit et in Attica clam humatum, addidit, fuisse suspicionem, veneno sibi conscivisse mortem: hunc isti [*rhetores*] aiunt, quum taurum immolasset, excepisse sanguinem patera et eo poto mortuum concidisse. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt; illa mors vulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum.' Vide etiam Corn. Nep. in Themist. c. ult. qui in narranda Themistoclis morte simpliciter Thucydidem auctorem sequitur, neque taurini sanguinis ullam item mentionem facit. Neque ad argumenti hujus vim eludendam recte quisquam opposuerit auctoritatem Aristophanis, quippe qui hæc de Themistocle narrat ut Comicus, a quo nemo accuratam fidem historicam jure exigere queat. Cum enim Comicis quævis risus gratia fingere liceat; quidni eisdem fas sit, ex rumoribus inter populum sparsis, sive illi veri sint sive

falsi, jocandi materiam quærere? Kust. Scholiastes ex Sophoclis Helena: [Inter fragmenta ex ea tragœdia a Brunck. collecta non legitur, sed in fragmentis ex Ægeo n. 2. (t. iii. p. 386. ed. 1788. 8.) cui cum Casaub. et intpp. Hesych. ad Gloss. Ταύρειον πόμα hos versus tribuit Brunckius et in primo legit: ἐμοὶ δὲ λῷστον πῶμα ταύριον πιεῖν — Dind.] ἐμοὶ δὲ λῷστον, αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν, καὶ μή γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας. Herodotus in Thalia (iii. 15. extr.) de Psammenito: αἷμα ταύρου πιὼν ἀπέθανε παραχρῆμα. Berg.

84. αἱρετώτερος. τατος superscr. Suid. Ms. νωΐν, ubi multa corrupta. Pors.

85. Veteres omnia referebant ad deos, ut est ap. Athen. lib. 1. Ergo et εὐωχίας referebant ad deos: cum accumbebant, decerpebant aliquid et mittebant in ignem; cum bibituri, partem effundebant. Erant et certæ potiones in honorem hujus aut illius numinis. Sic erat potio ἀγαθοῦ δαίμονος; erat poculum Jovis Servatoris; Mercurii quod erat ultimum. Erant et pocula amicarum: quare institutum est, ut ad litteras nominis earum, quas amarent, biberent; ut quot litteræ essent, tot pocula ebiberent. Quem Græci ἀγαθὸν δαίμονα appellant, Latini *Genium*, qui est bonus vel malus: et Latini simpliciter vocant *Genium*, quæ vox habet elegantissimum usum apud Vopiscum, 'abusus est genio sexus sui,' i. e. felicitate sua, quæ illum virum fecit. Apud Martialem, 'nec cor habes, nec genium.' Græce hoc nomen una voce non potest dici. Cas. Theopompus Comicus ap. Athen. xi. p. 485. ἐκπιοῦσα ἄκρατον ἀγαθοῦ δαίμονος. Berg.

86. Hedylus ap. Athen. xi. 472. Πίνωμεν· καὶ γάρ τι νέον, καὶ γάρ τι παρ' οἶνον Εὕροιμεν λεπτὸν καί τι μελιχρὸν ἔπος. Berg. Scaliger βουλευσαίμεθα. Bent. Βουλευσαίμεθα Brunckius tacite. Legebatur βουλευσώμεθα. βουλευσοίμεθα Excerpta Scaligeri. Dind.

88. Adnotavit Scholiastes morem Persarum ex Herodoto, qui in Clione c. 133. μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιότατα τῶν πρηγμάτων· τὸ δ' ἂν ἅδη σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται· καὶ ἢν μὲν ἅδῃ, μετιεῖσι· τὰ δ' ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι. Vide in Lys. 1232. Berg.

89. Post οὗτος signum interrogationis poni debuit. Brunck. In accentu et in distinctione male rem gessit typotheta; excudere debuit: ἄληθες, οὗτος; κρουνοχ. εἶ. [Vulg. continua hæc neque commatibus distincta legebantur.] Similiter peccavit in Vesp. 1223. ubi oportebat ἄληθες; ὡς — Sed totus ille versus emendationis indigebat (in Supplem.), quam modo tentavimus; feliciterne, an secus, alii viderint. Id. Κρουνοχυτρολήραιον. Ulpianus in iii. Olynthiacam ad hæc Demosthenis verba κρήνας καὶ λήρους, scribit: οἱ μέν φασι τοὺς κρουνοὺς λέγειν, παρὰ τὸ λίαν ῥεῖν· οἱ δὲ τὰ λήρου ἄξια πράγματα· ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης παρὰ τὸ ληρεῖν ἐποίησε τὴν σύνθεσιν, θέλων τινὰ ὑβρίσαι, ἐν τῷ κρουνοχυτρολήραιον. Berg. Κρουνοχυτρολήραιον. Schol. ἀντὶ τοῦ φλύαρος. κρουνὸς, τὸ χύδην καὶ ἀκρίτως καὶ ἀθρόως ῥέον· λῆρον δὲ, τὸ μάταιον. συνέθηκεν οὖν ἐκ τοῦ κρουνοῦ, καὶ ληρεῖν, καὶ τῆς χύτρας ἀναισθήτου οὔσης. ἵνα τὸ ὅλον δηλώσῃ τὸ ἀναίσθητον καὶ ἀνόητον καὶ περιττολόγον. Brunck. Compositio e κροῦνος, et χύτρα, et λῆρος perspicue prodit Aristophanem hic nugatorem designare, qui, quia ipse aquam fontanam ex olla bibere solitus sit, vini honorem imminuere audeat. Schutz. Ἄληθες; οὗτος κρουνοχυτρολήραιον εἶ. Sic pungendum. male Scaliger Ἄληθες οὕτως· forte Ἄληθες; οὑτωσὶ κρονοχυτρολήραιον εἶ, ut Plutarch. [De Liber. Educand. ii. p. 13.] χρονόληρος [ubi H. Steph. voluit κρονόληρος. Burg.] vel Ἄληθες; οὑτοσὶ κρονοχυτρολήμαιον εἶ; ut χύτραις λημῶν [idem sit atque] Κρονικαῖς λήμαις λημῶντες in Plut. 581. vel Ἄληθες οὗτος ὦ κρονοχυτρολήμιον: vid. Acharn. 556. Ran. 864. Vesp. 1403. Av. 174. ib. 1048. Bent. Κρουνοχυτρολήραιος Juntina I. et liber Victorianus. Legebatur κρουνοχυτρολήραιον, quo utuntur Ulpianus ad Demosth. et Suidas t. ii. p. 380. Dind.

90. Versum hunc et duos sequentes adducit Etymologus v. Οἶνος, apud quem tamen pro νικῶσιν δίκας legitur κρίνουσιν δίκας. Kust. Εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν. Verbum hoc de vitiis solet adhiberi rebusque probrosis, non vero de iis, quæ laudi vertuntur. εἰς ἐπίνοιαν ἐγκωμιάζειν, εἰς ἀπόνοιαν λοιδορεῖν. Inde est, quod vir quidam doctus hic ἀπόνοιαν, *amentiam*, *dementiam*, legendum esse censuerit. Sed nihil mutandum. Sensus perspicuus est nec interpretes latuit. λοιδορεῖν οἶνον εἰς ἐπίνοιαν est *vino convicium dicere circa solertiam*, seu *vino exprobrare quod* solertiam non adferat. Brunck. Sylburgius [probante Duck. ad Thuc. viii. 88.] corrigebat ἀπόνοιαν. Obtinente recepta scriptura, cui favere videtur versus seq., sensus erit, quem ejus interpres expressit: *tune vinum quasi consiliis solerter excogitandis inimicum traducere audes?* Abresch. Diluc. Thuc. p. 796. Euripid. Andromach. 979. Ὁ δ' ἦν ὑβριστὴς, εἴς τ' ἐμῆς μητρὸς φόνον, Τάς θ' αἱματωποὺς θεὰς ὀνειδίζων

ἐμοί. Quod male solicitavit Heathius. Confer Med. 552. Pors.

91. πρακτικῶς Suid. Ms. οἴνου π. Pors.

92, 3, 4. In Epitom. Athen. apud Casaubon. Animad. p. 782. Pors. Athenæus t. iv. p. 216. ubi ὁρᾷς δ'; legitur. Dind.

95. Scholiastes ad Nubes 1240. Dind.

96. δεξιόν. Solemus oblatum munus dextra capere. Inde dextra manus ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι. Inde δεξιός, *elegans, commodus.* Cas. Scholiastes Venetus ad Iliad. σ. 521., Eustathius ad Homerum p. 641, 1. 736, 58. 1077, 58., grammaticus apud Hermannum de Em. Rat. Gr. Gr. p. 446., ubi scriptum est τὸν νοῦν ἐνάρδω.—R. καὶ λέξω τί δεξιόν. Dind.

97. τῷ σῷ ποτῷ. Vesp. 1391. διὰ τὸν σὸν οἶνον. Berg.

98. κατακλινήσομαι hic de decubitu intelligit. Cas.

99. Cratinus ap. Schol. Comici in Eqq. 523. ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασι. Berg. Suidas citans καταπάσω, καταποικιλῶ, πληρώσω. Sumpta autem est metaphora a vinosis ex ebrietate vomentibus, et ut Latini dicunt *orationem vomere,* sic h. l. *consilia et sententias* quasi vomentem *dispergere.* Schutz.

100. βουλευματίων. Comici amare soliti formam deminutivam elegantiæ et venustatis gratia. Cas. Notanda constructio καταπάσω ταῦτα βουλευματίων, pro βουλευματίοις. Quo exemplo adstrui potest similis phrasis apud Galenum, H. Stephano suspecta, Thes. t. iii. col. 57. προσπάττειν λουτρὰ ἁλῶν. Brunck. Corrupte Suid. νοιδίων (sic Ms.) Pors. Νοιδίων Suidas diserte. Scribebatur νοϊδίων. Vid. Lobeck. ad Phrynichum p. 87. 88. Dind.

101. Nicias, qui domum intrasse cogitandus est, inde redit cum urceo vini. Dind. Ὡς εὐτυχῶς. Subaudi ἀπηλλάχθην. [Facilius ἦν aut ἐγένετο subintelligitur, si quo supplemento est opus. Recte enim Schæf. ad Bos de Ell. p. 586. monet, ad tales exclamationes nihil subaudiendum esse. Reiskius conjicit: ὡς εὐτυχῶ γ' aut ὡς εὐτύχησ' i. e. εὐτύχησα. Dind.] Phrasis Græcanica. Latine: *o bene!* Gallice: *il m'en a bien pris.* Sic Theocr. Id. 15. [55.] ὠνάθην μεγάλως. Cas. Ὅτι οὐκ ἐλ. Sic recte membr. et C. [et R.] Vulgo ὅτ' οὐκ. V. ad Lys. 611. Brunck. Ἔνδοθεν proprie *intus.* Hic et fere apud Græcos pro *domi* ponitur. ἐνδὶ [ἔνδοθι] pro, *domi.* Cas.

102. εἴπ' ἐμοὶ Brunckius. Quod semel monuisse satis habemus. Dind.

103. Λείξας. Laudant Suidas, Etym. M., Pollux x. 96. et vi. 61. Eustath. in Il. p. 1095, 20. Steph. de Urb. v. Δῆμος. Apud Pollucem autem l. x. et Etym. M. legitur λείχων. Sed Scholiastes infra ad 1086. docet hic lectum fuisse λείξας, ibi λείχων. [λείχων Etymol. in Ἐπίπαστα. male. Bent.] Vide tamen notam Jungerm. ad Poll. vi. 61. Kuhnius ad Poll. i. 26. hoc recenset inter Pollucis ἁμαρτήματα μνημονικὰ, et tamen etiam ap. Etym. ita legi e Lexico rhetorico ad Poll. vi. 61. notat Salmasius, ut, si id erratum est, non solius Pollucis sit. Duck. Figurata oratio est, in qua poeta more suo figuratam orationem miscet cum rei veritate. Rei veritas est, quod Cleon bonorum virorum confiscationibus fuerit ditatus: figura est, quod satur factus sit liguriendis placentis sale adspersis. λείχειν est *lingere;* ἐπίπαστα adjectivum sive substantivum, subaudiendo πλακουντάρια. [Sive potius ἄλφιτα. v. Leisner. ad L. Bos. de Ellips. p. 28. Schæf. Dind.] Sic in hac fabula ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπαστα. Notat ibi Scholiastes, extrema cœna circumferri solitas placentas, sale aut rebus salsis adspersas, ut provocaretur sitis. Sic hodie fieri solitum in Germania. Cas. Λείχων Pollux, Etymolog. M. Vulgatæ scripturæ auctores habemus Stephanum Byzant. v. Δῆμος, Suidam v. δημιόπρατα et v. ἐπίπαστα. Dind.

Δημιόπραθ'. In republica Athenn. sic vocabantur bona miserorum vendita, quod magna cum diligentia fieri solitum. Apud Athenæum et Pollucem frequens mentio δημιοπράτων: referebantur enim omnia in tabulas et illæ tabulæ in ærario servabantur ad posteritatem. Fuit et apud Athenienses liber editus δημιοπράτων. Cas.

Βάσκανος. β pro φ, quasi φάεσι καίνων. [Etsi β interdum pro φ usurpatum est (Bast. ad Greg. Cor. p. 285.) tamen hæc etymologia non placuit multis. v. Lennep. Etym. p. 142. De vocabulo ipso cf. Tho. Mag. p. 148. quosque ibi laudavit Oudend. inprimis intpp. Hesych., Ammon. et Herodi. ad calcem Phryn. Dind.] Quæsitum est a veteribus, ut oculi invidi virus immitterent. Eos homines Græci βασκάνους vocant: Latini hinc *fascinum* dixerunt; unde est *præfiscini,* h. e. facere aut dicere aliquid evertendo fascino. Multa enim excogitavit vetustas depellendis oculis malis; ut etiam in litteris sacris *habere malum oculum* dicatur pro esse invidum. Sic pueris appendebant rem turpem, puta partem virilem, et id vocatur Latine *mutonium,* Græce προβασκάνιον, ut apud Plutarchum et in Gloss. Et causa erat, ut oculi mali virus abiret in risum. Sic apud Catullum monentur amantes, ut conturbent basia, ne locus sit fascino. Cas.

104. βύρσαις. Alludit ad artem vilem Cleonis. Nam coriarii erant viliores, quam

pelliarii. Solebant autem et pelliones et reliqui in pellibus dormire. Cas. Ὕπτιος. Hac voce notatur hominis immodesti situs inter dormiendum, qui magnam incuriam ostendat. Nam veteres ex dormiendo conjecturam de moribus faciebant. Nam dormiendum est situ naturali paululum diductis in latus cruribus; væcordes autem extensi, quod exprimit vox ὕπτιος. [Est ὁ ἐπὶ νῶτα κείμενος. v. Etym. p. 784. et Zonar. t. ii. p. 1770. Dind.] Id. Ἐν ταῖς θύραις ὕπτιος Suidas v. ἐπίπαστα. Dind.

105. Locum hunc exponit Etymologus V. Ἐγκάναξον et Suidas ead. v. [Item Zonaras Lex. V. Ἐγκανάξαι, qui huic versui subjicit hunc: ἕλκυσον, ἐκρόφησον, ἔκπιε· nisi hæc ad interpretationem aliam pertinent. Dind.] Significat autem ἐγκανάσσειν (unde ἐγκάναξον) *infundere*, ut vocem illam, præter Scholiasten, interpretatur Etymologus, Hesychius [Hesych. ἐγκάναξον, ἔγχεε. Ad quam glossam vide intpp. Etym. M. ἐγκανάξαι, τὸ ἐγχέαι μετὰ ψόφου, ὅ ἐστι πολύ, ὥστε ἠχεῖν. Brunck.] et Suidas. Hesychius tamen τὸ ἐγκάναξον non solum significare ait ἔγχεε, sed etiam ἔκπιε: sed qui τὸ ἐγκάναξον ibi confundere videtur cum ἐκκάναξον. Ἐκκανάσσειν enim significat *ebibere, haurire:* quo sensu accipitur apud Ælian. in epist. 4. τρεῖς ἁδρὰς ἐξεκάναξα κύλικας. Kust.

107. ἕλχ' ἕλκε τὴν τ. δ. Subintelligitur κύλικα, aut simile. Eurip. Cycl. 416. ἔσπασέν τ' ἄμυστιν ἑλκύσας, *hausitque tractim amystidem, poculum.* Berg. *Pramnium* vinum Græci inter nobilia celebrant, vel a vite Pramnia, quam volunt in Thracia locum habere, vel a natura vini, quod diutius conservaretur. Ita est Πράμνιον quasi παραμόνιον. Cas. De Pramnio vino vide saltem Athenæum i. p. 30. Berg. Et ad eum locum Schweighæus. Anim. i. p. 225. inprimisque Heyn. ad Il. x. 638. ubi ostenditur nomen proprie ductum esse a vitibus in colle Pramilo in Asia minori, atque deinde communicatum cum vinis generosis omnibus. Dind. Ἕλχ' ἕλκε. Ald. ἕλε χ' ἕλκε: vel leg. ἔχε χ' ἕλκε: vid. 1184. ἔχε καὶ πιεῖν. Vesp. 1130. Ἔχε—καὶ μὴ λάλει. Bent.

108. Infra τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμὸν, et Ἑλλάνιε Ζεῦ, σὸν τὸ νικητήριον. Berg. Demosthenes hausto vino hæc dixit et per ἀγαθὸν δαίμονα intellexit vinum, quod ei inspiravit nova consilia. Dind.

111. ταῦτ' κ. τ. λ. Hæc ita distinguo: ταῦτ'. ἀτὰρ τοῦ δαίμονος δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος. *Hæccine? Sed iste* (*bonus*) *Genius timeo ne fiat mihi malus Genius;* ut admirabundus dicat ταῦτα. Sic Av. 802. ταυτὶ τοιαυτί. Aut subauditur ἐκεῖνα, ut sit ταῦτα ἐκεῖνα, nempe illa, quæ alter dicebat se excogitaturum si bibat vinum. In Acharn. 40. τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ 'λεγον. In Ran. 321. τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο, δέσποθ', οἱ μεμνημένοι, ἐνταῦθά που παίζουσιν, οὓς ἔφραζε νῷν. Berg. Hic locus vulgo male interpunctus [Ita nempe: ταῦτ' ἀτὰρ τοῦ δαίμονος; δέδοιχ' κ. τ. λ. Reisk. conjicit, ταῦτα γὰρ τ. δ. Dind.] et ab interpretibus male acceptus. Ordo est: ἀτὰρ δέδοικα ὅπως μὴ ταῦτα τὰ βουλεύματα τεύξομαι τοῦ κακοδαίμονος δαίμονος. Verbum τυγχάνω cum quarto casu construitur. Exempla vide in notis nostris ad Eurip. Or. 686. Med. 759. Vel, subaudita præpositione κατὰ, δέδοικα ὅπως μὴ κατὰ ταῦτα τεύξομαι τοῦ δαίμονος κακοδαίμονος. Brunck. Nimirum duplex structura conjuncta est, δέδοικα ταῦτα et δέδοικα ὅπως μὴ τεύξομαι—Nicias his dictis rursus abit, oracula allaturus; interea Demosthenes genio indulget exhauriendo poculo. Dind. Τεύξομαι κακοῦ. Phrasis Attica, *incidere in infortunium.* Cas. Ταῦτ' ἄταρ τοῦ Δαίμονος. Malim, ταῦτ' ἄρ' Ἀγαθοῦ Δαίμονος; ita enim jocosa oppositio in versu sequenti magis elucesceret. Schutz.

113. φέρε νῦν scholiastes. Dind.

115. Nicias reversus cum oraculo hæc loquutus est. Demosthenes illud sibi legendum dari et interea aliud super alio poculum infundi celeriter (ἀνύσας) jubet; dum Nicias cunctatur oraculum exhibere, Demosthenes iterum eum monet φέρ' ἴδω —αὐτόθι; accepto et inspecto obiter oraculo, exclamat, ὦ λόγια; sed vino potius quam oraculo indulget, neque, quid eo contineatur, Niciæ quærenti exponit. Videtur Demosthenes vere deditus fuisse vino, neque hæc, quam Comicus h. l. notat, bibendi aviditas prorsus esse ficta. Dind. Ῥέγκεται καὶ πέρδεται A., Brunckius. Legebatur πέρδεται καὶ ῥέγκεται, quod ex R. restituit Invernizius. Brunckii scripturam habuisse videtur scholiastes, cujus hæc est annotatio: πέρδεται ὁμοιοκατάληκτον εἶπε τῷ ῥέγκεται· οὐ γάρ ἐστι δόκιμον οὕτω λέγειν. Id.

119. τί ποτ' ἔνεστιν varia lectio apud scholiasten. Dind.

120. Ita R. Legebatur ὦ λόγια. δὸς σύ μοι τὸ ποτήριον ταχύ. Dind.

121. φήσιν lege φήσ'. Bent. Sic Kust. cf. 195. Burg.

122. Post ἐν τοῖς λόγ. ἔνεστιν colo est interpungendum. Dind. Sed in sua ed. non interpungit.

123. Apparet, Bacidis quædam oracula habuisse Cleonem, quæ Nicias clam extulit a Cleone, ut illius fata inde cognos-

cant. Infra Cleo et adversarius ejus certant coram Populo de multitudine et præstantia oraculorum, quæ uterque habebat; ibi Populus dicit 997. τίνος εἰσὶν οἱ χρησμοί ποτε; deinde Cleo, οἱ 'μοὶ μέν εἰσι Βάκιδος: adversarius autem ejus dicit, sua oracula esse Γλάνιδος, ἀδελφοῦ τοῦ Βάκιδος γεραιτέρου. Berg. Bacis antiquissimus fuit vates Bœotius, κατάσχετος ἐκ Νυμφῶν, ut ait Pausanias p. 828. qui ejus vaticinia [H. e. ea, quæ Bacidi vulgo tum tribuebantur, pleraque recentius conficta. v. Valck. ad Herod. p. 657. Dind.] legisse se testatur. Præterea duo alii cognomines vates, de quibus videndus Ælianus V. H. xii. 35. et ejus interpretes. Brunck. Athenienses omnino fidem multam habuerunt oraculis nonnullis, quæ vetusta putabantur, quorumque erant collectiones quædam. Et Onomacritum quidem, qui a se confictum oraculum Musæo supposuerat, Hipparchus urbe expulerat. Maxima fuit Bacidis, qui νυμφόληπτος habebatur, oraculorum auctoritas, quorum nonnulla ad bellum Medicum spectantia attulit Herod. [viii. 20.] Fortassis singuli cives aut familiæ Athenis habuerunt chresmologias Bacidis nomine inscriptas, quarum interpretatione astuti homines decipiebant simplicioris ingenii homines. Cleon quoque, plebeiæ indolis homo, his oraculis plurimum tribuisse videtur. Vuiland.

124. πολλῷ γ' ὁ Βάκις ἐχρ. Versum hunc citat Athenæus lib. xi. c. i. [Schw. ubi legitur: πολλῷ γ' ὁ Β. διεχρῆτο τ. π.]. Kust.

129. Etym. M. ὁ τὰ στυππεῖα πωλῶν, τουτέστι, καννάβινα λίνα. [καννάβινα ἢ λίνα legi vult Kust. Dind.] δηλοῖ δὲ ὁ 'Αριστοφάνης τὸν Εὐκράτη, ὅτι Στύππαξ ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ στυππειοπώλης εἶναι. Brunck. Στύγαξ Suid. ed. ms. in ordine. Sed in ms. statim sequuntur, Στυλίτης. ὁ ἐπὶ κίονος ἱστάμενος, deinde Στύππαξ. στρατηγὸς 'Αθηναίων. Pors. Γίνεται edd. ante Brunckium. Dind.

130. πράττειν generaliter significat *actionem.* Gallice *les affaires* significat *res publicas:* sic apud Græcos. Hinc πραγματικὸς, homo versatus in istis rebus, et accipitur pro eo, qui versatus est in rebus forensibus et in malam partem accipitur. Apud Polybium πραγματικὴ ἱστορία historia non ad voluptatem comparata, sed ad utilitatem. Cas.

131. Acerbe perstringitur reipubl. Ath. tristis conditio post Periclis mortem, quem in regenda populi concione homines inferioris conditionis, qui vendendis variis rebus victum quærebant, exceperant. Vuil. Εἷς θ' οὑτοσὶ R. F. εἷς γ'—. Dind.

132. Scholiastes monet, tangi hic Calliam, vel, secundum alios, Lysiclem. Posteriorem certe fuisse προβατοπώλην, ex aliis auctorum locis etiam constat. Hesychius [Photius Lex. p. 333. προβατοκάπηλος, προβατοπῶλος (s. ut in alio apogr. est, προβατοπώλης). ἐλέγετο δὲ Λυσικλῆς. Locum Hes. etiam laudavit Br. additis his verbis: "Ad quam glossam vide Interpp."]: προβατοπώλης. οὕτως ἐκωμῳδεῖτο Λυσικλῆς, γήμας 'Ασπασίαν τὴν πόρνην. [πρόβατον *pecus:* a προβαίνειν, a modo ambulandi, quod alterum pedem anteponant. Potius puto, πρόβατον esse bonum mobile: nam inter bona censentur pecora et κτῆσιν illam vocant πρόβατον. Cas.] Potuit ad hunc locum Comici respexisse. Plutarchus in Per. p. 165. C. Αἰσχύνης δέ φησι, καὶ Λυσικλέα τὸν προβατοκάπηλον ἐξ ἀγενοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν 'Αθηναίων γενέσθαι πρῶτον. Dio Prusæensis Or. lv. de Socrate: 'Ανύτῳ διαλεγόμενος βυρσέων ἐμέμνητο καὶ σκυτοτόμων· εἰ δὲ Λυσικλεῖ διαλέγοιτο, προβάτων καὶ καπήλων. Vide etiam Schol. infra ad 736. Kust.

133. δύο τώδε πώλα. Etiamsi Atticis usitatum esset δύω, quod pernegavimus in not. ad Ran. 1405., hic tamen per metri legem stare non posset. δύο est in primariis edd. Imperite Ant. Fracinus prætulit δύω, quod e subsequentibus edd. prima adscivit Frobeniana, unde in alias transiit, nemine reclamante. Mendose in membr. ut in Fracini cod. scriptum est δύω. Brunck. Δύω A., Juntina II., scholiastes. —τόνδε codex Ravennas. Legebatur τοῦτον.—χρῆν Elmsleius ad Euripidis Heraclid. 959. Dind.

134. ἀνήρ: lege αὖ. Bent. Sed melius Dobræus in *Monthly Rev.* Append. V. lii. p. 522. ἂν ἀνὴρ ἕτερος collato v. infr. 328. Burg. "Εως ἕτερος codex Venetus, Erfurdtius in Horreo Regimontano iv. p. 432., Hermannus Elem. doctr. metr. p. 129., Elmsleius l. l., Reisigius i. p. 64. Iidem recte versu proximo γένοιτο revocarunt a Brunckio solius codicis C. auctoritate in γένηται mutatum. Dind.

135. γένηται [ut Br. edidit]. Sic C. Vulgo γένοιτο. Illud magis ad loquendi normam exactum arbitror. Brunck. Nimirum sensus esse debet: præesse rebus publicis, usque dum existat (non exstiterit) deterior eo etc. γένοιτο fortassis ex 140. illatum est in h. l. Ibi enim recte legi πόθεν ἂν γένοιτο — docuit Dawesius M. Crit. p. 207. De structura autem partt. ἕως ἂν cum Subjunct. et Opt. cf. Matthiæ Gramm. Gr. p. 742. s.

136. ἐπιγίγνεται γ. β. ὁ Π. Sic optime membr. In C. etiam ὁ Παφλαγών. Vulgo ἐπιγίνεται et omissus articulus cum versus labe. Nam nominis Παφλαγὼν primam semper corripit Comicus. Brunck. Fo.

ὁ Παφλαγών. Bent. Sic Mss. Burg. ἐπιγίνεται priorum editionum scripturam ex A. correxit Brunckius. Idem codex, cui accedunt C. et Ravennas, ὁ Παφλαγὼν suppeditavit. Dind.

137. Κυκλοβόρου torrentis nomen esse ait Scholiastes ad h. l. et ad istum in Acharn. 380. ubi de eodem Cleone loquens dicit: ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου κἀκυκλοβόρει, κἄπλυνεν. Idem Schol. adducit de Cycloboro versum Aristophanis: ᾤμην δ' ἐγὼ Κυκλόβορον κατιέναι. Berg. Photius Lex. p. 136. Κυκλόβορος, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς. Citat Eustath. ad Il. A. p. 213, 37. notante Porsono. Dobr. Plutarchus t. ii. p. 804. C., scholiastes ad Vespas 35. Dind.

140. πόθεν ἂν οὖν ἔτι scholiastes. Dind.

143. Ἀλλᾶς est genus edulii, compositum ex sanguine et intestinis: Latini vocant *botulum*. Hoc docet Hesychius et Tertull. in Apolog. [c. 9.] ex quo loco colligitur, botulum esse intestinum sanguine fartum: alio nomine vocatur *isicia*, Gallice *saucisses*. Cas. Nostris *Blutwurst*, unde ἀλλαντοπ. a Vuil. redditur, *Blutwursthändler*. Cæterum hæc cum vi quadam esse a Dem. pronunciata, Vuil. monet. Dind. Ἐξολῶν Suidas h. l. citans: Ἐξολῶν, ἐκβάλλειν μέλλων καὶ ἐξωθεῖν τῆς πολιτείας. Schutz. Ἀλλαντοπώλων ἔσθ' ὁ τ. ἐξολῶν Suid. ms. in ἐξολῶν. Pors. ἀλλ' ἀντὶ πόρων ἔστω τοῦτον ἐξολῶν Suidas v. ἐξολῶν t. i. p. 775. Codex Ravennas ἐξελῶν. Dind.

144. ὦ Ποσ. τῆς τέχνης. Frischlinus: *pro Neptune, quæ hæc fallacia*. Male. Nam τέχνη hic simpliciter *artem* significat, quam quis exercet. Kust.

147. κατὰ θεῖον. In Au. 545. σὺ δέ μοι κατὰ δαίμονα καὶ συντυχίαν ἀγαθὴν ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ. Berg. Dicebant in rebus inopinatis κατὰ θεῖον. Virgilius dixisset: *non sine numime*. Homerus dixit: οὐκ ἀθεεί. Christiani doctores dicebant οἰκονομοῦντος τοῦ θεοῦ. Cas. Lectionem καταθείων perperam e Rav. recepit Invern. Est is scripturæ error ex prava conjunctione vocabb., ut sæpe, ortus. Ex ipso Scholio adjecto patet κατὰ θεῖον esse legendum. Dind. Ὥσπερ κατὰ θεῖον. Suidas: Κατὰ θεῖον. Τοὺς ἐξαίφνης φαινομένους οὕτως ἔλεγον κατὰ θεῖον ὦφθαι. Καὶ ἐπὶ τῶν ἐξαίφνης γινομένων, τουτέστιν εὐκαίρως ἐπιφαινομένων, κατὰ θεῖον ἔλεγον, Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ ἀλλαντοπώλης αἰφνίδιον βουλομένοις μὲν, μὴ προσδοκήσουσι δὲ ἐπεφάνη, εἶπεν· ὁδὶ προσέρχεται, ὥσπερ κατὰ θεῖον εἰς ἀγοράν. Schutz. κατὰ τὸ θ. Suid. ms. in κατὰ θεῖον. Pors. Codex Ravennas καταθείων. Dind.

148. Ἀλλαντοπώλα cdd. ante Brunckium et Suidas. Dind.

149. Citat Suidas v. Ἀνάβαινε. Kust. Ἀνάβαινε. Suidas: Ἀνάβαινε. Ἰστέον, ὅτι ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἐπὶ τὸ λογεῖον εἰσιέναι, ἀναβαίνειν, καταβαίνειν δὲ, τὸ ἀπαλλάττεσθαι ἐντεῦθεν, ἀπὸ παλαιοῦ ἔθους. Ἀριστοφάνης

Ἀλλαντοπῶλα δεῦρο' δεῦρ' ὦ φίλτατε
Ἀνάβαινε σωτὴρ τῇ πόλει καὶ νῷν φανείς.

Casaubonus ἀναβαίνειν vel ex fabrica scenæ explicandum putat, vel simpliciter significare: *ascende in superiorem gradum*. Verius est, locum ante ædes Cleonis ex poetæ mente editiorem fuisse, quam forum per quod pertransibat Agoracritus. Id etiam e v. 169. 170. perspicitur. Schutz.

150. Τί 'στιν; τί με, τί με Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. 856. male. Vulgata enim lectio sanissima est. Pors. Constituitur hic actus primi scenæ secundæ initium. Dind.

152. Loci hujus meminit Harpocratio v. Ἐλεοκόπων et Eustath. ad Il. I. p. 749. [et Od. Ξ. p. 1766, 42.] Kust. Item Zonar. Lex. t. i. p. 683. ubi ἐλεὸς explicatur ἡ μαγειρικὴ τράπεζα. Cf. Athen. iv. p. 173. ed. Cas. s. t. ii. p. 171. Schw., Hemsterhus. ad Luc. t. i. p. 371. et Heyn. ad Il. ix. 215. Dind. εἰ προσκαθέλοι με τοὐλεὸν ex Equitibus Harpocration v. ἐλεοκόπων p. 59. Id.

153. αὐτὸν ἀναδίδαξον. Is est vocum in membr. ordo, vulgato concinnior ἀναδίδαξον αὐτόν. Brunck. Scil. ob cæsuram; non tamen placet ambiguitas, quæ existit, si αὐτὸν vocabulo χρησμὸν subjungitur. Dind.

154. Nicias speculaturus et observaturus Paphlagonem, ut quid ille moliatur et agat, videat, abit (ἰὼν pro ἀπιὼν, nisi omnino redundat) e theatro. Hinc v. sequ. scenæ tertiæ initium constitutum est a francog. interprete. Dind.

156. Mos fuit, ut in summis casibus terram oscularentur. [Inprimis hoc fiebat, quum quis in terram peregrinam, aut locum sacrum vel ulla ratione insignem venerat. Dind.] προσκυνεῖν duo significat et *adorare* et *osculari*, quia adoratio fiebat cum osculo; et quum se parabant ad res magnas, terram osculabantur, ut Cæsar Africam osculabatur. Cas. Terram adorare etiam apud Sophoclem jubet Neoptolemus Philoctetem, in Phil. 1404. στεῖχε προσκύσας χθόνα. Et apud Comicum in Pluto adorat terram Plutus 771. Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον, Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον. Berg.

157. τί ἐστιν; Sic tres codd. Perperam vulgo ἐστι. Brunck.

158. ὦ νῦν μὲν. Sic Suid. ed. ms. ὦ νῦν. ὁ χθὲς μὲν Themist. Or. xvi. p. 206. B. Pors. Ὀυδείς. Dicitur et de persona

nullus, et de homine vili dicitur, quia ille οὐδεὶς, *nullus*, est. *Esse aliquid*, est, habere aliquam conditionem, propter quam quis censeatur in republica. Cas.

159. ὦ τῶν Ἀθηνῶν ταγὲ τῶν εὐδ. Ἀθηνῶν vel ἄγε Dawes. Misc. Crit. p. 248. Prius verum. Idem mendum ex Nub. 400. exemit Kusterus. Lysist. 37. exhibet Ἀθηναίων Suidas v. ἐπιγλωττήσομαι. Ἀθηναίων. sic Suid. ed. ms. ταγός. Pors. Vulgo Ἀθηναίων pessumdato versu. Nam in ταγὸς prima semper producitur, quod exemplis multis ostendit catus Britannus. Alibi Ἀθηναίων male a librariis positum pro Ἀθηνῶν occurrit, ut Nub. 401. Mirum autem videri poterat ταγὸς, ταγεύω, prima producta efferri, quæ corripitur in ταγὴ, ταγοῦχος ut observatum fuit nobis ad Lys. 105. Si præter usum ratio aliqua diversitatis putatur, in derivatione quærenda est: dixerimque ταγὸς ortum ducere a præterito medio τέταγα, ταγὴ ab aoristo secundo ἔταγον. Brunck.

160. In Plut. 1169. καὶ πλῦνέ γε — τὰς κοιλίας. Berg. Versum hunc et sequentem vocis κοιλία gratia adducit Athenæus l. iii. c. 15. p. 94. [p. 368. t. i. Schw.] Kust.

162. δευρὶ βλ. Sic membr. Vulgo δεῦρο, quod ad metrum æque bonum est. Illud magis Atticum. Brunck.

163. Τὰς στίχας ὁρᾷς σὺ (vel δὴ) τῶνδε τῶν λαῶν; Elmsl. ad Eurip. Med. 1334. p. 287. B. Dind. In nonn. edd. post λαῶν interrogandi signum. Sensus: vides certe quidem ordines istorum populorum (spectatores monstrat). Id.

164. ἀρχέλας Dorice pro ἀρχέλαος et proprie est Orci epitheton. Cas. In membr. metro reclamante ἀρχέλαος. Brunck. Frequens est hæc contractio in vocabb. a λαὸς compositis. Ponitur autem h. l. pro ἄρχων simpl. ut sæpe vocabulis altera notionis pars demitur per adjuncta verba. Dind.

165. Πυκνὸς pro πνυκός: de qua διττογραφίᾳ vide quæ notavimus ad Thesm. 665. Ms. tamen Vatic. Pal. hic habet Πνυκός. Kust. τῆς Πνυκός. Sic A. B. Perperam vulgo Πυκνός. Brunck. Πυκνός. Πνυκὸς Scaliger, vulgatum defendente J. Rutgersio V. L. v. 1. et ita Suid. v. Πνύξ. πυκνός. sic Suid. ed. sed alterum ms. contra Suidæ mentem. nam et mox πνυκί. Pors.

166. κλαστάσεις. A themate κλαστάζω, quod ideo monendum duxi, quia in hoc verbo gravis est error Henr. Stephani Thes. t. ii. col. 223. B. Suidas: κλαστάσεις, κλάσεις, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τεμνομένων κλημάτων ἐν ταῖς ἀμπέλοις. Male in membr. κλαστήσεις, ut memoriæ falsus Stephanus citavit: haud enim arbitror illam lectionem in ulla editione eum reperisse. Brunck.

167. λαικάσεις pro δειπνήσεις: ita dixit παρ' ὑπόνοιαν, ut et Scholiastes monet. In Pac. 1085. οὔποτε δειπνήσεις τοῦ λοιποῦ γ' ἐν πρυτανείῳ. Berg. Mos Athenn. fuit, ut bene de republ. meriti in Prytaneo alerentur. Cas. Λαικάσεις παρ' ὑπόνοιαν. Exspectabas σιτήσεις. Brunck. Est autem λαικάζειν propr. i. q. πορνεύειν. Deinde pro ἀπατᾶν ponitur. v. Zonar. Lex. t. ii. p. 1292. ibique laudd. Dind.

169. ἐπανάβηθι κἀπὶ τοὐλεὸν τοδί. Nil nisi risum quærit poeta, quum Demosthenem fingit Agoracrito præcipientem, ut in mensam fartoriam tanquam in speculam ascendat, quasi sic aliquot pedibus altiori prospectus in insulas aperiatur. Schutz. Τοὐλεόν. Fingendum hic non mensam, sed tabellam lanioniam, in qua isiciarius isicia circumferebat. Quasi diceret: *ascende super rem tenuem*. Cas. Non apparet, quidni mensa humilior isiciarii intelligatur. Dind.

170. Periphrasis Cycladum. Solent Græci insulas vicinas communi nomine appellare, ut *Orcadas*, *Cycladas*. Cas. Sed h. l. simpliciter sunt insulæ undique circumjectæ. Dind.

173. In Nub. 361. τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλει. Euripides ad eamdem fere rem verbo διαφέρειν utitur Orest. 1261. δόχμια νῦν κόρας διάφερ' ὀμμάτων (*oblique nunc pupillas oculorum differ*) ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτ' ἐπ' ἄλλην σκοπιάν. Utuntur et verbo κυκλοῦν et στρέφειν et διαῤῥίπτειν. V. ad Thesm. 674. Berg.

174. Καρχηδόνα. Dicitur Latine *Carthago* remotiore nomine ab origine sua. Historia tota, et Plauti Pœnulus et D. Augustinus clamant fuisse linguam Syriacam [imo Phœniciam s. Punicam, v. Enchiridion nostr. Hist. Univ. T. i. P. i. p. 778.]. Nomen ipsum testatur. Nam Carthago s. Καρχηδὼν est corrupte dictum pro Chartata [propr. Carta chadta] ut ait Solinus: duæ voces in unam conflatæ significant *urbem novam*. Sic Stephanus de Urbibus notat fuisse dictam *Neapobim*, quod exprimit vocem Punicam. Testatur idem Stephanus, olim esse dictam *Cadmeam*, quæ fortasse fuit arx, quam primam condidit Dido. Vox illa sonat *urbs vetus*. Amplius testatur Stephanus *Caccabim* dictam; quasi dicas *caput equinum*. Cas. Interpres vertit *Carthaginem*, et ad id nihil Scholiastæ. Ego vero contendo legendum Χαλκηδόνα. In iis vocibus millies erratum est ob viciniam soni in describendis auctoribus antiquis. Sed

hoc loco quomodo conveniret de Carthagine intelligi? nihil rei Atheniensibus fuit cum Carthagine, nullum tributum, nullum vectigal inde accipiebant: at Chalcedon erat sub eorum imperio, ut et Byzantium. Id nos docet Thucyd. lib. i. [c. 115.] et lib. iv. [c. 75.] nec minus *διεστραμμένος* fuisset et distortis oculis spectasset, si unum oculum ad Cariam, alterum vero ad Chalcedonem direxisset. Nam Caria et Chalcedon erant in duabus extremitatibus peninsulæ magnæ Asiæ, una ad meridiem altera ad Boream sitæ Athenarum respectu, toto Ægæo, Hellesponto et Propontide intercedentibus. Nulla igitur spes erat Agoracrito et cæteris demagogis ex Carthagine vix illis cognita, et quæ non poterat ab iis *περνᾶσθαι*: contra vero ex Chalcedone, quæ tunc erat Athenis subjecta et tributaria. Certo certius est legendum esse Χαλκηδόνα. Palmer. Ex. p. 725. Certissimam Palmerii emendationem hic et v. 1300. recepi. Libros, qui nunc exstant, invasit menda Καρχηδόνα librariorum stupore, quorum omnis turba rationi cedere debet. Brunck. Invernizius ad h. l. "Alii Καλχηδόνα." Nescio unde hanc scripturam, quæ genuina videtur, afferat. Dind.

175. *εὐδαιμονήσω δ', εἰ* — codex Ravennas. Legebatur *εὐδαιμονήσω γ', εἰ* —. In Avibus v. 177. idem liber recte *ἀπολαύσομαι τί δ', εἰ διαστραφήσομαι*; ubi vulgo *ἀπολαύσομαί τι γ', εἰ* —. Dind. Ridiculum est, quod Agoracritus, dextrum oculum in Cariam, sinistrum in Chalcedona convertere jussus, nihil aliud inde sibi lucraturum putat, quam ut strabus fiat. Schutz.

176. *πέρναται*. Recte Scholiastes monet, hoc verbum pro *διοικεῖται* ab Aristophane positum, ut præfectos insularum et urbium notaret, quibus administrare provincias et vendere esset idem. Schutz.

177. Codex Ravennas *γίγνει γὰρ οὕτως, ὡς ὁ χρησμὸς λέγει*. Dind.

179. Infra 1252. ad istum dicit chorus: *μέμνησ' ἅτι ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ*. In istis autem locis *ἀνὴρ* non tam sexum virilem, quam qualitates quasdam illustres significat. In Acharn. 77. *οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἡγοῦνται μόνους τοὺς πλεῖστα δυναμένους καταφαγεῖν τε καὶ πιεῖν*· ubi Scholia: *ἄνδρας νῦν ἀντὶ τοῦ ἀνδρείους καὶ γεννάδας*. Euripides in Or. 1351. *ἄνδρας, οὐ Φρύγας κακοὺς εὑρών*· ubi Schol. *ἄνδρας, ἀνδρείους*. Vid. hic in Eqq. 391. Berg. *γίγνει* e sequ. versu patet poni pro *γενήσῃ*, quoniam statim futurus erat. Dind.

181. *κἀξ ἀγορᾶς*. Ubi vendebant et judicia exercebant. Berg. Dupliciter intelligitur vel caussidicus et leguleius, vel circumforaneus et scrutorum venditor, vilis et abjectus. Ambiguitatis ratio est, quod *ἀγορὰ* et forum judicum et rerum venalium significat. Cas. Citat Suidas v. *ἐξ ἀγορᾶς*. Pors.

182. *ἀξιῶ γ' ἐμαυτὸν ἰσχύειν* Suid. Med. Ald. et Ms. v. *ἀξιῶ*, ubi Kusterus *ἰσχύσειν*. Schol. Habet Suidas pro *κρίνω νομίζω*. v. *οὐκ ἀξιῶ*. Pors. Ἰσχύσειν edd. ante Brunckium (*ἰσχήσειν* Aldina, Juntina I.). *ἰσχύσαι* B., C., Brunckius. *ἰσχύειν* codex Ravennas, Suidas v. *ἀξιῶ* in editione Mediolanensi et Ms. Oxon. Præterea idem *οὐκ ἀξιῶ γ' ἐ.* habet. Dind. Triplex igitur loci lectio est in codd. Mihi præsentis infin. e Rav. præferendus videtur, quia præcedit *γίγνει*, et alia tempora ex interpretamento facile potuerunt substitui. Id. Sensus est: non me dignum, idoneum, censeo qui potentia multum valeam. Id.

185. *ἐκ κ. εἶ* etc. num probis et honestis natus es parentibus; *solltest* du vielleicht aus gutem Hause seyn? *καλὸς κἀγαθὸς* dicebatur etiam homo bene educatus et liberaliter, quales fere erant ii, qui honesto et nobili loco nati erant, uti contra, quorum sordidi erant natales et plebeii, erant moribus rudes, rerum ignari nec liberaliter educati (*πονηροί*). Vocabulis his, inprimis voc. *καλὸς κἀγαθὸς* per Socraticam scholam postea nobilior vis, quæ ad morum honestatem spectabat, tributa est. Vuil. Τοῖς *καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς* opponuntur *πονηροὶ* Nubb. v. 102. Schutz.

185-6. *μὰ τοὺς θεούς· Εἰμ' ἐκ πονηρῶν γ'*. In his non omitti potest *ἀλλά*. Lege, *ἀλλ' ἐκ πονηρῶν γ'*. *αλλ* et *ειμ* in MSS. antiquioribus aliquando vix differunt. Thesm. 905. *αὕτη Θεονόη Πρωτέως*: *μὰ τὼ θεώ· Εἰμὶ Κριτύλλα γ'*. Lege *ἀλλ' εἰμί*. Pors. Vide Elmslei. ad Acharn. 47. et addend. Dobr.

187. Melior altera lectio apud Schol. *ὅσον*. Vid. 1215, 6. Av. 1616. Pac. 888. Bent. [Plura habes apud Porson. ad Androm. 651. Advers. p. 225. Dobr.] Ibid. leg. *λέλογχας*, sed cf. Pac. 591. Bent. Verborum sensus est: quantum (si *ὅσον* cum R. scribitur, *οἷον* enim legebatur) tibi contigit boni, commodi, ad negotia, h. e. quam aptus es ad res gerendas! Dind.

188-9. Suid. Ἰωάννης ὁ Καππαδοκίας ἔ. Locus est, *οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα καὶ ταῦτα κακὰ κακῶς γράψαι*, quem e Procopii Bell. Persico I. p. 70=39. 44. ed. Hœschel. sumtum esse monet Kusterus. Pors. *Musica* græce tria significat: poeticam facultatem, cui præsident Musæ illæ poetis celebratæ;

item artem mathematicam, quæ nomine hoc nota, vulgo *la musique*; sed complectitur hæc notio omnia genera instrumentorum. Tertia notio est, quæ hic locum habet, quum ponitur pro orbe disciplinarum, quæ liberales vulgo vocantur. [Schol. ὅτι μουσικὴν τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν φησί, γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. BERG.] Et ratio nominis est, quia apud vulgus Græcorum inter disciplinas liberales vulgo Musica erat. Erat enim probro non didicisse cantare. Latini veteres *humanitatem* dixerunt hoc sensu, ut est apud Gellium [N. A. xiii. 16.] Posterior ætas *eruditionem* proprie hoc vocavit. CAS.

189. καὶ ταῦτα μέν τοι κακά. Literas ipsas *res malas* dicit, ut homo ἄμουσος; et hæc ipsa mala sat male se didicisse ait. SCHUTZ. κακὰ κακῶς. Proverbiale esse dicit Schol. Supra v. 2. et alibi sæpe. BERG.

190. τουτὶ μόνον σ' ἔ. codex Ravennas. Legebatur τουτί σε μόνον ἔ. — καὶ omisit Frobenius, qui error in reliquas ante Brunckium editiones migravit. DIND. *Hoc unum tibi officit, quod vel male literas didicisti.* Aptior fuisses reip. gerendæ, si prorsus illiteratus esses. SCHUTZ. ὅτι καὶ κακὰ κακῶς. Sic tres codd. et primariæ edd. omnes. In Froben. primum operarum errore καὶ omissum fuit; exinde claudicavit versus in seqq. edd., nemine mendam animadvertente. Farreanum oraculum consulere dedignatus est Berglerus. BRUNCK. Lege ob metrum ὅτι καὶ κακὰ κακῶς cum editione Aldina. PORS.

191. Paullo corruptius Suid. δημαγωγικός. PORS. δημαγωγία Athenis est functio et potentia eorum qui eloquentia sua populum regebant et quo vellent flectebant. Ut quisque Athenis plurimum impudentia valuit, ita plurimum potuit in republ. CAS. εἶναι πρός τινος dicuntur, quæ alicui conveniunt (v. ad Plut. 355.) et εἴς τινα similiter, quæ ad aliquem spectant, ei commoda sunt et congrua. DIND.

193. lege ἐς. BENT. Ἀμαθὴς non est homo imperitus simpliciter, sed homo moribus scævus. Grave vitium apud Athenn. ἀμαθής. CAS.

195. φησιν ὁ χρ. Vulgo minus concinne φησ'. BRUNCK.

196. σαφῶς ἠνιγμ. Bene et Frischlinus vertit *perspicuis ambagibus*, id est, *palam obscure*: [Francog. int.: il est renfermé dans une énigme claire et ingénieuse. σαφῶς et σοφῶς simul expressisse videtur. Vuil. o sehr schöne Sachen (sagt das Orakel), wiewohl ein wenig bunt und räthselhaft. DIND.] σαφῶς λέγειν et αἰνίττεσθαι contraria sunt. Æsch. Prom. 832. ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως (clare et non ænigmatice) προσηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ μέλλουσ' ἔσεσθαι. Ibid. 611. λέξω τορῶς (plane) σοι πᾶν, ὅ τι χρῄζεις μαθεῖν, Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ (non ambages nectens, sed sermone simplici), Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα. Hinc ἀσαφὲς et αἰνικτὸν idem est. Soph. Œd. Tyr. 447. ὡς πάντ' ἄγαν γ' αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις. V. ad Ran. 61. BERG. Leg. σοφῶς. CAS. Non caret ratione conjectura Casauboni σοφῶς. Nam si est ἠνιγμένος, utique non est σαφής, et repugnat vulgata lectio expositioni Scholiastæ. DUCK. Sic (σοφῶς) recte Suidas in ἠνιγμένος. Vulgo σαφῶς. v. Toup. Cur. nov. p. 57. σοφῶς et σαφῶς facile a librariis permutari potuerunt. Idem contigit Acharn. 401. BRUNCK. Libri omnes, etiam Ravennas, σαφῶς. DIND.

197. Βυρσαίετος. Hesychius: Βυρσαίετον Ἀριστοφάνης ἀπὸ τῆς βύρσας καὶ τοῦ ἁρπάζειν τὸν Κλέωνα εἶπε. Respexit ad h. l. Aristophanis. KUST. Βυρσαίετος. Suidas: Βυρσαίετος, ὁ Κλέων· συντέθειται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς Βύρσης, καὶ τοῦ ἀετοῦ, ἅμα μὲν ὡς βυρσοδέψην κωμῳδῶν τὸν Κλέωνα, καὶ ὡς κλέπτην, καὶ ἅρπαγα τῶν κοινῶν. ἁρπακτικὸν γὰρ τὸ ζῶον ὁ ἀετός. SCHUTZ. ἀγκυλοχείλης. Suidas: Ἀγκυλοχείλης καὶ Ἀγκυλόχειλος· σκολιόχειλος. Ἐπίθετον τοῦ ἀετοῦ, ἐπικαμπεῖς τὰς χηλὰς ἔχων τοῦ χείλους. Ἐπὶ δὲ Κλέωνος, ἀγκύλας τὰς χεῖρας ἔχων πρὸς τὸ κλέπτειν καὶ ἁρπάζειν. Idem fere Schol. ad h. l. SCHUTZ. Suid. Ms. μάρψῃ. PORS. Ms. Oxon. βυρσάετος. DIND.

198. Hesych. Γαμφηλῇσι· σιαγόσι. Eadem verba Schol. affert. BERG. Add. Etym. p. 221. Zonar. i. p. 419. s. DIND. Respexit procul dubio ad locum hunc Comici. Cæterum versum hunc citat Athenæus lib. xi. c. 1. [t. iv. p. 187. ed. Schw. ubi editur Γαμφηλαῖσι. DIND.] KUST. δράκοντα. Draco notum animal, diversi generis. Quidam non nocent, qui erant in deliciis apud veteres. Dicitur *draco* vel a miro effectu, παρὰ τὸ δρᾷν, vel a mira facultate videndi, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι. Dracones sanguinis dicuntur avidissimi: propterea poeta, ut oraculum redderet obscurum, *draconem* posuit pro *botulo*. Nam botulus sanguinis plenus draconem s. serpentem imitatur. Per *botulum* intelligit *isiciarium*. CAS. κοάλεμον. Locum hunc exponit Etym. v. Κοάλεμον. KUST. Add. Zonar. t. ii. p. 1219. (ubi et alia etymologia, ut sit i. q. κοιάλεμος affertur) et ad eum loc. Tittmann. DIND. Suidas: κοάλεμος, ματαιόφρων· κοεῖν γὰρ τὸ αἰσθάνεσ-

θαι. καὶ ὁ ἠλίθιος καὶ ὁ ἀνόητος κοάλεμος. ἔγκειται τῇ λέξει τὸ ἠλέματον ἤγουν τὸ μάταιον καὶ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν· ὁ οὖν ἀνόητος καὶ μάτην νοῶν κοάλεμος λέγεται. κοάλεμοι παρ' Ἀριστοφάνει οἱ ἠλέματα κοοῦντες καὶ νοοῦντες. Eustath. ad Il. p. 636, 54. ἐκ τοῦ ἀλῶ ὁ ἠλεὸς γίνεται, ὅπερ ἐστὶ μάταιος, καὶ ὁ ἠλέματος· ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ κοάλεμος, ἤγουν ἐν τῷ κοεῖν, ἤτοι νοεῖν, ἀλώμενος· ὁποίου σημαινομένου ἐστὶ καὶ ἡ Ἀκκώ, τὸ παροιμιῶδες κύριον, καὶ τὸ κωμικῶς εἰπεῖν μακκοᾷν, ἴσον ὂν τῷ μὴ νοεῖν. ἐκ δὲ τοῦ εἰρημένου κοαλέμου, ὃς τὸν εὐήθη δηλοῖ, καὶ Κοάλεμός, φησιν, ὁ τοῦ Κίμωνος πρόπαππος, δι' εὐήθειαν. Ionicum est κοῶ pro νοῶ. V. Bentlei. ad Call. fragm. liii. Brunck. Idem Allantopola, qui hic suos nominat deos, δράκων κοάλεμος ænigmate ostenditur, et v. 221. jubetur deo Κοαλέμῳ libare. Quare, licet conjungatur μόθων et κόβαλος in Pluto, major tamen hic auctoritas inest coalemo. Reisig.

199. Δὴ τότε. Ita edd. priores, non Νὴ τότε [ut perperam in ed. Kust.] Berg. ἡ σκοροδάλμη. Condimenti genus, quo utebantur in suis mensis pauperes. Fiebat ex muria, quæ ἅλμη græce, et allio, quod σκόροδον. Cas. H. l. tamen de muria alliata; qua coriarii utebantur ad coria perficienda, capiendum. Schutz. Hinc vertitur *muria alliata*; Vuil. *die Gärberlauge*, et Francog. *odieuse lie*, magis ex sensu reddiderunt. Cæterum oraculum expressum est verbis reconditis et exquisitis, et epico sermoni propriis, ad imitationem antiquorum oraculorum. Præter exspectationem et comice adduntur, quæ v. 201. leguntur, αἴκεν κ. τ. λ. Dind.

201. αἴκα codex Ravennas. Legebatur αἴκεν (αἴ κεν Brunckius). Vid. Elmsleium ad Acharn. p. 211. ed. Lips. Dind.

202. ἀναδίδασκέ με. Ms. Vat. Palat. ἀλλὰ δίδασκέ με· quæ lectio elegantior est. Nam ἀλλὰ ap. Atticos interdum idem significat, quod φέρε, ἄγε i. e. *age*, quo sensu hic capitur. V. Indicem nostrum v. Ἀλλά. Kust.

204. Suid. v. Pors. [ἀγκυλοχείλης, ut videtur. Dobr.]

205. ἀγκύλαις ταῖς χερσίν. Ita exponit vocem ἀγκυλοχείλης, quasi composita sit non ex χεῖλος, ut revera est, sed quasi ex χείρ· nempe quasi balbutiens dixisset ἀγκυλοχείλης, ut supra 79. Κλωπιδῶν pro Κρωπιδῶν. In Vesp. 42. Ἐδόκει δέ μοι Θέωρος—τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχων.—Ὀλᾷς Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Berg.

207. Vulgo sic legitur hic versus: Ὁ δρ. γ. ἐ. μακρὸν ἀλλᾶς τ' α. μ. ubi admodum invenuste vox μακρὸν bis posita variata prioris syllabæ quantitate, idque contra prosodiæ legem: nam semper et ubique apud Comicum corripitur illa syllaba. Præterea, ut recte observavit Dawesius [Misc. Crit. p. 202. s.] postulat sermonis ratio, ut nomini ἀλλᾶς articulus, non secus atque antecedenti δράκων, comes adjungatur. Certissima est acutissimi viri emendatio: Ὁ δρ. γ. ε. μ. ὅ τ' ἀλλᾶς αὖ μ. Brunck. μακρόν. Salsissime ridentur oraculorum interpretes, quorum ἐξηγήσεις sæpe futilissimas similitudines arripiebant, ut h. l. draco et botulus non alia ratione comparantur, quam quod uterque scilicet longus sit. Schutz. Μακρὸν ὁ δράκων γάρ ἐστιν ἀλλᾶς τ' αὖ μακρόν Reisigius in ephemeridd. Jenensibus a. 1817. fol. 223. c. 399. Dind.

208. lege ἔσθ' ὅτ'. Bent. [sic, ni fallor. Elmsl. Dobr.]

209. leg. τοῦ βυρσαιέτου Ἤδη κρατήσειν. Bent.

210. αἴκε μὴ] Sunt ipsa oraculi verba, idcirco non sollicitanda, licet alias αἴκε in comico sermone locum non habeat. Proclive esset reponere ἢν γε καὶ —. Brunck. Nempe verbis αἴκε μὴ θαλφθῇ λόγοις interpretatur Demosthenes verba illa oraculi αἴκεν μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας μᾶλλον ἔλωνται; nisi Agoracritus se Cleonis subdola oratione absterreri et molliri sinat, ut malit farciminibus vendendis quam reip. administrandæ operam dare. Schutz.

211. λόγι' αἰκάλλει με [ut ol. vulg.] Ms. Vat. Palat. λόγια καλεῖ με, quam lectionem veriorem puto. Kust. Sic (τὰ μὲν λόγια καλεῖ με) perspicue et distincte A. B. In C. λογίακάλεῖ. Vulgo λόγι' αἰκάλλει μ., quæ lectio non prorsus spernenda. Nostra tamen verior est. Brunck. Schol. "Partim sua fecit Suidas v. αἰκάλλει." Toup. in Suid. i. p. 118. Pors. τὰ μὲν λόγια καλεῖ με. Lectionem καλεῖ με pro vulg. αἰκάλλει Scholiastes quoque ait se reperisse. Multo autem aptius est καλεῖ με, quo significat, se manifesto jussu oraculi ad remp. capessendam vocari. αἰκάλλει, quod supra v. 48. et Thesmoph. v. 894. occurrit, significaret, *oracula blandiuntur mihi*. Schutz. αὖ, quod Inv. recepit, commodum sensum non habet. Dind. Codex R. τὰ μὲν λόγι' αὖ καλεῖ με. Dind.

212. οἷός τ' ἐπιτροπεύειν εἴμ' ἐγώ codex Ravennas, quod jure præfert Reisigius i. p. 157. Legebatur οἷός τ' εἴμ' ἐπιτροπεύειν ἐγώ. Dind.

213. ποεῖς, πόει edd. ante Brunckium. Dind.

214. Χορδὴ est *intestinum*. χορδεύειν autem hic est *intestina replere*. Cas. Imo χορδεύειν τὰ πράγματα est farcire quasi, commiscere et confundere res, negotia

publica, i. q. antea ταράττειν. De voc. χορδὴ v. Etym. p. 813. φαυλότατον ἔργον res levissima, negotium facillimum, dicitur. Dind.

215. αἰεὶ edd. ante Brunckium. Dind. Δῆμος cum accentu circumflexo est *populus*, cum accentu in fine est *pinguedo*. [Cf. Etym. p. 264. Zonar. I. p. 293. et 296. et Intpp. Hom. Il. 13. 832. Dind.] Hic autem respicit ad artem isiciariam. Ait igitur: Ante omnia populum tibi concilia [Προσποιεῖσθαι, est propr. sibi aliquid vindicare, proprium reddere. Dind.] vel, ante omnia pinguedinem adjice cibis. Cas. Sequentium sensus est: aliquantulum demulcens eum, deliniens, dulcibus verbulis coquinariis. Dind. Dubito an Aristophani placuerit hæc διλογία. δῆμον προσποιοῦ nihil aliud est, ac *plebeculam cura ut tuam facias*, et jocosus ad artem fartoriam respectus in versu sequente tantum quærendus. Schutz.

216. ὑπογλυκαίνων ῥήμασι μαγειρικοῖς. H. e. populum demulcens cibaria ei promittendo, annonæ vilitatem pollicendo, et id genus alia. Ejusdem modi orationem ad populum supra Cleoni tribuebat v. 50. sqq. Schutz.

217. Locum hunc imitatus est Nicolaus (Damascenus in comœdia quadam, ut videtur) apud Stobæum Serm. xiv. [p. 324. ed. Schow.] Loquitur autem parasitus: Οἶμαι δ' ἐμαυτὸν εὔθετον τοῖς πράγμασι, Παῖδες, γεγονέναι· πάντα γὰρ πρόσεστί μοι Ὅσαπερ ἔχειν τἀλλότρια τὸν δειπνοῦντα δεῖ, Λιμός, ἀπόνοια, τόλμα, γαστήρ, ἀργία. Berg.

218. Ad locum hunc Comici respexisse Gregorium Nazianz. epist. 57. recte observat Paul. Leopardus Emendd. xv. 20. Verba Greg. Naz. hæc sunt: τὸ δὲ αἰσχύνεσθαι εἰδέναι οὐ κατὰ ῥήτορας· ἀλλ' οὐ φωνὴ μιαρὰ σοὶ οὐδὲ γέγονας κακὸς οὐδ' ἀγοραῖος εἶ, οὐδέ τι τῶν τοιούτων ἔχεις, ἵν' εἴπω συντόμως, οἷς πλάττει τὸν ἀγοραῖον Δημόκριτον εἰς δημαγωγίαν Ἀριστοφάνης. Ubi pro ἀγοραῖον Δημόκριτον legendum est Ἀγοράκριτον. De Agoracrito enim Comicus hic loquitur. Kust. Est φωνὴ μιαρὰ abominabilis, dira, vox haud dubie ingens et male sonans, vox, qualis demagogorum fuisse videtur, sed κακὸς i. q. supra πονηρός. Dind.

219. Bas. ἅπαντα τὰ πρὸς πολιτείαν: dele τά. Bent. Sic legitur hic versus in primariis edd. integro saltem metro: ἔχεις ἅπαντα τὰ πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ. Kusterus, non inspectis veteribus illis edd., quarum ad fidem ipse suam se recensuisse professus est, Genevensis mendam recoxit, in qua sic depravatus fuerat versus: ἔχεις ἅπαντα τὰ πρὸς τὴν πολιτείαν ἃ δεῖ. Sicque in notis commentatur: "In versu hoc quædam redundant. Quare sic eum numeris suis restitues: ἔχεις τὰ πάντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ. Et sic postea in cod. Vat. Pal. scriptum reperi." At nos in tribus codd. sine ulla varietate scriptum reperimus: ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ· quæ procul dubio vera lectio est. Melius enim in hac phrasi articulus omittitur. Brunck.

220. Suid. ed. ms. in συμβαίνουσι. Pors. τὸ Πυθικόν. Subintelligitur μαντεῖον. Brunck. Soph. Œd. Tyr. 250. ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ Μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί. Berg. Separatur Pythicum oraculum a reliquis oraculis propter singularem præstantiam. Sic in primo versu Pluti: ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, quasi Jupiter non esset deus. Cas.

221. Κοαλέμῳ. Nempe quasi stultitiæ Deo alicui. Brunck. Infra 630. plures deos fictitios hujus farinæ invocat iste, ad quem hæc dicuntur: Ἄγε δή, Σκίταλοι καὶ Φένακες, ἦν δ' ἐγώ, Βερεσχετοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθωνες. Berg. Fingit nomen hic stultitiæ. Vetus loquendi genus est, ductum ex ritibus religionis antiquæ. Cum denotare volunt aliquem doctum, dicunt eum θῦσαι ταῖς Χάρισι, *litasse Gratiis*. Sic Aristophanes, cum vellet indicare huic isiciario, ad Rempubl. capessendam gnaviter eum impudentem esse debere, monet ut litet *Coalemo*. Cas.

224. Suidas v. βδύλλει t. i. p. 426. Zonaras t. i. c. 381. Dind. Suidas h. l. citat et exponit Scholiastæ ad h. l. verbis, καταπέπληγε, βδελύττεται, μισεῖ. At h. l. nec *abominari*, nec *odisse* significat, sed *vehementer timere*. Hesych. Βδύλλειν, δεδιέναι, τρέμειν. Schutz.

225. Scholiastes infra ad v. 624. ubi de tribus ordinibus agit, in quos populus Athen. dividebatur: "Equites autem vocabant, quia posset, siquando ipsis opus sit, unusquisque eorum alere equum. Erant autem prius numero mille, sed isti postea, civitate crescente, facti sunt ducenti supra mille." Berg. Hesychius v. ἱππῆς t. ii. c. 63. ἱππεῖς Juntina I. Dind.

226. μισοῦντες αὐτόν. Cur Equites Cleonem odissent, Scholiastes hanc causam affert e Theopompo, quod eos ut λειποστρατοῦντας, militiam recusantes, accusaverit. Schutz.

227. Formulam καλοί τε κἀγαθοὶ copiose, nec hoc loco omisso, illustravit Dawesius M. Crit. p. 243.

230. δείδιθ' Suid. ed. ms. in ἐξεικασμένος ut videtur. Pors. οὐ γάρ ἐστιν ἐξ. id est: *non enim histrionis larva faciem Cleonis refert*. Tempore enim comœdiæ veteris larvæ histrionum ita effingi

solebant, ut faciem illorum, qui in comœdia exagitabantur, quodammodo referrent. [Mos fuit in his fabulis, quas a re *publicas* vocant (sive quarum argumentum ad rempublicam pertinet), personas traducendas effingere, ut qui histriones videret, sciret statim quem referrent; quod in Cleone factum non est, ut hic notat poëta. Cas. Probabiliter Demosthenes et Nicias personis quas histriones gerebant simillimis cognosci poterant. Qui autem Cleonis partes agebat histrio, larvam servi usitatam præferebat, quæ res fortassis ægrius Cleoni fecit, quam si facies ejus fuisset efficta. Vuil.] Platonius in Excerptis: *ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα, πρίν τι καὶ τοὺς ὑποκριτὰς εἰπεῖν, ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ.* Pollux iv. 143. *τὰ μὲν κωμικὰ πρόσωπα, τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας, ὡς ἐπιπολὺ τοῖς προσώποις, ὧν ἐκωμῴδουν, ἀπεικάζετο.* Vide etiam hic Schol. vet. et Suid. v. Ἐξεικασμένος. Illud tantum addo, in Ms. Vat. Palat. pro *ἐξεικασμένος* legi *ἐξῃκασμένος* cum augmento solito. Kust. *ἐξῃκασμένος.* Sic bene tres Codd. Vulgo *ἐξεικασμένος.* Vid. Pierson. ad Mœr. p. 182. et Valcken. ab eo laudatum ad Phœn. p. 54. Brunck. Subabsurdum est, quod Demosthenes Agoracritum hortatur, ne scenicum Cleonem timeat, quia ejus persona non sit ad similitudinem veri Cleonis efficta. Sed hoc genus absurditatis non fugiebat Aristophanes, modo risum spectatoribus excuteret. Schutz.

231. Contra metri legem h. v. Inv. edidit: *οὐδεὶς αὐτὸν*—Restituendus vetus ordo: *αὐτὸν οὐδεὶς*—præterea etiam cum vi quadam *αὐτὸν* ponitur. Dind. *ὑπὸ τοῦ δέους.* Quoniam nemo eorum qui larvas fabricabant, propter metum, Cleonis personam fabricare ausus erat, Aristophanes ipse, ut Scholiastes refert, Cleonis personam in hac fabula egit, facie vel minio vel fæcibus peruncta. Schutz.

232. *Σκευοποιὸς* hic non significat *histrionem*, ut Frischlinus male vertit, sed artificem scenicum, qui larvas, et reliqua ad apparatum Scenæ pertinentia fabricabat. Hoc sensu vox ista etiam legitur apud Ælianum Var. hist. lib. ii. c. 13. ubi ait: *Δῆλα γὰρ δή, ὅτι οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν (Σωκράτη) ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικάσαντες.* Vide etiam Argumentum fabulæ hujus; itemque Anonymum in vita Aristophanis. Kuster.

233. *τὸ θέατρον δεξιὸν* non est, ut Bergl. reddidit, spectatores *cordati*, aut *sciti*, ut Brunck. aut *industrii*, ut Frisch.; sed sunt intelligentes, qui facile sentiunt, Cleonem exhiberi. Dind.

234. Eurip. Cycl. 992. *Οἴμοι· Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται· τί δράσομεν; ἀπολώλαμεν γάρ, ὦ γέρον· ποῖ χρὴ φυγεῖν;* Berg. Niciam hæc, dum curreb at fugiens, dixisse censet Francog. interpres. Idem et hoc versu scenam quartam incipere statuit; alii scenam tertiam act. 1. a versu sequ. Dind.

235. *οὔτοι—χαιρήσετον* est: non sane impune hoc feretis, h. e. gravissime puniemini. Dind.

236. Legebatur *ξυνώμνυτον.* Elmsleius ad Acharn. p. 196. ed. Lips. *ξυνωμνύτην* vel, quod præfert, *ξυνόμνυτον* reponi jubet. Hoc ego dedi ex Moschopulo. Conf. infra v. 480. *ξυνώμνητον* Juntina I. II. Dind.

237. Loci hujus meminit Stephanus Byz. v. Χαλκίς. Kust. Intelligit poculum illud, ex quo paulo ante bibebat Demosthenes. Recte autem Schol. notat, traduci Cleonem, qui ob levissimas causas homines majestatis reos faciebat. Nam hic Demosthenes arguitur proditionis, quasi Chalcidenses ad proditionem sollicitaret aut ab illis defectionem cogitantibus esset corruptus. Quo argumento autem? Quia in ejus manu deprehenditur poculum Chalcidicum. Chalcides plures fuerunt, sed Chalcis hic Bœotica intelligitur. Cas. Chalcis Eubœæ insulæ intelligenda est, quæ tum quidem Atheniensibus parebat, ante bellum Pelop. ab iis subacta (Thuc. i. 114.), sed novas res jam molita esse videtur et aliquot annis post ab Athenn. defecit (Ol. 91, 4. Thuc. viii. 5.). Nam Chalcidenses in Thracia, contra quos quarto ante hanc fabulam actam anno suscepta est expeditio (Thuc. ii. 79.) intelligi non possunt. Dind. In hac autem Cleonis calumnia suavissimum hoc est, quod ipsum illud Chalcidicum poculum non agnoscit suum esse; nam Nicias illud una cum vini congio ei surripuerat. Cf. v. 120. Itaque si Chalcidicum poculum habenti nemini liceret corruptelæ a Chalcidensibus suspicionem effugere, id ipsum crimen in Cleonem recidebat. Schutz.

238. *οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ Χαλκιδέας ἀφίστατον.* Ad hæc Scholiastes, cetera satis bene, hoc vero male: *ἔλαβε δὲ πρόφασιν εὔκαιρον τοῦ ὀνόματος τῶν Χαλκιδέων, διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀποστῆναι αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων, ἀπέστησαν δὲ Χαλκιδεῖς ἐπὶ Εὐκλείδου ἄρχοντος.* Peccat h. l. in chronologiam Scholiastes, et non consuluit Thucydidem, qui facem lucidissimam præfert ad intelligentiam nostri Comici. Nam Euclides erat Archon anno 5. belli Peloponnesiaci et sexto ineunte; at Chalcidensium rebellio a Brasida sollicitata evenit anno 8. ejus belli, ut ait Thucyd. lib. iv., quo tempore Isarchus erat Archon,

cujus præturæ desinentis tempore Sciona rebellavit, ut scripsit Philochorus referente Scholiaste, ad Vesp. v. 210. Sed et non satis accurate pensitavit Aristophanis verba, quæ innuunt quidem suspicionem rebellionis futuræ, non quadrarent vero, si unam erupisset. Nam absurdum fuisset accusare Demosthenem et Niciam, quasi Chalcidenses ad rebellandum sollicitarent, si jam rebellio facta fuisset duobus annis antea et plus. Quod si quis pertenderet de Potidææ rebellione debere intelligi, tum multo major absurditas emergeret: nam Potidæa rebellaverat ante bellum Peloponnesiacum incœptum, Pythodoro Archonte, ut Thucydides lib. i. et ii. Ergo facessat ille Scholiastes cum suo parachronismo. PALMER. *Οὐκ ἔσθ' ὅπως* codex R. Legebatur *οὐκ ἔστιν ὅπως*. DIND. leg. *ἔσθ' ὅπως*. BENT.

239. Codex R. *ἀπολεῖσθον ἀπολεῖσθον ὦ*. DIND.

240. In Plut. 439. *οὗτος, τί δρᾷς; ὦ δειλότατον σὺ θηρίον, οὐ παραμενεῖς;* BERG. Agoracritus, minis et voce Cleonis territus, fugam capessit. Itaque eum, ut maneat neque res prodat, deserat communem causam, hortatur. DIND. Cf. Acharn. 563. SCHUTZ.

240-241. Hos versus in quibusdam libris non lectos esse narrat Scholiastes. Priorum editionum interpunctionem: *οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς, ὦ γεννάδα ἀλλαντοπῶλα;* correxit Reisigius i. p. 160. DIND. Leg. *παραγένεσθε*. BENT. Ob metrum lege *παραγένεσθε*. PORS. *Παραγένεσθε*. Sic scribi debuit, flagitante metro, cujus ad legem non adtenderunt, qui turpiter mendosum *παραγίγνεσθε* hic remanere passi sunt. BRUNCK. Poeta deinde nomina quædam posuit tum, ut videtur, non ignota equitum. DIND. *Παραγένεσθε* codex R. Aliam personarum notationem commemorat Scholiastes: *τινὲς τὸ μὲν ἄνδρες ἱππεῖς ἀλλαντοπώλην λέγειν· ἄλλοι δὲ τὸ ἄνδρες ἐγγὺς τὸν θεράποντα*. ID.

243. Quasi de acie instructa loquitur. Sic Av. 353. *ποῦ 'σθ' ὁ ταξίαρχος; ἐπαγέτω τὸ δεξιὸν κέρας*. BERG. Aciei instruendæ et species et nomina multa fuerunt. Sed illud usitatissimum fuit, ut duo essent cornua in acie parata ad cingendum, si fieri posset, hostem: alterum *cornu dextrum* vocatur, alterum *sinistrum;* et inde familiaris vox græcis historicis *ὑπερκερᾶν, cornu producto cingere hostem.* CAS. *ἐλᾶτε* scil. *τοὺς ἵππους*. De equo ipso *ἐλᾷς* Nub. 1288. Quæ sequuntur, Demosthenes ad Agoracritum dixit, dum chorus equitum prodit. Cæterum trochaicum metrum inde a v. 242. aptissimum fuit his cohortationibus actionisque celeritati. DIND.

245. *ὁ κονιορτός*. Pulvis, ut signum agminis aut pugnæ militaris apud Æschylum tragicis verbis designatur Sept. adv. Theb. v. 81. SCHUTZ. *ὁμοῦ προκειμένων*. leg. *ὁμοῦ 'πικειμένων* vid. p. 17. [non intelligo quid Bentl. velit. DOBR.] et v. 266. *Ξυνεπικεῖσθ'*: an leg. *προσκειμένων*: vid. 758. *προσκεῖσθαι*. BENT. [Kust. habet *προσκειμένων*. DOBR.]

247. *τὸν ἀλιτήριον καὶ παν*. Suid. ed. ms. *παῖε*. PORS. [*ἀλ*. edd. Med. Kust. DOBR.] Scenæ quintæ initium hic constituit Francog. interpres. *ταραξιππόστρατος* (vocabulum more Comici compositum) est, qui equestrem exercitum s. ordinem conturbat, perturbator ordinum equestrium. Male Francog. interpres reddidit: 'cet ennemi des Chevaliers et du peuple.' Videtur autem unus e choro hæc tum ad cæteros equites, tum ad Agoracritum (252.) dixisse. DIND. V. Suidas v. *παίει*, t. iii. p. 68. DIND.

248. *τελῶναι* mancipes vectigalium, qui e publico redimunt vectigalia certo pretio: genus hominum apud Græcos et Hebræos invisum maxime. Apud Latinos [Romanos] Equites tractabant vectigalia, et *publicani* ex eo dicebantur; eratque ordo *publicanorum* honestus. CAS. H. l. *τελώνης*, vectigalium exactor, Cleon dicitur, quia nova vectigalia s. tributa imposuit ac severe exegit, uti abyssus (perperam intt. Latt. addunt *malitiæ* — *φάραγξ, τὸ ἀπόσπασμα τῆς γῆς, τὸ χάσμα*, Etym. M. et Zon. ii. p. 1795.) et gurges (*χάρυβδις* tropice, ut charybdis bonorum, Cic. Or. iii. 41.) rapinæ, quia bona publica diripuit et devoravit. DIND. *Τελώνην*. Non *publicanum*, ut Frischlinus vertit, sed *portitorem*. SCHUTZ. *Καὶ φάραγγα*. Suidas: *φάραγξ· τὸ τῆς γῆς βάραθρον, ὅπερ, ὅταν ὕδωρ δέξηται, ἀφανίζει αὐτό*. Sic igitur appellat Cleonem, tanquam gurgitem et voraginem pecuniæ publicæ. SCHUTZ.

249. *πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ*. Eurip. Hipp. 664. *ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν*. BERG.

251. In Nubb. 1511. *δίωκε, βάλλε, παῖε, πολλῶν οὕνεκα*. v. Acharn. 280. BERG.

252. Verba *καὶ γὰρ ἡμεῖς* ita interjecta sunt ut repeti debeat, *βδελυττόμεθα*, exsecramur, abominamur eum. Utitur autem verbis, quæ non eodem modo dici de Cleone potuerunt, sed respiciunt ad ejus mores ac facta, ut *ταράττειν, κυκᾷν*. DIND.

253. Versum hunc et sequentem citat Suidas v. *Εὐλαβοῦ*. KUST. *εὐλαβεῖσθαι* proprie dicitur de iis, qui vasa vitrea aut alia fragilia tangunt cum magna circumspectione; generaliter pro *cavere*. CAS.

254. *Εὐκράτης* ille est, qui innuitur su-

pra v. 129. Stupas ille aut stupea texta primum vendebat; postea ditior factus moletrinam habuisse videtur, unde *κυρηβιοπώλης* Comico nostro dicitur in versu, quem ex deperdita fabula profert Scholiastes: *καὶ σύ γε κυρηβιοπῶλα Εὔκρατες στύπαξ*. Brunck. *φεύγειν ὁδοὺς* Attice pro *φεύγειν δι' ὁδοῦ*. Obiter notat Eucratem, qui de pistore adscenderat ad administrationem reipub., unde postea fuerat dejectus. *κυρήβια* sunt purgamenta frumenti aut leguminis, *furfures, glumæ, paleæ*. Cas. *ἔφευγεν* ed. Kuster. Suidas vv. *εὐλαβοῦ τὰς ὁδούς*. Vide Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 56. *ἔφευσε* Suid. ms. *τὰς ὁδούς*. ed. Med. *ἔφυγεν*. Pors.

255. *Heliastæ* sunt judices soliti judicare in Heliæa: ita locus vocabatur Athenis, ubi certæ causæ tractabantur. Nam Athenis pro diversitate causarum diversa erant fora. *φράτωρ* et *φρατὴρ* dicitur cognatus et junctus vinculo aut sanguinis aut vicinitatis, ut *tribules*. Olim participes ejusdem putei dicebantur *φράτορες*. [Inepta hæc est vocabuli derivatio a *φρέαρ*. Immo a *φράω* condenso, munio, provideo, curo, repetendum videtur. Dind.] Nam ibi constituebantur habitationes, ubi putei poterant effodi, quod patet ex sacris litteris. Puteus græce *φρέαρ*: sed postea latius significatio hujus vocis est producta, et volunt quidam deduci a nomine *πατριά*. In summa ponitur pro *συγγενὴς*, *cognatus:* hic autem comice *φράτορες τριωβόλου*, sive *συγγενεῖς* trioboli, dicuntur senes qui non minus amant mercedem judicialem quam omnes suos cognatos aut consanguineos. Athenis plebecula admittebatur ad judicia et vilissimam mercedem, tres nempe obolis accipiebat. Cas. [Socios et sodales trioboli vocat Heliastas, quia illo tempore merces judicialis esset trioboli, quæ antea fuerat unus obolus. In Nubb. 861. *ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν*. Berg.] Salmas. de Modo Usur. p. 25. disputat, diurnam hanc fuisse mercedem judicum, ita ut integro anno accipiant 180. drachmas ex publico. Duck.

256. Meminit hujus loci Suidas v. *Οὗς ἐγὼ βόσκω*. Kust. Quod hic Cleo dicit (*οὓς ἐγὼ βόσκω*), non vanum est: nam ipse judicum chorus in Vesp. v. 593. gratus agnoscit merita Cleonis: *αὐτὸς δ' ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας, μόνος ἡμᾶς οὐ περιτρώγει, ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει*. Berg. *καὶ δίκαια καὶ ἄδικα* est proverbiale. In Acharn. 372. *ἐάν τις αὐτοὺς εὐλογῇ — καὶ δίκαια κἄδικα*. In Plut. 233. *ἥν δεῖ χρημάτων σὲ τήμερον μεστὴν ποιῆσαι καὶ δικαίως κἀδίκως* ubi etiam vide Notam. Id.

257. *παραβοηθεῖν* proprie dicitur vicinus, qui vicino opem fert. Cas.

258. *ἐν δίκῃ γ'*. In Nubb. 1336. *ὡς ἐν δίκῃ σ' ἔτυπτον*. Berg. Citat Suid. v. *πρὶν λαχεῖν*. ubi Scholia quoque habet, quæ male vertit interpres. Pors.

259. *κἀποσυκάζεις πιέζων*. I. e. *et, veluti ficus decerpens, premendo exploras obnoxios, sintne maturi an immaturi;* (sintne injuriæ opportuni an non, sive, sintne ejus conditionis, ut pecunia illis facile extorqueri possit, an non; qui enim ficus decerpturi sunt, tangere eas solent et premere, ut sciant, sintne maturæ, an secus. Hoc ideo moneo, quia video Frischlinum locum hunc male vertisse. Kust. Et Cas. notat poetam simul hic respicere ad verbum *συκοφαντεῖν*, quod proprie est eum deferre, qui ficus exportarit, id quod Athenis vetitum erat lege, deinde de omni genere calumniæ usurpatum est. Schutz. Corrupta et mutilata Suid. *διασείων*. Pors.

260. *πέπων* est maturus fructus qui mollescit. Unde inter convicia est *πέπων*, homo mollis, ignavus, et ita hic accipiendum. Cas. Immatura ficus dicitur *ὄλυνθος* et *φήληξ*, de qua maturescente usurpavit vocem *πέπων* Comicus Pac. 1167. *τὸν δὲ φήληχ' ὁρῶν οἰδαίνοντ', εἶθ' ὁπόταν ᾖ πέπων, ἐσθίω*. Hic in Eqq. per metaphoram *πέπων* est homo *mitis*. Æschylus Eumen. 67. *ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων*. Berg. *πέπων*. Non significat h. l. *ignavum*, ut Cas. nec *mitem* ut Berg. explicabat, sed potius accusationi maturum, et idoneum. Schutz.

261. *χαίνειν* est, ore hiante esse sive pandiculari: quod hominis ignavi aut parum ad rem attenti indicium est. Cas. Aliquid turbatum esse, hic nemo non animadvertere potest male cohærentibus sententiis ob duorum versuum transpositionem, qui loco suo sic reponendi sunt: *ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων ἢ μὴ πέπων*, | *καὶ σκοπεῖς γε, τῶν πολιτῶν ὅστις ἐστὶν ἀμνοκῶν*, | *πλούσιος καὶ μὴ πόνηρος καὶ τρέμων τὰ πράγματα·* | *κἤν τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα καὶ κεχηνότα*, | *καταγαγὼν ἐκ Χεῤῥονήσου, διαλαβὼν ἠγκύρισας*, | *εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὦμον, αὐτὸν ἐνεκολήβασας*. Huncque sententiarum ordinem in versione secutus sum. Brunck.

262. *χεῤῥόνησος* sive *χερσόνησος* dicitur terra sterilis (id enim est *χέρσος*), insulæ similis; nam *νῆσος* est insula. Plures in geographia nominantur *χερσόνησοι*: hic intelligitur Chersonesus Thracica, quæ Atheniensibus parebat, ubi Potidæa et Olynthus: de quibus tam multa Demosthenes. Ait igitur Cleonem calumniis suis efficere ut miseri Chersonesitæ in urbem vocentur ad purganda crimina. Cas. Thraciæ Chersonesus intelligitur Atheniensibus subjecta, ut recte Schol. Cleon itaque, si quem ibi sciret idoneum injuriis, illum Athenas evocatum calumniabatur, insimulans eum crimine læsæ majestatis

et proditionis aut alio quocunque. Chersonesus autem tantum exempli gratia hic nominatur; nam et alibi erant civitates Atheniensibus subjectæ non minus calumniis sycophantarum expositæ: aut propterea Chersonesi fit mentio, quia forte nuper inde aliquem accusaverit Cleo. Berg. Non intelligit solum incolas Chersonesi, (n. Thracicæ,) sed etiam cives Athenienses, qui negotiorum causa in illa Chersoneso peregrinabantur. Schutz. διαβαλὼν [ut olim legebatur]. Conjeceram διαλαβὼν ex Hesych. qui διαλαβεῖν ait παλαιστρικόν τι. Deinde vidi Cas. etsi ita legendum esse non dicit, tamen indicare se in eadem sententia fuisse. [Allegoria est, et verba petita sunt ex arte palæstrica. Olim partem magnam vitæ in ludis consumebant veteres: inde est, quod tertio quoque verbo omnes scriptores metaphoras inde ducunt. Διαλαμβάνειν est *medium prehendere*, quod luctatores cupidissime faciunt. Antagonista enim διαληφθεὶς, i. e. medio corpore prehensus, prope jam victus est. Cas.] Et ita quoque puto scribendum ap. Schol. παλαιστρικὰ γάρ εἰσι ταῦτα, καὶ τὸ διαλαβὼν καὶ τὸ ἀγκυρίσας. *Complecti* dicit Corn. Nepos in Epam. c. 2. In Fabri Agonist. et Mercurial. nihil de hoc reperio. Duck. διαλαβὼν etiam Reisk. Dind. ἀγκυρίσας [ut vulg. legebatur]. Scrib. ἀγκυλίσας. Ἀγκύλη græce multa significat: inter cætera est flexura cubiti, item suffraginum: unde est ἀγκυλοκοπεῖν apud LXX. quod vetus interpres docte vertit *subnervare;* dicitur et *suppernare*. At ἀγκυλίζειν est, suffragines ferire astu, ut inclinetur adversarius. Cas. Scholiastes quidem metaphoram a palæstra sumtam esse monet, sed vocem ipsam ἀγκυρίσας tam varie exponit, ut ipsum de vera ejus significatione dubitare videas. Pollux lib. 3. sect. ult. inter verba ad luctam pertinentia recenset quidem etiam ἀγκυρίζειν, sed quale illud schema palæstricum fuerit, non explicat. Scaliger ad Euseb. Chron. n. 2208. τὸ ἀγκυρίζειν in hoc loco Comici significare putat, collum adversarii flexu brachii sui implicare eumque ita suffocare. Sed ipsa viri magni verba hic describere non gravabor: "Intelligit (Lampridius) per speciem exercendi, ut solebat, collum ejus brachii sui flexu athletam implicasse atque obtorto collo suffocasse: quod genus παλαίσματος Græci ἀγκύρισμα vel ἀγκυρισμὸν vocant: quum scilicet collum adversarii implicans nexu brachii antagonistes manu eadem adversum humerum corripit atque ita valide obstricto collo adversarium strangulat. Adversum enim humerum tanquam dente ancoræ prehendens nomen schemati palæstrico dedit. Aristophanes Eqq. optime id ostendit: κἤν τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα, etc. ubi et signatissimo verbo ἐγκολλαβίσεως utitur, quod constrictionem significat. Non sincere hæc exponit Scholiastes Aristoph., qui ἀγκύρισμα ἀπὸ τῆς ἀγκύλης deducit et ὑποσκελισμὸν interpretatur." Hæc Scaliger audacius quidem (ut interdum ejus mos est) sic se habere affirmat; sed, quæ dicit, non satis probat. Quare sententiam ejus nec defendere nec refellere in animo mihi est. Nam ipse, ut ingenue fatear, sic sentio, nos hodie ignorare, quale schema palæstricum τὸ ἀγκυρίζειν apud veteres proprie fuerit. [Schol. ἀγκύρισμα, εἶδος παλαίσματος. Hesych. ἀγκύρισμα, σχῆμα τῶν ἐν πάλῃ. Idem Schol. ἀγκύρισμα dicit etiam esse *instrumentum quo ficus prehenduntur*, nempe quum decerpuntur. Hesych. ἄγκυρα, ἐν ᾗ τὰ σῦκα λαμβάνουσι. Itaque ἀγκυρίζειν τινὰ erit, prehendere aliquem ut ficus prehendi solent illo instrumento; quæ significatio hic locum habere videtur, ut persistat in metaphora, nam paulo ante dicebat ἀποσυκάζεις. Berg. Zonaras i. p. 36. ἀγκυρίσας ἀντὶ τοῦ καταπαλαίσας, haud dubie ex h. l. Francog. interpres (in Th. Brumœi sequutus transpositionem versuum a Br. propositam) vertit liberius: 'qui t'attaches aux citoyens doux — et surtout à ces oisifs, toujours bâillant, nouveaux debarqués de la Chersonese: tu t'en saisis, tu les dépouilles, ensuite tu leur tournes le dos et tu les honnis.' Dind.] Cas. in notis nunc primum editis existimat, pro ἀγκυρίσας legendum hic esse ἀγκυλίσας, quam conjecturam ambabus, ut aiunt, amplecterer ulnis, si eam cum metro conciliari posse viderem. Nam syllaba secunda in ἀγκύλη vocibusque inde derivatis solet esse brevis, quam tamen per versum hic oporteret esse longam. Kust. διαλαβὼν ἠγκύρισας flagitante sensu et sermonis ratione legendum. Male vulgo διαβαλών, ἀγκυρίσας. διαλαμβάνειν est *medium prehendere*, quod luctatores facere solent, ut Cas. observavit. In διαβαλὼν manifestus est error, ex frequentissima in hoc verbo literarum transpositione. ἠγκύρισας est secunda persona aoristi ab ἀγκυρίζω, quod verbum etiam palæstricum est. Brunck. Quicquid sit, certum est metaphoram a lucta hic petitam, non ab ἀγκύρᾳ instrumento, quo ficus prehenduntur, ut Berglerus putabat. Suidas: Ἀγκύρισμα· εἶδος παλαίσματος. Καὶ Ἀγκυρίσας, ἀντὶ τοῦ καταπαλαίσας, ἢ τῇ ἀγκύρῃ καταβαλών. Ἔστι δὲ Ἀγκύρισμα καὶ σκεῦος ἀγρευτικὸν σύκων. Ἀριστοφάνης· Διαβαλὼν, ἀγκυρίσας, εἶτ' ἀποστρέψας

τὸν ὦμον αὐτὸν ἐνεκολάβησας, τουτέστι προσέκρουσας, ἢ καταπέπωκας ἀπὸ τοῦ ψωμοῦ, ὃν ἄκολον ἔλεγον. Schutz. Ipse Schol. legebat ἀγκυλίσας: male. Bent. [Vid. VV. DD. ad Iph. T. 1408. Dobr.]

263. ἀποστρέψας τὸν ὦμον. Et hoc verbum est e lucta petitum: significat, humerum retrorsum torquere, neque præbere se adversario facilem. Cas. ἐνεκολάβησας. Sic et reliquæ habent edd. Sed metri gratia scribendum est ἐνεκολάβισας, ab ἐγκολαβίζω, quod Eustathius interpretatur, δίκην κολλάβου καταπίνειν, *collabi instar deglutire*. κόλαβος autem vel κόλλαβος, per duplex λλ, erat genus panis: de quo plura vide apud Grammaticos vett. Kust. Ἐγκολαβεῖν est, deglutire instar buccæ. Κλόον est bucca vel cibus, unde κόλαξ cibi captator, et εὔκολος minime difficilis in cibo. Inde κόλαβος et κολαβεῖν et ἐγκολαβεῖν. Est autem figura, quæ dicitur Græce παρ' ὑπόνοιαν, præter exspectationem, quum præcedentibus finis non respondet. Præcedentia verba postulabant, ut diceret, *dejicis illum;* poeta dicit, *deglutis illum.* Cas. Vide Suid. Ἐκολάβησας. lege ἐνεκολήβασας ex Hesychio. Vid. et Κολῃβάζειν et Κολοιβάζειν. Ego malim ἐνεκολάβρισας. Vid. Hesych. Κολαβρίζειν. Sed κολῃβάζειν ut κυρηβάζειν v. 272. Bent. Mendosissime vulgo ἐνεκολάβησας, barbare et pessumdato metro. Lapsi sunt in hoc verbo librarii omnes. In membr. scriptum ἀνεκολάβησας. In C. ἐνεκολώβησας. Nos veram lectionem restituimus (ἐνεκολήβασας). Hesych. κοληβάζει, ἐσθίει, καταπίνει. Bona quidem verbi scriptura est, sed prava interpretatio. κοληβάζει significat περαίνει, βινεῖ *pædicat, præcidit*, a κόλον et βαίνω: vel καταπατεῖ, ut exponit Suidas, παρὰ τὸ ἐπὶ κόλαις βαίνειν. κόλα δὲ ἡ γαστήρ. Sed prior significatio κωμικωτέρα. Non unius assis sunt Cas. et Kust. interpretationes. Eadem forma mox occurrit κυρηβάσει. κοληβάζω, κυρηβάζω. Brunck. Ex variis his interpretationibus unice vera est illa, quæ hoc verbum reddit per καταπατεῖν. Humero retorto dicitur Cleon eos quos ex Chersoneso evocaverat prosternere, et pedibus eos conculcare, quibus allegorice dictis nihil aliud intelligendum, quam reos calumniando et insultando prorsus perdere. Schutz.

264. Eustathius ad Iliad. N. p. 962. ed. Rom. ad h. l. Arist. respiciens τὸ ἀμνοκῶν [Pro ἀμνοκοῶν. Ἀμνὸς *agnus;* κοεῖν est νοεῖν: ἀμνοκοεῖν, simplicem esse instar agni. Cas.] interpretatur, νοῶν ὡς ἀμνός, *sensu agni præditus*, i. e. *stupidus, simplex.* κοεῖν enim idem significat quod νοεῖν. Kust. Suidas: προβατώδης, μωρὸς, εὐήθης. Vel, ut Eustath. exponit ad Il. p. 962, 19., νοῶν ὡς ἀμνός. Brunck. Suid. ἀμνοκῶν. Pors.

265. πόνηρος tacite scripsit Br. In al. edd. est πονηρός. Dind.

266. ξυνεπίκεισθ'. Anceps interpretatio; vel ut sit imperativus, ut Cleon homines suæ factionis alloquatur, deinde ad equites vultum convertat: vel ut sit indicativus, et hoc malim. Tum addenda interrogatio, hoc sensu: Itane, o equites, vos in me conspirastis? atqui vestra gratia ego in invidia sum. Sequentibus verbis adulatur equitibus Cleon. Cas.

267. λέγειν γνώμην est, dicere sententiam in senatu sive aliquid deliberandum proponere. Aliter dicitur εἰσάγειν γνώμην. Cas.

268. ἱστάναι Elmsleius ad Euripidis Heraclidas 937. ἑστᾶναι edd. ante Kusterum. Dind. ἀνδρίας [ut Br. ed.] Sic B. C. Vulgo ἀνδρείας. Brunck. Attica est illa forma, sæpius etiam Platoni restituta ab Heindorfio. Dind.

269. μάσθλης est corium paratum et arte molle redditum. Ac videntur ita vocatæ pelles rubro infectæ, quales sunt, quibus tegimus libros. Nam apud veterem Comicum observabamus μάσθλινος pro, *rubens.* Hic μάσθλης convicii genus est in hominem mollem. Cas. Suidas: ἰδίως ὁ μεμαλαγμένος λῶρος καὶ ἔκλυτος. μάσθλης ἄνθρωπος, ὁ μεμαλαγμένος καὶ ἐντριβὴς ταῖς πονηρίαις. τὸ αὐτὸ δηλοῖ καὶ τὸ γλοιός. Respicit ad Nub. 449. μάσθλη, μάσθλημα *alutam* significat, *pellem confectam* et *subactam.* Brunck. εἰ δέ σ' οἵ ὑπέρχ. Suid. ms. in ὑπέρχ. Pors. ὑπέρχεται est subire, vel clam locum ingredi: ponitur eleganter de adulatore, qui submittit se alicui. Cas. Glossæ: ὑπέρχομαι, *obrepo*, quod de occultis fallaciis dicitur. Berg.

270. Oportuit saltem κἀκκοβαλικεύεται vel κἀκκοβαλικεύεται. ἐκκολακεύεται. Suid. ms. (in ὑπέρχ. sine ἡμᾶς ut videtur. Dobr.) mox κόλαβοι. Pors. Male vulgo post ὑπέρχεται distinguitur [commate] et versu seq. ἐκκοβαλικεύεται legitur, quo cum verbo, intransitive significante, γέροντας ἡμᾶς construunt: hi vero accusativi ad ὑπέρχεται pertinent. Proinde copulam, quæ librarii errore exciderat, bene reponit Toup. ad Suidam iii. 258. [Locus Comici, qui male sanus est, ita, tum sensu tum Græcismo postulante, rescribendus est: — εἶδες οἷ' ὑπέρχεται, ὡσπερεὶ γέροντας, ἡμᾶς κ' ἐκκοβ. *Vides, quomodo nos, tanquam senes, circumvenit et deludit.* Est autem ὑπέρχεσθαι *subrepere, subblandiri, ludificari.* Toup.] Non autem κ' ἐκκο-

βαλικεύεται scribi debuit, verum ex Atticismi usu κἀκκοβαλικεύεται. Nam in omnibus vocibus ex καὶ ἐκ crasis fit in κἀκ. Sic Ran. 201. κἀκτενεῖς, 446. κἀκλαε κἀκεκράγει. Conc. 603. κἀκτήσατο. Av. 1108. κἀκλέψουσι. Vesp. 444. κἀξωμίδων. Brunck. Suidas: Ὑπέρχεται αἰτιατικῇ. ἀντὶ τοῦ ὑπάγεται τὸν δῆμον. καὶ ὑποτρέχει, καὶ κολακεύει, καὶ καταπραΰνει, ἀπάγων τὴν ὀργὴν ἅπασαν τὴν πρὸς αὐτόν. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν· εἶδες οἷ' ὑπέρχεται, Ὡσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς ἐκκοβαλικεύεται. Ἀντὶ τοῦ λῃστεύει. Κόβαλοι γάρ, οἱ μετὰ ξύλου λῃσταί. τοὺς αὐτοὺς καὶ κορυνηφόρους. Οἱ δέ, κόβαλον τὴν μετ' ἀπάτης παιδίαν. Ὥσπερ, φησί, γέροντας δικαστὰς ἐκπανουργεῖ, οὕτω καὶ ἡμᾶς ἐπιχειρεῖ ἀπατᾶν. Κόβαλα γὰρ καλοῦσι τὰ πανουργεύματα. Schutz. ὡσπερεὶ Suid. in Ὑπέρχεται. Sed forte χὡσπερεί. Bent. ὡσπερεὶ γέροντας. Alludit ad cœnas divitum. Nam senes depontani habebant multos parasitos spe prædæ, quos Jurisconsulti captatores hæreditatum vocant. Cas. ἐκκοβαλικεύεται. Scholiastes ἀπατᾷ. Comicus infra 414. καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα — ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους. Hesych. κόβαλος, πανοῦργος. Comicus conjungit, ut infra 331. ἐν πανουργίᾳ τε καὶ θράσει καὶ κοβαλικεύμασι. Berg. Zonaras ii. 1247. κοβαλεύω etiam interpretatur πανουργείω. Dind. Verbis ὡσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς ad ὑπέρχεται relatis, abs quo in prioribus editionibus recte erant sejuncta. Vulgata totius versus scriptura utitur Suidas l. l. in libris editis: ἐκκολακεύεται Ms. Oxon. Librorum scriptura quodammodo potest defendi, si interrogandi signum post ὑπέρχεται ponatur. Dind.

271. ἀλλ' ἐὰν ταύτῃ γε νικᾷ. Manet in translatione e palæstra et lucta, quasi dicat: *Si in hac lucta vincit Cleon isto conatu, alia via eum aggrediemur.* Cas. In ταύτῃ vel χειρί, vel μερίδι supplendum. Prius aptius est, quia sic metaphora servatur, quam etiam in ὑπεκκλίνειν et σκέλος persequitur Comicus. Pro ταύτῃ γε νικᾷ potius exspectabas ταύτῃ διώκῃ vel ταύτῃ γ' ἐπείκῃ. Si νικᾷ verum est, vertendum: *si ab hac parte vincere laboret.* Schutz.

272. ἢν δ' ἐκκλίνῃ γε — πρὸς τὸ σκέλος κ. codex R. εἰ δ' ἐκκλίνει γε Suidas v. κυρηβάσει t. ii. p. 401. Fuisse memini qui conjiceret ἢν δέ γ' ἐκκλίνῃ τὸ δευρί, πρὸς σκέλος κ. Dind. Loci hujus meminit Suidas v. Ὑπέρχεται et Eustath. ad Il. Ψ. p. 1326. ed. Rom. Kust. κυρηβάσει. Hinc κυρηβασία, quod Grammatici exponunt, ἡ διὰ τῶν κεράτων μάχη, nempe, quum animantia quædam cornibus inter se concurrunt. Dicit ergo: si Cleo in me cornua verterit, crus ei opponam in quod impinget. Berg.

273. θηρίων. Hominem sævum et crudelem sic vocat. Interdum vocamus hominem omnibus vitiis inquinatum, nulla virtute redemtum, ut ait Juven. [Sat. iv. 2.]. Unde est apud philosophum κακία θηριώδης, quasi dicas, quæ mensuram humani ingenii excedat, cui opponitur virtus, quam vocat *divinam.* Cas. γαστρίζειν apud Græcos præter alia significat *ventrem ferire*, ut h. l. Hesych. Γαστρίσαι, εἰς τὰ στέρνα πλῆξαι. Suidas: γαστρίζομαι, τύπτομαι εἰς τὴν γαστέρα. [Sic μηρίζεσθαι *feriri in femore.* Cas.] Phrynichus in Eclog. Voc. Att. p. 16. dubitat [P. 34. ed. Pauw. qui ibi cf. Thomas M. p. 182. dicit antiquos usurpasse de ventre implendo, seriores ἐπὶ τοῦ τύπτειν εἰς τὴν γαστέρα. add. ibi L. Bos. et Triller. Dind.] ita tamen ut neganti propior sit an τὸ γαστρίζειν apud veteres Atticos significaverit εἰς τὴν γαστέρα τύπτειν, sed cui scrupulum istum locus hic Arist. facile eximere poterat. Eodem sensu vox ista apud Comicum nostrum capitur Vesp. 1519. et in hac ipsa fabula infra 452. Huc etiam facit locus ille Laërtii in Cleanthe vii. 172. εἰ ὁ εἰς τὴν γαστέρα τύπτων γαστρίζει etc. Vide ibi diligentissimum Menagium, qui alium locum ex Sexto Empir. opportune adducit, ubi τὸ γαστρίζειν itidem exponitur per τὸ εἰς τὴν γαστέρα τύπτειν. Kust. Cleon hæc clamasse putandus est, dum jam feriebatur. Dind. καὶ δῆμ' om. ed. Med. Suid. γαστρίζομαι. Pors.

274. Scilicet iniquum erat, eum clamando conqueri de injuria sibi facta, qui urbis calamitatum auctor erat. Dind.

275. βοὴ *clamor bovis* proprie, ut χρεμετισμὸς sonus, quem edit equus. Dicitur etiam de homine, sed fere sonum rudem et absonum significat, unde apud Poetam βοὴ est *pugna*, ut βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, *bonus pugna.* Est autem nota impudentiæ insignis, alte clamare in loco publico, in qua re certant hic Cleon et Isiciarius. Cas. Agoracritus hæc ad Cleonem, sequentia chorus ad Allantopolen dicit. Dind.

276. τήνελλος. Olim victoribus in veris et magis in ludicris certaminibus acclamari solebat: τήνελλε καλλίνικε χαῖρε, teste Schol. Pindari, qui morem pluribus describit [ad Olymp. 9, 1.]. Sumtum ex eo, quod olim in Tenello quodam erat factum. Nam id nomen sic mansit in usu, ut apud Romanos in re nuptiarum nomen Thalassionis. Porro huic acclamationi respondet apud Latinos, *Io Triumphe.* Hinc fictum nomen τήνελλος pro, *victor;* et ne-

temus vocem *καλλίνικος* remansisse ad posteriora tempora. Nam apud Procopium Justiniano Imp. post victoriam acclamatur Constantinopoli: *Καλλίνικε χαῖρε.* Cas. Scholia: *νικηφόρος* — *victor: τήνελλος* autem est *sonitus lyræ aut tibiæ, index victoriæ:* hinc *τήνελλα καλλίνικε* in Acharn. et in Avv. in fine. Berg. Cf. nos ad Acharn. 1225. Kust. In margine ed. 1532. Lege, *ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλ' ἔσει.* [Nil verius Porsoni emendatione; pronomen poscit sensus. *τόνδε* in *τόν γε*, hoc in *τοίγε* abiit. Thesm. 563. *ἐπεὶ τόδ'* pro *ἔπειτά γ'* e Kusteri emendatione Brunckius. De *τοίγε* vide ad Thesm. 716. et addenda. Dobr. in Addendis.] Sic in Crantoris versu apud Stob. 94. (96.) p. 517, 47. pro *καταγέλαστος εἶ*, lege ex margine, *καταγέλως ἔσει. ἀλλ' ἐὰν νικήσῃς* (sine mediis) Suid. Ald. ms. *τήνελλος εἴης* ms. Pors. *ἀλλ' ἐὰν νικήσῃς τῇ βοῇ, τήνελλος εἶ* — *πυραμοῦς* Suidas v. *τήνελλα* in ed. Mediolanensi: nam Kusterus t. iii. p. 462. mori suo indulsit. Quod fugerat Reisigium i. p. 295. *ἀλλ' ἐὰν νικήσῃς* ex Suida Ald. et Ms. Oxon., *τήνελλος εἴης* ex solo Ms. consignavit Porsonus, cui corrigendum videtur *ἀλλ' ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλ' ἔσει.* Dind.

277. *παρέρχεσθαι* proprie dicitur de victore in cursu, quasi *παραδραμεῖν*; generaliter pro *vincere* accipitur. Cas. *ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς*, id est, nos equites, qui a te isiciario stamus, vincemus. Mos fuit Athenis, ut sub finem cœnæ gryphi proponerentur solvendi, adjecto præmio: hoc præmium erat *πυραμοῦς*. Sic autem vocatur placentæ genus e farina triticea et aliis rebus. Lege Athenæum sine libri penultimi [p. 647. s. T. v. p. 351. Schweigh. ubi cfr. Schweighæus. Anim. t. vii. p. 555.] Cas. Præter verba Schol. et nonnulla ex Kust. not. ad Schol., laudat locum Thesm. 99. *τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς* *nostrum est victoriæ præmium.* Berg. Eundem locum comparavit etiam Brunck. Dind. Cf. Thesm. 100. Bent.

278. *'Εξάγειν.* Apparet ex variis locis Aristoph., multis factam calumniam olim, quod vel exportarent vel importarent res vetitas lege. Hæ res sunt quæ vocantur mox *τὰ ἀπόρρητα*, quasi dicas *vetita lege.* Sic in Acharnensibus rapitur Nisus Megarensis, qui Athenas materiam ellychniorum attulisset. Hic calumnia intenditur in Isiciarium, quod *ζωμεύματα* exportet Athenis et communicet hostibus Lacedæmoniis. *Ζωμεύματα* proprie sunt, quæ adhibentur ad juscula conficienda: nam *ζωμὸς* est *jus* et *ζωμεύειν* *jusculum propinare.* Est vero in hac voce jocus elegans. Nam *ζωμεύματα* non erant lege vetita, nisi intelligas cibos et alimenta: sed poeta alludit ad materiam navium. [Scholiastes: 'intelligit illa, quæ dicuntur *ὑποζώματα*· sunt autem ligna navium (quibus naves succinguntur et muniuntur). Dixit autem pro *ὑποζώματα* localiter tanquam ad coquum *ζωμεύματα.*' Nam coqui juscula parant. Erat autem vetitum materiam navium exportare ad hostes. Ran. 360. *ἢ τὰ 'πόρρητ' ἀποπέμπει* — *ἀσκώματα καὶ λίνα καὶ πίτταν διαπέμπων εἰς 'Επίδαυρον κ. τ. λ.* Berg.] Multis partibus naves constant: in his sunt *ζώματα* sive *διαζώματα*, quasi dicas, ligna navem cingentia, et illa quæ in Act. App. itemque apud Polyb. vocantur *ὑποζώματα.* Porro inter *ἀπόρρητα* et lege vetita erant arma et omnia bellorum instrumenta, qua de re exstat Imperat. constitutio in Codice [Imp. Marciani, Cod. iv. 41, 2.]. Cas. Imprimis erat vetitum materiam navium exportare ad hostes. In Ran. v. 360. *ἢ τὰ 'πόρρητ' ἀποπέμπει* — *ἀσκώματα καὶ λίνα καὶ πίτταν διαπέμπων εἰς 'Επίδαυρον.* Berg. Etiam ne quis cibaria hostibus afferret, legibus vetari poterat, ut si essent obsidione cincti, veluti Lacedæmonii in insula Sphacteria intercepti. Itaque *ζωμεύματα* quo minus h. l. sensu proprio accipias nihil prohibet. Immo sic facetius luditur accusatio Cleonis. Schutz.

282. *τὰ 'πόρρηθ'.* Ita edd. pristinæ, non *τ' ἀπόρρητ'.* Berg. Sed et hoc et *μὲν* quod Inv. dedit, pessumdat versum reponendumque: — *ἐξαγαγών γε τἀπόρρηθ'* —. Dind. *ἀπόρρητα.* Quoniam Cleo dixerat, Allantopolam exportare materiam navium hostibus, quod vetitum erat, etiam Allantopola nunc dicit Cleonem ex Prytaneo res vetitas exportare. Ex Scholiaste. Berg. In omnibus cœnis privatis Athenn. usitatum fuit, ut convivæ, quæ non ederent ipsis apposita, domum deportari juberent. Videntur nonnulli, qui in Prytaneo publice epulabantur, idem fecisse. Vuil. Ridicule Cleoni exprobratur, quod ei non sufficiat *σίτησις* in Prytaneo, sed quod etiam, inde panem et carnes et piscium frusta quæ inde exportare haud licebat, surripiat et clam secum auferat. Suidas *'Απόρρητα, τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις. Οὕτω Δημοσθένης, ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, πάντα τὰ ἀπειρημένα καὶ ἀπηγορευμένα λέγει. 'Αριστοφάνης· οὔτε τἀπορρήτα δρᾷν ἔτι μέλλει. Διόπερ καὶ τὰ μὴ ἐξαγώγιμα ὀνομάζουσιν οὕτως.* Schutz. *'Εξάγων γε* Reisigius i. p. 129. Legebatur *ἐξαγαγών γε.* Juntina I. *ἐξαγαγών τε.* Codex Ravennas *ἐξαγαγὼν μὲν* — *κρέα.* Dind. Præf. Hec. p. xlix. Pors.

283. *τέμνειν* est *secare*, unde *τόμος opus sectum*. Sed propr. *τέμαχος* dicitur pars ceti, sive piscis majoris salsi, et pisces ipsi vocantur pisces *τεμαχῖται*. [Cf. ad Plut. 894. Nub. 339. Dind.] Quod ait de Pericle, videtur sic intelligendum: huic in Prytaneo vescenti lautiorem apparatum solitum apponi, quam vel ipsi Pericli unquam fuisset appositus. Publica veterum convivia, ut hæc, et Lacedæmoniorum *φιδίτια*, ad sobrietatem erant comparata. Cas. Immo potius hoc ait, ne Pericli quidem hunc honorem fuisse habitum, ut cibos e Prytaneo auferre ei licuerit. Schutz.

284. Mutatur versuum numerus, quia altercatio crescit. Sequentia enim voce sensim aucta sunt pronunciata. Ex Vuil. Dind.

287. Priscianus lib. xviii. p. 1187. ed. Putsch. locum hunc citans [pro vulg. *σοῦ*] legit *σε*; addens Græcos utrumque dixisse et *κατακεκράξομαί σου* et *κατακεκράξομαί σε*. Kust. Priscianus habet *σε*, aitque, Græcos huic verbo et *καταβοάω* sine discrimine genitivum et accusativum adjungere. Mihi hic magis placet *σε*, vel metri gratia, ne loco impari spondeus sit. Duck. Perperam vulgo *σου*, pessumdato metro. Ut superiori versu *καταβοήσομαι* cum Accusat. construitur, ita hic *κατακεκράξ*. cum eodem casu, non aliter ferente trochaico versu. In Acharn. 711. *κατεβόησε δ' ἂν κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους*. *κατὰ* cum verbis compositum tres casus promiscue adsciscit. Non aliter Comicum scripsisse sola evincit metri ratio, cui accedit Prisciani auctoritas, Kustero laudati. Locus est in Aldina edit., qua utor, fol. 234. verso. Brunck. *σε* Priscian. Atque ita ob metrum legendum. Pors. Lege *σέ*. Bent.

288. Quum Cleon intelligat se clamando Agoracritum superare non posse, certare cum eo incipit impudenter convitiando. Vuil. Hinc adhibentur plebeia verba, ut *κυνοκοπεῖν* quod Schol. dupliciter interpretatur, vel canis instar cædere, vel loro e canina pelle confecto percutere. Dind.

289. *τὸν ν.* Suid. ms. *κυνοκ.* Pors. *κυνοκοπῆσαι τὸν νῶτον* Phrynichus in Bekkeri Anecdot. i. p. 49. Dind. *κυνοκοπήσω σοῦ τὸ νῶτον*. Suidas (e Schol. ad h. l.) *ἀντὶ τοῦ τυπτήσω σὲ ὡς κύνα*; (quæ sane optima est explicatio, ut Germani: *ich prügele dich wie einen Hund*) *τοῦτο δὲ ὡς μάγειρος λέγει. ἐστὶ δὲ καὶ κύων ἰχθὺς ποιός. ἅμα δὲ οἷον κυνείῳ δέρματί σε παίσω. ἐστὶ γὰρ τραχύτατον.* Verum hoc alienum est. Schutz.

290. *περιελῶ*. Scholiastes ait ductam metaphoram a re nautica. At verbum non est *ἐλάω*, sed *περιελεῖν*, ut *περιαιρεῖν* est *circumcidere*, contra *περιελᾶν*, *περιελαύνειν circumagitare*. Allusit auctor ad proverbium; pennas alicui circumcidere vel incidere, quod proprie dicitur, de avibus domesticis, quibus extrema pennarum circumciduntur, et metaphorice usurpatur de eo, qui dejicitur de gradu dignitatis. Sic Cicero ad Attic. lib. iv. scribit: 'qui pennas mihi inciderunt, nolunt eas renasci.' Et Horat. 'pennis rejectis humilem' dixit. Sic h. l. dicit Cleon se ablaturum vel ademputurum facultatem Botulario jactandi sese. Cas. Locum hunc citat Suidas in Περιελῶ, addita Scholiastæ explicatione. Schutz.

291. *ὑποτεμοῦμαι τὰς ὁδούς*. Scholiastes opinatur vocabulo *ὑποτεμοῦμαι* respici fraudes coriariorum, quibus coria sic secare soliti sunt, ut crassiora viderentur. Verum hoc nimis cautum et expressum est. Nihil aliud significatur, quam hoc: Vias et rationes tibi præcidam calumniandi, furandi, decipiendi. Schutz. *περιτεμοῦμαι* Suid. Ms. Oxon. in *περιελῶ* scil. sed mox *ὑποτεμοῦμαι*, ut et in v. *ὑποτεμοῦμαι* t. iii. p. 562. Dind.

292. *τέμνειν* est *secare*; *ὑποτέμνειν subsecare, succidere*: sed artis sutorum hoc vocabulum proprium est. Solent illi pretia corio statuere pro illius crassitudine. Ut igitur crassius videatur, oram calcei transverso scalpro oblique secant; id vocatur *ὑποτέμνειν*. Eo alludens Aristoph. ait: *ὑποτεμοῦμαι τὰς ὁδούς σου*. Ipse paulo post verbum hoc et morem explicat: sed hic metaphorice accipitur pro, *fraude et astu aliquem aggredi*. Sensus est: *grassantem te in rempubl. reprimam*. Appellat *τὰς ὁδοὺς vias*, incepta Cleonis et totam vitæ rationem, estque phrasis plane Hebraica. Cas. Xenophon. i. Hell. [c. vi. § 10. s. vi. 16. ed. Schneid.] *ὑποτεμνόμενος τὸν ἐς Σάμον πλοῦν·* et metaphorice Idem ii. Hell. [3, 17. s. 3, 34. Schn.] *ὑποτέμοι ἂν τὰς ἐλπίδας*. Berg. *βλέψον εἰς μ' ἀσκαρδάμυκτος* codex R., Bent. ad Hor. Od. i. 3, 18., Brunck., Elmsl. ad Eurip. Bacch. 804. p. 112. (*ἔβλεψεν εἰς με* scribe Ran. 562.) *βλέψον εἰς ἔμ' ἀσκαρδάμυκτος* edd. ante Brunck. *βλέψον μ' ἀσκαρδάμυκτος* A. *βλέψον εἰς ἐμὲ ἀσκαρδαμυκτί* Etym. M. c. 716, 13., grammaticos in Bek. Anecd. t. i. p. 452, 13. Suid. v. *ἀσκαρδαμυκτὶ* t. i. p. 351. *ἀσκαρδάμυκτος* ex Aristoph. affert Pollux ii. 67. Dind. *βλέψον εἰς μ' ἀσκαρδ.* Sic omnino legendum. In vulgata lectione versus claudicat syllaba redundante, *βλ. εἰς ἔμ' ἀσκ.* In A. *βλέψον μ' ἀσκαρδάμυκτος*, numeris itidem corruptis, qui facile restituuntur reposita præpositione *εἰς*. Brunck. Hoc propterea dicit, quia non credit alte-

rum tam audacem et impudentem fore, ut oculis rectis intueri possit magnæ auctoritatis virum. V. not. ad Ran. 1522. Berg. Sensus est: O impudentissime, aspice me, si potes, oculis rectis. Quasi dicat: etsi impudens es, tamen eo impudentiæ non venisti, ut conspectum meum ferre possis. Natura dedit nobis retinaculum pudoris, quo impedimur sæpe a scelere: sedes pudoris in oculis. Achilles apud Homer. [Il. ix. 373.] de Agamemnone ait iratus: — *οὐδέ με κεῖνος Τετλαίη κυνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι*, id est, *nunquam me, etsi impudens est ut canis, ausit spectare in vultu.* Similis hic sententia. Cas. *Σκαίρειν* est *subsilire, μύειν* est *connivere.* Hinc verbum *σκαρδαμύττειν* pro, cilia oculorum subinde movere claudendo aut aperiendo. Inde est *σκαρδάμυκτος*, qui subinde oculis connivet; contra *ἀσκαρδάμυκτος* est, cui oculi sunt non conniventes. Sed proverbium hinc natum est de eo, qui ferre alicujus conspectum non potest, quod vel ex imbecillitate oculorum fit, ut solis radios spectare *ἀσκαρδάμυκτοι* non possimus — at possunt pulli aquilæ — vel ex conscientiæ vi, ut h. l. Negat enim Cleon posse Isiciarium suum conspectum ferre. Interdum usurpatur proverb. de eo, qui librum diutius legere propter ejus difficultates et imperitiam suam non sustinet. Sic accipe in edicto Justiniani de Confirm. Digest. [§. 11.] 'ut formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis possitis accipere.' Sensus est: ut sine difficultate proficere in juris studiis possitis. Cas.

293. *ἐν ἀγορᾷ.* Quasi dicat: *et ego sum impudens,* ut rhetores, qui in foro versantur. Infra 323. *ἐδήλους ἀναίδειαν, ἥπερ μόνη προστατεῖ ῥητόρων.* Berg.

294. *γρύξεις.* Ita edd. Juntina, Farrei et Brubachii; Aldina *γρύζεις*, male. Berg. Sic (*γρύξεις*) recte B. ut edidit Bern. Junta. Perperam Aldus *γρύζεις.* Facillime permutantur literæ *ξ* et *ζ*, quod et in hoc verbo acciderat Pl. 598. Brunck.

295. *κοπροφορήσω.* Suidas: *Κοπρία ὁ πηλός. Καὶ Ἀριστοφάνης· Κοπροφορήσω σ' εἴ τι γρύξεις. ἀντὶ τοῦ, εἰ λαλήσεις, κόπρον σου καταφορήσω, τουτέστι, κόπρου πληρώσω.* Schutz.

296. Post *οὐχὶ* olim interrogandi signum fuit positum, ut sensus sit: tu vero non es furatus aut furaberis, aut: fatebere te furatum esse? Nondum tamen Agoracritus potuerat publica surripere. Quare Br. punctum posuit; hoc sensu: tu non audes hoc confiteri. Scilicet ita impudentia Cleon superaturum se existimat adversarium, ut ipse fateatur se furari, quod iste non confessurus sit. At hic quoque vincitur. Nam iste non tantum furatur, sed pejerat quoque se non furatum esse, quamquam homines viderint. Dind.

297. Facete inducit furem, furtorum suorum testem appellantem Mercurium, quem stulta vetustas furtorum deum credidit. Erant et alia numina scelerum. Nam et Lavernam colebant fures Romani. Vocat Mercurium *Ἀγοραῖον*, quia hic deus et foro rerum venalium (teste Plauto initio Amphitr.) et foro judiciali præerat. Cas. Scholiastes: *in medio foro posita est statua Mercurii Agoræi.* In Plut. 1156. dicitur *ἐμπολαῖος.* Erat et *Ζεὺς Ἀγοραῖος*, de quo in sequentibus. Berg. Suid. *ἀγοραῖος.* Pors.

298. *Ὅρκος jusjurandum: ἐπιορκεῖν* proprie, *jusjurandum aliud addere, iterum jurare.* Usus auctorum obtinuit, ut ponatur in malam partem de pejerante; quasi monerent nos viri sapientes non multum interesse inter pejerantem et sæpe jurantem, ut recte disputat Hierocles in Carmina Pythagoræ [p. 32. ed. Needham.]. *βλεπόντων* absolute positum pro, *βλεπόντων τῶν ἀνθρώπων.* Sic Latine, *faciunt hoc,* i. e. vulgo homines faciunt. Phrasis Hebraica. Cas. Immo omnino familiaris et simplicioris sermonis in omnibus linguis. Dind. *Κἀπιορκῶ γ' ἐμβλεπόντων* Pors. ad Acharn. 739. Id.

299. *ἀλλότρια.* Quasi Cleoni sit proprium furari et pejerare. Berg. *σοφίζει.* Ponitur hic *σοφίζεσθαι* pro eo, quod gallice eleganter diceretur, *faire du suffisant.* Summa elegantia fingit poeta dicere hæc Cleonem, quorum est sententia: frustra te, *ἀλλαντοπῶλα*, jactaveris in pejerandi arte; nostra ea palma est. Cas. *σοφίζεσθαι τι* omnino est, sapienter, prudenter aliquid in suam rem comminisci. Dind. His verbis, quorum sententia quomodo huc pertineat non statim apparet, Cleon stupens videtur se colligere velle et hoc exprimere: tam insignis impudentia non nisi mihi convenit. Deinde rursus mutat impetus in adversarium genus. Vuil. Immo potius universe ait artem pejerandi, qua se efferat botularius, ab ejus opificio abhorrere, eumque, si ei rei studeat, alienis se artibus et negotiis immiscere. Wielandus noster optime vertit: *Da stümperst du in ein fremdes Handwerk!* Schutz.

300. Fo. *φανῶ 'γώ.* vid. Acharn. 827. vel *σέ γε φανῶ.* vid. Ach. 914. *καί σέ γε φανῶ*: immo *φαίνω*; cf. ibid. 917. *ἔπειτα φαίνεις.* Athen. iii. p. 94. D. *Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι, καί σε φήσω ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν.* Bent. L. ob metrum *καὶ φανῶ σε.* Pors. Memoriter hæc affert Athenæus t. i. p. 368. ita scripta: *φήσω σ' ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν.* Dind. *καί*

σε φαίνω Brunckius scripsit tacite, quum in prioribus editionibus καί σε φανῶ legeretur. καὶ φανῶ σε correxit etiam Porsonus. φανῶ habuit Scholiastes. Id. φαίνω *ostendo, lucere facio.* Interdum est fori verbum et significat deferre, quasi, detegere quod lateat. Facit poëta Cleonem omnes ansas calumniæ struendæ captare. Minatur hic se delaturum isiciarium, quod in decima exigenda, quæ diis erat sacra, fraudem astu vicisset. Vetus est multorum populorum consuetudo, decimas bonorum diis consecrare et eorum ministris. Sic Judæi olim, sic apud Romanos Herculi et aliis decimas consecrabant: unde est, *pollucere hæreditatem, pollucere merces* i. e. δεκατεύειν et ἀφιεροῦν. Vide Festum. Cas.

301. Loci hujus meminit Athenæus lib. iii. p. 94. eodemque respexisse videtur Hesychius v. Ἀδεκατεύτους. Kust. Tangit legem aliquam Atticam, quæ necessitatem decimandi imponebat. Simul autem alludens ad artem Isiciarii κοιλίας nomen posuit pro οὐσίας. Debuit dicere: *deferam te, quod bona possideas non decimata;* et ait: *quod ventres habeas non decimatos.* Cas. Vuil. eo refert, quod intestinorum decimas diis non dederit. Sed ideo, credo, non apud prytanes deferendus erat. Dind. κοιλίας παρ' ὑπόνοιαν dixit pro οὐσίας, utpote ad lanionem et coquum. Schol. Berg. Κοιλίαι ἀδεκάτευτοι *unverzehndete Magenwürste.* Schutz. ἀδεκατεύτους ex hoc loco Suidas t. i. p. 49.— ἱρὰς Herman. Elem. Doctr. Metr. p. 81. Dind.

303. στρ. α'. 381. ἀντιστρ. α'. 322. στρ. β'. 396. ἀντιστρ. β'. Bent. [Sic Hermann. de Metr. p. 189. Dobr.]

304. Dele καὶ κέκρακτα τοῦ. Bent. κεκράκτᾳ. Per *vocem altam* intelligit impudentiam et turbulentum ingenium. θράσος et θάρσος idem sunt, sed usus obtinuit, ut θάρσος in bonam, θράσος in malam partem sumatur. Cas. Hermann. Lib. de Metr. p. 189. correxit: σοῦ, κεκράκτα, θράσους. Quo loco et cæteros versus h. l. tractat. Dind.

305. Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 22., ubi πᾶσα γῆ μὲν πλέα legitur. Dind.

307. τέλη sunt vectigalia populi, sed h. l. sunt loca, ubi publicani conveniebant. Mos Atticorum loca denominare a rebus quæ in iis vendebantur plurimum. Sic ἰχθῦς, i. e. *pisces,* vocabant *forum piscium; κρέας, macellum;* συκᾶς, locus ubi ficus vendebantur. Sic τέλη pro τελωνεῖον. Sic γραφὴ, quasi dicas *le greffe:* quum ponitur pro tablinis vel tabulariis, ubi asservabant litium et alia instrumenta. Cas.

309. βορβοροταράξι. *Borborus* creditus est fluvius inferni, horribilis fœditatis, in quo mortui reciperentur, quicunque mysteriis non essent initiati; initiatos recta ad campos Elysios et χῶρον εὐσεβῶν pervenire fabulabantur. Hic licentia comica βορβοροτάραξις appellatur, qui remp. ita turbat, ut facies illius non minus sit fœda, quam *borborus.* Cas. Imo βορβοροτάρ. proprie est, qui cœnum conturbat et miscet; hinc, qui omnia cœni instar perturbat et confundit. Dind. βορβοροτάραξι. Suidas: Βορβοροτάραξις. Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ταραχωδίστατε. Ταράττων ἡμῶν τὴν πόλιν, καὶ θορυβῶν ὥσπερ βόρβορον, θορύβου πληρώσας τὴν πόλιν καὶ βορβόρου. Schutz.

311. ἀνατετυρβακώς. Suidas: Ἀνατετυρβακὼς, ἀναταράξας. Τυρβάσαι δὲ κυρίως λέγεται τὸ τὸν πηλὸν ταράξαι. Ἀριστοφάνης· τὴν πόλιν ἅπασαν ἡμῶν ἀνατετυρβακώς. Schutz.

312. Leg. ἧμιν. Bent. κωφὸς est *surdus;* inde ἐκκωφεῖν *surdum reddere.* Alludit ad placitum sapientum, qui docent sensus nostros, si obruantur sensibili immoderato, corrumpi: sic acies oculorum radios solis coacta excipere excœcatur, et ita olim Persæ in suppliciis usurpabant. Sic sonus confragosus et vehemens aures privat audiendi facultate; ut de iis dicitur qui ad catarractas Nili habitant: et Græce ἐμβρόντητος (Lat. *attonitus*) dicitur is, quem ingens tonitru perculit et afflavit. Cas. Suidas legit ἀνακεκώφηκας. Eum vide v. Ἀνακεκώφηκας. Kust. ἐκκεκώφηκας tres codd. Suidas, si huc respexit, memoriæ falsus ἀνακεκώφηκας citavit, quod compositum Græce linguæ genio adversari censet summus Hemsterhus. ad Lucian. Timon. p. 104. Brunck. Assentitur Hemsterhusio (ad Lucian. Tim. c. 2. extr.) Abresch. Dil. Thuc. p. 164. additque: "boni commatis foret ἀνεκκωφᾶν *rursus* ac *denuo* ἐκκωφᾶν. Error videtur natus ex eo, quod τῷ ἐκκεκώφηκας quidam supra appinxerat ανα indicaturus, præpositionem ἀπὸ κοινοῦ hic intelligendam. Quin etiam cum actum priori contrarium notet, ad τὴν ἄνωθεν σχέσιν referri debet, ut ἀναπείθεσθαι pro μεταπείθεσθαι etc." Dind. Utramque verbi formam ἐκκωφοῦν et ἐκκωφεῖν copiose illustrat Porson. ad Eur. Or. 1289. ἐκκεκώφωκας maluit Reisk. Id. ἐκκεκώφηκας. Suidas: Ἀνακεκώφηκας· ἀνεπλήρωσας βοῆς, τὰς ἀκοὰς ἡμῶν κωφὰς εἰργάσω. Ἀριστοφάνης, quo ex loco intelligitur eum vel hic legisse ἀνακεκώφηκας, vel memoria lapsum scribere voluisse ἐκκεκώφηκας. Schutz.

313. θυννοσκοπῶν. Inter cete sive pisces cetaceos, ex quibus fiunt salsamenta, sunt thynni, piscis ingens, dictus a vehe-

mentia et furore, quo fertur in piscatores. Sane id *θύειν*, unde Græci hanc vocem deducunt. Sed falluntur Græci solertes. Nam *θύννος* est Taniam Hebr., id est, piscis. [Uno vocabulo ea *θυννεία* dicitur, Zonar. Lex. i. 1061. Est autem Scomber thynnus Linn. (Thunfisch) et variæ ejus sunt species. Derivatio nominis ab Hebr. lingua vana est. Dind.] De hujus piscatione Strabo, Plinius, Oppianus, alii. [Add. Aristot. Hist. An. iv. 10. Ipsum voc. *θυννοσκόπος* et inde ducta de piscatione thynnorum usurpantur. Dind.] Ad hanc rem fuit moris, in aliquo promontorio speculam altam struere, quæ proprie Græce *θυννοσκοπεῖον* dicitur. Eo alludit auctor. Sensus est: Sicut piscatores e thynnoscopeo thynnos observant, ut capiant: sic tu, velut e specula, publica vectigalia observas, ut illa obvenientia devores et tibi vindices. Cas. Scholiasten iisdem plane verbis descripsit Suidas v. *θυννοσκόπος* et *θυννοσκοπῶν*. Porro de captura thynnorum vid. quæ notant Casaub. ad Strab. lib. v. p. 223. et Brod. 6. Miscell. 8. Duck.

314. *καττύεται*. Artis sutorum verbum, pro *consuere corium*; unde *κάττυμα* solea, quæ calceo suppingitur. Solet trajici ad fraudum inventionem. *καττύειν δόλους*, idem. Cas.

315. *οἶσθα κάττυμα*. Jocus isiciarii; quasi dicat: Si non esses coriarius et ex illis sordibus in hunc splendorem pervenisses, neque ego assuetus tractare intestina, in tuum locum aspirarem. Cas. *χορδεύειν* propr. parare ad usum fidium *χορδὰς*, i. e. pecudum intestina. Hic accipitur pro, ex intestinis cibos parare, puta botulos. Cas. Cf. ad 214. Dind. Haud recte accepit hujus dicti mentem Casaubonus. Sensus est: Nisi tu artem dolos consuendi nosti, nec ego artem farcimina conficiendi calleo. Nostro idiomate sic licet imitari lusum Aristophanis:

Cl. *O ich weiss aus was für Leder dieser Riem geschnitten wird.*
Ag. *Ey wenn du aufs Riemenschneiden, dich, ein Gerber, nicht verstündst,*
Müsst ich warlich auch von Würsten, ich ein Fleischer, nichts verstehn.

Schutz.

316. Conjeceram *ὑποτεμὼν* ut conveniret cum *ἐπώλεις*: nam alioquin *ὑποτέμνων πωλεῖς* potius dicendum fuerat: quum vidi ita legi apud Suidam in *μοχθηρία*, ubi describitur Scholiastes. Hoc tamen Kusterus neque hic neque apud Suidam notare voluit. Duck. Neque alii notarunt. Est autem *ὑποτέμνειν* succidere, *schief schneiden*, et conjungenda *ὑποτ. παν. ὥστε φαιν. παχύ*. Dind. *πωλεῖν* est pullum equinum cum alia re commutare: inde substituta emtione et venditione permutationibus, pro *vendere* dicitur. Ab hac voce est *polia* apud Ulpian. IC. i. e. *grex equuleorum*, Græce *πωλία*. Observatum est, animalia macra male habita corium malum habere: ideo objicit Cleoni, quod venderet corium *μοχθηροῦ βοός*, *infelicis bovis*. Contra ap. Homer. [Il. iii. 375. ubi tamen Heyn. monet, male Grammaticos et Plutarchum in eo argutatos esse, quum poeta simpliciter corium cæsi bovis indicare voluerit et *ἶφι* ad ornatum adjectum sit. Dind.] commendatum corium bovis *ἶφι κταμένου*, i. e. corium desumtum e bove, quem non macies aut mala tractatio occidisset, sed qui magna vi esset occisus. Cas. *ὑποτεμὼν* Suid. ed. Ms. *μοχθ*. Pors.

317. *πανοῦργος* Scholiastes in edd. Aldina, Juntina, et Basileensi. Dind.

318. *πρὶν ἡμ. φορ.* Id est, *πρὶν τινὰ αὐτὸ φορῆσαι ἡμέραν*. Brunck. Versum hunc citat Etymologus v. *Δοχμή*. Kust. Suid. *δοχμή*. Pors. Etiam Zonar. Lex. i. p. 563. ubi male *φορέσαι* legitur. *δοχμὴ* est *palmus*, quatuor digitos latus. *μεῖζον* est *longius*. Dind. *φορῆσαι* Suidas: ceteri *φορέσαι*. Id. *μεῖζον ἦν δυοῖν δοχμαῖν*. Nempe quia corium non satis compactum et solidum esset, celeriter ex brevi usu laxabatur et fatiscebat. Schutz.

319. Bas. *Καὶ νὴ Δία κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε*. Ald. *καὶ* delet. Scribe *κἀμὲ, νὴ Δία* vel *κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε, νὴ Δί'*. Bent. Vulgo legitur fœde corruptis numeris: *καὶ νὴ Δία, κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸν ὥστε κατάγελων*. Versus est tetrameter iamb. acatal., quo metri genere si quis unquam e Græcis alius usus est, Comicus sane noster nuspiam; neque sic medios inter trochaicos ejusmodi versum immisisset. Certissime emendat Kust. *κἀμὲ, νὴ Δία, τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸν, ὥστε κατ.* Brunck. Præf. Hecub. p. xlix. Opusc. pp. xci. 198. [I suspect, that the true reading of these two verses is as follows: *κἀμὲ, νὴ Δί', αὐτὸ τοῦτ' ἔδρασεν, ὥστε καὶ γέλων | πάμπολυν τοῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν*. In the first place, it appears to me, that *αὐτὸ τοῦτο*, *this very thing*, agrees better with the preceding verses than *ταυτὸ τοῦτο*, *the very same thing*. Secondly, I have not been able to find any authority for the expression *κατάγελων παρέχειν*, *to afford matter of laughter*. In this sense, if I am not mistaken, the Attics always use *γέλωτα* or *γέλων*. On the other hand, *ὥστε καὶ* occurs frequently. So Ach. 143. *ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ | ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ', Ἀθηναῖοι καλοί*. Nub. 613. *ὥστε καὶ λέγειν ἅπαντας, ἐξιόντας ἑσπέρας, | μὴ πρίῃ, παῖ, δᾷδ', ἐπειδὴ φῶς σεληναίης καλόν*. Av. 1290. *ὠρνιθομάνουν δ' οὕτω*

περιφανῶς, ὥστε καὶ | πολλοῖσιν ὀρνίθων ὀνόματ' ἦν κείμενα. Thirdly, I write παρασχεθεῖν, with the circumflex accent on the last syllable. Ἔσχεθον is a poetic form of ἔσχον, the aorist of ἔχω, and, in some passages, has been converted into ἔσχον by the transcribers. So Eurip. Hippol. 1289. Ἀφανῆ. φανερὰν δ' ἔσχεθες (vulgo ἔσχες) ἄταν. Ἔσχεθες is the emendation of Markland, which Mr. Monk would probably have received into his text, if he had noticed the Aldine reading of Phœn. 411. Πῶς δ' ἦλθες Ἄργος; τίν' ἐπίνοιαν ἔσχες; Before I quit these three verses of Aristophanes, I must observe, that they ought rather to be attributed to Nicias than to Demosthenes. The mention of the δῆμος, or parish called Περγασαὶ, is not made at random. It appears from Athenæus, (p. 537. c.) that Nicias was Περγασῆθεν. P. Elmsley in the Classic. Journal, n. xi. p. 222. 223. Dobr.]

320. δημόταισι. δημόταις ed. Kuster. Pors. τοῖς δημόταις. Perperam vulgo, metro jugulato, δημόταισι. Versus labem animadvertit Kusterus, sed pravam adhibuit medelam, articulum τοῖς ante φίλοις delendo. Brunck. Articulus ante φίλοις abesse nequit, unde lectio ed. Inv. est emendanda. Dind. Kust. putat delendum τοῖς. Non intercedo. Sed non minus recte scribi potest δημόταις, quo facto nihil abundabit. Nam Kusterum, quum edat δημόταις, aliquid superesse in hoc versu scribere, valde miror. Duck.

321. Nomen pagi Attici Περγασὴ et Περγασαί. Vid. Steph. Byz. et Schol. Berg. et Meursium in hac voce. Brunck. Suidas: Περγασῆθεν. Δῆμος ἡ Περγασὴ τῆς Ἐρεχθηΐδος. τὸ μέντοι δημότην διχῶς λέγεσθαί φασι, Περγασία τε καὶ Περγασηνόν. Nempe Demosthenes erat Pergasenus; ideoque ait se a δημόταις suis irrisum fuisse, quod novi calcei jam pede laxiores essent, antequam ad pagum suum rediisset. Schutz. ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν. Phrasin hanc imitati fuerunt Latini. Ovidius [Art. Am. i. 516. ubi vid. Heins. et Burm.]: 'nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.' Sidonius Apollinaris [vii. ep. 11.] 'laxo pes natet alto in cothurno.' Kust. Debet illa Kust. Casaubono ad Theophr. Char. 4. p. 138. [p. 49. ed. Fisch.], ubi inter rusticitatis signa habetur, gestare calceos pede majores. Casaubono ibi et hunc locum poetæ citat, aitque, ex eo patere, valde irrisos fuisse, qui calceos gestarent majores pede. Habet etiam quædam huc pertinentia Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 199. Duck.

325. Dele τῶν. Bent. προστατεῖν verbum militiæ proprium: significat esse προστάτην. Ita appellatur, qui in acie stat præ alio et corpore suo illum defendit: inde ad omnis generis defensionem transfertur verbum. Sic in jure Atheniensium προστάτης est, qui in jure Romano est *patronus*. Patroni enim est προστατεῖν et defendere suum clientem. Cas. Versuum numeri in R. corrupti restituique debent antiqui, quos et Hermann. de Metr. p. 190. tuetur. Præterea signum interrog. post ῥητόρων reponendum, post πρῶτος ὢν colon. Mutaverat hæc jam Br.

326. ἁ. τ. ξ. τ. κ. Suid. ἀμέλγειν. Pors. Ἀμολγὸς Atticis significat, qui provinciales bonis spoliat, ut in hac scena. Veteres Latini *catillones* vocabant. Utitur in hac voce translatione eleganti a re pecuaria. Nam soliti pastores insciis dominis vaccas mulgere: [Theocr. iv. 3. Virg. Ecl. iii. 5. Dind.] inde Græce ἀμέλγειν *fraudare;* et in repub. Atheniensium ἀμολγὸς est, qui male rempub. tractat et fraudat. Ἀμέλγειν quasi ἅμα ἕλκειν, ἀμέλκειν, ut vetus Glossarium. Nos putamus, litteram α esse ascititiam, neque radicalem, ut loquuntur γραμματικῶν παῖδες. Et sane tum Græce μέλγειν dicunt, quum Lat. *mulgere,* sine α. [Ulterius hujus verbi etymologiam persequitur Lennep. Etym. p. 99. Diversæ autem metaphoræ sunt vv. ἀμέλγειν et κάρπιμος, quod ab arboribus translatum est. Dind.] Vox originis Syriacæ. *Melach* significat tollere pilos. Ponitur Atticis pro *spoliare, furto rapere,* ducta metaph. ab infidis pastoribus. Virg. 'Hic alienus oves custos bis mulget in hora.' Cas. ἀμέλγεις—τοὺς καρπίμους. Suidas: Ἀμέλγειν αἰτιατικῇ. Ἰδίως δὲ λέγεται ἀμέλγειν τὸ παρὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἀώρους τοὺς καρποὺς ἀποσπᾶν, ὅπερ οἱ κλέπτοντες ποιοῦσιν. Ἀριστοφάνης· Ἀμέλγεις τῶν ξένων τοὺς καρπίμους. Itaque ἀμέλγειν ut ἀμέργειν, h. l. non est *mulgere,* sed *decerpere.* Schutz.

327. πρῶτος ὤν. Supra v. 6. de Cleone: οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων. Berg. ὁ δ' Ἱπποδάμου. Hoc est, Archeptolemus, filius Hippodami, cujus nota probitas et merita in rempubl. Per hunc intellige omnes viros bonos. Cas. Suidas v. Λείβεται legit ὁ Ἱππόδαμος, prout legisse etiam Scholiastam veterem ex interpretatione ejus patet. Quare lectionem illam Aristophani restituendam puto. Kust. Sic (ὁ δ' Ἱπποδάμου) codd. Subaudiendum videtur υἱός, quæ frequentissima est ellipsis. Illone autem modo legas, an Ἱππόδαμος, ad leporem hujus loci perinde est. Brunck. Scholia: λυπεῖταί, φησιν, ὁ Ἀρχεπτόλεμος. Itaque in contextu subintelligeretur υἱός. In iisdem Scholiis aliter, λείπει δέ, ὁ ὀφθαλμός: ut sit, *lacrymis liquitur.* Berg. Fortassis Cleon Hippodami filium paternis

bonis spoliaverat, idque omnibus notissimum erat. Vuil.

328. μιαρώτερος. μιαίνεσθαι *inficere*. Apud Hom. μιαίνειν est *tingere*, quæ illi notio particularis. Cas. In Il. xvi. 797. xvii. 439. tamen usitata notio polluendi, fœdandi, obtinet. Dind.

329. ὥστ' ἐμὲ Brunckius. Dind.

330. πάρεστι δῆλος. Lege παρελθὼν δῆλος. Vid. Schol. Bent. καὶ πάρεισι. Sic optime membr. et C. Inepte vulgo πάρεστι. *Vincet te nequitia*, πάρεισί σε πανουργίᾳ. Pro αὐτόθεν perperam in membr. et in marg. cod. B. pro varia lectione est ἐνταῦθα. Brunck. αὐτόθεν propr. significat, *ex illo ipso loco;* et locum habet quum denotamus subitam ex aliquo loco profectionem. Generaliter ponitur pro *statim, sine mora, ex ipso conspectu.* Cas.

331. Lege ex Antistrophæ versu πανουργίᾳ deleto ἐν. Bent. Hic et sequens versus in unum conjuncti sic vulgo leguntur: ἐν πανουργίᾳ τε καὶ θράσει καὶ κοβαλικεύμασιν. Quodnam sit illius versus metrum, exspecto, qui me doceat. Præpositionem ἐν membr. non agnoscunt, nec C., versusque in hoc distincti, ut eos exhibui: πανουργίᾳ τε καὶ θράσει | καὶ κοβαλικεύμασιν. Prior dimeter est iambicus: alter trochaicus catalect. Alibi monui in κόβαλος α longum esse, quam prosodiam servant derivata. Vide et dimetire versum supra 270. Brunck. ἐν πανουργίᾳ θράσει τε— Pors. κοβαλικεύματα Vuil. reddit *Koboldstreiche.* κόβαλος, dæmon quidam ex opinione Atticæ plebis putabatur homines fraudibus et artibus suis ludere. Hinc de astutis et vafris illusionibus dicitur. V. Phot. in Κόβαλος et Κοβαλεία p. 129. 8. Vulgo reddunt *assentationes.* Dind.

333. Vulgo ὅθεν πέρ εἰσιν invenuste repetita in eodem versu particula περ. Similis erat menda in Vesp. 1050. Brunck. εἰσὶν, οἵπερ εἰσὶν dicitur de iis, quos nolumus palam vituperare. Cas. Dixit hæc Chorus conversus ad Agoracritum. Dind. ἀλλ', ὦ τραφεὶς, ὅθεν πάρεισιν. Nempe in foro mercenario, quæ quidem impudentiæ schola non sit deterior forensi rhetorum disciplina. Itaque supra quum ei, ut res publicas tractaret persuadere vellet, inter alia dicebat, ἀγοραῖος εἶ. Schutz.

334. οὐδὲν λέγει — Sensus: nihil valere bene et prudenter esse educatum. Dind.

336. ἐὰν δὲ μὴ ταύτῃ. In hac contentione Agoracritus pro ratione summa attulerat, sibi jus esse tractandæ reip. quia sit civis improbus. Nunc addit Chorus, si hæc ratio non sufficiat, illud addendum esse, quod sit malus malis prognatus. Facile poëta infelicitatem sui sæculi notat, quum Athenis summa rerum esset, non apud bonos bonis prognatos, sed contra. Cas.

337. ταύτῃ γ' ὑπείκῃ. Supra 271. ἐὰν ταύτῃ νικᾷ. Berg. Vulgaris versuum ordo est: Οὐκ αὖ — πονηρός εἰμι. Ἀλλ' αὐτὸ — διαμαχοῦμαι. ΧΟ. Ἐὰν δὲ — πονηρῶν. Eum sequutus etiam est Vuilandus. Sed rectius illud κἀκ πονηρῶν subjicitur verbis πονηρός εἰμι. Dind. In hac contentione Isiciarius pro ratione summa attulerat, sibi jus esse tractandæ reipubl., quia sit civis improbus. Nunc addit chorus, si hæc ratio non sufficiat, illud addendum esse, quod malus sit malis prognatus. Tacite poëta infelicitatem sui sæculi notat, quum Athenis summa rerum esset non apud bonos bonis prognatos, sed contra. Cas.

338. οὐ μὰ Δί': dele οὐ. Bent. [sic Hermann. de metr. p. 153. Dobr.] Dele οὐ. vide supra 336. Pors.

339. In aliis edd. recte post αὐτὸ et post εἰπεῖν commatibus distinguitur. Dind.

340. διαρραγήσομαι. Præ indignatione scilicet. Simili sensu vox illa accipitur apud Dion. Chrysost. Or. xi. de Concordia Prusæensium cum Apameensibus p. 498. [p. 164. T. ii. Reisk.]: καὶ πρότερον τινὲς ἀκούοντες διερρήγνυντο καὶ χαλεπῶς ἔφερον. Kust. Præcedentia verba gestu sunt adumbranda. Pronunciantur a Cleone et Isiciario conantibus invicem sese loco pellere: tandem cedit Cleon et ejulat. Διαρρήγνυσθαι propr. dicuntur ligna fissilia, quæ in duo secantur; transfertur et ad denotationem cruciatus magni, tum in corpore, tum in animo, ut hic. Sic apud Latinos *rumpere*, ut *rumpi invidia* ap. Martial. [ix. ep. 99. 1.] At apud Jurisconsultos *rumpi mula* dicitur [Alfen. in Dig. xix. 2, 30.], cui nimietate oneris dorsum rumpitur. Cas. ἐγώ σ' οὐ: lege σ' ἐγὼ οὐ. Bent. καὶ μὴν σ' ἐγὼ οὐ— Pors. καὶ μὴν ἐγώ σ' οὐ παρήσω. Ut versus justo tenore decurrat, legendum est: κἀγὼ μὴν σ' οὐ παρήσω. Kust. καὶ μὴν σ' ἐγὼ οὐ π. Sic scriptum oportuit. Vulgo corruptis numeris καὶ μὴν ἐγὼ σ' οὐ π. Disyllabum est ἐγὼ οὐ. Vide Add. ad Ran. 508. Non recte collineaverat Kusterus, infelix plerumque conjector, suadendo κἀγὼ μ. σ' οὐ π. Brunck.

341. Leg. πάρες πάρες πρός: Bent. Versus hic [e. vulg. lect.] integro pede brevior est, quem sic supplere poteris: πάρες μὲν οὖν πρ. τ. θ. etc. Sic quidem conjeceram, quum postea in cod. Vat. Palat. scriptum esse animadverti: πάρες, πρ. τ. θ. [Hæc scriptura integrum facit metrum, quod erat mutilum. Berg.] quod conjecturæ meæ haud gravatim præ-

fero. Kust. πάρες, πάρες — Sic tres codd. sicque jam dudum ediderat Bern. Junta. In Aldina, e qua ceteræ omnes edd. derivatæ, imperativus πάρες a poeta geminatus, semel tantum positus erat. Facilis erat medela ea ratione, quam tetigi supra ad v. 32. Diversam tamen quæsivit Kusterus, meliora postmodum edoctus a Vat. cod. qui nostris concinit. Vide quanti erat optimam illam Juntinam editionem consuluisse. Brunck. πάρες — αὐτῷ διαῤῥαγῆναι. Ridicule Chorus verba Agoracriti καὶ μὴν σ' ἐγὼ οὐ παρήσω aliter interpretatur, atque ille acceperat. Ille dixerat: *etiamsi tu disrumparis, ego tibi non concedam, ut prior dicas, non sinam.* Chorus vero intelligit *non sinam te disrumpi*, petit igitur ut eum disrumpi sinat. Schutz.

342. Lege ἐναντί. Bent. Vulgo sic legitur hic versus: τῷ καὶ πεποιθὼς ἀξιοῖς ἐμοῦ λέγειν ἐναντία; Tetrameter est acatalecticus, quo metri genere Comicum nuspiam usum fuisse modo dixi. Certissime emendo λέγειν ἐναντίον ἐμοῦ. Brunck. Cæterum errant ii, qui extremam iambici versus tetrametri catalectici arsin posse dissolvi putant; hoc enim horridum reddit numerum et ingratum auribus: nec unquam quisquam comicus istiusmodi versum confinxit. Talem Brunckii induxit temeritas versum 342. τῷ καὶ πεποιθὼς ἀξιοῖς λέγειν ἐναντίον ἐμοῦ; arsi ad extremum dissoluta. In antiquis vero exemplaribus scripta sunt — ἀξιοῖς ἐμοῦ λέγειν ἐναντία: in Brubachiano ἐναντί', quod reformari posset in ἔναντι, si melior ejus vocis auctor exstaret Triclinio ad Sophoclis Antigonam, v. 1298.: neque alia remaneret difficultas in sententia. Etenim oratio quoque vitio affecta est, non metrum solum. Idem enim illud λέγειν itidem proximis versibus alio longe significatu recurrit: quod secus esse debuit. Ille enim ipse Cleon, qui jam ridet, quibus tandem rebus confisus Allantopoles repugnare sibi adversario tam diserto audeat, idem mox impudentiam destringit Allantopolæ, qui repugnare iccirco se ausum profiteatur, quod ipse quoque ad λέγειν idoneus esse atque dicendi habere facultatem videatur: id ipsum autem posse eum, negat Cleon verbis, ἰδοὺ λέγειν. Ergo in illis superioribus pro λέγειν aliud vocabulum desideratur. Non est enim Attico scriptori consentaneum, ejusdem verbi iterum ac sæpius deinceps significationibus uti plane diversis ac dissimilibus, sine ullo sententiarum acumine: quasi vero tanta sit Græcorum sermonis inopia atque paupertas, qui oratione sunt omnium locupletissimi. Itaque scriptum ab auctore esse non sine aliqua probabilitate illud videor conjicere: τῷ καὶ πεποιθὼς ἀξιοῖς ἐμοῦ γ' ἐναντί' εἰπεῖν; Suam enim Cleon dicendi vim et copiam eximie ornat particula γέ pronomini adjuncta. Continuat autem Cleon verba Allantopolæ v. 337., a quibus discesserant, περὶ τοῦ πρότερος εἰπεῖν. Reisig. ἐμοῦ λέγειν ἐναντία libri omnes. Burneius in Monthly Review Sept. 1789. p. 253., Hermannus Elem. doctr. metr. p. 146. ἐμοῦ λέγειν ἔναντα Hotib. p. 62., Meinekius Cur. crit. p. 22. Similiter in Euripidis Orest. 1485. Pors. ἔναντα in quibusdam libris abiit in ἐναντία. Dind.

343. καρυκκοποιεῖν. Esculenta dividuntur in ea, quæ solemus esse, et ea, per quæ solemus esse; ut etiam Ulpian. notat D. de penu legata l. 3. Solemus esse ἐδέσματα, Lat. *cibos:* per quæ edimus, ἡδύσματα appellantur. Sunt sexcenta genera ἡδυσμάτων sive scitamentorum: in his καρύκη, cujus apud veteres et apud Hippocr. multa mentio. Etsi autem proprium genus condimenti in Lydia inventi sic vocetur: tamen ponitur pro omni condimento Inde καρυκκοποιεῖν. Cas. καρυκοποιεῖν. Sic in membr. scriptum, unico κ, ut et apud Suidam aliosque scriptores. In καρύκη per se longum est υ. Brunck. Ellipsin verbi εἰμὶ post οἷός τε illustrat Porson. Add. ad Eurip. Hec. p. 101. ed. sec. Lips. Dind.

344. Ἰδοὺ apud Atticos interdum adhibetur, quum aliquid tanquam stulte vel inepte et intempestive ab altero dictum reprehendimus et damnamus, uti h. l. Miratur enim Cleon temeritatem Allantopolæ, qui sibi peritiam dicendi arrogare audeat, qua eum prorsus destitutum esse per partic. ἰδοὺ significare vult. Sic Eccles. 133. quum femina concionatura potum posceret, Praxagora ei respondet, ἰδοὺ πιεῖν, *ecce vero bibere;* significare scilicet volens, minime ei bibendum esse. Et Thesm. 213. ἰδού γε κλέπτειν· νὴ Δία βινεῖσθαι μὲν οὖν. *Quasi vero suffurari: immo vero subagitari.* Et supra in hac ipsa fabula 87. ἰδού γ' ἄκρατον, *ecce vero meracum.* Vide etiam Pac. 179. ubi Mercurius Trygæo, dicenti ποῖ γῆς; respondet ἰδοὺ γῆς, indicare nimirum volens, inepte hoc ab eo dictum esse, quod phrasis illa inter homines, sive in terra, non vero in cœlo (quo Trygæus scarabæo vectus adscenderat) locum haberet. Kust. καλῶς γ' ἄν. Sensus: *ain' tu oratorem te esse?* Scilicet orator es et negotium propositum in plura capita divisum recte tractaveris pulcramque ex eo orationem concinnaveris. Cum risu hæc dicuntur, vel cum interrogatione, et vim habet negandi. Similis locus apud Persium Satyr. [iv. init.] qua increpat Neronem. Cas. Codex R. οὖν σοι

πρᾶγμα. Fort. σοι πρᾶγμα προσπεσόν τι. Dind.

345. ὠμοσπάρακτον est verbum artis coquinariæ, quo de industria utitur Cleon, ut alludat ad artem Isiciarii. σπαράττειν est *discerpere* in varia frusta. Cas. Propr. est crudum discerptum. Dind.

346. Scholiastes legit οἶδα *novi, scio:* altera lectio (οἶσθα) videtur Ἀττικωτέρα. Cas. ἀλλ' οἶσθ', ὅπερ πέπονθας præfixum est Scholiastæ annotationi, qui οἶδα legisse videtur. — ὅπερ πεπονθέναι μοι codex R. Dind.

347. Perstringit nonnullos suæ ætatis oratores, ut passim apud Aristoph., qui si vel mediocriter dicere poterant, magni oratores et dici et haberi postulabant. Δικίδιον est *parva causa*. Hoc autem significat, non statim laudem oratoris tribuendam ei esse, qui in re humili concinne dixerit. Μέτοικος est peregrinus qui Athenis habitat. Hoc dicit, quia ex institutis hujus reip. magna diversitas inter cives αὐτόχθονας et legitimos et μετοίκους, quorum dura fuit in multis conditio. Quin etiam in publicis festis quibusdam tenebantur supplicationes comitari, scapham s. scaphæ imaginem tenentes, ut hac veluti nota a cæteris civibus distinguerentur. Ergo adversus hos facile erat dicere. Cas. Sch. Townl. ad Ἰλ. Π. 59. μετανάστην: ἐν τῇ μασαλιωτικῇ καὶ τῇ ῥιανοῦ μεταναστεῖν· καὶ ἀκούουσι τὴν βρισηΐδα· ἐδόκουν δὲ ἀτιμότεροι εἶναι οἱ μέτοικοι· ὡς διὰ μοχθηρίαν τρόπων τὰς ἰδίας καταλιπόντες κατὰ ξένου μετοίκου ὁ κωμικός : — Pors.

348. τὴν νύκτα θρυλλῶν. [θρυλλεῖν est συνεχῶς λέγειν, ut Zonaras Lex. T. i. p. 1055. interpretatur. add. Phot. p. 74. Dind.] Graphice describit eum, qui meditatur orationem, et sese exercet, plane ut Euripides Electr. 909. Καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον Θρυλλοῦσ', ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σόν. Berg.

349. ὕδωρ τε πίνων. Id Demostheni objectum est. Proprie ὑδροπόται *abstemii* dicuntur, qui natura abhorrent a vino, Græce ἄοινοι. Sed causa studiorum veteres parcebant vino, quo respicit poëta. Cas. In eo etiam Demosthenem oratorem derisit Æschines. Demosthenes ii. Philipp. [p. 73., t. i. Reisk.] λέγοντας, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων, εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος. Pytheas ap. Athenæum ii. p. 44. [p. 170. t. i. Schweigh.] : ἀλλὰ τοὺς νῦν δημαγωγοὺς ὁρᾶτε, Δημοσθένη καὶ Δημάδην, ὡς ἐναντίως τοῖς βίοις διάκεινται· ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας, ὥς φασίν· ὁ δὲ πορνοβοσκῶν κ. τ. λ. Berg. Spanhem. ad Callim. h. in Pall. p. 582. [p. 660. ed. Ern.] scribit Aristophanem ὕδωρ πίνειν notare, ut miserorum ac egenorum: nam Scholiastem hoc exponere τουτέστι ταλαιπωρῶν. Non percepit mentem poëtæ, qui hoc vult, inexercitatos oratores, quum δικίδιον iis agendum est, eo quod imperiti sunt dicendi, multis laboribus ac vigiliis orationem vix ac difficulter componere ac studiorum causa, vino abstinentes, aquam bibere. Ita recte Casaub. Itaque, quod ait Schol. ταλαιπωρῶν non est, tamquam pauper aut miser, sed, ταλαιπωρῶν περὶ τὴν σύνταξιν τοῦ λόγου, et, ut Schol. ipse exponit, μετὰ πολλοῦ καμάτου συντάσσων τὴν δίκην. Duck. κἀπιδεικνύς. Interpres græcus, etsi longe doctissimus, [Hoc judicium nimis honorificum est, et ne eatenus quidem verum, quatenus scholia nostra non unius sunt interpres. Dind.] pueriliter tamen nonnunquam errat, ut, cum ἐπιδεικνὺς hic exponit de delaturis et calumniis. Sane vetus malum fuit, ut deferendis sæpe innocentibus multi quæstum facerent: sed aliud est δεικνύειν, aliud ἐπιδεικνύειν; illud significat, *deferre ad magistratum, dicam impingere*; hoc, *recitationem facere*, sive, amicis suis convocatis scripta recitare sua, more studiosorum veterum. Cas. ἀνιῶν Horat. [Art. Poet. 474.]: Indoctum doctumque fugat recitator acerbus. Berg. Verbum ἀνιᾶν in hoc uno loco apud Nostrum penultimam producere (ut apud epicos), ter corripere, notat Porson. ad Eur. Phœn. 1334. Dind.

351. Dixerat Cleon, Isiciarium factum esse abstemium, dum vult præter naturam prodire orator. Respondet Isiciarius, lubenter sciturum se, cujus liquoris potu tantum virium adquisiverit, ut solus rem tractans publicam omnes reliquos tacere cogat. Cas. Scilicet verba ita struenda sunt: τί πίνων πεποίηκας, ὥστε τὴν πόλιν κατεγλ. — σιωπᾶν. Dind.

352. μονωτάτου. Recepta sunt usu quædam nomina superlativi gradus sane contra rei naturam: nam ἐσχατώτατος Plautus *postremissimus* dixit, absurde, si rei veritatem spectes. Nam ultimo nihil ulterius. Talia multa Græci, cujus generis est μονώτατος. Nam proprie solus non est, quo alius mage solus est. Sed ad majorem ἐνέργειαν hæc nomina sunt excogitata; ut et αὐτότατος Græce, Lat. ipsissimus. Cas. κατεγλωττισμένην. γλωττίζειν est *lingua uti*, aut, circa linguam aliquid facere. καταγλωττίζειν ex usu Græcorum duo significat: vulgo est, lingua sua, i. e. loquacitate, velut obstupefacere et mutum reddere: sic tum hic, tum in Acharn. [380.] usurpat Aristoph. At ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς genus osculi appellatur καταγλωττισμός, cum more columbarum ori inseritur lingua. Vid. Polluc. [ii. 109.]. Cas.

Bisetus vocem hanc de mendo suspectam habet putatque, secundum vulgares Grammaticorum regulas scribendum potius esse καταγεγλωττισμένην. Sed viro illi docto non veniebat in mentem, Græcos non raro simplex tantum augmentum syllabicum in verbis adhibere. Sic apud Hesych. in serie sua Ἐγύμνασμαι habes pro γεγύμνασμαι, apud Suidam Ἀπεδημηκότες pro ἀποδεδημηκότες, apud Eustath. ad Il. I. p. 759. ed. Rom. Ἐξεγλυμμένος pro ἐκγεγλυμμένος; ut multa alia exempla passim obvia hic omittam. Confer interim Casaub. ad Athen. l. ii. c. 15. [p. 113. ed. Lugd. p. 375. Schw.] et Barnes ad Eurip. Hel. 639. Kust. Participium κατεγλωττισμένος occurrit Thesm. 131. sed diversa ac in hoc loco significatione, cognata scilicet nomini καταγλώττισμα, quo utitur Noster Nub. 51. Hic καταγλωττίζειν valet *obtundere, loquacitate attonitum reddere*. Brunck.

353. ἀνθρώπων τιν'; Brunck. Dind. ὅστις εὐθύς. Ubi manifeste prætulit se Cleon omnibus mortalibus, rationem reddit et sua magnifica facta deprædicat. Ille quidem impudentia de statu dejecerat ductores exercitus ad Pylum; sed poëta, id commemorans, licentia comica inserit, quæ testentur impuram hominis vitam. Cas.

354. θυννεῖα θερμά. Salsamentorum et ex materia et ex forma multa sunt nomina apud veteres: multa congessit Plautus in Captiv. θυννεῖα, subaudi τεμάχη, [Subintellige τεμάχη, i. e. *calida thynnorum frusta*. Frischlinus male: *thynni offam calidam*. Kust.] sunt frustra cetorum sive piscium majorum, quos thynnos vocant. Cas. ἐπιπιεῖν bibere post esum, ὑποπιεῖν subbibere. Id. ἐπιὼν Suid. Ms. θυνν. Pors. Schweigh. ad Athen. t. ii. p. 314. Dind. Ἀκράτου codex R. Vid. Dobr. ad Plutum 718. p. 90. Id.

355. κασαλβάσω. [Schol. λοιδορήσω. Brunck.] Verbum e trivio et purius loquentibus ἄῤῥητον. Volunt veteres deductum a καλεῖν et σοβεῖν, *vocare* et *ejicere*, s. *concutere*; ut his proprie conveniat, qui ridiculi causa ad se aliquem vocaverunt, et mox iterum deluserunt, tum iterum revocaverunt: quæ quum sint artes meretriciæ, in ea re hoc verbum positum invenitur sæpius: inde ipsæ dictæ κασαλβάδες. Generaliter, ut hic, pro *vexare*. Cas. κασαλβάσω. Quum κασαλβὰς sit prostibulum Eccles. 1106. κασαλβάζειν h. l. dicitur *contumeliosissime tractare*; apteque comparavit Schneiderus in lex. gr. h. v. phrasin Gallicam: *je m'en vais les fouttre*. Minatur autem Cleon se idem facturum, quod jam antea fecerat, ut in belli duces, qui ad Pylum res gesserant, inveheretur, eorumque laudibus detraheret. Suidas h. l. citato: Κασαλβάσω, λοιδορήσω. Schutz.

356. Versum hunc et duos sequentes adducit Athenæus l. iii. c. 14. p. 94. [t. i. p. 368. Schw.]. Kust. Jactationi de perditis ducibus ad Pylum opponit Isiciarius non minus confidentem jactationem, se perditurum rhetorum quantum est, et nominatim Niciam virum in repub. potentem, de quo passim historici. Cas. ἤνυστρον. Alia animalium ruminantur, i. e. μηρυκάζουσιν, alia non. Quæ non ruminantur, unicum ventriculum habent, in quem per œsophagum i. e. stomachum, cibus immittitur. At ruminantium ut minor facultas est mandendi cibi (nam hæc fere alterum tantum dentium ordinem non habent), ita dedit illis natura solers non unum sed triplicem aut quadruplicem ventriculum, in quos cibi veluti seponuntur, in aliis plus digesti. Vocat Philosophus l. iii. de partib. anim. c. 14. et alibi hos ventriculos his nominibus: κοιλία, κεκρύφαλος, ἐχῖνος, ἤνυστρον. Latini proprium vocabulum non habent. Id. Redditur ἤνυστρον *omasus*. Photius p. 57. explicat: τὸ παχυμερὲς τοῖς κοιλίαις ἔντερον, ᾧ εἰς τρία τέτμηται ἡ γαστήρ. Add. Suid. et Zon. Lex. t. i. p. 990. ubi hic noster locus laudatur, etiam Etym. p. 432. Dind. Ἐγω δ' ἤνυστρον Suidas, Zonaras, codex R. Cum reliquis libris consentit Athenæus.—Ad ὑείαν in codice R. adscriptum est οἰείαν. Id.

357. καταβροχθίσας. βρόχθη *guttur*. Hoc verbum dicitur de eo, qui avide aliquid comedit et re aliqua se ingurgitat. Persius [Sat. v. 112. ubi v. Casaub.] *glutonem* vocat: λάρυγξ sive φάρυγξ proprie est asperæ arteriæ caput; et λαρυγγίζειν est propr. circa illam partem aliquid facere. Comice ponitur hic pro, vomendo conspurcare, vel, prehenso larynge jugulare. Cas. *Guttur præcidere* ab aliis redditur, *die Kehle zuschnüren* ap. Vuil., qui recte monet in seqq. alludi ad Niciæ timidum ingenium, quod conturbari facile potuit. Dind. ἄτ' ἐπιπιὼν Suid. edd. ἀναπόνιπτος. κατ' ἐποποιὸν Ms. Pors. Codex R. κᾆτ' ἐπιπιών. Dind. Ἀναπόνιπτος. Vulgo ἀναπόνιπτος vertitur *illotus* et cum sequentibus verbis conjungitur, quod sane explicatu difficile est. Mihi videtur ἀναπόνιπτος copulandum esse cum verbis ἐκπιὼν τὸν ζωμόν, ut significet eum jusculum avide et uno eodemque haustu et sine intermissione bibere, adeo ut ne os quidem detergendi spatium sibi sumat. Suidas h. l. exscripto Schol. citat v. Ἀναπόνιπτος. Schutz. καταβροχθίσας. Suidas e Schol. ad h. l.: Καταβροχθίσας, ἐκροφήσας, κατα-

πιών. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀθρόως ῥοφουμένων καὶ ἀπλήστως λέγεται τὸ καταβροχθίσας, addito h. l. Schutz.

358. Versus hujus mentionem facit Plutarchus in Nicia p. 525. ed. Francof. [c. 4. p. 344. t. iii. Reisk.]. Kust. Hunc versum citat Plutarch. in Nicia p. 210. ed. Bryan. λαρυγγιῶ, καταβοήσομαι τῶν ἄλλων ῥητόρων, ἢ τὴν φάρυγγα αὐτῶν ἐκτεμῶ. In præc. v. comma poni debuit ante ἀναπόνιπτος, quod nomen cum λαρυγγιῶ construi debet, non vero cum ἐκπιών. Brunck. καὶ Νικίαν ταράξω. Cur hoc? cum Nicias et Demosthenes hic ab ejus partibus stent. for. καὶ σφηκίαν ταράξω: ut Vesp. 229. σφηκίαν διασκεδῶ. Sed de Nicia adolescente Rhetore vid. Eccl. 428. ὅμοιος Νικίᾳ. Athenæus p. 94. in utroque loco agnoscit Νικίαν. Bent.

359. Atticum loquendi genus ἤρεσάς με pro μοι. Elegans illud οὐ προσίεταί με pro, *non admitto*. Cas. Suidas V. Προσίεται locum hunc ita exponit: προσίεται, ἀρέσκεται, προσδέχεται. Ἀριστοφάνης· τὰ μὲν ἄλλα μ' ἤρεσε τῶν πραγμάτων· ἐν δ' οὐ προσίεταί με. Ἀντὶ τοῦ, οὐ πείθει με, ὅτι μόνος τὸν ζωμὸν ἐκροφήσεις. Quædam hic in versu turbata sunt, quæ ex ipso Arist. facile restituas. Kust. Hinc forsan in Hesychio legendum, ii. p. 817. Οὐ προσίεταί με, ubi μοι vulgatur. Pors. τὰ μὲν ἄλλα μ' ἤρεσε τῶν πραγμάτων, ἐν δ' οὐ προσίεταί με, ὅτι ὡς μόνος τὸν ζωμὸν ἐκροφήσεις Suidas v. προσίεται t. iii. p. 199. Dind.

360. ἐκροφήσει Elmsl. ad Acharn. p. 93. ed. Lips. Dind. lege μόνον. At μόνος Suid. in Προσίεται. Bent.

361. Loci hujus meminit Athenæus l. vii. c. 17. p. 311. [t. iii. p. 139. Schweigh.] καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι μνημονεύει ὡς διαφόρων γινομένων τῶν περὶ τὴν Μίλητον λαβράκων, ὅταν οὕτως λέγῃ· Ἀλλ' οὐ λ. κ. Μ. κλονήσεις. Kust. In dramaticis scriptoribus personæ perversæ sententiam mire pervertunt: cujusmodi error primum est admissus. Nam vetustissimus et doctiss. Scholiastes non animadvertens, versum hunc esse Cleonis et desiderari initio Κλ. quæ nomen Cleonis indicant, frustra æstuat. Atqui Cleon ista loquitur, qui ut ostendat se potentiorem Isiciario, illius ventri et jusculis opponit lupos et quidem Milesios. Apud vett. Græcos in tanta præstantia erant pisces, ut commune nomen ὄψον sibi vindicaverint. Nam ὄψον et ὀψάριον in Evangelio piscem denotant; et ὀψωνεῖν non cibum præstinare, sed piscem: tanti illi piscem faciebant contra quam hodie. Porro inter pisces *lupi* excellunt, Græc. λάβρακες dicti propter immensam voracitatem, quam et os vastum testatur, et pisciculi, qui in ipsis exenteratis reperiuntur: *lupum* Lat. vocant. Porro Milesii lupi in pretio erant; quo alludit poëta, quasi dicat Cleo, se, ut commode lupos Milesios edat, expeditionem adversus Milesios suscepturum. De his Athenæus. Cas. Puto cum Cas. hæc a Cleone dici hoc sensu: *Tu quidem, talibus cibis devoratis, dicis, te hoc et hoc facturum: sed Lupis piscibus devoratis non poteris turbare Milesios: ego vero potero.* [Ut κλόνος, Homer. vocabulum, est ταραχή, θόρυβος (Phot. p. 127.) ita κλονεῖν valet, conturbare, perturbare. Dind.] Ut infra 1187. quum Isiciarius ad populum dixisset: παρ' ἐμοῦ δ' ὅλον γε τὸν πλακοῦντα τουτονὶ (λαβέ)· Cleon ad Isiciarium dicit: ἀλλ' οὐ λαγῷ' ἕξεις ὁπόθεν δῷς, ἀλλ' ἐγώ. Cæterum in h. l. luporum piscium et Milesiorum simul facit mentionem, quia circa Miletum erant egregii Lupi, teste Schol. et Athen. vii. p. 311. Berg.

362. σχελίδας. Nomen Græcanici macelli, ubi victimarum carnes propriis nominibus appellantur, aliis fere quam apud Anatomicos. Σχελίδες sunt *costæ*. Cas. Attice pro σκελίδας. v. Pierson. ad Mœrin in Σχινδαλμός. Hesychius utramque formam enotavit. σκελὶς, τὸ ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἕως τοῦ ὑπογαστρίου. σκελίδες, τὰ περιμήκη τμήματα. σχελίδες, κρέα ἐπιμήκη τετμημένα· οἱ δὲ πλευρίδες. Brunck. Hanc formam et Photius p. 413. habet, explicans τὰ πλευρίδια κρέα, Seitenstücke. Dind. ὠνήσομαι μέταλλα i. e. metalla redimam, argenti fodinas Laureoticas, et si quæ aliæ fuerunt, quas hinc excolerent Athenienses. Significat se opes magnas coacturum redemtione vectigalium et aliorum publicorum bonorum. Cas.

363. ἐπεισπηδῶν. Ms. Vat. Palat. ἐπεισπεσών. Kust.

364. Φύσκη est intestinum crassum, quod ad cibos admoturi coqui prius inflant: quo respiciens isiciarius obscœniuscule hic jocatur. Cas. Glossæ: Φύσκος, *botulus*. Berg. Add. Etym. M. p. 802. Hesych. Suid. et Zonar. Lex. ii. 1828. Dind. Efficacius dicitur σοι, quod Brunck. tacite edidit. Nam in Kust. et Bergl. edd. legitur σου. Id. φύσκης affert ex h. l. Philemon. Lexic. technol. p. 114. Id. Suidas: Φύσκη, τὸ παχὺ ἔντερον, εἰς ὃ ἐμβάλλεται ἄλευρα, καὶ κρέα, καὶ μάττουσιν ἐξ οὗ γίνεται ὁ ἀλλᾶς. Schutz. [In a quarrel between two Athenian demagogues, Cleo and a certain sausage-maker, the latter says to his adversary, ἐγὼ δὲ κινήσω γέ σοι τὸν πρωκτὸν ἀντὶ φύσκης. The verse would, perhaps, be more appropriate to the business of the man, if read thus, ἐγὼ δὲ κενώσω σοί γε πρωκτὸν τοῦτον ἀντὶ φύσκης. He threatens Cleo

with a bastinado so severe, as to produce on his intestines the effect mentioned in the Thesmophoriazusæ, v. 570. τὴν σησαμοῦνθ' ὃν κατέφαγες, τοῦτόν σε χεσεῖν ποιήσω, and so to qualify them by their emptiness, for the composition of sausages. The word τοῦτον is pronounced δεικτικῶς, or is accompanied with a more insolent action. John Seager in the *Classical Journal*, No. iv. p. 715.]

365. ἐξελῶ σε τῇ πυγῇ. Sic Suid. ed. Ms. κύβδα. [Similis plane variatio Lysist. 460. ubi Junt. et Rav. οὐκ ἐξέλκετ', i. e. ουκ ἕλκετ' (ξε). Dobr. in Addendis.] Imo edd. πηγῇ. Mendose Suidas v. κύβδα, τῇ πηγῇ. Idem mendum apud Georg. Lecapen. Ἐπιμερισίαις Mss. fol. 114. b. Ἰσχία. αἱ μετὰ τὰς ὀσφῦς σαρκώδεις προβολαί. γλουτοὶ καὶ κογχῶναι, τὰ μετὰ τὰ ἰσχία, ἤγουν τὰ περὶ τὴν πηγὴν (l. ΠΥΓΗΝ) ὑπερέχοντα. Eadem varietas est apud Suid. i. 40. v. ἀγροῦ πηγή. Archestrat. Athenæi vii. 19. p. 320. C. Vide ad Orest. 1234. Pors. τῆς πυγῆς. Vulgo τῇ πυγῇ. Genitivum adfirmant membr. in quibus scriptum τῆς πυγμῆς. Non suismet ipsius natibus impulsum isiciarium se ejecturum minatur, qua ratione dativus τῇ πυγῇ locum haberet: sed ait se prehensis isiciarii natibus eum extracturum foras, vel se isiciarii nates impellendo eum ejecturum. Proinde hoc nomen in genitivo poni debuit ex linguæ indole. Sic infra 772. καὶ τῇ κρεάγρᾳ τῶν ὀρχιπέδων ἑλκοίμην ἐς Κεραμεικόν. Brunck. In plerisque edd. ita legitur hic versus: ἐγὼ δέ τ' ἐξελῶ σε τῇ πυγῇ θ. κ. Brunck. tacite γ' edidit pro τ' ex membranis τῆς πυγῆς, quibus concinit Ms. R. Recte atque ordine. Sed ex isto Ms. R. in textum ἐγὼ δ' ἐξελέγξω σε τῆς πυγῆς θ. κ. intulit — Invernizius, nescias metrine an sensus majore commodo. Quantillum erat, si codex ille præstantissimus in viri vel mediocriter docti manus incidisset, ex vitiosa lectione, iisdem litteris manentibus, veram elicuisse: ΕΓΩΔΕΓΕΞΕΛΞΩ σε τῆς πυγῆς θ. κ. scripserat prior librarius ΕΓΩΔΕΞΕΛΞΩ in textu, deinde in margine duas litteras ΕΓ reponendas notavit. Postea alter scriba prioris monito morem gesturus erat, sed qua in parte textus eas reponeret, plane nesciebat. ~~Dind.~~ Recte Brunck. Sed ipsa hæc versio *extracturum* eum ducere poterat ad verissimam Porsoni emendationem ἐξέλξω pro vulg. ἐξελῶ. ἐξελῶ esset *impulsis te natibus ejiciam*. Huic rationi autem male responderet κύβδα. Si quis autem aliquem prehensis ejus natibus extrahit, (ἐξέλκει) id vix aliter fieri potest, quam ut pronus in caput volvatur, quod significat κύβδα; quod etiam Suidas h. v. exponit κύπτοντα. Præterea lectio ἐξέλξω confirmatur Chori responso, κἀμέ γ' ἆρ' ἧνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς. Schutz. κύβδα adverbium a κύπτειν *inclinare, pronum esse*, ut ἐξελῶ σε κύβδα sit, ἐξελῶ σε ἐπικλινῆ. In Lysistr. 575. ἐκ τῆς πόλεως ἐπικλινεῖς ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηρούς. De κύβδα v. ad Thesm. 496. Berg. κύπτειν est, pronum esse in terram. Inde adv. κυβδα pro eo, quod aliter dicitur, κάτω κάρα, quod ad majorem ignominiam servari solitum in suppliciis. Sic legimus in sceleratissimum quemque sic animadversum; et in beatorum martyrum historiis aliquot exempla, ut D. Petri. Ad quam consuetudinem respicit Cleon. Interdum κύβδα aliud significat, ut ap. Athen. Cas.

366. Νὴ τὸν Ποσειδῶ. Distinctione hæc separanda a sequentibus et gestu verba adjuvanda. Chorus, i. e. Equitum grex, stans ab Isiciario, audiens minas Cleonis in illum quem se rapturum ait, parat se ad pugnam et gestu composito ad ictum inferendum jurat per Neptunum, sese tuiturum Allantopolam. Cas. [Videtur tamen obscœni quid subesse, quod et antecedentia et ἕλκειν puto indicare. Dind.] Lege κἀμέ γ' ἕλκε τοῦτον ἧνπερ ἕλκῃς vel κἀμέ γ' ἕλκ' ἧνπερ. Bent. Κἀμέ γ' ἆρ'. Male vulgo κἀμὲ γάρ. Quod alibi dixi, γὰρ sæpe in γ' ἄρ' vel γ' ἆρ' mutandum esse, id palam ostendit metri in hoc versu lex, quæ librorum γὰρ prorsus respuit. Brunck. κἀμέ γ' ἆρ'. Reisig. κἀμὲ γὰρ ἧνπερ. L. ἐάνπερ ut videtur legisse Scholiastes. Pors. κἀμὲ γάρ, τοῦτόν γ' ἐάνπερ ἕλκῃς Reisig. i. p. vii. κἀμὲ γάρ, ἧνπερ τοῦτον ἕλκῃς edd. ante Kusterum. κἀμὲ γάρ, ἧνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς Kusterus tacite: quod ex Scholiaste ad v. 334. petitum est. Dind.

367. στρ. 469. ἀντιστρ. Bent. Scholiastes legit mutato spiritu οἷον i. e. *solum te vinciam*. Sine dubio minus fideli libro usus. [οἷον etiam ap. Kust. et Bergl. legitur, sed Bergl. vertit: *quibus modis* — Dind.] Familiaris est locutio Græcis, quum magnitudinem rei declarare volunt. Respicit autem ad duriores catenas, quarum in carcere erat usus. Diserte Jurisconsultus monet, pro gravitate et qualitate criminis gravioribus aut tenuioribus vinculis esse utendum. Diversitatem catenarum Plautus quoque notat in *Captivis*. Ξύλον est in scriptoribus Atticis instrumentum torquendi aut certe impediendi facultatem eundi. Non enim semper vincti in hoc ligno torquebantur, sed compediti servabantur ad tormenta: ideo Scholiastes ausus dicere ξύλον esse carceris genus, verius addit, sic lignum vocari, quo pedes

Pors. ad Or. 1234.

et crura torquebantur, alio nomine ποδοκάκη vel ποδοστράβη. Cas. Male Frischlinus: *Solum alligabo te palo.* Ξύλον enim non significat hic *palum*, sed *nervum* sive *vinculum pedum*, ut Schol. recte. Glossæ veteres: *Nervus*, ξυλοπέδη. Eædem Glossæ Græco-Latinæ: Ξυλοπέδη, *nervus*. Sed res est satis nota. Kust. Alias cum præposit. ἐν, ut infra 392. et 701., ubi Cleon ad eumdem istum: ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σὲ νὴ τὸν οὐρανόν. Et cum præpos. εἰς Lysistr. 683. ἐς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι, ubi v. Not. Sine præpos. hic in Eqq. 1045. δῆσαί σ' ἐκέλευε πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ. Berg. δήσω 'ν τῷ ξύλῳ Elmsl. ad Acharn. 348. p. 108. ed. Lips. Dind.

368. δειλίας. Subaudi ἕνεκα, quod in hoc loquendi genere perpetuum est. Διώκειν ὕβρεως persequi aliquem ob illatam injuriam; διώκειν αἰκίας, dicam impingere alicui propter factam contumeliam; vel κακώσεως, i. e. malæ tractationis, quæ erat actio uxoris contra maritum. At δειλία nomen est actionis [δειλίας γραφή. v. Petit. Leg. Att. p. 666. Dind.] quæ intendebatur in eos, qui in acie fugissent aut clypeum projecissent vel arma amisissent, aut etiam vestem. Nam etiam jure et Græco et Romano gravissime in hos animadvertebatur. Cas. Suid. διώξομαι. Pors.

369. Βύρσα. Corium sic vocat, puta bovinum: hic accipitur contumeliose pro *cute*. Atqui cutis humana ne pellis quidem vocatur, nedum corium. Juvenalis de sene fœdo et deformi dixit [Sat. x. 192.], 'deformem pro cute pellem.' Ait se vivum excoriaturum esse Isiciarium et ejus pelle usurum loco tapetum, quibus sellæ et subsellia substernebantur, ut notat Ulp. Alludit autem ad populorum consuetudinem, quibus hæc crudelitas erat in usu, ut ex Herodoto apparet: sed eximie morem hunc Persarum, quo illi usi erga sanctos martyras, narrat Agathias. Cas. θρανεύσεται [θράνος sedile et quidem honestius, ut ex Pluto [545.] apparet. θρανεύειν est, sedile aptare. Cas.] Suidas: ἐκταθήσεται. θράνον γὰρ τὸ ὑποπόδιον, ὅπου τὰ δέρματα ἐκτείνεται. Brunck. Hinc corrigendus Zonaras Lex. i. p. 1055. ubi θρανεύεται legitur, et hic ipse locus laudatur. Dind. Rectius cum Scholiaste et Suida h. v. exponas: *corium tuum in scamno extendetur, et pulsabitur*, coriariorum ritu coria subigentium. Prorsus ut Germani: *ich will dir das Leder gerben.* Schutz.

370. Suid. δερῶ. Pors. θύλακον κλοπῆς. Quem volunt Græci valde deditum alicui rei, eum vocant saccum, ut de heluone θύλακος ἐδεσμάτων *saccus cibi*. Cas. Verum hæc significatio ab hoc loco aliena: θύλακος κλοπῆς est saccus in quo furta reconduntur. Itaque recte Scholiastes hac paraphrasi exponit: ἐκδερῶ σε, ὥστε ἀπὸ τοῦ δέρματός σου (sic enim rectius ap. Suidam legitur pro σώματος) θύλακον ποιῆσαι εἰς ὑποδοχὴν κλέμματος. Eodem modo Strepsiades in Nubb. 441. ait se nihil recusaturum, quo minus ex se detracta pelle culeum faciant, quod ille appellat ἄσκον δαίρειν. Schutz.

371. πατταλεύειν est *paxillo figere*; διαπατταλεύειν est, distendere rem et paxillis affigere. Sic soliti olim fullones vestes siccandas 'διαπατταλεύειν, ut est apud Apuleium; sic et coria, quum parantur, paxillis affixa distenduntur. Notandum in toto hoc loco improbos hos cives convicia petere ex vocabulis suæ artis. Cas. Suidas: Διαπατταλευθήσῃ χαμαί. ἀπὸ τῶν τὰς βύρσας διατεινόντων· Σημαίνει δὲ τὸ διερευνᾶν καὶ ζητεῖν ἐπιμελῶς. ἢ Διαπατταλευθήσῃ, ἀντὶ τοῦ ἐκταθήσῃ χαμαί. τὰς γὰρ βύρσας ἐκτείνοντες ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα μὴ συνάγοιντο, ἢ συστέλλοιντο ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καύσεως, κατὰ τὰ ἄκρα παττάλοις κατακρούοντες, ἐκτείνουσι. Cf. Scholiastem ad h. l. quem Suidas exscripsit. Schutz.

372. κατασκευάσω Suid. ed. ms. περικ. Pors. περικόμματα. Quam belle Isiciario hoc convenit! Significat se minutatim cæsurum Cleonem. Περίκομμα est artis coquinariæ nomen: *minutal* Latine dixeris. Simillimum est apud Plautum, *fartum facere ex hostibus*. Apud Theophrastum in Charact. ita ζωμὸς accipitur; ut appareat plebis Atticæ ista esse loquendi genera. Cas. Suidas: Περικόμματ' ἐκ σοῦ κατασκευάσω. τὰ ὑπὸ τῶν μαγείρων περιαιρούμενα τῶν κρεῶν· ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Κόψω σοῦ τὸ σῶμα. Germani similiter: *Ich will dich in Kochstücken zerhacken.* Schutz.

373. τίλλειν est *purgare, vellere*; ut cum de corio parando pili velluntur. Est etiam lacerare in frusta; unde τιλτὸς vox Chirurgorum Græcorum (Gall. *charpie*), velut decermina telæ, ad faciendum quem vocant μοτὸν, qui immittitur in plagas. Cas. Olim vulg. περιτιλῶ præstare videtur, quum indicet, undique evellere. Dind.

374. Leg. πρηγορῶνα. Bent. Guttur vocant Græci γαργαρεῶνα, voce Hebr. In avibus *ingluvies*, qua cibum congerunt, πρηγορεῶνα vocarunt. At iste coquus sic loquitur de Cleone, tamquam de victima aut ave, quam cæsurus esset in usum mensarum. Cas. σου γε 'κτεμῶ codex Ravennas. Dind.

375. καὶ νὴ Δί'. Demosthenis sunt

verba, qui captus suavitate locutionis coquinariæ, qua usus Isiciarius continuat in eadem metaphora et ait omnino sic faciendum et tractandum esse Cleonem instar suum. Mos est eorum, qui sues emunt, explorare prius an morbo illo teneantur, quem Græci *χάλαζαν* vocant, quasi dicas grandinem. Nam grana quædam grandini similia interdum in suilla carne videntur. *χαλαζᾷν* Græce dicuntur hoc morbo affecti sues. Lat. vocabulum *struma* fortasse hic locum habet. Nam Plinius [viii. 77. ubi tamen vid. Harduin. et Schneider. Ind. Scriptt. Rei Rust. iv. 437. qui ostendunt strumas et *χοιράδας* esse scrophulas. *χάλαζα* autem est, quæ nostris Finnen. Cf. Foes. Œc. Hipp. p. 674. Hinc *χαλαζᾷν* v. 381. non est, strumas habere, sed, tubercula, finnig seyn. Dind.] de morbis suum loquens *χαλάζας* s. *χαλαζώσεως* non meminit, *strumæ* meminit. Adde quod *strumas* Græci medici *χοιράδας* vocant. *ἐμβαλόντας*. Alludit ad morem immittendi palum vel aliud lignum in porcinum rostrum, ut exploretur sanitas. Cas. In Thesm. 229. *τί κέκραγας; ἐμβαλῶ σοὶ πάτταλον, ἢν μὴ σιωπᾷς*. Berg.

377. *εἶτα δ'* codex Ravennas. (Conf. infra ad v. 606.) Veterrimæ editiones, Aldina, Juntina I. II. *εἶτα γ'*: recentiores *εἶτά γ'*. Dind. Suid. *ἐξείραντες*. ubi *ἐκκοψόμεθα* pro *σκεψόμεσθ'*. Pors.

379. *ἐκκοψόμεθα* Suidas v. *ἐξείραντες* t. i. p. 770. Dind. *σκεψόμεσθ' εὖ κἀνδρικῶς κεχηνότος τὸν πρωκτόν*. Wielandus facetissime vertit:

und wenn wir
dann von einem Mundloch bis zum
andern durchsehn, wird sichs sicher
zeigen, ob er finnig ist.

Et sic fere Scholiastes: *ἀνδρικῶς δέ, ἀντὶ τοῦ ἀνεπικωλύτως, ἅτε τῆς γλώττης προεξειρημένης καὶ μὴ ἐμποδιζούσης τὴν θέαν*. Ad hanc vero rationem legendum esset: *σκεψόμεσθ' εὖ κἀνδρικῶς | κεχηνότ' ἐς | τὸν πρωκτόν, εἰ χαλαζᾷ*. Ut nunc autem legitur *χαλάζας* tantum *ἐν πρωκτῷ* se quæsiturum ait; significatque ficos s. mariscas. Schutz.

382. Ita Hermann. de Metr. p. 190. ad strophæ modum correxit: *ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα | θερμότερα, καὶ λόγοι | τῶν λόγων ἐν πόλει | τῶν ἀναιδῶν ἀναι- | δέστεροι· καὶ τὸ πρᾶ- | γμ' οὐκ ἄρ' ἦν φαῦλον ὧ- | δ'. ἀλλ' ἔπιθι καὶ στρόβει, | μηδὲν κ. τ. λ.* Proverbium est, quo uti licet, quum dicemus, viro aliqua re præstantissimo alium præstantiorem esse repertum. Proprie quidem igne calidius nihil est, sed est tamen ignis igne calidior, cujus rei causam docet Theophrastus lib. de igne. Ex densitate aut raritate materiæ lenior aut gravior fit ignis. Cas.

383. *λόγους* vocat rationes administrandæ reip. vel se gerendi in administratione reip. [Imo sunt h. l. dicta, convicia, quibus antea Allantopola vicerat Cleonem. Dind.] Sensus est: Cleone impudentius nihil fingi posse putabamus; et ecce impudentissimo Cleone impudentior est Isiciarius. Cas.

385. Leg. *οὐκ ἄρ' ἦν*. Vid. Schol. Bent. *οὐκ ἦν φλαῦρον*. Id est, placet mihi concertatio ista inter hos duos, qui de impudentiæ palma inter se certant. Hæc Equites, qui Isiciario contra Cleonem favebant. Ideo adjiciuntur sequentia, quibus incitatur magis magisque Allantopola. Cas. *οὐκ ἄρ' ἦν*. Mediam voculam, in impressis omissam, exhibent tres codices, omninoque recipi debuit, quum absque ea versus stare non possit. Trimeter est, ut præcedens, constans e tribus creticis. Brunck. qui ita versum dedit: *καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἄρ' ἦν φαῦλον ὧδ'*. Dind. L. ex Scholiaste ob metrum *οὐκ ἄρ' ἦν*. Pors. *καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἦν φλαῦρον ὧδ'*. Deest syllaba: non enim sunt tres cretici, quos esse ait Scholiastes. Forte *οὐκ ἂν ἦν*. Duck. *οὐκ ἄρ' ἦν φλαῦρον* Scholiastæ annotationi præfixum in editione Aldina. Lacunæ signa post hunc versum posuimus, stropha indicium faciente. Dind.

386. [Hæc ad Isiciarium conversus chorus dicit. Dind.] *στροβεῖν* propr. est verbum fullonicum. Solent enim fullones pannum, quem acceperunt poliendum, versare et agitare super instrumento dentato, quod vocatur *στροβεύς*. Propterea notant veteres, *ἕλκειν* esse verbum similiter fullonicum. Vide Suid. et parœmiographos Græcos. Hic ponitur, pro, versare et agitare vehementius vexandi causa. Cas. *ἔπιθι*. Sic Suid. ms. *στρόβει*. Pors. [*ἄπιθι* ed. Med. Dobr.] Id est, *quod semel suscepisti, id serio et sedulo exsequere*. Tacite poeta saluberrimum consilium politicum suggerit Equitibus, quos nititur incitare ad perdendum Cleonem. Monet igitur, aut non inchoandam rem esse, aut ad exitum usque perducendam. Historiæ confirmant passim necessitatem hujus præcepti, et nobile ejus exemplum in cæde Julii Cæsaris, quæ aut tentanda non erat, aut bono publico occidendi præcipui ex ejus comitibus, maxime autem Antonius. Propterea exclamat Cicero in illis sapientissimis ad Atticum epistolis [xiv. 12. ep. 691. ex ed. Schutz.] *ὦ πράξεως καλῆς μέν, ἀτελοῦς δέ*. Contra Octavius, ut notat Suet. [Octav. c. 27.] et alii, proscriptioni sero et invitissimus subscripsit,

sed ubi semel subscripsit, omnium crudelissime eam exsequutus est. Cas. Thucydides viii. [c. 15.]: πολλὴ ἦν προθυμία καὶ ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδέν. Idem ii. [c. 8.] ὀλίγον τε ἐπενόουν οὐδὲν ἀμφότεροι. Idem vii. [c. 59.] καὶ ὀλίγον οὐδὲν ἐς ὀλίγον ἐπενόουν (in nulla re quicquam parvum animo agitabant). Ibid. in fine [c. 87.] κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες καὶ ὀλίγον οὐδὲν κακοπαθήσαντες (nec ulla in re leviter afflicti), πανωλεθρίᾳ δὴ, τὸ λεγόμενον, καὶ πεζὸς καὶ νῆες καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀπώλετο. Berg. μηδὲν ἔλαττον codex R. Eandem scripturam commemorat Scholiastes.—πόει edd. ante Brunckium. Dind.

387. ἔχεται μέσος. Translatum e palæstra. Luctatores dum putant facile se antagonistam dejecturos, eum medium prehensum tenent. Cas. Scholiastes: metaphora a luctantibus, qui adversarios medios prehendunt. Comicus Nub. 1043. ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σε μέσον ἔχω λαβὼν ἄφυκτον. Berg. Leg. ἐάν. Bent.

388. μαλάξῃς. Verbum est artis coriarii. Nam coria molliuntur, ut ad opus facilius admoveantur. Melius autem post vocem αὐτὸν virgulam posueris. προσβολὴ est concursus duorum exercituum, qui mutuis telis se impetunt. Ponitur pro congressu. Hic autem sensus est: Si in hac fabula fortes se Equites ostenderint, faventes poetæ, qui Cleonem traducebat, omnino fore, ut in congressione, si Cleonem in jus vocarent, ignavum et metus plenum illum experirentur. Cas. [Imo hoc sibi vult: si in hoc impetu, qui nunc in eum faciendus est, subegeris, timidum invenies. Dind.] ὡς ἐὰν νυνὶ [ut Br. ed.]. Perperam vulgo, ruente versu, ὡς ἂν νυνί. Brunck. ὡς ἐὰν ob metrum. Idem mendum in Comici incerti fragmento citato in Schol. MS. ad Eurip. Orest. 234. apud Valkenær. Diatrib. xxi. p. 229. ita legendo. Ὁ πρῶτος εἰπὼν, μεταβολὴ πάντων γλυκύ, Οὐχ ὑγίαινε, δέσποτ'· ἐκ μὲν γὰρ κόπων Γλυκεῖ' ἀνάπαυσις, ἐκ δ' ἀλουσίας ὕδωρ, Καὶ τἄλλα δὴ τοιαῦτ'· ἐὰν δ' ἐκ πλουσίου Πτωχὸς γένηται, μεταβολὴ μὲν, ἡδὺ δ' οὔ. Ὥστ' οὐχὶ πάντων ἡ μεταβολὴ δὴ γλυκύ. Pherecrates apud Athen. viii. 3. p. 335. A. Μηδέ ποτ' ἰχθῦν, ὦ Δευκαλίων, Μηδ' ἐὰν (non ἂν) αἰτῶ, παραθῇς μοι. Pors. ἐν τῇ προσβολῇ. Casaubono post αὐτὸν virgula distinguendum videbatur, ut ἐν τῇ προσβολῇ intelligatur de prima congressione, si Cleonem in jus vocarent. Schutz.

390. Cleonem poeta non erat ausus persona exprimere, ut ante dixit: ita variis descriptionibus ad designandum Cleonem utitur. Hic allegorice narratur tota historia rerum ad Pylum gestarum per Cleonem. Cas.

391. κᾆτ' ἀνὴρ ἔδ. Respicit illam audacem vocem Cleonis, cum ausus est promittere populo Athenn., se viginti diebus rem confecturum ad Pylum, si legitimis ducibus imperium antiquaretur. Nec defuit tam impudenti pollicitationi: fecit enim, quod erat pollicitus. Pylum inquam expugnavit, et CCC inde captivos abduxit, qui Athenis in carcere, pædore et squalore ac illuvie misere perierunt. Cas. Euripides in Alcest. 957. Ἰδοὺ τὸν αἰσχρῶς ζῶνθ' ὃς οὐκ ἔτλη θανεῖν, Ἀλλ' ἣν ἔγημεν ἀντιδοὺς ἀψυχίᾳ Πέφευγεν ᾅδην· κᾆτ' ἀνὴρ εἶναι δοκεῖ (et tamen se virum putat esse. Terentius Eun. Act. iv. Sc. 7. [v. 15. ex ed. Bentl.): Sane qui tibi nunc vir videtur esse, hic nebulo magnus est. Berg. ἀλλότριον ἀμῶν θέρος. [Allegoria, qua significatur Cleonem alieno labore, i. e. Demosthenis, partam gloriam in se transmovisse. Vide initium Notarum. Berg.] Proverbium est. Ἀμᾶν est metere. Fuit olim in usu improbitas quædam certorum hominum, qui alienas fruges in sua horrea detorquebant, quod vel manifesta vi faciebant, metentes per vim ubi non severant, vel artibus magicis in eam rem utebantur, teste Leg. xii. Tab. 'Si quis fruges excantassit.' Nam *excantare* est, magicis artibus auferre vero domino. Inde natum proverbium: *alienam messem metis;* i. e. debitam laudem alterius virtuti occupas. Simile proverbium ap. Petronium [c. 131. Satyr. p. 806. Burm. qui cf.]: 'aliis leporem excitare.' Pertinent huc Virgiliani versus: 'Sic vos non vobis' etc. θέρος autem non est messis proprie, sed æstas: sed hæc nomina confunduntur. Sic ὀπώρα et autumnum et autumnales fructus significat; sic contra πόα i. e. herba, apud Sophocl. pro *anno* ponitur. Cas. Suidas ἀλλότριον ἀμᾷς θέρος, ἐπὶ τῶν τὰ ἀλλότρια καρπουμένων. Potest videri huc respexisse. Sed Interpretes ibi nihil monent, cum in ἀμώμενοι locum designent. De hoc proverbio vide, præter Erasmum, Nansium ad Nonni Evang. Joh. c. iv. v. 186. et Spanhem. ad Call. h. in Cer. 138. Duck.

392. τοὺς στάχυς. Intelligit milites captivos ex Sphacteria, quos pretio reddere volebat Cleo Lacedæmoniis, ut infra etiam v. 467. indicat. Berg. [Idem monuit Casaub. Dind.] Suid. in Ἀμώμενοι habet λέγεται: an leg. γλίσχεται: sed βούλεται idem in Ἀφαύει. Bent. Mutile et mendose Suid. v. ἀμώμενοι. ex Sch. ad Eccl. 146. ut et v. ἀφαυανθήσομαι. Pors.

393. Αὔειν est *siccare*, cum tenui in op-

timis libris semper et confirmantibus Græcis Grammaticis; et tamen ἀφαύω, non ἀπαύω dicimus. Sic in Ran. (194.) Αὐαίνου λίθος. Cas. Illi captivi macie et squalore conficiebantur in vinculis diuturnis. Berg. Ἀποδόσθαι vendere, περιδίδοσθαι sponsionem facere. Cas. Non activum, sed medium, habere hanc vendendi notionem docet Dawes. M. Cr. p. 241. s. Dind. κἀποδόσθαι βούλεται. Exprobratur Cleoni eum captos e Sphacteria milites pretio reddere voluisse Lacedæmoniis, ut infra etiam v. 467. indicat. Berg.

394. Significat Cleon sibi paratum præsidium in senatu Atheniensi, adversus quem aliquid moliantur. Ait igitur: *dum vivet senatus.* Sic ap. Hom. [Iliad. I. 88.] Achilles: οὔτις ἐμεῦ ζῶντος. Cas.

395. Facete non *populum*, sed *populi personam* dicit. Significat populum in administratione reipub. instar obtinere personæ histrionicæ, id est, nullo loco esse. Cas. μακκοᾷ. Suidas h. v. ἀνοηταίνει, [Conspectum esse Demon sedentem conjicit Vuil.] ἐνεόν ἐστιν. ἔφαμεν δὲ, ὅτι ἡ Μακκὼ ἐνεὰ ἦν. Hinc corrigendus Scholiastes, qui pro ἐνεόν ἐστιν habet ἐν ἔθει ἐστιν, ubi Kuster. edidit: ἐν ἤθει ἐστίν: sine ratione. In primis autem notandum apud Suidam illud ἔφαμεν δέ, quod manifestum præbet argumentum, exscripta ab eo esse Scholia, non Scholiasten sua ab eo descripsisse: nam quod hic ait ἔφαμεν δέ, pertinet ad v. 62. Duck. Wielandus ingeniose conjicit, scenam ita conformatam fuisse, ut spectatores aperto ædium ostio personam Demi sic, ut hic describitur, sedentem aspicere possent. Neque tamen hoc ex ipsis poetæ verbis ita consequitur, ut certum et indubitatum sit. Vide supra ad v. 62. Schutz.

396. ὡς δέ. ὁ δὲ Suid. ed. ms. ἐρύθημα. παρεστ. πᾶν om. Suid. v. ἐρ. non παρεστ. Pors. ὡς δὲ πρὸς | πᾶν ἀ | ναιδεύεται. Schol. ad v. 381. rationem horum metrorum exponens, ait primum et secundum esse trochaica dimetra acatalecta, et illud in quarta sede iambum habere, hoc in tertia: nec tamen constat metrum illius versus, quem hic adscripsi; nam prima sede creticus est. Suidas in Παρεστηκότος legit ὁ δὲ πρὸς πᾶν etc. qua ratione anapæstus erit in prima sede, quod admitti potest. Duck. Distinctionem versuum ab Inv. factam et respondentem ei, quæ 322. ss. fuit, probavit Hermann. de Metr. p. 190. Dind. Ἀναιδίζεσθαι ex Aristophanis Equitibus affert Antiatticista Bekkeri p. 80, 30., quod ad hunc locum retulit Lobeck. ad Phrynich. p. 758. Recta horum versuum distinctio debetur codici R. Vulgo: ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδεύεται, | κοὐ μεθίστησι τοῦ χρώματος. | Dind.

397. μεθίστησι. Sic Suid. ed. ms. Pors. s. κοὐ μεθίστησι τ. χρ. Eurip. Alcest. 172. — οὐδὲ τοὐπιὸν Κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν (nec venturum malum mutabat cutis pulcram speciem). Berg. παρεστηκότος. Ad verbum: *qui semel illi obortus est.* Sed Græci in multis pro præsenti tempore præterito utuntur. Notat ut certum impudentiæ argumentum quod colorem non mutarit. Natura sic comparatum est, ut sensum pudoris prodamus vultu, sanguine eo adscendente. Atque hoc Domitianus cum sibi naturale esset ut facile ruberet, in argumentum modestiæ homo sceleratissimus solitus sibi adscribere. Cas. τοῦ π. τοῦ om. Suid. ms. v. παρ. Pors.

398. εἴ σε μὴ μισῶ—κώδιον. [Summum odium suum profitetur in Cleonem, et ait: priusquam odium in te ponam, extrema pati velim et turpissima. Cas.] Scholiastes Pind. ad Pyth. iv. 410. ex hoc loco Arist. observat, veteres somni capiendi causa in pellibus cubasse. Verba ejus hæc sunt: ἄφθιτον δὲ στρωμνὴν εἶπε τὸ δέρος τοῦ κριοῦ, τὸ κώδιον. οἱ γὰρ ἀρχαῖα ὑπεστρώννυντο τὰ κώδια· ἀφ' οὗ καὶ κῶμα, ὁ ὕπνος· διὰ τὸ ἐπὶ κωδίων αὐτοὺς κοιμᾶσθαι· Ἀριστοφάνης· Ἤν σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον. Vide etiam Suid. v. Κώδιον, qui itidem loci hujus meminit. Ceterum miror, illud ἐν non solum in omnibus edd. vulgatis, sed etiam apud Pind. Schol. l. c. et Suid. v. Κώδιον occurrere, cum tamen corruptum sit et Ms. Vat. Pal. ejus loco recte adhibeat ἄν Kust. [Suspectum mihi erat illud ἐν et conjeceram ἐν, inductus verbis Schol γενοίμην οὖν, φησιν, εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνου κώδιον. Nam ἐν Κρατίνου est, εἰς τὴν Κρατίνου οἰκίαν. Sed præferenda est lectio Ms. ap. Kust. ἄν, γενοίμην ἂν usitata ratione loquendi apud Græcos, qui optativo hanc particulam addere solent. Duck.] *Nisi te odi, fiam una de pelliceis stragulis Cratini.* γενοίμην optativus est, eam significationem habens, a qua denominatur, qua quum pollet, particulam ἂν nunquam adsciscit, quæ optativum potentialem semper comitatur. Ajax apud Sophocl. [Aj. 550. ad q. l. cf. Lobeck.] filio suo dicit: ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος. Optat. Si diceret γένοι' ἄν, longe diversus esset sensus, neque is sic absolutus: *Fieres patre fortunatior*, si tale quid vel tale contingeret. Hoc norunt tirones, qui primoribus labris Græcam eruditionem adtigerunt. Quis igitur Kusterum non miretur, tam diversas modi illius significationes confundentem? Tres Regii

codd. recte habent ἐν: et si centum forent, omnesque haberent ἄν, id nihilo minus rejiciendum esset. Mox v. 412. (414.) ἤ μὴ παραγενοίμην optat, nec ἂν comitem habet. Similis locus est infra 767. Acharn. 151. exemplaque passim obvia. Vide quæ notavi ad Eurip. Phœn. 514. Brunck. γρ. ἐν Κρατ. κώδιον. Κώδιον proprie est pellis lanata ad usum culcitæ. Pelles enim hujusmodi substernebant, unde κώδιον a κεῖσθαι, veteri verbo pro *dormire* s. *cubare*. Inde ap. Homer. [Il. I. 606.] κακκείοντες ἔβαν *dormituri iverunt*. Cratinus hic poeta Comicus insignis fuit, qui passim Aristophani notatur ut vinosus; et dicitur solitus lecto immeiere suo ex nimia videlicet vini potatione. Obiter igitur illum traducit poeta, ut sequenti versu Morsimum, Philoclis poetæ filium, poetam et ipsum et tragicum oppido ineptum et insulsum. Cas. Scholiastes: ἵνα κατασήπωμαι ἐνουροῦντος αὐτοῦ. Quod iste immeieret velleribus in lecto sibi substratis, fiebat ex immoderato potu; ejus vinolentiam tangit Comicus Pac. 700. Cæterum similiter se devovit aliquis apud Alexidem: — εἴ τινας μᾶλλον φιλῶ ξένους ἑτέρους ὑμῶν, γενοίμην ἔγχελυς (fiam anguilla), Ἵνα Καλλιμέδων ὁ κάραβος πρίαιτό με. Ex Athenæi L. vii. p. 340. [p. 254. t. ii. Schw.] Berg. ἐν προβάτου Suid. ms. κώδιον. sed mox Κρατίνου ut vulgo. Vide Opusc. p. 33. γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον. "I must question whether this can signify *una de pellibus Cratini*. L. Bos's emendation ἐν Κρατίνου (Animadv. p. 8.) seems to me to admit of no doubt." Porson's review of Brunck's Aristophanes. Museum Criticum No. v. June 1815. p. 122-3. Schol. κακώσεως αὐτῷ δίκην Kuster. ad Suid. v. κώδιον. Pors. ἐν libri omnes. ἐν Scholiastes, ut videtur, L. Bosius Animadv. p. 8., Porsonus in Censura p. 575.; Elmsleius ad Acharn. p. 300. ed. Lips., Schæferus ad Gregorium Cor. p. 46., Coraius ad Plutarchi Vit. t. i. p. 455. ἂν codex Vat. Pal. Dind.

399. Μορσίμῳ Suid. in Κώδιον. at Μορσίμου in Μόρσιμος. Bent. Μορσίμου. Quam malus poeta Morsimus fuerit, facete innuit, quod etiam facit Ran. 151., ubi in stercoream paludem demersos ait Hercules, qui Morsimi orationem aliquam descripserint: ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο. In eum et fratrem Melanthium acerrime invehitur in fine Parabasis Pacis. Erat autem par illud fratrum tragico etiam poeta natum, Philocle, cui non magis quam filiis pepercit Comicus noster. Vide Thesm. 168. Vesp. 462. Brunck. Suidas v. Μόρσιμος locum hunc Comici sic enarrat: καὶ διδ. τουτέστι ἐκβαλοίμην καὶ συριττοίμην, ὡς ἐκεῖνος. πονηρῶν γὰρ ὄντων αὐτοῦ τῶν ποιημάτων ἐν ἀρᾶς ἔθηκε μέρει. Kust.

400. Versum hunc et quinque sequentes citat Suidas v. Ὦ περὶ πάντα. Kust. Duo dicit chorus hoc loco: alterum est, quod sordes objicit Cleoni. Nam duorum priorum versuum sensum uno verbo expresseris: ὦ δωροδόκε, *o muneribus corrupte*. Alterum est, quo declarat odium publicum et omnium futurum gaudium, si dejiciatur Cleon. Cas. Περὶ πάντα ἐπὶ πᾶσι. Objicit sordes in capiendis muneribus: nam munera non semper quidem rejici debent; sed recte Juriscons.: δῶρα οὔτε πάντα, οὔτε παρὰ πάντων οὔτε ἐπὶ πᾶσι sunt probanda. Cujus contrarium disertim hic tribuitur Cleoni. Sermo autem est allegoria mixtus. Sic enim loquitur de Cleone quasi de fuco vel vespa floribus omnibus insidente, unde mel apes eliciunt; sed vespæ omnia in alimentum suum convertunt. O tu, inquit, omnibus floribus insidens, dum lucrum undique captas. Ne esset obscurum, quid flores vocet, interpretatur ipse poeta πράγματα δωροδόκα, [At rectius post πράγμασι comma ponitur, ut δωροδ. cum ἄνθεσι jungatur, quod epitheton debebat ad Cleonem referri, unde Bergl. vertit: munera captans sessitas ut apis in floribus. Dind.] id est, negotia publica, quibus se immiscet Cleon, munera undique venans. Abusive vocat negotia δωροδόκα, *munus captantia*. Non enim negotiis id nomen convenit, sed hominibus sordidis. Ductum nomen a δῶρον et δέχεσθαι. Cas.

402. Loci hujus meminit Suidas v. Εὖρες. Kust. Ἐντιθέναι est *immittere*. Proprie significat, *bucceam in os indere*, unde ἔνθεσις *buccea*. Sed h. l. *bucceam* vocat illam amplam fortunam, quam consecutus erat Cleon. φαύλως i. e. nullo negotio et præter meritum, quod verbum bis repetendum, εὗρες φαύλως, ἐκβάλοις φαύλως. Cas. [Jam in ὥσπερ inest notio voc. φαύλως: utinam ita facile, ut parasti, ejicias bucceam. Dind.]

403. Mos fuit veterum, maxime Græcorum, in convivio post sedatam famem primam varie se oblectare vel canendo vel propositis gryphis ad solvendum vel recitatis veteris alicujus poetæ versibus; quod vocabant ῥῆσιν εἰπεῖν. Nunc ait, si dejiciatur Cleon, se tum demum in convivio cantaturum carmen Simonidis, cujus erat principium: Πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς. Sciendum est fuisse peculiare genus carminis conviviis apti, quod vocabant σκολιόν: sed, fueritne hoc carmen *scolium*, incertum est, et Græcus interpres contrarium suadet. Cas. Σκόλια hoc est Convi-

valia carmina Græcorum, metris suis restituta et animadversionibus illustrata præmissa disquisitione de hoc genere carminis edidit Carolus David Ilgen, Jenæ, 1798. 8. ubi de nominis causa p. lxxxv. ss. dictum est, et de Simonidis carminibus decantatis p. clvi. monitum. Hic autem Simonideus versus ibi non legitur. Dind.

404. πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς. Frischlinus male: *bibe cum calamitatibus.* Sensus est: *bibe genioque indulge ob res lætas et prosperas.* Συμφορὰ enim est vox mediæ significationis, et interdum de fortuna prospera dicitur. Hinc interdum jungitur cum epitheto ἀγαθός, ut v. 652. et in Lysistr. 1278. ubi συμφοραῖς ἀγαθαῖς. Kust. Argumentum odæ Simonideæ, cujus principium ex ipsis verbis hisce patet. Nam hortatio fuit ad liberaliorem vini potum et genialem vitam. Συμφορὰ est nomen μέσον, i. e. mediæ significationis et eventum modo lætum modo tristem significat: vulgo tamen *calamitatem* notat. Hic, ut recte Schol. notat, pro re læta ponitur. Nam sensus est: *Nunc bibendum est et genio indulgendum, rebus ita lætis.* Cas. Acerbo sarcasmo Chorus utitur in Cleonem, si illud ᾄσαιμι τότ' ἂν μόνον cum Scholiaste sic intelligas q. d. ᾄσαιμι σοι; quasi eum invitaturus, ut ob fortunam illam, ironice sic dictam, bibat. Potest tamen etiam sic explicari: illam calamitatem tuam sic lætarer, ut me ipsum ad bibendum carmini illo invitarem. Schutz. Est Simonidis versus, quem Scholiastes ita scriptum exhibet: πῖνε, πῖν' ἐν ταῖς συμφοραῖς. ἐν non debebat in ἐπὶ tacite mutari ab Gaisfordo p. 393., qui Scholiastæ verbis utitur. Dind.

405. τὸν Ἰουλίου. More suo poëta semper aliquem perstringit. Hic sugillat civem aliquem Atheniensem, quem vocat Julii filium, senem et πυῤῥοπίπην. Scholiastes legit παιδοπίπην. Id esset, amori puerorum delicatorum deditum. Sed Eustath. legit, ut nos. Πυῤῥοπίπης comicum nomen est, fictum imitatione vocis Homericæ παρθενοπίπης: sic dicitur summo vati, [Iliad. xi. 385. ubi tamen Heyn. t. vi. p. 188. non *speculatorem puellarum* sed omnino *virum mulierosum* dici censet. Dind.], qui oculos molles, et, ut Persius loquitur, *patrantes* in puellas defigit. Παρθενος *virgo;* ὄπτω et ὀπίπτω *video* significat. Inde etiam παιδοπίπης dicitur, et civem hunc Atheniensem sive Aristophanes sive potius Cratinus πυῤῥοπίπην [πυροπ.] vocavit, ut quidem Scholiastæ placet, tamquam Prytaneum observantem, quod panes Prytaneo ministraret. Immo vero, ut putamus, quod esset dardanarius et publicam calamitatem arctioris annonæ ad proprium quæstum observaret. Hi sunt quos Latini *annonam flagellare* dicunt. Varro [Plin. H. N. xxxiii. 13, 57.]. Præterea videtur poëta sordes et avaritiam hinc objicere, ut hic sensus sit: Si perierit Cleon, futurum, ut etiam ille avarus, qui soli opum quærendarum studio incumbit, frontem tamen porrigat et præ gaudio pæanem aut aliud carmen canat. Cas. πυῤῥοπίπην Scholiaste legit παιδοπίπην. Eustath. in Il. H. p. 679, 39. πυῤῥοπίπην. Eam vocem et sententiam, quæ in his versibus esse possit, satis aperte exponit Cas. Mihi tamen suspectum est hoc τὸν Ἰουλίου: quod vertunt *Julii filium;* nam hoc nomen ætate Aristoph. in Græcia notum fuisse, nusquam legi. Forte hic latet aliquid de patria Simonidis, qui Ἰουλίτης fuit, e Iulide Cei: quem πυῤῥοπίπην ob avaritiam dicere potuit, cujus nomine male audiebat. Nam et πυῤῥοπίπης *avarum* notare potest, si sequimur Cas. Posset igitur legi τὸν Ἰουλιήτην τ' ἂν οἴομαι, cum dactylo in tertia sede: nam prima in οἴομαι corripi potest, ut in ποιῶ. Ita sensus esset: si hoc accideret, ut Cleon periret, et ipse canerem hoc Simonidis, πῖνε-συμφοραῖς: et ipse, si viveret, non modo hoc, sed hymnos ac pæana præ nimio gaudia caneret. Sed hæc conjectura est non valde firma. Interim τὸν Ἰουλίου mihi non satisfacit. Apud Suidam est πυῤῥοπίπας h. v. Duck. οἶμαι γ. πυροπίνην τῆς θέντ' ἰηπασῶν νῆσαι Suid. Ms. in ὦ περὶ π. ut videtur. πυροπίπην in v. Ms. Pors.

406. καὶ παιῶνα δή. Suid. ἰὴ παιωνίσαι in Ὦ περὶ πάντα e Schol. γρ. παιωνίσαι ἢ ἡσθέντ' ἰὴ παιῶν' ᾆσαι. Antiphanes apud Athen. p. 508. Ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων Τούτων περάνῃς τὸν Τελάμωνα μηδὲ τὸν Παιῶνα μηδ' Ἁρμόδιον. Bent. Ἡσθέντα καὶ Παιῶνα δή, καὶ B. [Παιῶνα. Inter Apollinis cognomina est *Pæon* sive Pæan, cujus varia adfertur etymologia: vid. Athen. lib. ult. (c. 16. p. 696. et c. 20. p. 701. Cas. s. T. v. p. 549. et 569. Schw.) Ab hoc nomine et genus certum carminis est denominatum, quod proprium fuit Baccho (imo Apollini), nec sine impietatis crimine poterat alii argumento aptari. Βακχέβακχον. Est aliud genus carminis Baccho proprium, sic, ut videtur, dictum propter intercalarem versum, quo sæpius repetebantur illa verba, Βάκχε, Βάκχε. Cas.] Versus hic apud Suidam v. Ὦ περὶ πάντα rectius sic legitur: Ἡσθέντ', ἰὴ παιωνίσαι καὶ Βακχέβακχον ᾆσαι. Παιωνίζειν autem idem significare quod παιανίζειν, i. e. Apollinem celebrare hymno, (cujus initium esse solebat ἰὴ Παιὼν vel ἰὴ Παιὰν), vel Lexica vulgata te docebunt. Kust. ἡσθέντ' ἰηπαιωνίσαι καὶ βακχέβακχον ᾆσαι. Sic optime apud Suid. legitur in ὦ περὶ πάντα. Nec multum abs-

cedit membr. et C. scriptura, *ἡσθέντ' ἰὴ παιῶν' ᾆσαι καὶ βακχέβακχον ᾆσαι.* Librariorum error manifestus est et ad metri normam sane quam facile corrigi poterat. Impressorum lectio inficeta est: *ἡσθέντα, καὶ παιῶνα δὴ, καὶ βακχέβακχον ᾆσαι.* Brunck. Βακχέβακχον ᾆσαι Zonaras ii. p. 326. explicat *εὐφημῆσαι τὸν Διόνυσον.* Dind.

408. Sensus est: Si me a vobis impudentia sinam vinci, fateor indignum me fore, qui arcear a sacris Jovis Forensis. [*Διὸς Ἀγοραίου.* In foro fuit hujus Jovis statua, teste Schol. Infra 498. *καὶ σὲ φυλάττοι Ζεὺς Ἀγοραῖος,* ubi v. not. Berg.] Mos fuit, si quis scelus aliquod admisisset, ut a publicis sacris arceretur; quod de Gallis testatur Cæsar in Comment. [de Bell. Gall. vi. 13.] De Græcis multa sunt testimonia. Erat enim nefas, ad aquam lustralem, quæ pro foribus templorum habebatur, accedere homini *μιαρῷ*, et polluto aliquo scelere, quod *μίασμα* vocabant. Sed peculiaris fuit ratio arcendi a sacris alicujus dei eum, qui illum offendisset, puta arcanis religionibus proditis aut alia re. Eo respicit Cleon. Jupiter Ἀγοραῖος prudenter a veteribus foro fuerat consecratus, ut in ipsa rerum tractatione religionis admonerentur. Sic magnus Augustus, ut senatorum religionem majorem redderet, instituit, ut non ante in senatu sederent, quam sacrificassent: vide Suet. [Octav. c. 35.]. Sed improbitas Atheniensium, quam maxime in foro exercebant, augustum justitiæ locum in invidiam vertit. Nam h. l. poëta sacris Jovis Forensis interesse ponit pro, omnis impudentiæ et calliditatis esse mystam. *Σπλάγχνα* proprie *intestina.* Et quoniam ad rei miserandæ conspectum naturaliter commoventur interiora nostra, *σπλαγχνίζεσθαι* ponitur pro, *misereri* et *miserari.* Hic vero *σπλάχνα* appellantur epulæ paratæ de reliquiis victimarum. Ritus fuit olim, ut post peractum sacrificium de partibus, quas non adoleverant, convivia celebrarent. Est vero observandum antiquissimos homines adolere solitos opima quæque victimæ; sibi reservabant intestina, tronculos, pedum *ἀκροκώλια* et id genus minutias; quæ vocabant una voce *σπλάγχνα*: unde est apud Comicum veterem *σπλάγχνοισι συγγίνεσθαι,* et h. l. *σπλάγχνοισι παραγενέθαι,* quod proprie significat, tali epulo interesse. Atqui scimus ex Clemente Alex. et Athenæi multis locis, mutatis moribus contrarium prioris consuetudinis obtinuisse. Nam in honorem diis vescas et male habitas victimas, sibi ad convivia illa sacra opimas victimas parabant, aut, si non erat victimarum diversitas, vilissimas quasque partes adolebant, opima quæque comedebant, et tamen nomen vetus remansit. Cas.

409. *Κόνδυλος* vox origine non Græca. Græce ictum pugni significat. Jurat Isiciarius per *κονδύλους*, quasi hoc ipso denotans, se ab ipsis incunabulis sordide et non liberaliter esse educatum. Puerilis castigatio et liberis et vernulis communis, sed modus diversus. Scutica liberi, baculo aut alio quovis modo servi castigabantur. Est autem hic *ἀναιδείας ἀγών*, contenduntque Isiciarius et Cleon, uter impudentius se educatum et vixisse hactenus sordidius probaturus sit. Cas. Axionicus Comicus apud Athen. vi. p. 239. [p. 420. t. ii. Schw.] *πληγὰς δ' ὑπέμενον κονδυλίων καὶ τρυβλίων Ὀστῶν τε*—Loquitur autem parasitus. Berg. Contra notissimas metricas leges recepit Inv. scripturam cod. R. Restituenda igitur est vetus et proba lectio: *ἔγωγε, νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς*—Ne dici quidem recte potuit *ἐπὶ τοῖς πολλοῖς.* Dind. *πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς.* Vel *πολλὰ* accipe pro *πολλάκις* vel refer ad *κονδύλους*, ut sit *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, quasi præcessisset *κόνδυλα.* Nam et utroque genere reperitur hæc vox. Intellige autem Isiciarium inter coqui alicujus discipulos primos ætatis annos egisse. Multa Comici veteres apud Athenæum de hujusmodi coquorum discipulis. Cas.

410. Pollux x. 104. pro [vulg.] *μαχαιριδίων* in h. l. legit *μαχαιρίδων.* Kust. Reponendum *μαχαιρίδων*, mollius sic fluente versu. Quin vera sit ea lectio, dubitationem omnem eximit Pollux. Sic ille x. 104. *μαγειρικὰ δὲ καὶ κοπίδες, καὶ δορίδες, καὶ μαχαιρίδες. Ἀριστοφάνους γοῦν ἐν Ἱππεῦσιν ὁ μάγειρος λέγει· Μαχαιρίδων τε πληγάς.* Brunck. Eadem forma usus est Eupolis, teste Phot. Lex. p. 183. Scriptura cod. R. *ἐκ παιδίου*, ab Inv. recepta, ideo præferenda videtur, quod ita vitatur similis terminatio vicinorum vocabulorum. Nam *ἐκ παιδίων* non minus bene dicitur quem *ἐκ παιδίου.* Dind.

411. Male vertit interpres ad Suid. v. *ἀπομαγδαλία. πλὴν ὑπερβ.* Suid. Ms. v. *ἀπομαγδ.* Pors. *ἢ μάτην.* Sensus est: Si vincar a te, frustra operam luserunt impudentiæ magistri, quibus puer operam navavi, quum me veluti canem educarunt. Cas. In omnibus libb. legitur *ἢ μάτην γ' ἄν*, unde, quam aliam lectionem significaverit Inv., nescio. Dind.

412. *Ἀπὸ μαγδαλιᾶς* [ol. vulg.] etiam legit Schol. vetus. At Suidas rectius una voce *ἀπομαγδαλίας.* Verbum *σιτεῖσθαι* enim cum Accusativo apud Græcos construi solere vel pueris notum est. Quid autem sit *μαγδαλιὰ* vel *ἀπομαγδαλιὰ*, Lexica vulgata lectorem docere poterunt.

Kust. *Μάττειν* est *abstergere*. Inde *μαγδαλιὰ* ex consuetudine Græc. nominatum panis frustrum, quod quisque in mensa habuit sibi appositum, ut eo pro mantili uteretur. *Mantile* Græce *χειρόμακτρον* dicitur: sed Græci diu linteaminum, tum in aliis rebus tum ad usus mensarum, usum ignorarunt; inde necessitas *μαγδαλιᾶς*. Componebatur ex farina furfuris plena: in eam digitos adipatos vel cultros abstergebant; deinde cum mensas tollerent, canibus objiciebant. Cas. Cf. Zonar. in Ἀπομαγδαλία, t. i. Lex. p. 243. Redditur: panis quo manus absterguntur; Abwisch-Brocken Vuil., des pâtées Francog. Dind. ἀπομαγδαλιὰς σιτούμενος recte Suidas in ἀπομαγδαλία. Vulgo divisim et mutata constructione ἀπὸ μαγδαλιᾶς. Sed verbum σιτεῖσθαι cum quarto casu jungitur, quod perite observavit Kusterus, in eo reprehendendus, quod sinceram lectionem in textu non reposuerit. Vulgatam agnoscit duobus locis ad Odyss. Eustathius, prava codicis sui scriptura deceptus, p. 1887, 51. τοῦ δὲ ἀπομάσσειν παράγωγον καὶ ἀπομαγδαλιά, ἡ παρὰ τῷ Κωμικῷ μαγδαλιά. Et p. 1857, 17. ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου μάσσειν καὶ ἀπομάγματα καὶ ἀπόμακτρα, τὰ ἀποκαθάρματα. καὶ μαγδαλιὰ παρὰ τῷ Κωμικῷ. παρὰ δὲ ἄλλοις καὶ ἀπομαγδαλία καὶ ἀπομαγδαλὶς, ψωμὸς, εἰς ὃν ἐκματτόμενοι τὰς χεῖρας μετὰ δεῖπνον, ἔῤῥιπτον κυσί. Brunck.

414. *κυνὸς βοράν*. Apud Homer. [Il. 1, 159.] *κυνώπης* valet *impudens*, pro quo dixit idem vates [Il. 1, 225.] *κυνὸς ὄμματ' ἔχων*. Hic vero *canino cibo vesci* non sine specie proverbii dixit poëta de pessima educatione et sordidissima. Apud Varronem [Gell. Noct. Att. xiii. 30.] *caninum prandium* aliter accipitur, quum est, quod edas, non est, quod bibas, aut aqua propinatur. Cas. *κυν. βορ. σ. τ.* Citat Thomas Mag. v. Τρέφομαι. Cæterum ad fulciendum metrum post *σὺ* inserenda est partic. *γε*, ut legatur *μάχει σύ γε κ.* Kust. —In membr. scriptum, *μάχει σὺ κεφάλῳ*, duabus, seu potius, ut reor, tribus deficientibus syllabis. Non enim video, qui in *κυνοκεφάλῳ* penultima produci possit. Scripserat Comicus, *μάχει σύ γε κυνοκεφάλῳ*, qua ratione constant versus numeri, siquidem tribrachys loco iambi ante syllabam catalecticam ponitur. Brunck. Inter species simiarum sunt *κυνοκέφαλοι*, quibus comparat se Cleon et merito. Nam cum cæteris generibus mitior natura, in *κυνοκεφάλοις* est efferatior, inquit Plin. Dind. H. l. in promtu est, usum esse Comicum hoc voc. propter antecedens *κύων*, qui lusus nostro est familiaris. Id. Thomas Mag. p. 859.—*μάχει σὺ κεφάλῳ* A. *μάχει σύ γε κυνοκεφάλῳ* Kust. et Brunck. in annotationibus. Paullo melior, sed non probanda tamen, conjectura Meinekii Cur. Crit. p. 54. *κυνοκεφάλῳ μάχει σύ*; Phrynichus in Bekkeri Anecdotis T. i. p. 49. *κυνοκέφαλλος*: διὰ τῶν δυοῖν λ οἱ Ἀττικοί. Photius Lexic. c. 139. *κυνοκέφαλον, ἐν τοῖς δύο λλ λέγουσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης*. Dind. De hoc versu res nondum confecta: vide interim Meinech. Cur. Crit. p. 54. Id.

415. *κόβαλα*. Vocant Græci *vafrum* in minutis rebus, qui puer suos sodales commentis subtilibus decipiat: hic pro tali commento posuit. Cas. Cf. Zonar. in *κόβαλος* i. p. 1227. ibique not. *κόβαλα παιδὸς ὄντ.* sunt fraudes, quas puer adhuc commisi. *καὶ* ab initio versus non sine vi quadam ponitur; itaque præfero veterem lectionem: *καὶ νὴ Δί'*— Dind.

416. *ἐπιλέγειν* proprie est *dicere super*, ut quum puniendis voce præconis elogium suum superdicebatur: *superdictum* ipsi vocant, causam rei continens. Paullo aliter h. l. *ἐπιλέγειν τινί τι*, narrare aliquid alicui, occupandæ ejus menti et alio avertendæ. Cas.

417. *ὁρᾶτ' ἆρα* Suid. in Νέα *χελιδών*. Bent. Forte rectius scribetur, *ὥρας νέας χελιδὼν*, *veris novi hirundo*: vel, *ἔαρος νέα χελιδὼν*, *veris nova hirundo*. Aliam de h. l. profert conjecturam Vir illustriss. [Spanhem.] ad Callim p. 738. de qua alios me doctiores judicium suum ferre malim. Kust. Ad h. in Cer. 124. p. 818. ed. Ern. ubi hæc: " ni forte ap. Arist. legendum sit *ὁρᾶθ' ἐπ' ὠράνᾳ χελιδών*, prout a Musa Lesbia dictum ap. Hephæst. p. 39. *ὠράνῃ χελιδὼν*, et rursus alibi apud eundem p. 37. *ἅμ' ἐπ' ὠράνᾳ*. Apud Hesych. autem *ὠράνη*, *χελιδόνων ὀροφὴ*, *hirundinum tectum*." Deceptus est Spanh. eo, quod post *ὁρᾶθ'* non interpunctum fuit, sed nec Kust. emendatione opus est. Oratio est elliptica, qualis in familiari sermone esse solet. Dind. Diligenter observarunt Græci adventum hirundinis, quam qui primi viderant cum gaudio exsultantes clamabant: *ὥρα νέα, χελιδών*. Hirundo de genere est earum avium, quas Philosophus vocat *ἐκτοπιστικὰς*, i. e. alio migrantes. Illæ primo vere has oras, unde discedere solent hieme imminente, repetunt. Indicium æstatis adventus hirundinis facit, non unius, sed plurium: sicut declarat proverbium apud Philosophum. Solebant Græci conspectu hirundinis multum gaudere: quare etiam fuere, qui in honorem hirundinis stipem cogerent, sicut alii in honorem cornicum, quod *κορωνίζειν* et *χελιδονίζειν* vocabant. vide Athen. Cas. V. Casaub. ad Athen. Anim. viii. 15. p. 626. Dind.

419. Fo. delend. *ὡς*: vid. 455. Bent. Præf. Hecub. p. xliv. Opusc. pp. xci. 194.

Pors. Duobus homo constat (quorum neutrum separatum homo est) corpore s. carne, et animo spirituali. Poëtæ tamen soliti sunt separatim uti his vocibus, *κρέας*, *σῶμα* et *ψυχὴ*, pro integro homine; sed diverse. Κρέας vocant hominem *γάστρωνα* et curæ corporis deditum; nam jocose hic contraria notione accipitur. *σῶμα* Græce est homo, qui corpore, non animo censetur; hoc est dicere, *servus*. *ψυχὴ* in certis loquendi generibus usurpatur, quibus vel laus tribuitur, vel benevolentia denotatur. Δεξιὸς proprie est, qui manu dextra dextre utitur, non sinistra pro sinistra, sed generaliter pro *ingenioso* accipitur, ut contra ἀριστερὸς *sinister* in deteriorem partem. Sic *μανθάνειν τὰ γράμματα ἐπ' ἀριστερὰ* pro, *litteras discere perverso modo*. Cas. Facile cuipiam in mentem venerit, scriptum esse ab Aristophane: *ὦ δεξιώτατον κρέας, σοφῶς γε προὐνοήσω.* quemadmodum Avibus loquitur Euelpides, v. 362. *ὦ σοφώτατ', εὖ γ' ἀνεῦρες αὐτὸ καὶ στρατηγικῶς.* Sed vulgatum *ὡς σοφῶς γε* comprobatur versibus 457-459. Concitatur autem apte in illo versu numerus elato choro tum admiratione tum lætitia. Reisig.

420. Ἀκαλὸς est *mollis* et *lenis*, *ἀφὴ* est *tactus*: inde ἀκαλήφη *urtica* per antonomasiam s. *εὐφημισμὸν* Græci dixerunt. Hoc nomen varia Græce significat: nam et in mari *urtica* est et inter plantas, quæ Lat. *urtica*. Constat urticas esitasse veteres, quæ proprie *κνίδαι* dicuntur, quod sint aculeatæ et punctura pruritum excitent. Solebant adhiberi ad mensas, dum adhuc teneræ sunt, h. e. ante ver inchoatum vel certe adultum. Inde jocus chori: ait enim Isiciarium adventum veris observasse in furtis faciendis, sicut illi observant, qui urticis vescuntur. Cas. Comma post *ἐσθίων* delendum est. Dind.

422. Lege Κοχώνα dualis numeri. Hesych. Κοχώνα. τὰ ἴσχια. Sed vid. 482. Bent. [unde patet Bentl. voluisse *τὰς κοχώνας* quod Mss. 3. habent. Dobr.] Leg. *ἀπώμνυν*. Bent. Vulgo legitur sine ulla metri forma: *ἀποκρυπτόμενος εἰς τὰ κόχωνα, τοὺς θεοὺς ἀπώμνυον.* Recte in B. scriptum, *εἰς τὰς κοχώνας*, ut vulgati etiam libri habent infra 484. [Versus fulciendi gratia scribendum potius est, *εἰς τὰς κοχώνας*, genere fœminino, quo vox illa frequentius occurrit, quam genere neutro. Et sic postea in Ms. Vat. Pal. scriptum deprehendi, Kust.] At male idem codex, ut reliqui, *ἀπώμνυον*, pro quo, flagitante metro, reponi debuit Attica forma *ἀπώμνυν*. Vide ad Av. 520. *ἀποκρυπτ. εἰς τὰς κοχώνας, τ. θ. ἀπώμνυν.* Brunck. *κοχώνη* est pars illa, quam insistimus, quum equo vehimur. Metaplasmus generis factus in hac voce. Quemadmodum autem parum honestus locus est, qui hoc nomine denotatur; sic legimus inter probrosa nomina fuisse illud Κοχωνᾶς. Apud Lucian. quidam sic vocatus. Cas. *εἰς τὰς κόχωνας.* Sic jam Kusterus emendaverat, antequam id in Ms. Vat. Pal. scriptum reperisset. Schutz.

423. *ὥστ' εἶπ' ἀνήρ.* Facete usurpat consuetudinem in pueris optimæ spei servari solitam. In pueris enim certa indicia virtutis sumserunt. Sic in Phædro Platonis [versus finem c. 146. p. 354. ed. Heind. qui cf.] de Isocrate est oraculum. Sic Herodotus de Thucydide puero pronunciavit, quod eventum ratum fecit. Sic de puero Cæsare dixit Sylla [Plut. Jul. 1.]: 'in hoc sunt multi Marii.' Cas. *ὥστ'* legitur in edd. præcedd. etiam Br. Recte. Dind.

426. Leg. *ἐπιώρκεις*. Bent. *καὶ κρέας ὁ πρωκτὸς εἶχεν.* Hoc jam cum obscœnitate conjunctum est. Nam non tantum illam carnem intelligit, quam Agoracritus sub podicem absconderat, sed illam etiam, quæ Latinis *nervus* dicitur, quam viri pathicis pueris illuc abstrudunt. Sæpe Demagogos et Rhetores perstringit, tanquam pathicos. In Nubb. v. 1088. *συνηγοροῦσιν ἐκ τίνων;—ἐξ εὐρυπρώκτων—Δημαγωγοῦσ' ἐκ τίνων; ἐξ εὐρυπρώκτων.* Berg. Sed in loco ex Nubibus excitato, non de pathicis agitur, sed de mœchis in adulterio deprehensis, quos ut Horatius ait, percurrerunt raphani mugilesque. Rectius comparavit Brunckius Ran. v. 1070. Schutz. In v. anteced. vulgatum *εὖ γὰρ* retinendum est, quum exquisitior sit hic usus part. *γὰρ* et facile potuerit ex scribendi compendio existere *γε*. v. Sturz. Lex. Xen. i. p. 569. Dind. Confer notata ad Ran. 1070. Brunck.

428. Cf. 757. Bent. Λαμπρὸς proprie dicitur, cui nitet color, et sic dicitur homo qui nitidis et luculentis vestibus est indutus. Sed Attici peculiariter hanc vocem usurpant de vento, qui magna vi incumbit aliquo; unde transfertur eleganter ad vehementem impetum vel studium magnum denotandum. Sic Demosth. ait se restitisse Pythiæ, *λαμπρὰ πνεούσῃ κατ' Ἀθηναίων*, i. e. palam contra Athenienses magna vi obnitenti. Sic *λαμπρὸς* et *μέγας* hic nomina pro adverbiis posita. Cas. [Vuil. censet, his versibus inesse parodiam loci Tragici cujusdam. Dind.] *καθιείς.* Verbum *καθίημι* significat *deorsum mitto*. Et quoniam natura omnium rerum est, quæ vel mediocre pondus habeant, ut ferantur deorsum; inde sumta metaphora de iis, qui cum vehementia in aliquem irruunt, *καθιέναι*. Sic apud Atticos *καθιέναι δρᾶμα* vel *ἅρμα* in theatrum est, *descendere in the-*

atrum animo contendendi cum antagonista, vel scripto aliquo, ut poëtæ, vel curru, ut agitatores. Inde est καθιεὶς h. l. *incumbens*, eo sensu quo dictum est *incumbere mari*, ap. Virg. [Æn. i. 84.] Cas. Si Scholiastæ vim hujus participii non adsecuti sunt in eoque interpretando ridicule lapsi sunt, non ideo sollicitanda est sincera poëtæ manus, quam temere mutatum ivit Dawesius. [Misc. Crit. p. 245. s. ubi, postquam notavit Scholiastarum (quos tres putat) delirantium nugas, conjicit legendum: καὶ μέγας καταεὶς "non jam *demisse* sed *vehementer flans*" laudatis Eurip. Rhes. 322. Ἄρης—μέγας πνέων et Eur. Bacch. 640. πνέων μέγα, ubi itidem mavult μέγας legi. Secundam in καταεὶς longam esse ex analogia ostendit. De alia inepta conjectura vid. ad 816. Dind.] Cum καθιεὶς subaudi ἐμαυτόν, *demittens me*, nempe terram versus et mare. Vento se comparat, qui summo in aëre gignitur ibique aliquamdiu subsistit, postea deorsum vergit et in terram ruit. Hanc venti naturam pulcherrimis versibus describit Apollonius Arg. ii. [1099. ss.], quos, quia nonnihil huc faciunt, adponam: Ζεὺς δ' ἀνέμου Βορέαο μένος κίνησεν ἄηναι, | ὕδατι σημαίνων διερὴν ὁδὸν Ἀρκτούροιο. | αὐτὰρ ὅγ' ἠμάτιος μὲν ἐν οὔρεσι φύλλ' ἐτίνασσε | τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσι· | νυκτὶ δ' ἔβη πόντονδε πελώριος. Quid valent ultima ista? nonne? νυκτὶ δὲ μέγας καθῆκε ἑαυτὸν πόντονδε. His scriptis video locum hunc fere ad eundem modum vindicasse Jo. Toupium ad Suidam ii. 45. cujus miror non meminisse Thom. Burgessium in Append. Novæ Miscell. editionis. Brunck. καταεὶς Dawes. Misc. Crit. p. 249. renitente Toup. in Suid. ii. p. 45. Porsonus corrigebat, ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καικίας μέγας τε. Tum 435. ἤτοι καικίας ἢ συκοφαντίας, collatis Plutarcho T. ii. p. 853. C. et R. Deinde 438. τοὺς τερθρίους, cum Scaligero et R. Corrige τερθρίους in Invernizii nota. De λαμπρὸς ἄνεμος etc. vide Porsonum Adv. p. 102. Dorvill. ad Chariton. p. 114. Herodot. ii. 96. Æschyl. Ag. 1189. Eadem metaphora infra 756. ὅπως ἔξει πολὺς καὶ λαμπρὸς εἰς τὸν ἄνδρα. Plato Alcibiad. ii. p. 146. E. HSt. 314, 12. Ald. ἄνευ γὰρ ταύτης, ὅσωπερ ἂν λαμπρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, etc. quomodo egregie Lennepius ad Phalarin p. 87. pro ὅσωπερ ἂν ΜΗ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ἐ. τὸ τῆς ψ. ἄνευ γὰρ ταύτης. Compara Eurip. Andr. 555. 611. Æschyl. Ag. 227. Vulgatam tamen servat Codex Clarkianus, ut a Gaisfordio didici. Anaxandrides Athen. vi. p. 242. e. λαμπρός τις ἐξελήλυθ'; Ὄλολυς οὗτος εὐθύς ἐστι. Ita Pors. Opusc. p. 237. Demosth. de Corona p. 329, 24. ed. R. ἐν τίσιν οὖν σὺ νεανίας, καὶ πηνίκα λαμπρός; Pors.

430. ἐγὼ δὲ συστείλας. Præcedentibus verbis Cleon, ut potens in repub. dicebat, se terram et maria turbaturum. Contra Isiciarius hic ait, se non magno strepitu, sed effectu non minore, Cleonem perditurum, omissis tantisper et depositis isiciis, quæ gestabat. Συστέλλειν est, *componere, contrahere:* hic pro, componere id, quo velis te liberare ad aliquid agendum. Cas. ἀφήσω. Proverbium Græc. est φέρεσθαι κατ' οὖρον s. οὔριον ἄνεμον, et, ut loquitur Homerus [Il. 1, 479.] ἴκμενον οὖρον *ferri secundo vento*, quod uno verbo οὐριοδρομεῖν. Proprie navigantibus convenit, sed usurpatur de iis, quibus ex animi sententia res succedunt. Hic vero Isiciarius ait se permissurum sese secundis undis, quum debuisset dicere secundis ventis; sed videtur respicere eo, quod populum cum undis scriptores comparare solent. Οὔριος ventus dicitur vel ab ὄρω s. ὀρούω *incito*, vel ab οὐρὰ *cauda:* sic postremum cujusque rei vocant Græci, ut οὐρὰ in agmine est extremum agmen, et οὐραγὸς qui ei præest. Inde οὔριος ventus, qui a tergo navem impellit. Cas. Dicit se Cleoni futurum pro vento. Eurip. Androm. 554. πρῶτόν γε μὲν κατ' οὖρον ὥσπερ ἱστίοις ἐμπνεύσομαι τῇδε. Berg. Mox Attica certe forma κλάειν retinenda est, etiamsi in seqq. lectionem cod. R. probamus. Dind.

431. Maledicendi et imprecationis apud Gr. formula fuit, κελεύω σε μακρὰ κλαίειν *jubeo te longum flere*, vel οἰμώζειν *lugere*. ? Dicebant etiam ἐς κόρακας vel ἔῤῥε ἐς κόρακας, i. e. *ad corvos*, i. e. *pereas male*. Cas. Dixisse hæc videtur Allantopoles, dum sua farcimina exposita colligebat. Vuil.

432. τὴν ἀντλίαν. Et ego observabo sentinam, si quid dehiscat aut fatiscat. Ἀντλεῖν est haurire haustoria machina. Inde ἀντλία locus in navi infimus, quo sordes confluunt, locus totius navigii inhonestissimus. Propterea Demosth., qui Isiciario tanquam viro magno supparasitatur, eo remp. regente sentinam illius sibi curandam assumit, tacite notans vitium temporum, quum optimi quique duces nullo loco essent. Sic ap. Cicer. [Epp. ad Div. ix. 15.] 'sedebamus olim in puppi; nunc vix in sentina locus est.' Et constat ex Sueton. [Ner. 51. ubi cf. Oudend. p. 429.] atque Artemidoro [Oneirocr. i. 50.] inter pœnas olim fuisse damnari in ἀντλίαν, ut in opus metalli. Cas.

433. Cleon hic inducitur suis artibus utens, h. e. calumniam parans in Isiciarium, ut illum perdat, sed ingeniose Aristophanes, ut ostenderet, quanta impudentia esset Cleonis, facit illum vocare in jus Isi-

ciarium peculatus nomine. Scilicet huic crimini affinis fuit misellus, qui præter isicia nihil umquam curaverat. Summam igitur impudentiam prodit in hoc Cleon. Summa autem religione colebantur Athenis Ceres et filia ejus Proserpina; itaque conjunctim fere Athenienses per duo illa Numina jurabant. Quoties enim legis apud scriptores Atticos, vel qui eos sunt imitati, νὴ τὼ θεώ, semper de his deabus exponi debet, interdum separatim, ut hic: et Latine *Eccere*, per Cererem. Cas. In Thesm. 574. οὔτοι μὰ τὼ θεὼ σὺ καταπροΐξει λέγουσα ταυτί. Berg. καταπροΐξει. Familiare verbum Atticis scriptoribus: non reperitur hujus thema καταπροΐκομαι vel καταπροϊκνέομαι, quod proprie significaverit, sine impedimento ulterius pergere: sed phrasi Herodotea et Attica *futurum* accipitur pro *præsenti*, pro, *ferre sursum aliquid*, vel, *sine impedimento facere quod lubeat*. Cas. Cf. Valcken. ad Herod. iii. 37. p. 293. ubi miratur Casaubonum dixisse hoc verbum Atticis familiare, quod apud nullum Atticum scriptorem præter Arist. occurrat. Valet autem absolute positum, *impune ferre*, cum Genit. personæ, impune deridere, insultare, despicatui aliquem habere. Cf. Wesseling. ad Her. v. 105. p. 430. Dind. Allantopolæ hæc tribuit codex R.: Cleoni reliqui libri et Scholiastes ad v. 436. Id.

434. Ἄθρει. Loquitur chorus, continuans eamdem metaphoram, qua erat ante usus Isiciarius. Nam illud τοῦ ποδὸς παρίει nauticum est loquendi genus. Inter instrumenta navium sunt funes et rudentes, qui, ut diversi sunt, ita diversis nominibus appellantur. Inter hos funes est is, qui proprie *pes* appellatur propter similitudinem veri pedis. Nam duobus funibus ad navim religatis velum, quod est in arbore navis, dirigitur ex usu et modo intenditur modo laxatur: inde appellatio. Seneca 2. de Benefic. [c. 34.] 'Pedem et nostrum dicimus et lecti et veli et carminis.' Catullus in Phaselo [Carm. iv. 20. s.] 'sive utrumque Juppiter Simul secundus incidisset in pedem:' [ubi cf. Döring. et Heyn. ad Virg. Æn. v. 830.]. Q. Smyrnæus [ix. 437.]: Ἱστία δ' αἶψ' ἐτάνυσσαν ὑπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσι. Sic accipe apud Plutarch. in Præc. Polit. [t. ix. p. 257, 1. Reisk.] ποδὸς χαλάσαι, ubi interpretes alio male transtulerunt. Atqui ille locus huic Aristophaneo simillimus est: nam παριέναι τοῦ ποδὸς vel χαλάσαι τοῦ ποδὸς proprie quidem dicitur is, qui in navi vento cedit, qui vehementior incubuerit: sed hi duo auctores transtulerunt ad rempub. de eo, qui imminens periculum dextre evitat. Cas. Ad hanc rem verbo χαλᾶν usus est Eurip. Orest. 705. καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα. *Nam et navis vi intensa per pedem (veli) submergit, contra vero, si laxat pedem, manet (tuta).* Sophocles Antig. 726. verbo ὑπείκειν usus est: Αὕτως δὲ, ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς, πόδα Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω Στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασι ναυτίλλεται. Euripidis Scholia ad loc. cit. de voce ποῦς in hac significatione: λέγεται δὲ οὕτω τὸ σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Berg. Sensus igitur est: pedem veli nonnihil laxa, h. e. ei nonnihil cede, noli acrius in eum invehi. Dind.

435. γε deest in Frob. Bent. Ibid. lege κᾳκίας. Id. [quasi voluisset Bent. καὶ αἰκίας. Dobr.] Metrum laborat [in vulg. ὡς οὗτος ἤδη κακίας], cujus fulciendi gratia pro κακίας lego Καικίας (i. e. *Cæcias*, quod est nomen venti), cujus lectionis etiam unus ex Scholl. vett. mentionem facit. Utitur enim hic Comicus metaphora a navigantibus sumta, qui vela contrahere solent, quum ventum increbrescere sentiunt. Constructio ergo hujus loci talis est: ὡς οὗτος ἤδη πνεῖ Καικίας καὶ συκοφαντίας· *nam hic jam spirat Cæcias et calumnias.* Facile autem apparet, Comicum de industria hic usum esse voce Καικίας, ut nimirum alluderet ad vocem κακίας, quæ alteri sono maxime affinis est. Kust. Alludit ad nomen venti, qui Græc. dicitur Καικίας, qui ventus est tempestatum plenus et periculosus, unde proverb. Græc.: Αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν κάκ' ἕλκει, ὥσπερ Καικίας νέφη. Cas. [vid. Gell. N. A. ii. 22. et Erasm. Adag. p. m. 485. De vento autem, qui Καικίας dicitur (Ost-Nord-Ost) v. Pseudo-Aristot. de Mundo iv. 12. ibique Kapp. p. 112. Dind.] Venti nomen est Καικίας [quod Br. reposuit], quod cuivis notum. Illud, Scholiasta præeunte, perite reponendum monuit Kusterus. In primariis edd. erat: ὡς οὗτος ἤδη κακίας κ. σ. π. Sciolus nescio quis e novissimis editoribus ineptum versui fulcrum addidit: ὡ. οὗ. ἤδη γε κακίας. Codices veterum edd. lectionem exhibent: in solo B. superscripta varia lectio καικίας. Brunck. γε κακίας ed. Kuster. Καικίας Dawes. Misc. Crit. p. 250. Omittit γε Aldus. A. Schottus ad Diogenian. iv. 66. Καικίας ante Kusterum et Dawesium. Pors. [καὶ servare debebat Pors. Vide Nub. 1003. Ran. 973. Eq. 342. 525. 800. 870. 1031. (ubi confer Vesp. 919. 920.) 1205. Ach. 189. Pac. 525. 595. Non quod alterum prorsus damnem; Cratinus Junior Athen. xiv. p. 661. E. λιβανωτοπώλης ἢ μάγειρος Σικελικός. Dobr. in Addendis.] Negat Invern. ita jocum ex una re petitum; at redeunt omnia ad venti notionem, qui et

vehementissimus sit, (quo respicitur ad verba τοῦ ποδὸς παρίει,) et non nisi vanas criminationes emittat, ergo hominis, qui vehementissime criminetur. Contra, quomodo κακίαι et συκοφαντίαι distingui per ἤτοι — ἢ possint, non apparet. Cæterum metrum lectionis ab Inv. e Rav. receptæ ὠ. οὐ. ἤτοι κακίας ἢ σ. πν. laborat eodem vitio, quo pristina lectio. Dind.

436. Versui huic in omnibus edd. præfigitur persona *Cleonis*, et sequenti, *Allantopolæ:* quum contra potius faciendum sit. Cleon enim a Potidæatis decem talenta acceperat (teste Schol. vetere), quod ipsum Allantopoles sive Agoracritus ei hic objicit. Kust. Recte ei obsequutus mecum est Vuilandus, quum res ipsa jubeat. Nam ut ineptum erat, quod Cleon Agoracrito v. 436. s. objecit, ita longe ineptissimum erat, dicere hunc ex Potidæa, quacum nihil ei esse rei potuit, 10 talenta (h. e. 13860 impp.) accepisse. Cleoni autem convenit, quod Allantopolæ lucri partem promittit. Dind.

436. sqq. Hosce versiculos ita constituendos censeo:

ΑΓΟΡ. Σὲ δ' ἐκ Ποτιδαίας ἔχοντ' εὖ οἶδα δέκα τάλαντα.
ΚΛΕ. Τί δῆτα; βούλει τῶν ταλάντων ἓν λαβὼν σιωπᾶν;
ΧΟΡ. Τὸ πνεῦμ' ἔλαττον γίγνεται. Τοὺς δὴ θρίους παρίει.
ΚΛΕ. Φεύξει γραφάς etc.

In primis duobus versiculis permutandas esse personas jam Kusterus vidit. Nam Cleon decem talenta a Potidæatis acceperat, quod Scholiastes testatur. Quod quum Agoracritus ei objecisset, Cleon respondet: *Visne tu uno horum talentorum accepto postea tacere?* qua in interrogatione anceps est sententia. Potest enim Cleon istius pecuniæ acceptæ sibi conscius periculum facere, an parte præda concessa Agoracritum ad silentium impellere possit; et tamen verba hunc quoque sensum admittunt, Cleonem Agoracrito tendiculas nectere, eumque in suspicionem animi facile pecunia corrumpendi adducere velle. Chorus autem ex his verbis colligit, cum jam in angustias coactum mitius quam antea loqui ideoque reddit: τὸ πνεῦμ' ἔλαττον γίγνεται. Τοὺς δὴ θρίους παρίει. *Ventus remittit. Jam igitur extremos funes luxa.* Hoc enim Chorus Agoracrito dicit, sicut antea illud: ἄθρει καὶ τοῦ ποδὸς παρίει. Verba ὡνὴρ ἂν ἡδέως λάβοι a glossatore conficta videntur. Certe si versum hunc τί δῆτα; βούλει — σιωπᾶν; recte Cleoni tribuimus, nullo modo Chorus, utpote qui Agoracrito favet, de hoc ipso dicere posset: *hunc hominem libenter se talento corrumpi passurum.* Schutz.

438. ὡνήρ. Dawesius ἁνὴρ scribi maluit, consentientibus Porson. ad Eur. Phœn. 1670. et Heindorf. ad Plat. Phæd. p. 9. add. Matthiae Gr. Gr. p. 54. Usurpatur tamen etiam in soluto sermone et ap. Comicum ἀνὴρ sine articulo de certo notoque homine, ut idem Heindorf. ad Phæd. p. 182. s. docuit, pluribus etiam exemplis e Comico petitis demonstravit Wyttenb. ad Plat. Phæd. p. 257. s. Itaque nihil mutandum. Dind. Vulgo minus bene ἀνὴρ — λάβοι. Solœce in membr. λάβῃ. — τοὺς δὴ θρίους. Sic omnino ad metri legem scribi debuit. Perperam vulgo τοὺς δὲ θρίους, tanquam si δὲ ante literas θρ produci posset. Pejus adhuc in duobus codd. τοὺς τεθρίους, in tertio τούς τε θρίους, et sic est in primariis edd. θρίοι vox est nautica. Schol. οἱ ἔσχατοι κάλοι, οὓς ἐκφόρους καλοῦσιν οἱ ναῦται· οὕς, ὅταν ἐνδιδῷ τὸ πνεῦμα, πρώτους ἐκ πρώρας χαλῶσι. [Eadem Schol. verba laudavit Berg. et vertit, addiditque: "Contra autem *pedem* laxabant, si ventus sæviret, ut patet ex v. 434." Dind.] Est etiam vox nautica ποῦς, quarto ante versu; sed ea magis obvia et nemini non nota. v. Apollonium Arg. ii. 932. Brunck. θρίος species funis nautici: pro usu enim diverso aut figura, nomina diversa hi funes sortiuntur: alio nomine isti vocantur ἔκφοροι. Sensus autem est, apparere ex verbis Cleonis, qui de pacto ineundo fecerat mentionem, ipsum timere, et tempestatem, quæ ab ipso metuebatur, brevi desævituram in mari. [Vuil. reddidit: 'hisse immer die Seegel wieder auf.' Scilicet proprie erat funis, qui, sedata tempestate, in prora remittebatur, ut velum expanderetur. Contra pedes (nam duo fuerunt in quavis nave funes, quibus vela regebantur) laxabantur tempestate orta, ut velum contraheretur. Cf. Schneider. Lex. Gr. ii. p. 303. Dind.] Ubi tempestas imminebat, laxabant *pedem*, i. e. funem sic dictum: serenitate redeunte laxabant θρίους, quod hic allegorice ponitur. Παρίει si est imperativus, pro πάρες, vertendum: *Et tu jam, Isiciarie, θρίους laxa*, i. e. bono esto animo et paullatim metum a Cleone pone. Ita prior pars versus pronunciata a choro Cleonem respiciente, posterior converso ad Isiciarium vultu. [Imo si antecedens versus Cleoni tribuitur, omnia ad Allantapolen dicuntur, et ἀνὴρ—λάβοι est pro σὺ—λάβοις. Dind.] Manet autem poëta in instituta allegoria. Cas. τούς τε θρίους. τοὺς δὲ ed. Kust. Pors. [Alicubi notat Pors., huc, opinor, respiciens, "τέρθριοι. Schol. ad i. 566." Nempe ad Apollon. Rhod. Dobr. in Addendis.] Lectionis haud dubie veræ, quam Inv. reposuit, τοὺς τερθρίους vestigia clara

sunt in codd. Br., οἱ τέρθριοι (quod adject. est, a τέρθρον ductum, ita ut subintelligatur οἱ κάλοι) dicebantur rudentes in summitate mali. v. Erotian. Gloss. Hippocr. p. 368. et Galeni gloss. Herod. p. 578. ed. Franz. Videtur tamen alludi ad voc. τερθρία s. τερθρεία, (nisi in Rav. adeo legatur τὰς τερθρίας, quod quidem Inv. in nota exhibet,) quo indicatur Grammaticis auctoribus, ἡ λεπτολογία, ἡ φλυαρία. v. Photius Lex. p. 425. Etym. M. p. 752. Zonar. Lex. ii. p. 1719. Pierson. ad Moer. p. 364. Intpp. Tho. M. p. 811. Ruhnk. ad Tim. p. 252. Dind.

439. Sensus: ventus minus vehemens fit, h. e. minuitur Cleonis vehementia, scil. quia lucri partem jam obtulerat. Dind.

440. Proprie γραφὴν hic ponit. Nam δίκη est causa civilis, γραφὴ criminatio, sive, ut loquuntur Jurisconsulti, judicium publicum. φεύξει Attice pro φεύξῃ. Licet ad verbum vertere: *Eris fugiens in quatuor causis.* Sed hoc minus Latine, licet conditores Codicis *fugientem* sæpe pro *reo* ponant. Id vero Græcum est, non Latinum. φεύγων τὴν δίκην *reus.* Cas. ἑκατονταλάντους. Id est, propter quatuor furta, quæ tibi objicientur, quorum unumquodque ad summam accedit C talentorum, vel quarum dicarum tibi intendendarum æstimatio erit in singulis C talenta. Mos fuit in foro Atheniensium, ut in extrema actione actor æstimationem faceret τῆς ποινῆς ἢ τῆς ζημίας. Cas. Perperam hos versus cum R. choro adscripsit Inv. sed sequentes σὺ δ' ἀστρ.—χιλίας, vulgo Allantopolæ tributi, haud dubie Cleonis sunt, nam Cleoni Agoracritus nullo modo potuit ἀστρατείαν objicere. Dind.

441. Inter actiones publicas fuit hæc ἀστρατεία, cum aliquis arguebatur, vel metu vel aliam ob causam militiam deseruisse. Olim apud Athenn. et Romanos cum solis liberis pateret militia, magnum crimen habitum detrectare hoc onus; nec tamen defuerunt, qui vel ex ignavo animo vel ingenio a Marte alieno aut quamcunque ob causam militiam horrerent. Adversus hos parata Athenis hæc actio, quæ sæpe calumniæ et vexationis materiam præbuit, ut ex h. l. apparet, et apud Romanos legimus idem factum. Itaque tum in Codice tum in Patrum Conciliis fit mentio hominum, qui vitandæ militiæ causa pollicem sibi præcidebant: *murcos* proprie vocant. V. Suet. in Aug. Cas. Male vulgo εἴκοσι. In dimetris ultima syllaba non est indifferens, quod observatum fuit ad Ran. 984. Brunck. qui dedit εἴκοσιν. Cæterum vulgo γ' ante εἴκοσιν additur, quod, non necessarium ad sensum, auctoritate cod. Rav. delevit Inv. Dind. Inepte perturbata est personarum notatio in libro R. in quo quæ in reliquis libris recte sunt Allantopolæ, Cleoni, quæ Cleonis, Allantopolæ tribuuntur. Id.

443. Hi versus, vulgo Cleoni tributi, recte ex Rav. sunt Allantopolæ adscripti. Dind. Citat Suidas v. 'Αλιτήριος. Kust. Apud veteres, qui ingens scelus commiserant, vocabantur ἐναγεῖς, μιαροὶ, item ἀλιτήριοι: quod nomen qui semel incurrerant, his templorum aditus interdictus, immo usus propemodum totius vitæ. Nec multo melior horum conditio, quam eorum, quibus apud Romanos aqua et igni interdicebatur. Nomen ἀλιτήριος vel ab ἀλιτεῖσθαι, quod est *peccare*, vel, ut placet Plutarcho, ab ἀλεύεσθαι, i. e. *fugere*, quia isti fugiebantur ab omnibus. Vocat autem ἀλιτήριον τῆς θεοῦ hominem, qui ceu victima devotus est deæ, i. e. qui propter scelus in deam, i. e. Minervam, commissum est exsecrationi, et quem fugiant, cui noceant, omnes in honorem deæ. *Dea* apud Athenienses est Minerva, quæ tutelaris erat dea ejus civitatis, cui et nomen dedit. Porro alludit Aristoph. ad ἄγος Κυλώνειον, i. e. ad cædem sodalium Cylonis, factam circa aram Minervæ, cujus auctores habiti sunt et dicti ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ, ut narrat fuse Thucyd. lib. i. [c. 126. ss. ubi v. Intpp. et Intpp. ad Herod. v. 71. p. 407.]. Et hi et omnes posteri e repub. Atheniensium exigebantur, atque hoc multo ante Cleonis ætatem. Sed poëta hoc exemplo docet, calumniatoribus et quadruplatoribus nihil pensi esse, vere an false aliquem accusent. Cas. Fo. ἀλιτηρῶν Soph. [Œd. C. 363.] Bent.

446. Ridicule Cleon ex veteri memoria repetierat crimen quod objiceret Isiciario. Isiciarius contra aliud itidem vetus crimen ei objicit, quasi fuerit Cleon satus stirpe Pisistrati. Hic olim in repub. Athenn. tyrannidem occupaverat, duosque filios habuit itidem tyrannos, Hippiam et Hipparchum, quos tandem sustulerunt Athenienses et tyrannorum memoriam in æternum damnarunt. Δορυφόρος est, qui hastam gestat. Principum satellites et laterones jam olim hoc telo solebant uti. Unde δορυφόροι solent dici satellites regum et procerum. Hac autem voce alludit ad historiam de occupata tyrannide a Pisistrato, occasione satellitum, v. Diog. Laërt. in Solone [i. 49. ss. ubi cf. Intpp.], Plutarch. in eodem [c. 30.]. Sed videtur nove poëta δορυφόρους appellasse non eos, qui alteri satellitium præstant, sed eos, quibus satellitium præstatur. [Hoc nec necessarium nec probabile est. Verba π. φρ. vulgo Cleoni, sequentia Allantopolæ

tribuuntur. Dind.] Græci δορυφορουμένους vocant. Cas. Imo antecedentes versus (ex Rav.) ab Allantopola, hic a Cleone dictus est. Cæterum hic quoque versus videtur in duo esse describendus: τὸν πάππον εἶναι φημί σου τῶν δορυφ. Aut restituenda est pristina distinctio: Τὸν — σου. τῶν δ. π. φράσον. Post δορυφόρον videtur addere voluisse nomen Pisistrati, sed interpellatus esse ab Allantopola, atque deinde lepide aliud nomen posuisse, quod Br. in versione lineola posita indicavit, etiam Vuil. δωροφόρων *quidam* in Scaligeri Excerptis. Dind.

447. Βυρσίνης τῆς Ἱππίου. Frischlinus: *Ex Byrsina gnata Hippii.* At secundum Scholiasten veterem *Byrsine* κατὰ παραγραμματισμὸν dictum pro *Myrrine*, [Alludit ad uxorem Pisistrati, cui nomen erat *Myrrhine*, sed pro eo dixit *Byrsine* Isiciarius, respiciens βύρσας et artem Cleonis, de qua superius dictum. Cas.] quæ fuit mater, non filia Hippiæ. Neque obstat, quod in elliptico illo genere loquendi υἱὸς vel θυγάτηρ apud Græcos subintelligi soleat. Nam interdum etiam subintelligitur πατὴρ vel μήτηρ, [τῆς Ἱππίου. In hoc loquendi genere solet subaudiri υἱὸς vel θυγάτηρ, sed interdum contra. Hic enim subauditur vox μήτηρ. Nam Pisistrati uxor fuit mater Hippiæ, Myrrhina. Cas. Sed v. not. anteced. Matrem tamen Hippiæ etiam Vuil. intelligit. Dind.] immo et alia nomina ut διδάσκαλος, μαθητὴς etc. ut pluribus exemplis jampridem docuit accuratissimus Jonsius de scriptt. hist. philos. l. i. c. 2. p. 14. Deinde non dicit Agoracritus [Cleon], Cleonis [Allantopolæ] patrem fuisse unum satellitum, ex Byrsina prognatorum, sed simpliciter, unum satellitum Byrsinæ, qui sensus est longe diversus. Kust. Subauditur γυναικός. Hippiæ uxor erat Myrrhine, Calliæ filia. Hujus nomen in Βυρσίνη facete mutat Comicus, ut supra v. 59. a βύρσα, Cleoni coriariam artem objiciens. V. Meursii Pisistratum c. 17. Brunck. Fateor me non intelligere quid sit, quod hic scribit Cas., objici Cleoni, quod stirpe Pisistrati natus sit, et δορυφόρους hic non videri dici satellites, sed eos quibus satellites præsto sunt. Nec magis adsequor, quæ scribit Meursius Pisistr. c. 17., Cleonem hic appellari Hippiam, quia et ipse instar Hippiæ tyrannidem in republ. usurpaverat, et ob eamdem causam uxorem ejus Myrrhinen dici, quæ Hippiæ uxor fuerat. Mihi plane aperta videtur esse sententia Comici: nam cum Cleon [ex vulg. personarum descriptione] objiceret Allantopolæ, eum esse ἐκ τῶν ἀλιτηρίων, qui supplices violaverant, hic eadem impudentia ei reponit, ipsum esse ortum e satellitibus tyrannorum, i. e. ut Schol. explicat, τῶν ἐπιβουλευσάντων τῇ πόλει. καὶ τοῖς τυράννοις συναραμένων: qua significatione δορυφόρος accipitur, ut ap. Cicer. sæpissime *satelles.* Eorum autem, quæ illi dicunt, nihil puto Comicum in animo habuisse. Porro ante ea verba Schol., quæ laudavi, videtur aliquid deesse: nam sententia certe imperfecta est; ea ita suppleri potest: διαβάλλοντος τοῦ Κλέωνος αὐτὸν ὡς τῶν ἀλιτηρίων γεγονέναι, τὸν Ἀλλαντοπώλην ἀντιδιαβάλλειν τὸν Κλέωνα, ὡς ἐκ τῶν ἐπιβουλευσάντων cet. Duck.

448. s. Hæc vulgo unum versum constituunt, et priora verba Cleoni, posteriora Allantopolæ tribuuntur. κόβαλος etiam h. l. est, impostor (ein Gauner). Tum et 453. s. vulgo in unum versum conjuncti. Dind.

451. παῖ' αὐτὸν ἀνδρικώτατα καὶ | γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις | καὶ τοῖς κόλοις, | χὤπως κολᾷ τὸν ἄνδρα. particula καί post ἀνδρικώτατα abest in Aldino, in tribus Juntinis exemplaribus abest, itemque in Basileensi Cratandri, Veneto Zanetti, Wecheliano, Brubachiano, abest adeo in ipsis recentioribus, Porti, Kusteri, Burmanni. Tacite intulit Brunckius, Hermannumque decepit, in libro de metris, p. 145. Scribendum igitur existimo: παῖ αὐτὸν ἀνδρικώτατ' αὖ, | γάστριζε —: nam αὖ ad superius pertinet παῖ' ἀνδρικῶς. Reisig.

452. Rectius hæc vulgo in duos versus describuntur: γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις | καὶ τοῖς κόλοις. Vulgo γάστριζε καὶ τ. ἐ. ubi inserta copula pro metri fulcro invenustum correctorem sapit. Legendum γάστριζε τοῖσιν ἐντ. Brunck. [qui ita edidit.]. Id est, *feri ejus ventrem intestinis.* Agoracritus enim, ut Allantopola, intestina animalium concisis extis vel carnibus farcire solebat, quibus ut feriat Cleonem, chorus ei præcipit. Apud Plutarch. in Compar. Aristoph. et Menand. p. 853. [T. ix. p. 388. Reisk.], ubi locus hic citatur, pro γάστριζε legitur γαστρὶ ζῇ, sed corrupte. Kust. Intestini pars est et nomen κόλος, unde colici dolores: et Plin. quoque eam vocem Latine usurpat. De eo videtur hic accipiendum, licet in libris Medicorum Græcorum et aliorum κῶλον per ω scribatur: et notamus hanc scripturam. [Nam κόλον fere cibum denotat. Dind.] Raro enim occurrit, ut κόλον, intestinum, scribatur per ο. Cas. Videtur hic sensus esse: Sic tunde ejus ventrem, ut vel intestina ipsa exeant. Loquendi genus est concisum, imitatione eorum qui talia loquuntur. Chorus enim hortatur Isiciarium, ut Cleonem probe cædat, quod est intelligendum factum esse in scena, cum hæc dicerentur. Idem.

γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις libri omnes, etiam Ravennas. γάστριζε τοῖσιν ἐντέροις Brunckius. γαστρὶ ζῇ καὶ τοῖς ἐντέροις καὶ τοῖς κώλοις Plutarchus t. ii. p. 853. B. κώλοις Juntina I. Dind.

453. Opusc. p. 34. Pors.

454. κολᾷ. Solent Comici fingere verba ad voces alias, quæ præcesserint, quod sæpe reperias apud Plautum et apud Athenæum. Sic igitur hic, cum præcessisset vox κόλοις, fingit vocem κολᾷ; quasi κολᾶσθαι dici possit pro, *lædere in colis*, vel, κολούειν, quod probum verbum est et *mutilare* significat. Cas. Tanquam a κολάομαι, ficto verbo a præcedente nomine κόλοις. Sic quidem post Scholiastem novi interpretes, quibus accedo ἑκὼν, ἀέκοντι δὲ θυμῷ. Quin lectionem mutarem obstitit codd. consensus. Credo tamen scripsisse Comicum κολᾷς a κολάζω, servata eadem allusione ad præcedens nomen κόλοις. Futurum κολάσω Attici contrahunt in κολῶ, ut ἐλάσω in ἐλῶ, σκεδάσω in σκεδῶ, aliaque passim in his fabulis obvia. κολᾷς ut ἐλᾷς. Videat jam eruditus lector, an satius fuisset, librarios plorare jubere, illudque in textu reponere. Brunck. "Mr. Brunck seems somewhat uncertain about the word κολᾷ. There is no reason for change. The Attics use only the middle future of this verb. κολωμένους ought to have been restored, Vesp. 244. instead of κολουμένους, which cannot possibly come from κολούω, or indeed any other word. Theopompus apud Suid. v. Ἄττις. Κολάσομαί γε σε, Καὶ τὸν σὸν Ἄττιν." Porson's Review of Brunck's Aristophanes, No. v. June 1815. p. 123.

455. γεννικώτατον κρέας. Vox est e macello petita. Nam γεννικὸν κρέας plebeio loquendi genere dicebatur frustum grandius, quod homini esurienti posset sufficere: hic vero per irrisionem homo nihili vocatur κρέας γεννικόν. Cas. Allantopola erat vasto corpore, ut ipse indicat v. 412. [414. s. Inv.], et infra 838. ad eum dicit chorus: πλευρὰς ἔχων τοιαύτας. Hinc *Carnem* vocat eum, ut v. 419. ὦ δεξιώτατον κρέας· et quidem *maximam carnem* h. l.; nam id significat vox γεννικώτατον. Eubulus Comicus ap. Athen. ii. p. 63. Κρέας βόειον, ἑφθὸν, ἀσόλοικον, μέγα, Ἀκροκώλιόν τε γεννικόν — *Frustum carnis bovinæ coctum, non absurdum, magnum Armumque ingentem.* Berg. [In ed. Schweigh. t. i. p. 244. vertitur: carnem bubulam coctam, non corruptam, magnam, solidamque pedum bubulorum patinam. — v. ibi Schweighæus. Anim. i. p. 428. Dind.] Eustath. ad Il. E. p. 455. fin. scribit, γεννικὸν κρέας apud Comicum esse ἁδρὸν κόμμα, *amplum frustum*, et in Od. A. p. 1426, 56. τὸ γενναῖον διὰ πάχος. Scholiastes exponit etiam ἰσχυρὰ κρέα, ἃ οὐ κατεργάζεται πυρί, *quæ non facile coquuntur ignibus.* Cas. ad Athen. lib. 2. c. 23. magis probatur expositio Eustathii. Add. eund. ad l. 7. c. 14. p. 530. Duck. At non homo nihili hic designatur, sed homo obesus et ventricosus. Germanice diceretur: *O du wackeres Stück Fleisch.* Schutz.

456. σωτὴρ φανείς. Tacite comparat cum sidere, quod versantibus in tenebris repente illuxerit. Cas.

457. Proprie ὑπέρχεσθαι est *ire sub*; ut qui subeunt aliquam cryptam; metaphorice accipitur duobus modis, pro, demulcere aliquem et illum sibi conciliare, quod est adulatorum, vel pro, supplantare, quod est verbum palæstræ. Cas. Eurip. Iph. Aul. 66. εὖ δέ πως γέρων ὑπῆλθεν αὐτοὺς (obrepsit iis) Τυνδάρεως πυκνῇ φρενί. V. supra 269. Berg.

460. τεκταινόμενα. [Ex hoc pluribusque fabulæ locis apparet, Cleonem aliosque Demagogos in orationibus politicis lubenter usos esse vocabulis et formulis ab opificiis plebeiisque negotiis repetitis, fortassis ut populares viderentur. Quam affectatam populariter dicendi consuetudinem Noster sæpius risit. Vuil.] Queritur Cleon de conspiratione contra se inita, eamque ait pridem sibi prævisam. Sed poëta hominem, quem traducere voluit, duras facit metaphoras dicere ab arte fabrorum lignariorum; cui postea respondet isiciarius metaphoris non melioribus, ductis ab arte fabrorum ærariorum. Et apud Græcos et apud Romanos plures artes sunt, quæ uno nomine τέκτων et *faber* continentur, sed cognominibus distinguuntur. Sic dicimus faber lignarius, vel potius materiarius, faber ærarius. [Scilicet τέκτων, a τέκω repetitum, omnino indicabat eum, qui solerter aliquid reperit et in lucem protulit. v. Hemsterh. et Scheid. in Lennep. Etym. l. Gr. p. 718. s. Sed *fabri* nomen a v. φάω, φάβω, *findo*, aperio, in lucem profero, ductum videtur. v. idem Lennep. Etym. p. 785. et 902. Dind.] Sciendum vero, poëtam more suo oratores sui temporis ridere, qui in foro aut in senatu dura loquendi genera usurparent, et inverecundas, ut vocat Cicero, translationes. Τέκτων autem est a τεύχω *facio*, inde τεκταίνω, proprie *fabrile opus facio:* hic dure τεκταινόμενα πράγματα res quæ parantur, et quas aliquis molitur, ut qui lignum dolat ad opus. Cas.

461. γόμφος est *clavus*, quo per trabes immisso trabes connectunt fabri. Durissime hic γομφοῦσθαι τὰ πράγματα res quæ geruntur et aptantur. Eodem pertinent vox κολλώμενα. Κολλᾶσθαι est *glutine*

jungere duos asseres: hic de rerum consiliis dicitur. Cas. E lect. cod. R. ab Inv. γομφοῦμεν' αὖ τὰ π. (pro vulg. γομφούμενά γε τὰ π., ubi γε deest in edd. antt. maleque intrusum est) *Fiorillo* not. ad Herod. Att. Reliqu. fecit γομφοῦμεν' αὐτὰ π. quod respondet præcedenti ταυτί. Dind.

462. ἐξ ἁμαξουργοῦ. Plus inest aceti in h. l., quam prima fronte videatur. Poëta, postquam Cleo absurde locutus est, inducit chorum quasi animum despondentem, quod isiciarius, cui favebat, ad has elegantias aspirare non posset. Nimirum Aristophanes ostendit depravata fuisse plerorumque sui temporis judicia, qui oratoribus ineptientibus applauderent, cum contra intersit eruditionis, castigare publicum sermonem, quia verissimum est illud: οἷος ὁ λόγος, τοῖος ὁ τρόπος. Elegantissime vero ait ἐξ ἁμαξουργοῦ, alludens ad proverb. Græcum: λέγειν ἀπὸ τῆς ἁμάξης, *loqui de plaustro*, i. e. vili et reprobo sermone uti. Quare etiam quæ nimis plebeia sunt, et doctis non probantur, ea vocant Græci καθημαξευμένα. Est autem ἁμαξουργὸς proprie is, qui plaustra et nihil aliud facit, et ἐξ ἁμαξουργοῦ eleganter positum pro ἐξ ἁμαξουργείου, i. e. e plaustrario, pro, ex officina plaustrali. Cas. Nulla in his est allusio ad proverbium ἐξ ἁμάξης λέγειν, quod satis inepte somniat Berglerus. Usus erat verbis Cleo fabrorum lignariorum propriis, τεκταίνειν, γομφοῦν, κολλᾶν. Idcirco isiciario dicit chorus: *Tu vero ne unicum quidem verbum a carpentario mutuaberis, quo in hunc inveharis?* Postea autem, quum isiciarius verbis usus esset fabrorum ferrariorum propriis, συμφυσᾶν, χαλκεύειν, laudat eum chorus, εὖ γε, χάλκευ' ἀντὶ τ. κ., quia, ut ferrum validius est ligno, ita ille fortius Cleonem aggrediebatur. Brunck.

463. Falsis criminibus Cleonis vera opponit isiciarius. Nam historia docet Cleonem qui captivos plus CCC Lacedæmonios adduxerat, quæstum suum ex eorum calamitate fecisse in reip. fraudem. Objicit igitur illi, quod simulans se velle conciliare Argivos Atheniensibus, in Peloponnesum iret sæpius, agens interea aliud, h. e. rempub. prodens et secreto cum Lacedæmoniis tractans de captivis. Sed poëta ingeniosus stulte locutum Cleonem vinci facit stultioribus locutionibus isiciarii, judicia suorum hominum, ut diximus, redarguens. Cas. πράττει. Vulgo πράττεις, manifesto errore. Brunck. Lege πράττει. Bent. Οὔκουν μ' ἐν Ἄργει οἷα πράττεις λανθάνει. Lege, ut vitetur hiatus, Οὔκουν ἐν Ἄργει μ' οἷα — confer Markland. ad Eurip. Suppl. 109. Obiter repone in Alcæo apud Athen. ix. 12. p. 396. γαλαθηνῆς ὑός, pro vulgato γαλαθηνοῦ ὑὸς quod frustra probat Toupius Addend in Theocrit. xv. 73. Cur. Noviss. in Suid. p. 6. talis enim hiatus nusquam in senario vel tragico vel comico permittitur. [In Alcæo γαλαθηνοῦ μυὸς e Ms. legendum. Pors. Opusc. p. 187. Dobr. in Addendis.] ἀγαθᾶς ὑὸς occurrit infra Acharn. 741. τὴν ὗν supra Plut. 1107. Lysistr. 684. ἐμπεπρησμένης ὑὸς Acharn. 36. Similem medicinam fecimus Eccl. 1048. Sin hæc transpositio minus placeat, lege, Οὔκουν μ' ἐν Ἀργείοις ἃ— quod et melius videtur. V. infra 478. Eurip. Suppl. 965. et lege in Diphili senariis apud Athen. vi. 9. p. 238. ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς Ὅτι ἔστιν, εἴ τις μὴ φράσει' ὀρθῶς ὁδὸν, Ἢ πῦρ ἐναύσει', ἢ διαφθείρει' ὕδωρ, Μέλλοντα δειπνεῖν ἦγε κωλῦσαι τινά. Pors. [In Diphilo ἦγε Burgesium meum jure offendit. Lege εἶτε: collato Hermanno ad Vigerum n. 311. Dobr. in Addendis.] [Porson apud Kidd. ad Dawes. p. 616. Eundem hiatum in Eur. Hel. 124. sustulit Matthiæ. Dind.]

466. Petitæ sunt durissimæ hæ locutiones ex arte fabrorum ærariorum, qui molliendo ferro vel æri et liquando folles adhibent, et ignes excitant et ita metallum conflant. Eo alludit poëta. In illis ἐφ' οἷσιν est obscura allusio ad φύσιν vel φῦσαν, i. e. follem; ut vel hinc appareat, pronuntiationem diphthongi οι, itemque υ, affines jam tum fuisse, quod et aliquibus rationibus probari posset. Συμφυσᾶν est *conflare* Latine, si vocem spectes, etsi paullo aliter *conflare* accipitur. Observabis linguam Latinam inter venustas et elegantes translationes hanc habere, cum *negotium conflari* dicitur, quod inepte dici Græce συμφυσᾶσθαι placet Aristophani. Cas. Nugatur vir egregius, quum in verbis ἐφ' οἷσιν obscuram allusionem esse ad φῦσαν, *follem*, opinatur. Schutz.

467. δεδεμένοις. Alludit ad catenarum ærearum fabricam. Est enim translatio a fabris ærariis δεσμοὺς fabricantibus. Χαλκεύειν est, ex ære aliquid facere. Hic simpliciter pro *facere*, improba translatione. Cas. ἐπὶ τοῖς δεδεμένοις. Notat illos ex Sphacteria, de quibus et supra v. 392. allegorice νῦν δὲ τοὺς στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει. Berg. In suspicionem vocat Cleonem, eum clam cum Lacedæmoniis transigere, ut accepta pecunia captivos eorum milites e Sphacteria adductos dimittat. Schutz.

468. χάλκευ' ἀντὶ τῶν κολλωμένων. I. e. bene tu ei τὸ χαλκεύεσθαι opponis, quum ille tibi τὰ κολλώμενα (v. 463.) objecisset. Schutz.

469. ξυγκροτοῦσιν. κροτεῖν est, pedibus

plausum dare, ut faciunt, qui vel applaudunt dicenti, vel interdum inter saltandum pedibus terram feriunt, quod *pavire* dicitur. Inde est συγκροτεῖν pro, chorum parare, et generaliter, instruere aliquem ad aliquid. Cas. fo. αὖθ᾽: vid. 499. Bent. ἐκεῖθεν. Nempe e Sparta. Indicatur nimirum, Cleonem jam apud Lacedæmonios invenisse, qui ei pecuniam daturi sint, ad liberandos e captivitate cives suos, in insula Sphacteria captos. Schutz.

470. ταῦτα. Familiare Græcis poëtis, ut positum pronomen temere repetant, quasi obliti semel posuisse. Sic ap. Soph. et Eurip. με et μοι bis ponuntur, pro semel, sed alterum hæret verbo, alterum est remotius. Ita h. l. cum præposuisset ταῦτα, repetit tamen. Cas.

475. ξυνόδους. Proprie vox est sine crimine. Sed hic pro *coitionibus* ponit, quæ legibus et Athenn. et Romanorum acerbissimis pœnis puniuntur. Et vocat nocturnas, quia conjurati solent noctu coire, ut de repub. contra remp. deliberent. Exemplum est de Catilina apud Sallust. [Cat. 27.] Cas. Vereor ne cod. R. scriptura ἐν τῇ πόλει pro olim vulg. ἐπὶ τῇ π. e correctione orta sit. Dind.

476. leg. ξυνώμνυτε. Bent. [sic Mss. 2. Dobr.] ξυνώμνυτε. Sic membr. Vulgo ξυνόμνυτε. Brunck.

477. συντυρούμενα. Τύρω *premo*, inde τυρὸς caseus, quasi pressus in forma vel quasillo, et verbum τυρεύειν vel τυροῦν, quod proprie dicitur de caseo qui in forma coagulatur et densatur. Notandum est, transferri hoc verbum ad negotia humana, cum miscentur plures ad unius negotii deliberationem et executionem. Sed Aristoph. hic eam translationem ridet ut sordidam. [A τυρὸς *caseus*. Est et hoc tale, qualia paulo ante, γομφούμενα, κολλώμενα, συμφυσώμενα, et similia, in quibus ridet oratores illius temporis, qualis erat Cleo, quia assidue talibus uterentur metaphoris. Berg.] Opponimus nos usum magnorum scriptorum. Sic Demosthenes, norma linguæ Græcæ, dixit τυρεύειν κατασκευὰς *miscere per fraudem consilia*. Sic in Canone 18. Concilii Chalcedonensis et alibi hoc verbum reperitur. Notat Balsamon ad illum Canonem, LXX. interpretes sic illud verbum usurpasse. Cas.

478. ὁ τυρός. Ridet hac voce poëta duriorem metaphoram voc. συντυρούμενα. Cas. In Acharn. 758. Μεγαροῖ πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; Berg. In his πῶς pretium indicat: *quanti?* Dind. Opusc. p. 142. Pors.

479. Versum hunc voc. παραστορῶ gratia adducit Pollux ix. 154. Kust. Præsens pro futuro, pro παραστορέσω. Idem significat quod ante [371.] verbo διαπατταλευθήσει. Cas. Scholiastes et ex eo Suidas annotarunt παραστορεῖν esse *distendere*, metaphora a coriis petita. Wielandus vertit: *Ich will dich klopfen wie eine Ochsenhaut*. Schutz.

480. Mens est: tu, qui paulo ante gloriabaris propter fortia facta juventutis tuæ, cum diceres te intra femina carmen solitum abscondere etc. nunc occasionem habes virtutis tuæ ostendendæ: fac igitur appareat, vere illa te de te prædicasse. Per νοῦν intelligit ingenium et facultatem excogitandi consilia salutaria, per ψυχὴν constantiam in tolerandis adversis. Cas.

481. νυνὶ δὲ δείξεις. Vulgo νυνὶ διδάξεις. Illud pro varia lectione adscriptum margini cod. C.—τότε *olim*. v. ad Lys. 1023. Male in versione redditum *tunc*. Brunck. Sed et τότε servandum erat, quod ex R. in ποτε (vulgarius) mutavit Inv. Dind.

482. ὡς αὐτὸς λέγεις. Id dicebat supra v. 425. Berg.

483. ᾄξας. Solet participiis pro adverbiis uti, quemadmodum hic ᾄξας pro, *celeriter, velociter*. Ἀΐττω est, *salio;* cui verbo affine est ἅττω, *subsilio*, unde Lat. *Attæ*. Sic enim vocant male pedatos et qui plantis tantum extremis insistunt. Cas. Pro ἀΐξας, ut sæpe. Schutz.

484. ὡς οὗτος. Sic codd. etiam, ut impressi. Mallem ὥσθ᾽ οὗτος. Similem mendam correximus in Addend. ad Thesm. 395. Brunck. Utrum vulg. ἐμπεσὼν an εἰσπεσὼν cum Rav. et Inv. scribendum sit, dubitari potest. Utrumque est usitatum. Dind.

485. κραγόν. Scholiastes ἀντὶ τοῦ κραυγαστικῶς. Berg. Participium aoristi pro part. præsentis temporis κράζων. Cas. κραγὼν conjecit Reisk. Dind. κραγόν. Ita scripsisse Aristarchum notat Scholiastes ὀξυτόνως, ut sit adverbiale pro κραυγαστικῶς. Ex quo colligitur alios olim scripsisse κράγον, a nominativo κράγος, i. q. κραυγή. Et κράγον Hesych. explicat βόημα. Sic enim ibi legendum, non βοήθημα. Schutz.

486. ὡς ἔχω. Ad verbum, *ut habeo*. Gallice, *comme je me trouve:* quomodo loquimur, quum sine mora aliquid fieri a nobis indicamus, seu bene seu male habitos res nos offendat. Hic significat: *quia in hoc statu sum quem videtis*. Tenebat enim mensam lanioniam in manibus. Cas. Immo vero mensam lanioniam deposuerat; sed farcimina et cultros manibus tenebat. Schutz.

487. Mirum est, Isiciarium, qui opera artis suæ vendenda circumferebat, etiam cultros in eadem mensa circumtulisse.

Μάχαιρα et *gladium* significat et *cultrum*. Antiquissimi homines cultrorum usum diu ignorarunt, ergo gladiolis pro cultris utebantur. Deinde fuerunt in usu et commoditatis et elegantiæ causa cultri nostri; quo in genere celebres olim e Bithynia deferebantur. Varro notat in Γεροντοδιδασκάλῳ, cujus verba apud Nonium sic lege: *Noctu cultro coquinario se trajecit: nondum enim ibi inventi erant cultelli hujus tempestatis e Bithynia.* Μάχαιρα porro, ne littera quidem una mutata, Hebr. vox est *mechæra*. Cas. Sine causa miratur Cas. lanionem etiam cultros circumferre; nam etsi iis, ubi carnes, et farcimina vendebat, nihil opus erat ad mactandas pecudes; tamen dissecandis carnibus inserviebant cultri. Schutz.

488. ἄλειψον τὸν τράχηλον. Mox disceptaturi sunt causam suam in Senatu Cleon et Allantopola. Chorus igitur hortatus isiciarium ut forti esset animo, rebus illum instruit ad certamen necessariis, puta unctione athletica, esu allii, et id genus rebus. Quod ad unctionem attinet, respicit morem palæstræ. Nam prodituri ad luctam corpus ungebant, tum ut muniretur corpus adversus aëris injuriam, tum multo etiam magis, ut uncta membra prehensiones antagonistæ facilius declinarent. Inde illa tam frequens mentio apud Græcos et Lat. scriptores ceromatis, κηρώματος καὶ ἀφῆς, et luti etiam. Sic enim Seneca, b. Chrysostomus, et alii vocant oleum in usum athletarum præparatum. Illa verba, ἔχε νῦν, possimus vertere, *accipe jam*; [Dat. ei adipem, ut putat Schol. Berg. Idem monuit Vuil. Dind.] ut chorus alloquatur aliquem, qui futurus erat unctor isiciarii. τουτῳΐ. Solent Attici retinere interdum vetustatem, quæ ex usu vulgi pridem abolita, ut, cum ι subscribi solitum dativus Attici ponunt pro littera finali. Cas. Pro τουτῳΐ in B. τῳδεΐ. Brunck. ἄλειψον τὸν τράχηλον. Jocose alludit ad morem luctatorum, qui corpus oleo perungebant, ut facilius adversariorum prehensiones effugerent, ex earumque manibus elaberentur. Sic Agoracritum jubet Chorus lardo collum inungere, ut calumnias adversarii effugere possit. Et facetissimum est, quod ei lardum et allia præbet, quorum erat copia in mensa Agoracriti fartoria. Schutz.

489. Docte notat Scholiastes, τὰς διαβολὰς eleganter Aristophanem posuisse, pro τὰς λαβὰς, i. e. *calumnias* pro *prehensionibus*. Nam verbum ὀλισθαίνειν convenit λαβῇ, non διαβολῇ. Cas. Valet illud, elabi, entschlüpfen. Cf. Porson. ad Eurip. Phœn. 1348. Dind. Ἐξολισθάνειν lege cum Dawesio Misc. Crit. p. 339. Pors.

490. ταυταγί. Male vulgo ταῦτά γε. Idiotismus hic Atticismi sæpe a librariis neglectus fuit. V. Corinthium de dial. Att. §. 66. Brunck. παιδοτριβικῶς. Quoniam a pædotribis ungebantur athletæ, laudatur Chorus ob consilium quod botulario dederat, quasi ex arte pædotribarum depromptum. Schutz.

491. Ταδί. Dat ei allia; ut patet e versu seq. Berg. κάπτω proprie est certum bibendi genus. Nam Aristoteles docet proprium esse quibusdam animalibus κάψει πίνειν: ponitur tamen pro *deglutire* aliquid, in universum. Inde ἐπεγκάπτειν aliud super alio deglutire. Notandum autem est, chorum hoc pronunciantem allia præbere isiciario, ut ex seq. versu apparet. Cas.

492. Ἐσκοροδισμένος μάχῃ. Citat Suidas v. Ἐσκοροδισμένος, ubi Nos vide. Kust. Σκόροδον s. σκόρδον est *allium*, detestatus cibus multis veterum; qua de re præclara est Horatii ode [Epod. 3. ubi cfrr. intpp.], et nomen ipsum quidam dici volunt a maledicendi formula veterum. Nam cum ex indignatione aliquid imprecabantur, dicebant ἐς κόρακας, quasi tu dicas Latine, *in maximam malam crucem*: ad verbum, *ad corvos*, quia corvi cadavera sectantur. Inde igitur σκόροδον, [inepta est hæc vocabuli etymologia. Dind.] cujus plantæ tanta est acrimonia super alias, ut odoris virus transmittat etiam post digestionem ad urinam. Mos porro fuit veterum Athenn. producere in publicum gallos gallinaceos, generosam avem et prælii cupidam; nec dici potest, quo studio Athenienses eorum pugnam spectarent, non secus atque Romani in venatu amphitheatrali tauros, leones, elephantos, et reliquas omne genus feras. Et quemadmodum apud Romm. ars fuit adhibita irritandis feris in arena, cujus rei sexcenta exempla in beatissimorum martyrum historiis: sic apud Athenienses producendos gallos gallinaceos pascebant alliis; quo nunc alludit poëta. Cas. Ἐσκορόδισας est allio pastus, allio devorato. Dind.

493. σπεῦδε ταχέως. Alludit ad proverbium σπεῦδε βραδέως, *festina lente*, quasi diceret: nolumus ut festines lente, quod vulgo dicitur, sed, ut tota animi vi et corporis festines in hoc negotio. Cas.

494. δάκνειν. Hæc omnia verba proprie conveniunt gallo gallinaceo, cum alio certaturo, non homini cum homine. Cas. καταβάλλειν. Sic recte membr. Ad gallinaceorum commissiones adludit Comicus. Vulgo διαβάλλειν, [Certe id de gallis dici

non poterat. Itaque existimandus erit Comicus alludens ad διαβολὰς posuisse pro καταβ., ut supra διαβολὰς pro λαβάς. Sed καταβ. hic præstat. Dind.] cui in B. superscripta etiam nostra lectio. Brunck. λόφος crista galli gallinacei, ad cujus cristæ imitationem etiam cristæ galearum sunt dictæ eodem nomine. Cas. δάκνειν — τὰ κάλλαι' ἀποφαγών. Omnes hæ translationes a commissionibus gallorum gallinaceorum petitæ. Itaque καταβάλλειν est *dejicere*, ut sæpe solent galli gallinacei pugnantes adversarios mordicus arreptos posternere. Schutz.

495. Κάλλαιον appellatur, quod sub rostro pendet gallis gallinaceis et gallinis Indicis. Simile quid et in bobus, quod *paleare* vocamus. Cas. Scholiastes — *barbas gallorum*, quæ sunt carnosæ. Berg. χ' ὥσπερ Suid. v. κάλλαια. οὐχ οὕτως Suid. Ms. v. κάλλαια. et πάλιν ante ἥξεις. Pors. Κομμάτιον. [Id vocabulum vulgo præfixum est v. 496. sqq. Dind.] Inter varias partes comœdiæ est, quæ vocatur Παράβασις, quum chorus quasi deferens argumentum comœdiæ sermonem ad spectatores convertebat. Nam in cæteris partibus, qui prodibant in scenam, adversi sibi invicem loquebantur; cum chorus parabasin pronunciabat, nemo in scena præter chorum apparebat et spectatores compellabat. Partes septem ut plurimum habet Παραβάσις. Prima vocatur Κομμάτιον, quasi tu dicas *præcisiuncula*, fere paucorum versuum, cum velut transitus fuerat ab argumento comœdiæ ad Παράβασιν. Pars secunda appellatur nomine proprio totius, nempe Παράβασις, quasi tu dicas *transitus* vel *digressio*; alio nomine Ἀνάπαιστος appellabant, quia ut plurimum anapæstis constabat: postea aliis versibus in hanc rem sunt usi Comici; tamen hoc nomen huic parti mansit. Argumentum totius Παραβάσεως in hac potissimum parte continebatur, ubi sæpe poëtæ gravissime populum allocuti sunt et ad bonos mores illum sunt hortati. Tales aliquot sunt Παραβάσεις. Vel in hac parte de se aliquid poëta sub nomine chori loquebatur, quemadmodum fit in hoc loco. Tertia pars vocatur μακρὸν, quasi dicas *longa*, non quod produceretur in multos versus, sed quia pauculos versus, qui Παραβάσει continerentur, uno spiritu pronuntiarent. Quarta Στροφή. Quinta Ἐπίρρημα. Sexta Ἀντιστροφή. Septima Ἀντεπίρρημα. Harum partium tres primæ vocantur ἀπολελυμέναι, quasi dicas *absolutæ*, quia versus harum partium nullam relationem habent inter se; reliquæ quatuor vocantur κατὰ σχέσιν, quia habent inter se mutuam relationem; puta Στροφὴ cum antistropha, Ἐπίρρημα cum Ἀντεπιρρήματι. Posteriores autem respondent superioribus. Κομμάτιον continet preces et faustas acclamationes, quibus isiciarium in jus tendentem prosequuntur. Cas.

497. φυλάττειν esse, *servare, observare, custodire*, atque a φυλάττεσθαι differre, hoc ipso loco allato, docet Dawes. M. Crit. p. 99. Dind.

498. Tres versus (ex Rav. ita descripti) 498-500. vulgo sunt duo, et rectius. Contra 497. s. vulg. melius e Rav. in tres versus 503-505. dispositi sunt. Dind. Ζεὺς ἀγοραῖος. Jovis hujus etiam supra 407. mentio fit. Æschylus Eumen. 977. ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς ἀγοραῖος. Eurip. Heracl. 70. ἱκέται δ' ὄντες Ἀγοραίου Διός. Berg.

500. Κατάπαστος. Ab hac voce παστοφόριον appellarunt Græci Alexandrini sacellum in quo res sacræ continentur; item fercula pomparum in rebus sacris, quibus vehuntur in publicis supplicationibus sacræ scripturæ. Ab eadem voce est παστὸς, *lectus genialis*, quia floribus conspersus. Cas. In Nubb. 1334. πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις. Berg. ἥξεις Suid. v. κατάπαστος. Pors. στεφάνοις κατάπαστος. Hesych. κατάπαστος, πεποικιλμένος. Suidas: Κατάπαστος, κατάμεστος, πλήρης, καταπεποικιλμένος. addito hoc Aristophanis versiculo, sed sine auctoris nomine, ut sæpe. Schutz. His dictis e scena abiit Allantopoles, et sequentia ad spectatores conversus chorus dixit. Dind.

501. Leg. πρόσχετε. Bent. ὑμεῖς | δ' ἡμῖν | προσέχε|τε τὸν νοῦν. Non stat versus. Lego πρόσχετε [πρόσσχετε]. Pherecrates apud Schol. ad Nub. 563. ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν. Similiter peccatum est Nub. 575. v. ibi notata. Duck. [Mirum est, neminem ei paruisse et ne commemoratam quidem esse hanc emendationem, qua tamen opus non est. Dind.] Per prosopopœiam de Anapæstis, ut persona, loquitur Comicus, ne quis forte putet, scribendum hic esse, ἡμῶν τοῖς Ἀναπαίστοις, i. e. *nostris Anapæstis*, ut Frischlinus minus accurate vertit. Kust. ἡμῶν. Vulgo ἡμῖν, manifesta menda. Ordo est: ὑμεῖς δὲ πρ. τ. νοῦν τοῖς ἀναπαίστοις ἡμῶν. Male etiam vulgo digesti sunt ultimi anapæsti. Brunck. Kusterus, lectionem ἡμῖν — τοῖς ἀναπαίστοις tenens, lepido errore hic prosopopœiam fingit, quasi de Anapæstis ut personis loquatur Comicus. Immo si verus esset Kusterus, Chorum Aristophanes in Anapæstos ut personas mutatum finxisset. Sed aut cum Brunckio ἡμῶν legendum, aut si ἡμῖν ser-

vandum putas, hoc, ut sæpe sic μοι et ἡμῖν, pleonastice dicitur: *nunc nobis animum ad Anapæstos advertite.* Quo de genere loquendi quum alii complures, tum nuper Weiskius, vir doctissimus, exposuit in libello de Pleonasmis Græcis, p. 71. Schutz.

503. Ἤδη μούσης Πειραθέντες καθ' ἑαυτούς. Dawes. Misc. Crit. p. 192. "Citat Suidas v. παντοίας." Toup. in Suid. iii. p. 8. Suid. ed. ms. παντοίας ubi μνήμας ms. Pors.

505. Præfixum his in edd. vett.: Παράβασις χοροῦ. Ἀναπαιστικοὶ Ἀριστοφάνειοι. Dind. Εἰ μέν τις —. Mancus in libro R. est versus εἰμέν τις ἀνὴρ τῶν. Id. His anapæstis poëta reddit rationem, cur tantopere esset cunctatus in producendis in medium fabulis. Duas adfert causas: quod scribere comœdiam res sit difficillima, et quod non valde animum ei facerent Athenienses, soliti frui laboribus magnorum poëtarum, nulla aut tenui mercede proposita, ut plerique illorum facti grandævi multa ex paupertate sint passi, quod ingeniosissime poëta illis exprobrat. Cas. Citatur hic locus ab Anonymo in Argumento Nubb., sed non satis emendate. Kust. κωμῳδοδιδάσκαλος. Sicut Græci et Lat. *fabulam docere* dixerunt, pro, *in scenam afferre*: ita et poëtæ Comici dicti sunt κωμῳδοδιδάσκαλοι, tragici τραγῳδοδιδάσκαλοι, ut nimirum distinguerentur ab histrionibus, qui voce canebant comica vel tragica carmina, quæ propria est notio vocum τραγῳδὸς et κωμῳδός. Cas. In Argumento Nubium sic habetur Ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ Θέατρον. Bent. Sic Porsonus. Dobr. Præf. Hec. p. lx. Opusc. pp. 28. 199. Pors. [Ubi monet Porsonus, Comicum cavisse, ne in hoc genere versuum, si secundus pes dactylus esset, tertius spondeus, ultima dactyli syllaba iambicam vocem aut bacchicam inchoaret. Confirmavit hanc emendationem R. unde Inv. recepit. Add. Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 151. Dind.]

506. ἔπη λέξοντας [e vulg. ordine]. Utraque voce minus proprie utitur. Sed gravitatem hac locutione videtur affectasse. λέγειν est oratorum, qui in senatu sententiam dicunt, [Sed usurpatur etiam pro ᾄδειν. v. Intpp. Anacr. Od. i. Dind.] ἔπη etsi generaliter omnes versus, tamen heroici ita proprie vocantur. Cas. παραβῆναι. In Acharn. 628. οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον. In Pac. 734. πρὸς τὸ θέατρον παραβάς. In istis locis παραβαίνειν idem est quod παριέναι, quod usurpatur de oratoribus, qui ad dicendum prodeunt; Demosthenes ii. Philipp. [p. 66. t. i. Reisk.] ἡμεῖς μὲν οἱ παριόντες etc. Aliud est παραβαίνειν εἰρήνην, quod ibidem occurrit paulo ante, sub initium, et ap. Comicum Avv. 331. παρέβη μὲν θεσμοὺς ἀρχαίους, παρέβη δ' ὅρκους. Berg. Lege Ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον, ut auctore in argumento ad Nubes citatur. Porson's Review of Brunck's Aristophanes, Museum Criticum No. 5. June 1815.

507. οὐκ ἂν φαύλως ἔτ. τ. non facile hoc consecutus esset, scil. ut ad spectatores prodiremus et cum iis ageremus. Dind. ἔτυχε Suid. ms. φαύλως. Pors.

508. τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν μ. Sic legendum esse, non, ut vulgo, ὑμῖν, sententia ipsa ostendit, sicque perspicue scriptum est in membr. et in C. Brunck. τολμᾷ τε λέγειν τὰ δίκαια. Non tamen reperias in repub. qui adversus potentes audeant palam obloqui. Itaque laudat se Aristophanes, quod non veritus sit Cleonem palam lacessere, significans, omnes bonos, quibus ille erat odio, multum ipsi debere. Cas. Negligenter Brunckius vulgo ὑμῖν legi ait, se autem ex A. et C. reposuisse ἡμῖν. Libri omnes, quod sciam, ἡμῖν. Dind.

509. γενναίως quoque Schol. Ed. Ald. Suid. v. τυφώς. ed. ms. ut videtur. Ed. Kuster. γενναῖος, quod imperite probat J. Toup. in Suid. iii. p. 238. (Vide ibi Porsonum p. 477.) Pors. Γενναίως. Ita edd. Ald. et Brubachii. Farrei γενναῖον: nuper [in Kust. vitio typoth.] γενναῖος. Berg. Comparat Cleonem, gravissime per remp. Atheniensium grassantem tunc temporis cum vento vehementissimo, qui causa sit naufragii navigantibus et res in terra positas disturbet ac disjiciat. Hujusmodi ventos Græci vocant τυφῶνας, de nomine unius veterum gigantum, vel a verbo τύφω, *fumo*, [Dictus est ille ventus procellosus a tundendo vel pulsando vela; nam τύφειν i. q. τύπειν verberare. Dind.] quia venti isti vehementiores solent accidere tempestate obscuriore, quasi omnia fumi essent plena: ideo Græci μελαμβοῤῥᾶν vocant. Appellat et ἐριώλην, quo nomine appellatur exhalatio, quæ præcedit tempestates hujus generis, vel ab ἔρι particula intendendi et ὄλλυμι, *perdo*, vel ab ἔριον, propter aliquam similitudinem glomerationis fili cum istis exhalationibus s. nubibus. [Scholiastes: *typhos* est venti globus s. turbo, aut ignis; (loquitur autem de Cleone;) *eriole* autem exhalationis globus, antequam inflammetur aër. Berg.] Affine nomen *Circius*. Vetus Gallia Narbonensis, quæ ei vento admodum est obnoxia, proprie sic illum vocavit. Vid. Strab. [iv. p. 277. ed. Almel.] et Senecam [Quæst. Nat. v. 17. add. Favorin. ap.

Gell. N. A. ii. 22.]. Cas. Hesych. ἐριώλαι, ἀνέμων συστροφαί, αὖραι, πνοαί. De hac voce aliquid dicam ad Acharn. 1177. Brunck. Add. Zonar. i. p. 866. ibique ab edit. laudatos Grammaticos. Sensus: omnibus turbulentis hominibus se forti animo opponit. Dind.

510. Ut commendet poëta suas fabulas sine invidia, introducit chorum, parantem rationem reddere ejus, quod multi in Aristoph. essent mirati et cujus causam ex ipso sæpe quæsiissent: cur nimirum cunctanter adeo chorum poposcisset. Quid sit *chorum poscere*, docent Comicorum fragmenta apud Athenæum. Poëta dramaticus, qui fabulam scripserat, chorum αἰτεῖν dicebatur, cum choragum quæreret, cujus sumtibus ea fabula doceretur. Locabant enim poëtæ operas suas locupletibus civibus, qui ex legibus Athenn. cogebantur χορηγεῖν, i. e. ludos edere et chorum sua pecunia instruere. Sic leges χορὸν δοῦναι et χορὸν λαμβάνειν. Cas. ὡς. fo. πῶς. Bent.

511. βασανίζειν. Potest verti: et tacite apud se causam quærere; vel, a poëta causam exigere. [Hanc posteriorem interpretationem veram esse docet antecedens προσιόντας. Dind.] Βάσανος instrumentum quæstionis: unde βασανίζειν proprie, quæstionem habere et vero indagando tormenta adhibere. Cas. Χορὸν αἰτοίη. A chorago, qui sumtus suggerebat. Berg. Frischlinus male: *cur non ipse chorum a se jamdudum exigat ipso.* Verte: *quod non ipse pro se chorum posceret*, sive, *quod non impetrato choro ipse dramata sua per se et suo nomine ederet.* Vox χορὸς enim aliquando omnem apparatum et ornatum scenæ significat, qui ad commissionem dramatis alicujus necessarius erat. Hinc χορὸν αἰτεῖν dicebatur poëta, qui tribus alicujus chorago dramata sua offerebat, rogans, ut ea in theatrum producenda curaret, sumtusque, qui ad eorum commissionem necessarii essent, suppeditaret. Cui igitur choragus annuebat, is dicebatur χορὸν λαμβάνειν, quo sensu phrasis ista occurrit ap. Comicum nostrum Ran. 94. et Hesych. v. Πυρπερέγει [T. i. p. 1087. vbi v. intpp.]. Contra choragus, poëtæ gratificans, dicebatur χορὸν δοῦναι, ut in fragmento Cratini ap. Athen. xiv. 9. [T. v. p. 317. Schweigh.] ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν. Vide ibi τὸν πάνυ Casaubonum [p. 908. ed. Lugd.]. Porro sciendum est, Aristophanem initio fabulas suas non suo nomine commisisse, sed aliis poëtis ipsorum nomine edendas et committendas dedisse, ut ipse de se testatur in Parabasi Vesp. 1013. sqq. Primum autem drama *Equitum* ipse per se et suo nomine in theatrum produxit, ut non solum testatur Anonymus in Argumento hujus fabulæ, sed etiam Schol. ad Vesp. 1013. Hinc igitur patet, quis sit hujus loci sensus. Kust.

512. φησὶ γὰρ ὡ'νήρ [ut Br. ed.]. Minus bene vulgo ἀνήρ. Brunck. [vid. ad 441. Sensus sequentium est: sibi non per insipientiam hoc evenisse ut cunctaretur. Dind.]

514. Est locus elegans. De arte comica enim tanquam de femina loquitur, multos quidem habente amatores, sed paucis sui copiam faciente. Πειρᾶν enim et χαρίζεσθαι sunt verba rei Venereæ, quorum illud significat, *feminam sollicitare* sive de concubitu compellare, hoc vero de ea dicitur, quæ amanti se indulget. Meminit hujus loci Priscianus lib. xviii. col. 1198. itemque Schol. Pindari ad Pyth. B. v. 78. [p. 513. ed. Heyn. t. iii.] ubi plura eaque lectu digna de modo memorata significatione vocis χαρίζεσθαι in medium affert. Kust. Πειρᾶν proprie verbum meretricum et primos aditus rei amatoriæ tentare significat. Ejusdem farinæ verbum χαρίζεσθαι, quod significat *facere sui copiam*. Sic notat Seneca pater, [præf. 4. Controv.] *officium* et *officiosus* nomina honestissima ad significationem rei turpis solita transferri. Jocose autem Aristophanes comparat comœdiam scorto delicato, et cujus aditus paucis pateat. Cas. Quasi de superba meretrice ita loquitur de comœdia; nam hæc verba etiam de re Venerea dicuntur, ut notavit Schol. et constat. Berg. Confer Kusterum et Casaubonum in locum. Ruhnken. ad Timæum p. 151. 195. Joann. Keill. Lect. Astronomic. vi. p. 51. Astronomy was courted by many admirers and suiters. Pors.

516. Altera ratio est, cur sero et cunctanter ad comœdias accesserit, quia natura Athenn. inconstans est et ingrata. Solebant enim poëtæ remunerationem operæ suæ exspectare a repub. Φύσις duobus modis accipitur, pro ipsa natura per quam sumus, et pro ingenio et moribus, per quos tales sumus. Si priore modo accipias, homo non habet naturam annuam, sed in diem, in horas pendent miseri mortales. Ideo Pindarus [Pyth. viii. 135.] ἐπαμέρους, i. e. in diem viventes homines vocavit. Sed poëta altera notione capit, et naturam esse annuam Atheniensibus ait. Nam, qui hoc anno placuerant poëtæ, proximo anno displicebant. Hujusmodi querimoniæ etiam apud Latinos Comicos habentur. Cas.

517. προδιδόναι verbum ancipitis significationis: interdum *relinquere* significat,

et in bonam partem accipitur, vel mediam. Alias crimen denotat, cum fidem publicam aut privatam fallimus. Cas.

518. τοῦτο. Bentleius epist. ad Mill. p. 32. laudat ταῦτα, quod rectum puto, ut conveniat cum sequente ἅ. Duck. ἅ'πaθε, id est, ἃ ἔπαθε. Prima syllaba ob crasin litterarum α ε longa est. Recte in vett. edd., juxta codd. scripturam omnium, excusum est ἅ'παθε. Kusterus vero imperitissime edidit ἃ 'παθεν, quo pacto pro dactylo est pes Creticus, corruptis versus numeris. Brunck. Μάγνης. Inter vett. poëtas veteris comœdiæ fuit Magnes hic, qui in theatro Attico floruit, dum ætate floreret, abeunte ætate sic defloruit, ut nullo loco haberetur, quod Atheniensibus vitio vertit Aristophanes. Cas. πολιαῖς κατιούσαις. *Cani descendere* dicuntur, cum de summo capite vel de temporibus, qua parte primum canescimus ex sententia quorundam veterum, mentum et barbam occupant. Theocriti dictum est [Id. xiv. 68.]: ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι· et apud poëtas [Hom. Il. viii. 518.] dicuntur senes πολιοκρόταφοι. Cas.

518. Versum hunc et quatuor sequentes adducit Suidas v. Μάγνης. Kust. ἔστησε τρόπαια. Proprie ducibus militiæ convenit hæc locutio. Nam ἱστάναι τρόπαιον est, *erigere monumentum hostis fugati.* τρέπειν est, in fugam hostem vertere: τρόπαιον, locus ubi monumentum τῆς τροπῆς. Solebant Græci saxea monumenta exstruere in loco victoriæ, quod Romani non faciebant. Veteres quidem longe hac parte humaniores, cum, ut ait Jurisconsultus, odia non oporteat esse immortalia. Hic simpliciter accipitur pro *vincere.* Cas. χορῶν τῶν ἀντιπάλων. Apud Athenn. instituebantur ludi, quorum maxima pars chori fuerunt: unde inter publica munera reip. fuit τὸ χορηγεῖν. Nam divites cogebantur poëtam conducere, qui comœdiam doceret et choragium totius scenæ sumtibus suis instrueret, quæ impensæ maximæ fuerunt. Hic autem fuit æmulatio vincendi, ut ex Midiana Demosthenis apparet [vid. c. 43. ed. Spalding.] Propterea Comicus χοροὺς ἀντιπάλους vocavit duorum poëtarum, qui eodem tempore fabulas docent et de palma certant. Poëtæ isti proprie dicuntur scriptoribus Atticis ἀντιδιδάσκαλοι et chori, χοροὶ ἀντίπαλοι. πάλλειν est *vibrare.* Sed, quoniam moris fuit, sortes in urnam conjicere, ut mota urna sortes emitterentur, is urnæ motus παλμὸς Græce vocatur, et sors πάλος, unde ἀντίπαλοι proprie, qui sortiuntur in contrarium; generaliter pro contrario accipitur. Cas.

520. ψάλλων. Aristophanes exprobrans Atheniensibus ingratum erga Magnetem animum simul revocavit illis in memoriam fabulas, quas cum doceret Magnes, plausum tulit. Ingeniose vero poëta non ipsa fabularum nomina ponit, sed ad illa alludit. ψάλλειν est organum pulsare aliquod. Inter veterum organa fuit et *barbitus.* Magnes fabulam ediderat hoc titulo βαρβίτιδες, credo, quia plures inducebantur in ea fabula tibicinæ mulieres et quæ barbitos pulsarent. πτερυγίζων. πτερὸν Græce est *ala:* dicitur et πτέρυξ: unde πτερυγίζειν verbum, quod proprie convenit avium pullis, priusquam e nido longius evolent, alas tentantibus. Propterea apud Græcos eleganter πτερυγίζειν monentur, qui ad opus se accingunt, i. e. vires suas tentare. Hic vero Aristophanes alludit ad fabulam Magnetis, cujus fuit index Ὄρνιθες, *Aves:* quo nomine et Aristoph. fabulam edidit elegantissimam. Cas. ψάλλων καὶ πτερυγίζων. Hisce et sequentibus verbis lepide titulos fabularum Magnetis circumscribit. ψάλλειν enim ad Βαρβίτιδας, πτερυγίζειν ad Ὄρνιθας, λυδίζων ad Lydos, ψηνίζων ad Ψῆνας refertur. Schutz.

521. λυδίζων. Certum est Lydos minoris Asiæ gentem voluptatibus olim deditissimam fuisse; quod vel ludorum appellatio testatur. Ludos enim a Lydis esse dictos præter Tertullianum [de spectac. c. 5. ubi cfrr. intpp.] et alios Latinos etiam Hesychius ait. Inter musicæ veteris et harmoniæ species fuit, quæ *Lydia* appellabatur. Magnes poëta δρᾶμα ediderat hoc titulo Λυδοὶ, cujus argumentum nescimus. Hoc scimus, Aristophanem hac voce eo alludere. ψηνίζων. Inter miranda naturæ ponitur ab Aristotele. Theophrasto, aliis, quod vermiculus quidam erumpens e grossis ficus agrestis, quæ nunquam maturescit, pungens et incidens ficus immaturas mitis arboris maturitatem illis adfert. Hic vermiculus proprie ψὴν [cynips Linn. Gallwespe.]. Sed poëtæ veteres [comici] abusi ea voce notionem obscœnam ei tribuerunt: unde ψηνίζειν pro, impudicum esse, sicut in veteri proverbio [apud Synes. v. Erasm. Adag. p. m. 464.]: οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται. Magnes hic fabulas docuerat hoc nomine ψῆνες, quo alludit poëta hac voce. Βάπτειν Græce est verbum tinctorium. Nam pannus βάπτεσθαι dicitur, cum in lavacrum tingendi causa dimittitur; inde tinctores βαφεῖς dicti Græce. Inde et βαπτίζειν, quod proprie sonat sæpius tingere; sicut fiebat in quibusdam tincturis, puta in dibapha purpura. Ecclesia recepit hoc nomen et dixit *baptizare;* et Tertull. vocat *tincturam* pro *baptismo.* Βαπ-

τὸς *tinctus*, βατράχειος *raneus*, quod pertinet ad ranas. Sed Græci inter colorum nomina hoc quoque posuerunt. Viridis coloris sunt plurimæ species: in his una est, fuscior nempe et media inter pallidum ac viridem colorem, quæ appellatur βατράχειος, a colore ranis naturali. Hinc genus vestimenti ab eo colore βατράχειον dictum. Familiare enim fuit veteribus, vestes a colore denominare. Sic hodie *une cotte*, a colore croci. Porro his verbis alludit poëta ad fabulam Magnetis, cui titulus Βάτραχοι, quo indice et Aristophanes edidit. Cas.

522. Suid. ms. οὐκ ἐξήρκεσεν. ubi ὑμῶν. Pors. τελευτῶν h. l. non est *moriens*, sed ut in Isocratis oratione Areopag. τελευτῶντες (*ad extremum*) εἰς τραχύτερα πράγματα τῶν τότε γενομένων ἐξοκείλωμεν. Berg.

523. ἐξεβλήθη i. e. *exactus fuit*: vel, *non stetit*. Sic enim Latini loquuntur, cum significare volunt, fabulam poëtæ alicujus non placuisse populo. Idem significat πίπτειν, qua voce usus est Noster infra 537. Τὸ ἐκβάλλεσθαι autem simili sensu capitur apud Suid. v. Μόρσιμον, ubi jungitur cum συρίττεσθαι, i. e. *sibilo excipi*, quod itidem malis poëtis contingebat. Kust. ἀπελείφθη. ἀπολείπεσθαι proprie de cursore, qui inter currendum vincitur. Cas.

524. Alterum Cratini exemplum est, inter Comicos præstantissimi. Porro præstantiam Cratini allegorice exprimit, locum respiciens ejus poëtæ, ubi ingenium suum extollens torrenti se comparaverat, qui omnia adversa magno impetu ruens rapit. Significabat Cratinus, non posse ullum poëtam, qui secum in certamen descenderet, ullam de victoria spem habere. Cas. ῥεύσας. Debuit dicere, ῥεύσας ῥοθίῳ: ita de torrente loqui debuerat; sed allegoriam subjecto accommodat. Cas. Est h. l. multa laude fluens, h. e. abundans. Dind. Cratinum comparat cum fluvio. Scholiastes: *videtur mihi Aristophanes inde hanc metaphoram sumsisse, ubi Cratinus de se ipso magnifice dicit.* Verba Cratini sunt: Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων· Καναχῶσι πηγαί· δωδεκάκρουνον στόμα· Ἰλισσὸς ἐν φάρυγγι. τί εἴποιμί σοι; Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα, Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασι. *Proh Apollo! quantum flumen carminum! Sonant fontes: os habet duodecim canales: Ilissus* (fluvius) *est in gutture. Quid tibi dicam? Nisi enim quis ei obturaverit os, omnia hæc inundabit poëmatis.* Berg. *In schedis;* Cratinus apud Suid. v. δωδεκάκρουνον. Schol. ad Aristoph. Eq. 523. δωδεκάκρουνον τὸ στόμα, Ἰλισσὸς ἐν τῇ φάρυγι. Ubi non omnia recte atque ordine fecerunt Kusterus et Toupius in Suid. Cur. Noviss. p. 35. Confer Eustath. ad Homer. Odyss. i. p. 1635, 21. Euripid. Cycl. 410. ἀνέπεσε, φάρυγος αἰθέρ' ἐξανεὶς βαρύν. Vulgo, φάρυγγος—ἐξιείς. Sed propius vero ἐξανιεὶς Athen. i. 19. p. 23. e. Vide Advss. p. 268. Pors. Cratinus Suidæ v. μαρίλη, ἐφθάρη μαρίλης τὴν φάρυγγα πλέαν ἔχων. ἔφθη Porsonus ad Ach. 350. Legendum, – ⏑ ἐφθάρη μαρίλης τὴν φάρυγα πλέαν ἔχων. Ibidem distingue, χαλκεὺς οἷά τις γέμων καπνοῦ καὶ μαρίλης. In Aristoph. fr. inc. 93. lege e Porsoni Photio, τὴν φάρυγα μηλῶν δύο δραχμὰς ἕξει μόνας. τὴν φάρυγγα μηλῶσαι ms. Gal. ex vicinis orta. Heniochus Athenæi xi. p. 483. e. πιεῖν, πιεῖν τις ἐγχείτω, λαβὼν πυριγενῆ κυκλοτερῆ βραχύωτον παχύστομον κώθωνα παῖδα φάρυγγος. Malim, πιεῖν, πιεῖν τις ἔγχει, πυριγενῆ λαβὼν βραχύωτον κυκλοτερῆ παχύστομον κώθωνα παῖδα φάρυγος. Dobr. ὃς ἐπὶ πολλῷ ῥ. π. ἐ. Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 31. Propter iterationem ejusdem verbi (ῥεύσας—ἔῤῥει) suspectum hunc locum habet Lobeckius ad Phrynich. p. 739. Dind. Vide Reisig. i. p. 112.

525. Loci hujus meminit Etymologus v. Ἀφελὲς et Suidas eadem v. [Ap. Zonar. i. 352. ubi Ἀφέλεος τόπος, ὁ ὁμαλός· editor conjecit: Ἀφελὴς τ. Fortassis ex h. l. præmittendum: ἀφελῶν πεδίων. Dind.] Est autem locus hic insignis de Cratino Comico. Kust. Torrentes cum per campos feruntur, miram edunt stragem. Vocat poëta πεδία ἀφελῆ, quasi *plena* dicas, *integra* et non prærupta. ἀφελὲς dicitur ἀναφελὲς, cui nihil sit detractum, ἀφελεῖν detrahere est. Σύρειν est *trahere*. Tria verba sunt diligenter distinguenda: ἄγειν *volentem ducere*, ἕλκειν *nolentem trahere; σύρειν renitentem velut obtorto collo trahere*. Hinc διασύρειν pro, lacerare alicujus famam dicteriis et irridere, ponitur. Παρασύρειν est velut in transitu rapere, ut cum torrens arbores evulsas rapit secum. Στάσις est *statio*, ubi res quæque suas sedes habet. Cas. παρασύρων Suid. in Στάσις. At παρασύρας Etymol. in Ἀφελές. Bent. διὰ τῶν ἀφύων varia lectio in scholiis.—παρέσυρεν grammaticus in Bekkeri Anecdotis T. i. p. 470, 1. Dind. Στάσεις intp. Suidas, hoc loco citato τὰ ἀναχώματα τῶν ποταμῶν, *aggeres fluviorum*. Significat tamen universe locum in quo arbores stant, unde torrentis vi radicitus evelluntur. Schutz.

526. προθελύμνους. Plane poëticum vocabulum. Veteres ita exponunt: τέλος *finis*, τέλυμνος *finalis*, et mutato τ in θ fit θέλυμνος *ad finem usque perveniens*. [Imo

plerique Grammatici προθέλυμνα interpretantur ἄλλα ἐπ' ἄλλοις, συνεχῆ. Scilicet θέλεμνον, θέλυμνον idem fuisse dicitur quod θεμέλιος; alii θέλεμος putant fuisse i. q. ἐθελήμων. v. Heyn. ad Il. ix. 537. Dind.] Significat solitum Cratinum inimicos sive antagonistas suos radicitus perdere. Cas. ἐφόρει. Vide Advss. p. 210.

527. συμποσίοις Suid. ἀφέλεια ed. Med. ubi ὃς πολλῷ 523. usque ad πρυτανείῳ 532. Pors. Notabilis hic est locus, quod ex eo intelligitur olim chorica carmina ex fabulis scenicis deprompta, quæ populo maxime placuissent, in conviviis decantari solita, quod patet quoque ex Nubibus v. 1367. Schutz. Ut declararet Cratini famam, ait, tanta illum celebritate fuisse, ut non alia in conviviis carmina cantarentur, quam Cratini. An autem hæc fuerint de ejus fabulis excerpta, an scolia in eam rem ab eo scripta, non declarant veteres. Cas. Δωροῖ συκοπέδιλε. Hoc principium est cantici Cratini cujusdam, cujus argumentum verbo indicat Scholiastes et conjicimus ex his ipsis. Videtur poëta invectus eo cantico in corruptos mores magistratuum, qui muneribus omnia venderent. Ideo fingebat Deam quandam, quæ illi vocabatur Δωρὼ, quasi dicas, *Dea Muneraria*. Hanc variis laudibus afficiebat, et inter cætera vocabat συκοπέδιλον, ridicula voce et licentia comica ficta, ad denotandas συκοφαντίας, quæ tunc exercebantur. Alluditur hoc nomine ad Homericum epitheton Thetidis deæ, quam ille vocat ἀργυρόπεζαν, velut argentea instita ornatam vestem gestantem. Hic ridicule Δωρὼ dea vocatur συκοπέδιλος, quæ vestem habeat ornatam calumniis, tanquam institis et limbis. Cas. Voce autem συκοπέδιλε alludit ad etymologiam τοῦ συκοφάντου. Berg.

528. Τέκτονες εὐπ. ὕ. Est principium alterius cantici. [Ex Eumenidibus Cratini, ut ait Schol. Berg.] Sonant hæc ad verbum: *o fabri ingeniosorum hymnorum.* Pulcra periphrasis poëtæ. Εὐπάλαμος proprie epitheton personæ, quæ ingeniosam manum habet: nam παλάμη est *palma* et *manus*. Cas. Zonar. Lex. i. 901. εὐπαλάμων ὕμνων ἀντὶ τοῦ εὖ διακεχωρισμένων ἢ συντεταγμένων. τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. Dind.

529. νῦν codex R., Suidas. Dind. παραληροῦντ'. Suspicor Aristophanem scripsisse παρακρούοντ' et παραληροῦντ' e glossa fluxisse. Παρακρούειν apte dicitur de citharœdis, qui a chordis, quas tangere debebant, aberrant, (ut Germani dicunt *falsch greifen.*) Deinde metaphorice ponitur pro *delirare*, ut παραπαίειν, παρακόπτειν. Aptius autem h. l. esse παρακρούοντ' exinde patet, quod in sequentibus metaphoræ plures a lyra vel cithara petitæ sunt. Schutz. ἔτ' οὐκ Suid. ed. M. ibid. cum aliis corruptioribus deinceps. Pors.

530. Describit poëta remissum per senectutem ingenium: ingeniosissime vero comparat cum lectis veteribus et usu ipso detritis. Quemadmodum enim ut lectos et omnem supellectilem recentem quidem in pretio et sæpe in deliciis habemus, ubi vero gratia novitatis periit, negligimus; accedente senio, cum usus partem attrivit, jam vero plane contemnimus. Quid appellet ἠλέκτρων, ex Schol. non discas, qui totus misere corruptus. Eum si sequimur, ἤλεκτρος lecti est *pes lecti*, vel quod pedi lecti supponitur, et idem ac κλινόπους. Propterea doctissimi viri scripserunt ἤλεκτρον esse fulmentum lecti; quemadmodum illo accipitur proverbio [ap. Non. Marc. v. Erasm. Adag. p. m. 22.]: *Fulmenta lectum scandunt*, i. e. ὁ κλινόπους ὑπὲρ τὸ λέκτρον πηδᾷ. Nimirum in errorem eos induxit depravata lectio Schol. hoc loco. Atqui ἤλεκτρος dicitur frustum electri, quo veteres utebantur ad ornandos lectos suos. Mira antiquorum luxuria in hac parte. Nam, ut ex Ulpian. JC. et omni historia veteri constat, lectos tam tricliniares quam cubiculares pretiosissimos habuerunt, puta ex lignis longe arcessitis, cedro, thyia, citro etc. item ex ære, argento, auro: nam etiam ex auro solido legimus factos esse. Alii non ex solido auro aut argento conficiebant, sed bracteis aut laminis argenteis vel aureis tegebant, alii testudine vel ebore ornabant. Solebant autem velut bullas pretiosæ alicujus materiæ inserere ligno. Martialis [Epigr. xiv. 85. in inscript.] pavoninos lectos vocat, qui ita ornati caudam pavonis repræsentabant. Græci hoc dicunt ὀφθαλμίζειν lignum, quasi dicas, ligno oculos inserere, et ita in Schol. ὠφθαλμισμένους legendum, ubi est ἠσφαλισμένους. Inde est totus error. Ex hoc loco apparet, hujusmodi ornamenta ad lectorum usum Athenis ex electro solita fieri. Electrum varie accipiunt veteres: pro succino, vel pro auri et argenti mixtura, certo temperamento, cum tribus auri partibus una argenti additur; qua de re Servius et Juriscons. et Plinius. Hæ sunt ἤλεκτροι, quas ait poëta de vetustis lectis paulatim cadere. Cas. Ex participio ἐκπιπτουσῶν apparet vocem ἠλέκτρων esse generis feminini a recto ἤλεκτρα: unde secundum vulgares Grammaticorum regulas scribi potius debebat ἠλεκτρῶν cum circumflexo in ultima. Vel dicendum est, nominativum singularem esse ἡ ἤλεκτρος, unde est genitivus plur. ἠλέκτρων, quod et Schol. vetus censet. Quod autem ad rem ipsam atti-

net, Salmasius ad Solinum, ἠλέκτρους vel ἤλεκτρα dictos fuisse clavos ex electro, quibus prisci lectorum pedes muniverint; quasi dicat ἡλόλεκτρα: quod idem censere videtur Schol. vetus. Ait enim, lectos veterum habuisse pedes ἠσφαλισμένους ἠλέκτροις, i. e. *munitos electris*, quod vel de clavis vel de laminis ex electro, quibus lectorum bases inductæ erant, intelligi debet. Suidas, quod obiter moneo, v. Ἤλεκτρα et v. Ὠφθαλμισμένους pro ἠσφαλισμένους legit ὠφθαλμισμένους (quasi dicas, *ocellis quibusdam distinctos*), quæ lectio *clavis* optime conveniet. Capita enim clavorum tum ob rotunditatem tum etiam ob splendorem (si nempe ex metallo facta sint) haud male cum oculis comparare possis. Vide etiam Casaub. ad h. l., qui ὠφθαλμισμένους pro ἠσφαλισμένους ap. Schol. legendum esse contendit. Kust. Kusterus recte monet, ex adjectivo addito patere, nominativum esse ἤλεκτρος, vel, si sit ἠλέκτρα, legendum esse ἠλεκτρῶν. Priorem sententiam sequitur Schol. ut idem monet, dicens αἱ ἤλεκτροι, τῶν ἠλέκτρων. Suidas terminationem in α videtur prætulisse: scribit enim ἤλεκτρα, ἰδίως τὰ ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα ἐλεφάντινα· οὕτως ἐκάλουν ἠλέκτρας· quod Schol., οὕτως ἐκάλουν ἤλεκτρα. Et tamen mox idem Suidas eod. loc. et in ὠφθαλμισμένους, ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις. De re autem ipsa non dubito, quin recte sentiat Casaub., ornamenta fuisse lectorum ex electro, tanquam bullas quasdam, quæ insererentur ligno. Hoc confirmat Eustath. ad Od. Δ. p. 1483, 24. ubi cum exposuisset ἤλεκτρον esse χρυσοῦ μίγμα τι καὶ ἀργύρου, item succinum, quod lacryma Heliadum dicitur, e quo capula gladiorum fiant, paleas attrahentia, et quo verisimile sit, exornatam fuisse Menelai domum, de qua ibi poëta agit, mox subjicit: καὶ ἤλεκτρα δὲ τὰ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐν κλίναις ποικιλλόμενα ἐκ τοῦ ἠλέκτρου φαίνεται λέγεσθαι· ἃ καὶ θηλυκῶς προάγονται, ὡς δηλοῖ τὸ, ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων· ὧν ἡ εὐθεῖα, αἱ ἤλεκτροι, κατὰ τοὺς τοῦ Κωμικοῦ σχολιαστάς· οἵ φασι καὶ ὅτι αἱ ἀρχαῖαι κλῖναι τοὺς πόδας εἶχον κατησφαλισμένους ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις. Est etiam in Etym. M. ἠλέκτραι, πόλις [Recte Tittmann. conjecit scribendum esse πύλαι. Dind.] Θηβῶν cet. ἢ τὰ ἐν τοῖς κλινόποσι τῶν σφιγγῶν ὄμματα, ἢ τῶν ἐν ταῖς κλίναις ποικιλλομένων· quæ iisdem verbis descripsit Varinus. Sylburgius ad Etym. referens verba Suidæ ait, ex ejus descriptione ἠλέκτρας videri esse electrina emblemata, quibus ceu oculis et gemmis lectorum pedes exornabantur: quemadmodum et Mercurii Sphingisve simulacra in iisdem pedibus effingi solita; quod de Mercurii simulacris est in Etym. v. Ἑρμῆς. Ceterum observandum est, quod Suidas post ἐπιβαλλόμενα addit ἐλεφάντινα, quæ vox in Schol. non comparet, ut etiam Kust. notavit, et si, quod docti putant, hic electrum, quæ metalli species est, designatur, præter rem et absurde ab eo adjecta est. Sane videntur quidem primitus ornamenta ea ἠλέκτραι vel ἤλεκτροι vocata, quod ex electro, vel si mavis succino, fierent: sed forte procedente tempore omnia ex alia materia facta eo nomine appellata fuerunt: nam generaliter dicunt Eustath. et Etym. τὰ ποικιλλόμεναι [ut et Phot.], ita ut ea vox ap. Suid. retineri possit. Quod autem Kuster. ad Suid. putat apud eum legendum τὰ ταῖς κλίναις ὑποβαλλόμενα, non necesse est: nam in universum τὰ ποικιλλόμενα ita dicuntur, quæ recte ἐπιβάλλεσθαι dicuntur. Sed ipse ab ea sententia discessisse videtur, cum ad Aristoph. nihil mutet in Scholiis. Duck. Patet autem ex his ipsis disputationibus, incertum jam olim fuisse, quænam fuerint ἤλεκτροι. Hoc ex toto loco intelligitur, non h. l. dici ornamenta pedum lectorum, sed potius lyræ quasdam partes, epitonia v. c. Hinc bene Vuil.: 'da ihm, wie einer alten Leyer, die *Wirbel* ausgefallen sind, und er keinen Klang mehr hat und die Fugen aus einander sich gegeben etc.' Francogallus: 'qu'il ressemble à un instrument de musique, sans cheville, sans corde et tout disjoint.' Dind. τόνου. Et hæc vox lectorum propria. Τόνος dicitur funis, quo intendebantur lecti veterum. Aristoteles in Problem. mechanicis describit fuse et κειρίας vocat. Cas. [cap. 26. ubi tamen σπαρτία dicuntur. Sed de κειρίαις vid. ad Avv. 817. H. l. autem τόνος musico significatu accipiendum, de chordis aut potius sonis quibusdam. cf. Zonar. ii. p. 1736. Dind.]

531. ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν, concinnitate carminum fatiscente. Metaphorice de Laide jam vetula Epicrates: Ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν (longum stadium) ἤδη τρέχει (ætate longe provecta) Τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος (et concinnitates corporis perdit jam flaccescentes). Apud Athen. xiii. p. 570. Berg. περιέῤῥει. Frischlinus male, *fluitabat*, pro, *obambulabat* vel *circuibat*. Verbum enim hoc non est compositum ex περὶ et ῥέω *fluo*, sed ex περὶ et ἔῤῥω vel ἐῤῥέω *eo, abeo*: unde est ἐῤῥήσετε *abibitis*, apud Comicum Pac. 499. et Lys. 1242. item ἤῤῥησε *abiit*, Ran. 1223. Vid. plura in Indice v. ἐῤῥεῖν. Kust. Ἁρμονίαν ponit pro ἁρμογή· nam ἁρμονία proprie musicæ pars est, ἁρμογὴ verbum artis fabrilis; ut et διαχάσκειν de

asseribus male compaginatis et hiantibus. Ab eadem arte est *περιέῤῥειν*, verbum de antiquo opere, cuius partes hic et inde dilabuntur. Cas. Hæ sunt *παρερμηνείαι*. Dind. *Τῶν θ' ἁ. δ.* Suid. *ἁρμονίαν*. Pors.

532. Meminit hujus loci Suidas v. *Κοννᾶς*, qui etiam more suo Scholiastæ scrinia illic compilavit. Ad hunc autem locum Comici nostri (quod obiter moneo) puto respexisse Hesychium, ubi ait: *Κόννις, ἀλείτης, πενίαν ἔχων, καίπερ ὢν ἄριστος.* Rescribo: *Κοννᾶς, αὐλητὴς, πενίαν ἔχων,* (vel potius, *διὰ πενίαν μηδὲν ἔχων*) [Hanc correctionem recte repudiat Albert. ad Hes. t. ii. p. 313. priorem occupaverat Florens. Dind.], *καίπερ* etc. Nam Connam fuisse tibicinem eumque pauperem, licet ob præstantiam artis victoriam Olympiæ reportasset, testatur h. l. Scholiastes. Kust. Nam et iste, cum esset in sua arte præstantissimus; erat autem tibicen; in summa paupertate vivebat et nihil habebat ex arte sua nisi corollas, quas victor in certaminibus musicis sæpe tulerat. De isto exstat parodia versus cujusdam Hesiodei: *ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ· Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος νικήσει.* ***Ede et ventri tuo gratificare, ut tibi fames infensa fiat: ceterum Connas iste coronis onustus victor cluet.*** Scholiastes etiam dicit, proverbium esse illud: *στέφανον μὲν ἔχων δίψει δ' ἀπολωλώς.* In his autem Cratini notat bibacitatem, ut alibi etiam. Berg. Proverbium est Græcorum, ***Coronam habet, sed siti perit;*** quod de iis dicitur, qui propter virtutem aut eruditionem laudantur et algent tamen: de quibus Juvenalis illud recte usurpaveris [vii. 81.]: 'Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?' Dictum est primo in Connam quendam tibicinem, artis suæ peritissimum, qui laudari solitus ab omnibus perpetua tamen egestate laborabat, ut nihil illi superesset ex arte, nisi corollæ quas olim erat consecutus. Cas. Scr. *Κόννας.* Fueritne tibicen hic vel citharœdus idem cum eo, qui proverbio originem dedit *Κόννου θρῖον* seu *ψόφος*, de quo vid. ad Vesp. 675. an diversus, non plane liquet. Duos fuisse censet Kusterus ad Suid. in *Κόννου ψῆφος.* Scholiastæ vero ad Vesp. unus fuisse creditur: *μήποτε δὲ οὐδέ ἐστι Κόννος, ἀλλὰ Κόννας, ὃν προενεκτέον ὡς Μίδας.* Et sane huic opinioni favet loci sententia. Nam *Κόννας*, de quo hic agitur, pauper erat, cui, licet ob præstantiam artis ab omnibus laudaretur, victoriasque publicas reportasset, nemo nihil quicquam dabat. Quapropter Bdelycleo patri in Vesp. ait: ***Te quidem non pluris faciunt, quam pauperem Connam, cui nemo nihil dat: in istos vero munera conferunt.*** Brunck. *δίψῃ* [ut olim vulg.] Suspicor potius *δίψει* legendum esse, ut in proverbio, ubi et Schol. et Diogenian. 4, 26. et Vatic. Append. 1, 59. *δίψει* habent: tametsi scio, non minus Græce dici *δίψᾳ*. Duck. Notam Cratini bibacitatem perstringit, ut et Pac. 700. Horatius Ep. i. 19. [1. ss.]: 'Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino, Nulla placere diu nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ potoribus.—Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ.' Hanc in rem elegans exstat Nicæneti vel alius Horatio antiquioris poëtæ epigramma, cujus meminisse videtur Mæcenatis amicus, quum illos versus scriberet [Analect. Brunck. T. i. p. 417. iv. s. Jacobs. Anth. i. p. 206. qui cf. Anim. T. i. P. ii. p. 230.]:—*Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ· | ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν. | ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ | Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδωδὼς πίθου. | τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῷ | μέτωπον, οἷα καὶ σὺ, κεκροκωμένον.* Brunck.

533. *πίνειν ἐν τῷ Πρ.* Alludens ad mores Connæ *πίνειν* posuit pro *ἑστιᾶσθαι.* [Pro *σιτεῖσθαι* aut *δειπνεῖν.* Hoc etiam in Cratini bibacitatem. Berg.] Sic enim dicebant dignum esse aliquem, qui in Prytaneo vesceretur, non qui in Prytaneo biberet; sed propter vinositatem Connæ ita loquitur. Notum autem in Prytaneo bene de Rep. meritos fuisse solitos epulari. Cas.

535. *ἡμᾶς* Suid. in *Στυφελισμούς.* Bent. *μὴ ληρεῖν.* Mirum posuisse poëtam causam pro effectu. Significat enim, non debuisse hunc poëtam, scil. Cratinum, contemni et haberi neglectui. Contemtui habentur, qui aut ætatis vitio aut alia ratione creduntur delirare. Hic igitur posuit *ληρεῖν* pro, *καταφρονεῖσθαι ὡς ληροῦντα.* Nam si propria notione accipias, putidum sit et ridiculum, reprehendi Athenienses a poëta propter deliria Cratini. *λιπαρὸς* propr. est unctus olivo aut pingui: sed ut Latini ungere et unctiorem culinam dicunt de lautiore apparatu, sic apud poëtas Græce *λιπαρὸς* accipitur. *παρὰ τῷ Διονύσῳ* i. e. *in theatro,* inquit Schol.: imo, ut videtur, in nobilissimo theatri loco. Nam in theatris discretæ sedes. Ubi autem imagines deorum collocabantur, ibi commodissimus ad spectandum erat locus idemque honestissimus. Theatrum Libero Patri consecratum. vid. Tertull. de Spectaculis. Cas. Cratinus ambiguam Nostri laudem excepit eo modo, qui egregium senis 97 annorum ingenium prodit. Ut enim doceret, nondum se vi poëtica ita

carere, ut æmulus fingebat, anno post (Ol. lxxxix. 1.) edidit comœdiam, præmio ornatam, *Vini lagenam* inscriptam, qua se ipse perstrinxit. v. Meurs. Bibl. Attica in Gronov. Thes. T. x. p. 1472. Vuil. *θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσῳ.* Quem decebat, propter senectutem non ipsum amplius ridendum se præbere, sed bene unctum, s. laute in Prytaneo exceptum, aliorum fabulas in Dionysiis spectare. Schutz. *τῷ Διονύσου* Elmsleius ad Acharn. p. 272. ed Lips. Dind. Hic Crates poëta dramaticus Athenis in aliqua fama fuit, quam magna industria conservavit, quum sæpe starent eius fabulæ, sæpe exploderentur. *στυφελίζειν* dicitur ventus, qui gravissime incumbit in arbores et res alias, easque agitat. Hic vero poëta *στυφελισμοὺς* appellat *exsibilationes,* quas in Attico theatro passus est Crates. Cas. Scripsit ille, æqualis nostro sed tamen senior, Comicus non pauciores quam xc comœdias, auctore Suida. Vuil. Multæ tamen fabulæ, quæ Cratinum (cujus histrio primum fuit Crates) auctorem habent, Crateti tribuuntur. v. Heringa Obss. Critt. p. 295. Fabric. B. Gr. ii. p. 428. ss. Dind.

536. *ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης.* Pro *σμικρᾷ τῇ δαπάνῃ.* Sic ap. Heliod. Æthiop. vii. p. 329. *ἀπὸ τῶν αὐτῶν σχεδόν τι ῥημάτων καὶ νοημάτων ἀπωλοφύραντο,* pro, *τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι καὶ νοήμασι.* Idem eod. libro p. 337. *ἀπὸ γυμνοῦ τοῦ σώματος nudo corpore.* Dio Chrysost. Or. lxv. p. 604. ed. Paris. Gr. Lat. *ἀπὸ θαλλοῦ περιάγοντες τὰ πρόβατα,* pro, *θαλλῷ, fronde oves circumducentes.* Idem Dio hac ipsa phrasi *ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης* usus est Or. vii. p. 127. Kust. Obiter poëta more suo irridet hunc Cratetem, de quo dici solitum, breves ipsum et non nimis ingeniosas fabulas docere. Propterea ait poëta, ipsum non magno sumtu pavisse Athenienses. Familiare est optimis scriptoribus *ἑστιᾶσθαι* et reliqua verba, quæ conveniunt esui aut potui, transferre ad voluptatem quæ capitur, cum audimus recitari versus aut aliquid quod placet. *Ἀριστᾶν* est *prandere, ἀριστίζειν prandium alicui exhibere.* *Σμικρὸς* idem ac *μικρός.* Amarunt jam olim veteres Græci sibilum hujus litteræ : inde est *σμίσγειν* pro *μίσγειν* et similia in quibus *σ* vacat. Cas. Citat Suidas cum præcedente, qui habet *ἡμᾶς.* In *στυφελισμοὺς* scilicet. Plutarch. Inst. Lacon. p. 237. f. Pors. *σμικρὰν δαπάνην* intelligit, exiguam illam et vilem pecuniam, quam ludis scenicis spectandis impendebant, comparatque Cratetem cum coquo, qui exigua mercede accepta laute tamen hospites accipit. Schutz.

537. *κραμβοτάτου.* Κράμβη, quæ et Latinis *crambe;* inter delicias habuere veteres, quod vel proverbium declarat. Nam cum vellent dicere, nihil tam gratum esse, cujus tædium non capiat; sic sæpius aiebant: *Δὶς κράμβη θάνατος.* Juvenalis vertit [Sat. viii. 154. ubi v. impp.] *occidit crambe repetita.* Inde igitur licentia Comica *κραμβότατος* pro *delicatissimus.* Sic apud Romanos, cum oculis nihil sit carius, poëtæ finxerunt nomen *oculissimus.* Sensus autem est idem atque versus Homerici de Nestore, quo melle dulciorem fluere illi orationem dicit. Sed Aristophanes sordidius de industria eandem sententiam exprimit. *Μάττειν pinsere* est, hic pro *parare:* et *μάττειν ἐπινοίας,* ornare sua scripta inventionibus. Cas. *ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος.* Vertunt os *facetissimum, suavissimum.* Sed proprie est *siccissimum* Schol. *κραμβοτάτου, ἡδυτάτου, ξηροτάτου;* quæ duæ notiones quomodo in idem verbum convenire possint vix exputes. Comparatur tamen a Schneidero Lex. Gr. v. *κάπυρος* Theocriteum illud *Μοισᾶν κάπυρον στόμα.* Idyll. vii. 37. Fortasse tamen in *κραμβοτάτου στόματος* respicitur ad Cratetis vinositatem; Scholiastes enim et ex eo Suidas v. Κράμβη, narrant cramben ebrietati resistere; et ideo ab Ægyptiis quoque in conviviis adhibitum, *διὰ τὸ μὴ μεθύσκεθαι οἴνῳ;* ut adeo *κραμβότατον στόμα* esset *os quod multam cramben* crapulæ scil. *vitandæ causa deglutiit.* Schutz. *Ἀνταρκεῖν* et *αὐταρκεῖν* verba affinia et sono et notione, quæ tamen distinguenda sunt. Nam *αὐταρκεῖν* dicitur, cui nihil deest et qui sua sorte vivit contentus: *ἀνταρκεῖν* dicitur, qui etiam adversus difficultates luctans vincit tamen et ad extremum durat. Cas. *τοτὲ μὲν π. τοτὲ δὲ*— Ms. Vat. Palat. *ποτὲ μὲν—ποτὲ δὲ,* eodem sensu. Kust. *πίπτων.* Translatum est ab athletis. Nam in lucta is vinci dicitur, qui cedit, et ab adversario dejicitur. Sic autem dicitur solitus Crates *πίπτειν,* i. e. superari ab antagonistis in docendis fabulis, ut ap. Latinos *stare fabula* dicitur, quæ placet: et est proverbium, *stare recto talo,* de iis qui *εὐημεροῦσι* et munus suum recte obeunt. Cas.

539. *ὀῤῥωδῶν.* Canum vocabulum. Soliti quidam canes ex metu caudam motitare: id Græci *ὀῤῥωδεῖν* dicunt ab *οὐρὰ* cauda [Imo ab *ὀῤῥὸς* extrema pars ossis sacri, unde *ὀῤῥωδεῖν* contremiscere, contrahere se, præ metu. Dind.] et *δέος metus.* Cas.

541. Est locus elegantissimus, cujus mentio fit ap. Appian. i. de Bell. Civ. p. 681. ed. Toll. *ὁ Σύλλας ἐπιγελάσαι λέγεται τῇ νεότητι τοῦ ὑπάτου καὶ εἰπεῖν· Ἐρέτην δεῖ πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις*

ἐπιχειρεῖν (Remigem fieri prius oportet quam gubernaculum capessas). Eodem respexit etiam Gregor. Naz. Or. xx. in Basilium Magn. p. 335. ubi ait: Ἐπαινῶ δὲ νηΐτην νόμον (nauticam legem) ὃς τὴν κώπην πρότερον ἐγχειρίσας τῷ νῦν κυβερνήτῃ κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρῶραν ἀγαγὼν καὶ πιστεύσας τὰ ἔμπροσθεν, οὕτως ἐπὶ τῶν οἰάκων καθίζει (gubernaculis præficit), μετὰ τὴν πολλὴν τυφθεῖσαν θάλασσαν καὶ τὴν τῶν ἀνέμων διάσκεψιν. Locum hunc Gregor. Naz. observavimus etiam jam ante ad Suidam v. Πηδαλιουχεῖν, ubi Grammaticus ille loci hujus Aristophanei mentionem facit. His addi potest Claudianus de Consulatu Mallii Theodori, qui ibidem locum hunc Comici nostri ob oculos habuisse videtur, cum ita inquit [v. 42. ss.]: 'Ac velut expertus tentandis navita remis, Præficitur lateri custos; hinc ardua proræ Temperat et fluctus tempestatesque futuras Edocet: assiduo cum Dorida vicerit usu, Jam clavum totamque subit torquere carinam.' Kust. [Legitur nunc: *exsertus lentandis* navita *tonsis*. Dind.] Elegans locus, quo poëta modestiam suam commendat, qui non repente prodierit poëta, ut solent multi, sed longo studio id conatus sit assequi, ut auderet specimen sui populo Atheniensi præbere. Sermo allegoricus: loquitur enim tanquam de re nautica. Sic in militia commendantur, qui per omnes gradus usque inde a caligata militia ad tribunatus aut alios ducatus summos pervenerunt. ἐπιχειρεῖν. Sedere ad clavum et gubernacula tenere non est tantum virium corporis, ut remigem agere, sed hujus, qui usu didicerit, quemadmodum navis regi debeat; et hic secundus gradus constituitur artis nauticæ. Tertius sequitur τῶν πρωρατευόντων. Πρῶρα quasi πρόωρα dicta est; pars est navis anterior, ad quam qui sedent, scopulos prævident et alia navigationum incommoda, ventos autem isti spectant, ut ait poëta; quod hodie inventa pyxide nautica facillimum est. Veteres in summa harum rerum ignoratione versabantur, ut eorum vel longissimæ navigationes ludus sint et jocus præ nostris hodie. Cas. Suid. v. πηδαλιουχεῖν. Gregor. Naz. Or. xx. p. 335. b. Claudian. Fl. Mallii Theod. Cons. 42. Ad incerti Comici fragmenta retulit H. Grotius Exc. p. 911, 913. deceptus vel ab Appiano Civ. i. 94. vel a Themistio Or. viii. p. 113. d. κἀντεῦθεν Suid. ed. Ms. χρὴ Suid. πρῶτον Ms. Quanquam non videtur Suidas [neque Gregorius] pleniorem habuisse hunc locum quam nunc editur, probabile fit, Claudiani locum conferenti, post ἐπιχειρεῖν olim exstitisse versum, cujus sensus fuerit, κᾆτα τοιχαρχεῖν. Pors. Mox 542. σωφρονικὸς recitabat, ut e conjectura edidit Brunckius. Id. καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι. Nimirum quia recta ventorum observatio in navigatione majorem usum et scientiam postulabat. Schutz.

541. Suidas. Juntina I. κἀντεῦθεν. Dind.

542. κυβερνᾷν. Hic postremus gradus statuitur rei nauticæ. Solet nomen κυβερνήτης varie accipi, tam de eo, cujus maxime providentia navis regitur (de quo hic non sensit), quam de eo, cujus est navis aut cujus summum in navim privatam imperium, i. e. qui sua pecunia navim instruit et exercet. Cas. τούτων οὕνεκα [ut ol. vulg.] Fulciendi metri gratia γοῦν vel οὖν addendum est post τούτων. Kust. Voculam γοῦν inserendam esse vidit Kusterus, quam absorpserat sequens syllaba cum versus labe. Brunck. qui ita edidit. Perperam Inv. recepit εἵνεκα e Rav., quod Atticis poëtis non usitatum est, sed Ionicis. v. ad Plut. 329. Gregor. Cor. p. 452. ibique Bast. p. 898. s. Restituendum igitur est οὕνεκα, sed et γοῦν, quia οὖν οὕν. aures offendit. Dind. leg. τούτων οὖν. Bent. L. οὖν οὕνεκα cum Kustero. Pors.

543. σωφρονικὸς — subaudi ἐστί. Vulgo σωφρονικῶς, quod cum ἐφλυάρει inepte connecteretur. Defendi tamen poterat aliud verbum supplendo, ἐποίει, ἔλεγε, προσῆλθεν, quæ Casauboni est sententia. Sed facile librarius hic labi potuit. Brunck. Suid. σωφρονικῶς. Pors. σωφρονικῶς, temperanter, ut modestum decet. Deest autem verbum huic adverbio conjungendum: inepte enim repetas ex seqq. ἐφλυάρει. Sensus est: σωφρονικῶς προσῆλθεν ὑμῖν, *modeste accessit ad vos*. Cas.

544. Αἴρειν est, *tollere in altum*: dicitur de voce alta et contenta, ut cum remiges sese invicem hortantur mutuis acclamationibus. Id proprie dicitur αἴρεσθαι τὸ ῥόθιον. Ῥόθιον significat aquæ strepitum vehementius fluentis aut agitatæ. Significat interdum sonum, cum multi simul remi sulcant aquas aut cum editur κέλευσμα a remigibus. Hic allegorice poëta de plausu theatri loquitur, tanquam de strepitu aquarum, et ῥόθιον pro plausu accipitur, venusta translatione. Παραπέμπειν est, deducere, comitari aliquem abeuntem. Videtur species proverbii, quod dicitur a poëta, παραπέμπειν ἐφ' ἕνδεκα κώπαις *prosequi aliquem remis* [XI.]: quod significat, quam honestissime comitari aliquem abeuntem. [ἐφ' ἕνδεκα κώπαις celeusma nauticum, quo inclamantur undecim remiges. Ex Scholiis. Berg.] Cum respub. honorem alicui habere volebat, eo abnavigante jubebantur præfecti rei nauticæ magno apparatu eum comitari et aliquantum prosequi. Eo allusit Aristophanes. Per un-

decim remos intelligeundecim naves, ut sæpe a parte totum intelligimus; vel fortasse intelligitur magna navis, quæ remis undecim, utrimque scil., hoc est 22., agitetur. CAS. Locum hunc citat et explicat Eustath. ad Odyss. E. p. 1540. cujus verba adscribam: Τὸ δὲ ῥόθιον ἐπίθετον κύματος ῥοθοῦντος κατὰ ὀνοματοποιΐαν. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον τὸ ῥεῦμα οὕτω καλοῦσιν. οἱ δὲ ὕστερον Ἀττικοὶ τὴν σύντονον εἰρεσίαν οὕτω φασί· καὶ ῥοθιάζειν, τὸ ἐρέσσειν εὐτόνως. Ἐλέγετο δὲ ῥοθιάζειν καὶ ὅτε οἱ ναῦται ἐπὶ κώπαις δέκα τυχὸν ἢ καὶ πλείοσι παίοντες, εἶτα ἅμα παυσάμενοι, ὡς ἐκ συνθήματος ἅπαξ ἀνεφώνουν, ὡς καὶ νῦν ποτὲ γίνεται· καί ἐστι τοιοῦτον παρ' Ἀριστοφάνει τό· Αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις· τουτέστιν, εὐφημήσατε τὸν δεῖνα ῥοθιάζοντες ναυτικῶς. Sensus nimirum hujus loci est: *Enixo poëtam favore plausuque secundo prosequimini.* KUST. Suidas Ἀποπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα: an leg. παραπέμψατέ θ' ἕνδεκα: at Suid. Ἐφ' ἕνδεκα. BENT. Suidas in ῥόθιον. ἀποπέμψατ' Suid. v. PORS.

545. θόρυβον χρηστὸν Ληναΐτην. Sic vocat Aristophanes clamorem et plausum secundum, quo populus Atheniensis Comicos, quibus delectabatur, Dionysiis Lenæis prosequebatur. KUST. θόρυβος proprie inconditum vulgi clamorem significat. Et quoniam plausus in theatris tumultuarie excitari solet, pro plausu accipitur. Sed poëta addit χρηστὸν, ut clamorem applaudentium distinguat a clamore exsibilantium. Ληνὸς est *torcular.* Fuit et locus prope Athenas Ληνοὶ dictus, quia ibi aliquando publicum torcular fuit, recente eo adhuc invento: quare etiam celeberrimos ludos instituerunt, Λήναια dictos, quasi dicas *festum torculariorum.* Festum fuit vindemiale, propterea Baccho sacrum; unde Ληναΐτης θόρυβος plausus in Lenæo agone a poëtis excitari solitus. CAS. Quia acta fuit hæc fabula in Lenæis seu Anthesteriis. Vide cruditam Ruhnkenii disputationem laudatam not. ad Ran. 216. BRUNCK.

547. κατὰ νοῦν πράττειν est, ex animi sententia aliquid perficere. DIND.

548. λάμποντι. Proprie Soli convenit hæc locutio. Nam cum est sudum, exoritur sol splendente facie, cum est udum et caligine obtectum cœlum, tristis facies Solis. CAS. Sensus: nitens hilari fronte. DIND. προσώπῳ Brunckius tacite. ID. Στροφή. Pars Parabaseos vocatur Stropha, ut ante dictum. Strophæ vocantur cantica, quæ cantantur cum certa corporis conversione modo in hanc modo in illam partem. Nam stropha habet oppositam antistropham. In hac stropha Chorus, qui ex Equitibus constabat, Neptunum celebrat, quem stulta antiquitas putavit equi inventorem et rei equestris præsidem; deinde illum orat, ut sibi in instituto negotio et asserenda e manibus Cleonis Repub. adsit et faveat. CAS.

549. Ἵππιε. Ita apud Latinos Hippius i. e. Equestris colebatur; alio nomine *Consum* dixerunt veteres Romani. Nam et eumdem consilii deum crediderunt atque in ejus honorem ludos *Circenses* constat primum institutos. vid. Tertull. lib. de Spectac. [c. 5.]. CAS.

549—562. et 579.—592. hemichoriis tribuit Brunckius. DIND.

550. Χαλκοκρότων. Proprie hoc epitheton convenit iis, qui sonum ære cient, ut qui cymbala tinnire faciunt; κρότος strepitus; sed equis hic tribuitur, quemadmodum apud alios poëtas celebrantur æripedes equi. Inter laudes equi est, ungula firma esse et quæ non facile noxam contrahat. Hinc bonos pede appellarunt *æripedes,* non sine allusione tamen ad quosdam fabulosos equos æripides in Colchide. Possunt sic dici equi nostri hodie, quorum soleæ e ferro suppinguntur. Vetustissimos homines hoc ignorasse certum est. Meminit tamen Suetonius [Vesp. 23.] modi calceandi mulas, item Dio [lxii. 28. ubi cf. Reimar. ii. p. 1024.] et aliquot e veteribus. CAS. ἵππων. leg. ὁπλῶν. BENT. vid. Schol. DOBR.

551. Citat Suidas v. ἀνδάνει monente Toupio in Suid. i. p. 28. PORS. χρεμετισμὸς *hinnitus,* proprie est equorum vox. v. Sturz. de vocibus animalium Prolus. i. p. 17. DIND.

552. (551. K.) Ἔμβολον Græci vocant *rostrum navis;* cæruleum colorem κυανοῦν. Inde naves κυανέμβολοι quarum rostrum cæruleo colore depictum. CAS.

553. μισθὸς *merces,* φορὰ *pensio,* μισθοφόρος *qui pensiones capit, mercenarius.* Naves mercenariæ dicuntur vel quod mercenarios milites gestarent, vel quod certæ pensiones penderentur iis, qui ipsas regebant et agebant. Τριήρεις. Factum nomen a τρεῖς et ἐρέτης. Naves quæ habent ad singulos scalmos tres remos, vocantur τριήρεις s. *triremes;* quæ quatuor, τετρήρεις, *quadriremes;* quæ quinque, πεντήρεις *quinqueremes,* et ita deinceps. CAS.

554. Significat, *curules ludos,* sive, ut Latini appellarunt, *Circenses* Neptuno fuisse sacros. Ad hos peragendos equi adhibebantur vel singulares vel juncti, atque hi potissimum. CAS. λαμπρυνόμενοι ἐν ἅρμασιν (Br. dedit ἅρμασι) dicuntur, qui curribus splendent, se ostentant in illis certaminibus. DIND. Suid. λαμπρυνομένων. PORS.

556. Βαρυδαιμονεῖν est, habere adversum

deum, i. e. miserum et infelicem esse. Hic elegans est locus παρὰ προσδοκίαν. Nam inter laudes juvenum, curribus decertantium, absurde inserit hanc vocem, tanquam significans eos, qui huic studio operam darent, sumtibus miserrime atteri: magnorum enim sumtuum res erat, equos curules alere. Vide Prologum Nubb. Cas. Sorte iniqua dicit gravari eos qui alunt equos, nempe propter nimios sumtus. Est autem figura παρ' ὑπόνοιαν· cum enim dixisset, illorum certamina placere Neptuno, debebat intulisse εὐδαιμονούντων· nam, cui deus favet, ille est felix, sed res ipsa cogebat eum dicere contrarium. Berg.

557. χρυσοτρίαινε. Alludit ad picturam Neptuni. Solebat enim pingi cum tridente in manu. Cas. De hujus et sequ. versus descriptione dixit Porson. ad Eurip. T. i. p. 104. ed Lips. Dind. εἰς Gaisford. ad Hephæstion. p. 307. Id.

558. *Sunium* vocarunt promontorium agri Attici, ubi templum Neptuni, in quo vota faciebant, qui ex agro Attico solvebant. Ἀρᾶσθαι est *precari: inde Σουνιάρατος,* cui in Sunio fiunt vota. Cas. Vide Schol. ad Avv. 869. et Eustath. ad Odyss. Γ. p. 1467. qui loci hujus mentionem faciunt. Eustathius tamen obiter tantum locum hunc inspexisse videtur, quippe existimans, Comicum nostrum de Jove hic loqui, cum de Neptuno hæc intelligenda sint. Kust. Utitur poëta hic pluribus epithetis, ad dithyrambicorum et tragicorum poëtarum morem factis. Dind.

559. Promontorium Eubœæ fuit, dictum *Geræstus.* Ibi etiam colebatur Neptunus Geræstius. Cas.

560. Φορμίωνι. Hic aliquando inter duces Athenn. fuit et nobiles mari victorias retulit. Ideo dicitur Neptunus illi amicissimus. Cas. Isto duce Athenienses præliis navalibus rem bene gesserant; hinc ei Neptunum dicit esse amicum. Berg. Intelligi videtur Phormio, Asopii filius, qui expeditioni adversus Samum feliciter interfuit (Thuc. i. 117.), tum Ol. 87, 4. Corinthios et Peloponnesios prælio navali vicit (Thuc. ii. 84. s.), rursusque, dubio antea eventu (ib. c. 92. ubi cff. intpp.). Dind.

562. πρὸς τὸ π. f. πρόσθε *olim adjutor, assistens.* Reisk. Qua conjectura nihil infelicius. Dind. Scal. παρέστος. Bent.

563. In hoc epirrhemate poëta carpit sui temporis proceres, qui in prœliis deposcendis nimii essent, quasi rempub. juvarent, non ut boni cives virtutis amore, sed ut rei faciendæ studiosi, spe remunerationis. Cas.

564. Viros laude dignos Græci vocant λόγου ἀξίους, ut Diodor. Sic. in præf. operis [i. c. 2.] observat. Sed Athenienses, qui patriam suam omnibus terris immensum præstare crediderunt, dicebant, *esto hac terra dignus;* pro, præsta te fortem et dignum, qui Atheniensis dicaris. Πέπλος est *vestis,* et duobus modis accipi solet, vel notione generali, pro veste, vel angustiore, pro veste longa s. virili s. feminea, [Proprie tamen est τὸ γυναικεῖον ἱμάτιον, Zonar. ii. p. 1528. Sed primum videtur fuisse vestis totum corpus cingens et ambiens, quasi περίπολος a πέλειν. vid. Scheid. ad Lennep. p. 561. Dind.] ut toga vel palla. Hic vero longe aliter accipitur. Sciendum, innatum hoc esse mortalibus, ut gloriam immodice desiderent: itaque etsi prima facie nihil absurdius, nihil tamen frequentius in historiis invenias, quam ut divinos honores homunciones sibi vindicent; idque variis modis. Apud Romanos proprium fuit genus carminum, quæ *Saliaria* dicebantur. His primo nefas habebatur, laudem hominum celebrare. Postea institutum est, ut carmini Saliari magnorum virorum nomina insererentur. Simillime factum est Athenis in carmine Ithyphallico, ut narrat Athenæus. Sic cum moris esset Athenis peplum quotannis Minervæ consecrare et in ejus templum magna pompa deferre, in peplo illo depictæ erant acu muliebri vel radio res gestæ Minervæ, puta, opera Jovi præstita in bello contra gigantes, item certamen cum Neptuno, et id genus. Ambitio hominum obtinuit, ut nomina bene de Rep. meritorum et res gestæ peplo illi intexerentur. Illustre testimonium hoc loco. Ait enim poëta, majores dignos fuisse peplo, i. e., quorum nomina *peplo* Minervæ insererentur. Meminit et Virg. in *Ciri.* His gradibus eo ventum est, ut, cum superare semper se inde ambitio, hinc adulatio certaret, tandem etiam homines dii facti sint. Nota enim Romanorum ἀποθέωσις. Pepli Minervæ meminit Plautus Merc.) Extat etiam liber *Aristotelis, Peplus* dictus, quem vir summus ita inscripsit, ad peplum Minervæ respiciens. Continet enim elogia heroum Trojanorum. Cas. Vide Meursii Panathenæa cap. xviii. Brunck. Probabile est, imagines civium præclare meritorum, qui hoc honore digni haberentur, intextas s. acu pictas esse in ora sacri hujus veli sive aulæi, quod Panathenæorum festo, super navis quadam specie, occultarum machinarum ope motæ, expansum per Ceramicum usque ad Eleusinion vehebatur, tandemque in Palladis templo in acropoli asservabatur. Vuil. Ἀριστοτέλους Πέπλος sive Aristotelis Epitaphia in Heroas Homericos: Fragmentum ab H. Stephano primum edi-

tum, nunc pluribus auctum epitaphiis, partim nuper editis partim nunc primum e cod. Harlei., Dunelmiæ 1798. 8. (editore Tho. Burgess.) Dind.

565. φράττειν est *munire*, inde κατάφρακτος *undique munitus*, et ναύφρακτος *munitus in navi.* Est periphrasis classis ναύφρακτος στρατός. Cas.

566. Pleonasmum πανταχοῦ ἀεὶ illustravit Porson. ad Eurip. Phœn. 1422. Dind.

567. Leg. κοὖτος. Bent. L. κοὔτις οὐδεπώποτ'— Vide Opusc. pp. xci. 34. Pors. Emendationem versus e cod. Rav. factam probavit Hermann. de Metr. p. 117. item Fiorillo ad Herod. Att. Reliq. p. 75. s. Scilicet spondeus in impari loco horum trochaicorum Arist. non facile occurrit nisi ubi locus corruptus est. Dind. Κοὐδείς. It is astonishing that Mr. Brunck should let the spondee pass in the first place, and not alter it to κοὔτις. Pors.

568. Locum hunc citat Suidas v. Ἠρίθμησεν, sed ubi optimus Ms. pro ἠρίθμησεν habet ἠρέμησεν (ab ἠρεμεῖν, *quietum esse*) prout legisse etiam videtur Scholiastes vetus ad h. l., ut ex interpretatione ejus patet. Certe, quin lectio illa melior sit, et vulgatæ præferenda, non dubito. Kust. Non curabant numerum hostium, an sint multo plures quam ipsi; ut in Marathone præcipue. Berg. Aut ἠρέμησε aut ἠθύμησε legi vult Reisk. Dind. Ap. Zonar. tamen ii. p. 1106. sine codd. varietate legitur ἠρίθμησεν et explicatur ἀπεδειλίασε. Quod si plura essent bis editæ fabulæ vestigia, conjici posset ex duplici editione eam varietatem fluxisse. Sed multó significantius est ἠρίθμησεν. Id. Non sine specie proverbii ἀριθμεῖν posuit pro, detrectare pugnam et quidvis aliud velle agere, quam manum ferire. Solent ignavi viso hoste quærere effugia, ne pugnent, ut docet Theophr. περὶ δειλίας [c. 25. §. 2. edd. antiqq. s. c. 24. Schneid.] Inter alia solebant, ubi pugnandum esset, hostibus numerandis tempus terere. Cas. Ἀμυνίας. Attica elegantia. Solent enim poëtæ propriis nominibus uti pro participiis, ut Hector pro detinente, quia est ab ἔχω, et talia multa ap. Athenæum. Sic ἀμυνίας pro ἀμύνων, ut, si quis Latine dicat: *est Vincentius,* pro *vincens* sive *vincit.* Sensus est, statim illos viso hoste impetum fecisse. Cas. Hujusmodi acumina e nominibus propriis antiqui multis locis usurparunt. v. Casaub. ad Athen. lib. iii. c. 20. His defendi potest Menagius adversus Bailletum, ejusmodi allusiones frigidas vocantem et ab antiquis rejectas esse: de quo Menag. T. i. Antibaill. c. 48. Suidas Schol. verba descripsit in ἀμυνίας. Duck. Ms. Suidas v. ἠρίθμησεν dat ἠρέμησεν, probante Kustero. ἠρήθμησεν Suid. Ms. (sic) sed in marg ἠρήμησε et mox in t. Pors. Εὐθὺς ἦν ἀμυνίας. Hesych. ἀμυνίας ὁ ἀμυντικός, παρὰ τὸ ἀμύνειν, qua glossa Kusterus Hesychium ad hunc Aristophanis locum respexisse, recte intellexit; idem lusisse Aristophanem in nomine proprio Ἀμυνίας, adjectivi ἀμυντικὸς loco posito existimat. Schutz.

569. Loci hujus meminit Suidas v. Ἀπεψησάμην. Kust. πέσοιεν ἐς τὸν ὦμον. Est allegoria, petita a palæstra. In lucta varii sunt casus: est qui vocatur casus in humerum, cum aliquis vi antagonistæ dejicitur sic ut humero terram tangat, quæ non erat plena victoria; et vocabant hunc casum Græci ψευδόπτωμα, quasi dicas, *falsus casus.* Ita legendum in Schol., non ψευδόπωμα. v. Suid. Cas. εἰς Suid. ἀπεψησάμην. ψευδόπτωμα. Pors.

570. τοῦτ' Suid. utraque v. Pors. ἀπεψήσαντο, abstergebant pulverem. Loquitur autem quasi de luctantibus in palæstra allegorice. Aliter Demosthenes idem dicit in Olynth. i. [p. 12. t. i. Reisk.] ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτριψώμεθα (ut his vitiis correctis impressam ob res sic administratas infamiæ notat deleamus). Berg. ψᾶν est *tergere,* inde ἀποψᾶν *abstergere.* Est vero hic quoque allusio ad morem palæstræ. Nam qui terram humero tetigerant, sollicite eam partem abstergebant et factum negabant. Sic, inquit Aristophanes, siquando in bellis fortuna adversa uterentur Athenienses, statim nobili aliquo facinore eam maculam deletum ibant. Cas. ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι. Excidit, ut opinor, librariorum incuria vocula. Scripserat suo more Comicus: εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ οὐ πεπτωκέναι. Sic Ran. 695. κοὐ δὲ ταῦτ' ἔγωγ' ἔχοιμ' ἂν μὴ οὐ καλῶς φάσκειν ἔχειν. Carbonarii Acharnenses v. 319. τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα; Et sic passim poëtæ Attici. Sophocles init. Œdipi T. δυσάλγητος γὰρ ἂν εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων πόλιν. Brunck. in Suppl. τοῦτ'. lege κάρτ'. Bent. Scilicet cum conjunctivo et optativo et indicativo ad rem cum dubitatione affirmandam, μὴ, ad negandam cum dubitatione, μὴ οὐ dicitur: cum infinitivo autem et participio et imperativo ad rem certo negandam μὴ, ad certo affirmandam, μὴ οὐ usurpatur; quam legem proposuit et illustravit Hermann. Comm. de ellipsi et pleonasmo, in Wolfii et Buttmanni Museo Antiq. Studiorum i. i. p. 211. ss. Dind.

571. διαπαλαίειν est, constanter pugnare, donec adversarium dejeceris. Cas.

572. σίτησιν ᾔτησ'. Alludit ad morem Athenn. alendi in prytaneo bene meritos de Repub., quem honorem nimis promiscue peti concedique sua ætate indignatur poëta. Κλεαίνετον. Hic Cleænetus auctor legis fuerat, qua frænabantur publicæ σιτήσεις. Qui igitur eo aspirabant, ambitiosis precibus eum demulcebant. Cas. Patrem Cleonis Cleænetum dicit Thucyd. lib. iii. [c. 36.] et iv. [21. s.]. Berg.

573. Inter honores, qui viris fortibus decernebantur, præmii loco fuit et jus προεδρίας, quasi dicas, *jus præsidendi*, sive *sedendi ante alios*. Hoc jus vim hanc habuit, ut in theatris et publicis aliis locis eo prædili possent quemvis *excitare* (nisi esset par dignitate) et ejus locum occupare. Cas. Vide Casaub. ad Theoph. Char. περὶ ἀρεσκείας [c. 5.] p. 164. [70. ed. Fisch.] Kust.

576. καὶ πρός. Præpositio hæc adverbiascit; adverbiascunt et aliæ, sed quæ indicium translationis faciunt accentu mutato, si sint disyllabæ, ut ὕπερ, ὑπέρ. Cas. πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν divulsum est per tmesin pro οὐ προσαιτοῦμεν. Reisk. τοσουτονὶ μόνως [ut ol. vulg.] Scribe τοσουτονὶ μόνον, ut habet Ms. Vat. Palat. Kust. Sic (μόνον) tres codd. Vulgo μόνως. Brunck. Dind.

578. Loci hujus meminit Schol. ad Nub. v. 14. et 120. Kust. Μὴ φθονεῖθ'. Sic etiam Suidas in κομᾷ. At ego puto hoc non convenire rationi linguæ Græcæ, quæ hic vel subjunctivum vel infinitivum exigit. [Neutro opus. Imo μὴ cum Imperat. præs. Indic., sed cum Conjunct. aor. struitur, si quid prohibetur. v. Matthiæ Gramm. Gr. p. 716. et 729. quosque laudat. Dind.] Itaque magis probo, quod habet Schol. ad Nub. 14. μὴ φθονῆθ'. Ibid. v. 120. φθονείτω longe vitiosius. Duck. κομᾷν est, *comam gerere;* quod duobus contrariis modis fieri solebat, contra communem vitæ usum. Nam et qui in luctu erant, comam alebant: propterea in *Nebulis* et sæpe alibi philosophi inducuntur κομῶντες, i. e. squalentes, ut qui erant in luctu. Sed et qui mollius vivebant, deliciarum causa comam alebant. Ideo petit equester ordo, ut sibi liceat κομᾷν, i. e. mollius vivere. Cas. ἀπεστλεγγισμένοις, id est, ἀποξυομένοις *strigili detersis*, seu potius, ut id de coma etiam intelligatur, λιπαρὰν καὶ διακεκριμένην τὴν κόμην ἔχουσι, ut fere loquitur Plutarchus in Lycurgo, laudatus Sam. Petito ad Leg. Att. p. 662. Possit etiam accipi pro ἐστεφανωμένοις, siquidem στλεγγὶς coronamenti genus quoddam, seu capitis ornamentum appellatur, de quo vide Casaub. ad Athen. p. 952. Brunck. στλεγγὶς est *strigil*, instrumentum Græcis et Plauto cum ampulla jungi solitum in mentione eorum, qui ad balneas veniebant. Ideo sensus est, petere Equites, ut sibi liceat balneis sæpius uti pace facta. Nam qui ad balnea itabant sæpius, non sine invidia publica hoc faciebant. Est etiam στλεγγὶς genus coronamenti, de quo Athenæus lib. ult. et fortasse de eo præstat hic accipere. Cas. Suid. διακεκναισμένη. φθονῆθ' Schol. ad Nub. 14. Pors. μὴ φθονείτω δ' ἡμῖν μὴ δ' ἀπωστλιγγισμένοις idem ad Nub. 121. in ed. Aldina. φθονεῖσθ' ἡμῖν κομῶσιν μηδ' ἀπεστεγγισμένοις codex Ravennas. ἀπεστλεγγισμένοις grammaticus in Bekkeri Anecdotis t. i. p. 423, 1. Dind. κομῶσι. Comam enim alere solitos esse equites notum. Ita Nubb. v. 14. Locum hunc citat Suidas v. Κομᾷ, ubi Scholiasten exscripsit. Schutz.

579. Hæc *stropha* respondet superiori et genere versuum et modulo eorumdem: propterea *antistropha* vocatur. [Hanc convenientiam utriusque tollit alia versuum descriptio ab Inv. male e Rav. recepta. Dind.] Equitum chorus hortatur Minervam, ut velit adesse incepto. Vocatur Minerva Πολιοῦχος, et generali cognomine, quia, ut ait Virgilius [Ecl. ii. 61. s.], 'Pallas, quas condidit arces, Ipsa colit;' non ut Diana, quæ erat silvarum dea aut montium: sed et peculiari epitheto colebatur Athenis hoc cognomine a πόλις et ἔχω. Pallas autem dea armorum perita fingebatur; ideo sic dicta a πάλλω. Cas.

580. Quare vocat Athenas sanctissimam urbem? Quia et in universum urbibus id nomen convenit, quæ magna cum religione instituebantur et fundabantur. Sed et alia ratio est: nam Athenis fuit quasi hospitium omnium numinum. In aliis urbibus certi dii colebantur, qui vocabantur dii patrii aut dii tutelares. Athenas vocarunt veteres publicum omnium deorum hospitium. Imo etiam, ne qui deus maneret incultus, quos non norant sub titulo Dei incogniti colebant, ut ex Actis Apost. clarum est. Cas.

581. καὶ ποιηταῖς. Est verum, tempore Aristophanis solam hanc ex urbibus Græciæ poëtas tulisse, qui quidem alicujus momenti essent. Spartani negligebant studia; Thebæ Bœotiæ vulgo credebantur alieno esse ingenio a litteris, quod proverb. testatur: *Sus Bœotica.* Cas. fo. lege πολίταις. Bent.

586. Ex his verbis Chori colligo hoc drama prodiisse, cum nondum depressi fuerant Athenienses malo ad Megara successu et clade ad Delium accepta, (quæ infortunia evenere octavo belli Pelop. anno), sed adhuc victoria elatos fuisse

μεγαλαυχῶντας. Ideo ante octavum belli annum prodiit hæc fabula; quod firmat Scholiastis epochen de Stratocle archonte. Palmer. [Exerc. p. 726.]

587. Νίκην. Intellige deam Victoriam, quam veteres volucri facie pingebant, sed sine alis, ne a se avolaret. Cas. Hic Victoriam distinguit a Minerva, ut alias etiam distinguitur; sed Sophocles Philoct. 134. ipsam Minervam vocat Victoriam: Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν, Νίκη δ' Ἀθηνᾶ πολιὰς, ἣ σώζει μ' ἀεί. Ubi Scholia: Πολιὰς, πολιοῦχος· οὕτως ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν τῇ Ἀττικῇ. Berg. Χορικοὶ sunt homines occupati circa chorum. Chori autem pars præcipua apparatus ad docendas fabulas. Inde igitur histriones, poëtæ, imo ipse choragus denotantur hac voce. Cas. ἢ χορειῶν legi vult Reisk. Dind.

588. στασιάζει. Improprie ponit pro *stare a partibus alicujus*. Proprie enim est, *seditionem in urbem facere*. Cas. Imo est, *dissidere ab aliquo, adversari ei, non favere*. Dind. Non est ut Casaub. interpretatur a partibus nostris stat, sed τοῖς ἐχθροῖς μεθ' ἡμιῶν στασιάζει significat: *hostibus nostris una nobiscum adversatur*. Schutz.

589. φάνηθι. A consequenti positum pro, *videre*. [*Conspicere*, h. e. *adesto*. Dind.] Nam φαίνεσθαι est *videri, cerni in aliquo loco*. Cas.

590. πάσῃ τέχνῃ. Locutio proverbialis, qua utimur, cum significare volumus, aliquid necessario esse faciendum. [Valet: quovis modo, omnibus rationibus. Dind.] Πόρος est ratio aliquid faciendi: πορίζειν est, præbere alicui facultatem faciendi. Generaliter pro *tradere* ponitur. Cas.

593. Quod sequitur *antepirrhema* est totum licentiæ poëticæ. Inducuntur Equites suos equos dilaudantes et præmia illis poscentes. Quorsum hoc? Poëta traducere voluit Equites ipsos, qui amore equorum cæco ferrentur et sæpe non minus eos curarent diligenter, quam homines ipsos. [Vuil. existimat potius, poëtam Atheniensibus occulto modo objicere, quod in expeditione contra Peloponnesios, propter defectum navalium et pedestrium copiarum, debuerint equitibus uti, quorum quidem proprie non fuerit ea militia. Dind.] Quid mirum? cum certum sit, equestris rei studiosos multos mire hac parte insaniisse, eos præsertim, qui equos ad Circenses ludos alerent, quibus quidem sæpe legimus βραβεῖα concessa; item his defunctis sepulturæ tributum honorem et inscriptionis magnificæ: ut taceam de Caligula, qui *Incitatum* equum suum in præsepi aureo aluit, eidem ornamenta consularia decrevit, facturus brevi Consulem secum, si vixisset. Vide Suet. [Calig. 59.] et Dionem [lix. 14. extr.]. ξύνισμεν. Notat Scholiastes de industria uti hac voce, quasi occurrentem objectioni. Videntur enim et sunt revera quæ hic dicuntur ficta. Chorus tamen, ut fidem illis faciat, ait se dicturum ea, quorum sit conscius. Ea enim est significatio vocis. Cas. ἃ ξύνισμεν τοῖσιν ἵπποις. Jocose, postquam militum fortitudinem laudavit, equorum etiam virtutem bellicam celebrat; simul videtur oratores illos ludere, qui militum res gestas et fortitudinem laudabant. Schutz.

594. πράγματα. Generaliter hæc vox res et negotia significat. Hic non male vertas *bella*: nam obtinuit, ut πράγματα sic κατ' ἐξοχὴν vocarent. Cas.

595. Verbum συνδιαφέρειν significat, communi opera cum alio perferre aliquid: ponitur pro *juvare*. Ἐσβολαὶ sive εἰσβολαὶ sunt impressiones, quas hostes faciunt in hostilem terram. Nam εἰσβάλλειν dicitur exercitus, qui facit impetum hujusmodi. Cas. διήνεγκαν—εἰσβολὰς Suid. διενέγκαντες. εἰσβολὰς Suid. ed. ms. ξυνδ. Pors.

597. Tangit historiam quam narrat Thucyd. l. iv. [c. 42. s.] quando Athenienses in agrum Corinthiorum classe vecti impressionem fecerunt circa Solygium collem cum duobus armatorum millibus et ducentis equitibus, in hippaginibus vectis, quorum præcipue opera Corinthios pepulerunt loco et tropæum statuerunt. Hoc factum est post expeditionem ad Pylum in fine æstatis anni septimi belli Peloponn. Sic ex iis quæ scripsimus ad v. 592. et ex iis quæ præcessisse hoc loco notamus, emergit notitia temporis hujus didascaliæ, nempe sub finem anni 7. belli Pelop. Stratocle archonte, in Lenæis. Hæc Palmerius [p. 726. Exerc.]. Quibus addo locum hunc vocis κώθων gratia citari ab Athen. xi. 10. p. 483. Kust. Naves Græcorum varie nominantur, sive a mensura, quam capiunt, ut *chiliagogi, myriagogi*; vel a re cui sunt destinatæ, ut σιταγωγοί, quæ deferunt τὸν σῖτον, i. e. frumentum. Sic et illæ naves, quibus utebantur in transvehendis equis, quibus postea utebantur in terra, Gr. ἱππαγωγοὶ, Lat. *hippagines*. Cas. Facetissime autem ludit equis apparatum nauticum tribuens, et commeatum, qui hominibus tantum conveniebat. Schutz. Athenæus t. iv. p. 291. Dind.

598. Veteris militiæ mos fuit, ut miles omnia sibi necessaria secum portaret. Multa Virgilius et alii Latini de milite Romano; sed et Græci idem fecerunt. Propterea poëta fingit istos admirabiles equos

in militiam profecturos more militiæ viaticum sibi comparasse, h. e. supellectilem necessariam victus castrensis, cujusmodi sunt allia, cæpe, laridum et id genus; de quibus sæpe in Codice fit mentio. Supellectilem denotat unius *Cothonis* nomine. Est vero κώθων poculi genus, Laconici inventi, artificii peculiaris, usus multiplicis. Ejus descriptionem vide ap. Plutarch. in Lycurgo [c. 9, 4. ubi cf. Leopold.] et ap. Athenæum [xi. 10. p. 290. T. iv. ed. Schw.]. κρόμμυα. Proprium est cæpis et quibusdam aliis paris acrimoniæ, ut oculis noceant; cæpæ etiam lacrymas cieant: unde nomen Græcum. Nam κρόμμυον dictum, quasi κόρας μύων, i. e. pupillas oculi connivere sive claudere faciens. Cas. καὶ ante σκόροδα deest in Athen. xi. p. 483. D. Bent. Alibi Porsonus, "οἱ δὲ σκόροδα Athen. xi. p. 484. e." Dobr. in Addendis.

600. ἐμβαλόντες. De remigantibus etiam Ran. 206. πῶς δυνήσομαι—ἐλαύνειν; deinde alter: ῥᾷστα—ἐπειδὰν ἅπαξ ἐμβάλῃς. Berg. ἱππαπαί. Nautica est acclamatio, seu celeusma, quo se remiges invicem adhortabantur, ῥυππαπαί. Ran. 1073. Ῥυππαπαὶ εἰπεῖν. Inde in Vesp. 909. tota navalium sociorum multitudo hoc nomine appellatur: δεινότατα γὰρ ἔργων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαί. Hic autem, quia ipsos equos remigasse ait, celeusma eis tribuit, ab illorum nomine fictum, ἱππαπαί. Brunck. Scholiastes: *dum de equis loquens dicit* ἱππαπαὶ (quod est ab ἵππος, *equus*) *alludit ad* ῥυππαπαὶ, *quæ est acclamatio nautica.* vide in Ran. 1099. Berg.

601. ληπτέον μᾶλλον. Ridicule hæc dicuntur, et jocus referendus ad vocem præcedentem ἐμβαλεῖν. Nam quasi illa vox significaret *dare*, jocose hanc veluti correctionem inserit, quasi dicat: immo capiendum potius, quam dandum. Cas. Non recte hæc ita explicantur. Sensus est: quis remis incumbet? remi sunt magis capessendi (fortius tractandi). Dind. Οὐκ ἐλᾷς ὦ Σαμφόρα; Equus equum sic compellat. [Iisdem his verbis, sed diverso sensu, usus est rursus in Nub. 1298. Brunck.] Verbum ἐλαύνειν de equo neutraliter usurpatur Nubb. 1302. ὕπαγε, τί μέλλεις; οὐκ ἐλᾷς, ὦ Σαμφόρα; alias de auriga, equos agitante, active; ibid. 1276. ἵππους γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον. Hic in Eqq. in præsenti loco de remigatione; unde etiam κωπηλατεῖν ab hoc verbo. Sic ἐλαύνειν ναῦς infra 1179. Berg. Verbum antiquum ἐλάω, quod significat, incumbendo aut tundendo agitare. Est vero præsens (ἐλᾷς) pro futuro. Equis nomina imponebantur. Inter alia fuit hoc Σαμφόρας. Sic appellabantur equi, quorum femori inscripta erat littera Ϲ. Nam veteres, quod postea appellatum est σίγμα, dixerunt σάν. Sic, quibus inusta erat littera K, eos vocabant Κοππατίας, ut initio *Nebularum*. Cas.

602. Ἐκπηδᾶν est, de aliquo loco in alium exsilire. Hic vero alludit ad expeditionem Athenn. in Corinthios. Cas. Εἰς Κόρινθον. Post res apud Pylum Demosthenis et Cleonis auspiciis gestas, de quibus in hac comœdia passim fit mentio, Athenienses statim expeditionem in Corinthios susceperunt. Thucydides lib. iv. [c. 42.]: ταῦτα μὲν τὰ περὶ Πύλον γενόμενα. τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους μετὰ ταῦτα εὐθὺς Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Κορινθίαν ἐστράτευσαν ναυσὶν ὀγδοήκοντα καὶ δισχιλίοις ὁπλίταις ἑαυτῶν, καὶ ἐν ἱππαγωγοῖς ναυσὶ διακοσίοις ἱππεῦσιν. Berg. οἱ νεώτεροι. Cum fingat istos equos milites esse, illud simul affingit equis, juniores eorum officio calonum functos. *Calones* Latini vocant, sive *caculas*, famulos militum, qui ipsis necessaria deferebant et cibos parabant. *Calo* vox originis Græcæ. Κᾶλον vocant lignum siccum. Sic proprie dicti qui ligna gerebant. Cas. Ravennatis libri εἶτα δ' videtur esse vulgato anteponendum. Reisig.

603. μετ. στρώματα. Frischlinus: *relictis stragulis.* Imo: *ibant petitum stragula.* Kust. μετῇσαν. Sic recte membr. pro μετῄεσαν. Perperam vulgo, redundante syllaba, μετῄεσαν. Brunck. Lege μετῇσαν [sic Mss. 2.] Bent.

604. παγούρους. Sic dicti quidam e genere *Cancrorum*, ab acuta cauda. Est vero ridiculum equos vesci *paguris*, sed ridet poëta, vilitatem castrensium ciborum denotare volens. Herba Medica in deliciis est equis. Cas. Ἀντὶ πόας [ut ol. vulg.]. Ut versus fulciatur, scribendum est ἀντὶ ποίας, ut et postea in cod. Vat. Palat. scriptum reperi. Kust. Sic bene tres codd. Mendose in impressis πόας. Brunck. Kust. ποίας e Ms. ποιᾶς scribendum docet Etym. M. h. v. et alibi. [At ποιὰ dicitur ὁ ἐνιαυτός. v. Etym. p. 677. et Zon. ii. 1563. Dind.] Μηδίκη quoque scribendum tradit Eustath. ad Od. Ω. p. 1967, 27. ad differentiam nominis gentilis Μηδική, item Cyrillus. Sed vulgata scriptura retineri potest, quod poëta ei addit substantivum. Hesych. Μηδική, πόα ἡ τρίφυλλος. Soping. corrigit Μηδίκη. Nihil necesse est. Mutanda tantum distinctio et scribendum: μηδικὴ πόα, ἡ τρίφυλλος. Sic Strabo l. 11. p. 525. Μηδικὴ βοτάνη et Steph. in Μηδία. De Medica porro vid. Victor. ad Varr. p. 131. ubi etiam h. l. laudatur. Duck.

605. Ἕρπειν proprie est reptilium. Di-

citur et simpliciter pro *ire*, et ἐξέρπειν pro *exire*. Abutitur voce θύραζε, quæ proprie significat *extra fores*. Hic pro, extra aquas maris, ponitur. Cas.

606. Lege ἔφη. et similiter in Scholiis. Bent. Lege ἔφη, ut citat Casaubonus. Pors. ὥστ' ἔφη. Ita recte edd. Juntæ et Farrei et Brubachii, non ἔφθη, quod ex Aldina nuper [in Kust.] retentum. Berg. Φθάνω variis modis usurpatur a Græcis, sed nullum genus loquendi apud eos invenio, quod huic simile sit: Θέωρος ἔφθη εἰπεῖν καρκίνον. Puto veram esse lectionem, quam adfert Casaub. ὥστ' ἔφη, quod Schol. exponit ἔγραψε. De Theoro nihil præterea compertum habeo. Suidas in Θέωρος describit Scholiasten. Poëta Nubb. 399. Theorum perstringit, ut perjurum. Duck. ἔφη. Sic bene membr. ut etiam Bern. Junta edidit, non aliter ferente nec sensu nec metro. Inepta est Aldina lectio ὥστ' ἔφθη. Illud in novissima Batava reponi debuit ex Bergleri sententia, quod non animadvertit ille, qui editionem curavit. Brunck. Θέωρος. Scholiastes dicit, hunc tanquam mœchum perstringi et ἰχθυοφάγον et improbum, et in Corintho versatum esse propter meretrices quæ ibi erant plurimæ; itaque audire ibi potuit quid dixerit Cancer Corinthius. Sed magis placet, quod ibi additur de Theoro isto: *Idem iste erat et adulator; hæc ergo dicit forte adulans Equitibus.* Vide in Vesp. 45. Καρκίνον. Scholiastes: *Tangit quendam Carcinum dictum hominem; propterea enim* (v. 614.) ἱππέας *equites et non* ἵππους *equos dixit.* Nempe Carcino isti tanquam improbo homini infensus videtur fuisse ordo equestris. Sed satius est, per cancros intelligi Corinthios, ut per equos intelliguntur Atheniensium equites. Berg. Duo hic simul traducuntur, Theorus, poëta inops, et Carcinus quidam, civis Atheniensis, quem constat invisum fuisse Equitibus. Ait igitur poëta Theorum insulsum hominem. Carcini hujus in nomine alludit ad paguros, quos superiori versu dixit vorari ab equis, qui conqueruntur se in omni loco infestos Equites experiri. Eumdem vocat Corinthium, ut solitum in eam urbem commeare amore meretricum: nam ea ætate Corinthus commendabatur eo potissimum nomine. Cas. Itaque nec majuscula littera Καρκίνον scribendum. Mira est Reiskii animadversio ad h. l. "Suspicor Corinthios ridicule et *par un sobriquet* cognominatos fuisse *cancros*, quacunque tandem de causa, ut Bœotorum elogium fuit, *sues*. Forte ob λειπομαχίαν, de qua Herodotus et Plutarchus de malign. Herodoti. Non insolens veteribus fuit neque hodie est, integris gentibus nomina talia invidiosa et minus honorifica imponendi. Silesii aliquando audiebant *Eselfresser*, Thuringi *Heringsnasen*, Scoti Anglis *formicæ*. v. Du Cange Gloss. Lat. v. *Formicæ*. Noribergenses *Herrgottsschwürtzer*." In Add. de cancris Corinthum missis laudat Diod. S. i. 507. init. Dind.

608. Leg. μήτε γῇ. Bent. Lege ob metrum, μήτε γῇ. Eadem menda laborat Acharn. 532. Pors. μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ. Sic ad metri legem scribi debuit. Perperam vulgo, claudicante metro, μήτ' ἐν γῇ. Sic Acharn. 533. ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ, μήτ' ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν. Ubi eodem librariorum errore, corruptis versus numeris, vulgo legitur μήτ' ἐν γῇ. Superiore versu male vulgo legitur μήτ' ἐν βυθῷ, ubi sermonis indoles μηδ' flagitat. Sic Av. 987. καὶ φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσι, μήτ' ἢν Λάμπων ᾖ, μήτ' ἢν ὁ μέγας Διοπείθης. Brunck. ἱππέας pro ἵππους, præter exspectationem. vide Not. præced. Berg.

609. Hactenus Parabasis. Nunc chorus convertit sermonem ad Isiciarium, quem videt venientem e Senatu, ubi causam suam egerat contra Cleonem. Cas.

612. πρᾶγμα ἀγωνίζεσθαι est, negotium contendendo perficere (die Sache ausfechten, durchsetzen). Dind.

613. νικόβουλος. Quasi dicat, se jam non amplius esse *Allantopolam* sed *Nicobulum*, nempe ex ipsa re sumto nomine, quia ἐν τῇ βουλῇ, *in senatu*, a Cleone reportaverit νίκην, *victoriam*; aut quia *Senatum* antea Cleoni faventem quasi *vicerit* et ad suas partes pertraxerit. Ipse dicit infra v. 678. (687.) ὥστε τὴν Βουλὴν ὅλην —ἀναλαβὼν ἐλήλυθα. Sæpe fingit nomina propria hominum ex rebus, ut in Thesm. 815. ἀλλ' Εὐβούλης τῆς πέρυσι τίς βουλευτής ἐστιν ἀμείνων; Sic Ἀμυνίας v. 567. (574.), et in Pac. 991. λῦσον δὲ μάχας, ἵνα Λυσιμάχην σε καλῶμεν, ubi vid. Not. Berg. At enim horum locorum alia ratio est, quam hujus nostri, in quo νικόβουλος nihil aliud notat, quam *victorem senatus*, sine respectu ad nomen proprium. Schutz.

614. ἐπολολύζειν verbum sacrorum, et ut notat Herodotus [iv. 189. ubi cfrr. Wessel. et Valck. p. 364. et Wess. ad Diod. S. 16, 11.] a barbaris ad Græcos translatum. Ex Homero [v. Il. vi. 302.] constat, morem hunc fuisse, ut victimæ mactandæ acclamarent eamque faustis vocibus prosequerentur omnes, qui sacris intererant. Id proprie est ὀλολύζειν et ὀλολυγὴ clamor ille faustus saltitantium et tripudiantium de more circa victimam. Nec

dubium est, hanc ὀλολυγὴν laudes dei, cui sacra fiebant, continuisse et simul preces ad eumdem. Inde cœpit accipi pro εὐφημεῖν i. e. faustis acclamationibus aliquem collaudare. Sic accipitur hic. At Græci mediæ ætatis nescio quomodo vocem hanc de ululatu et fletu acceperunt: quod ita novum peritis veteris Hellenismi, ut argumento hujus vocis dicat Tzetzes, Septuaginta Interpretes, qui ea notione vocem hanc usurpant, Græce nescisse. Cas. Versui, νῦν ἄρ' ἄξιόν γε πᾶσιν ἐστὶν ἐπολολύξαι, refertur interjecta Allantopolæ narratione antistrophicus 683., πάντα δὴ πέπραγας οἷα χρὴ τὸν εὐτυχοῦντα. Reisig.

615. ἄμεινον ἔτι. Ita quidem editiones: sed mallem ἀμείνον' ἔτι propter antecedens καλά. Berg.

616. εἰργασμέν' vel ἐργασάμεν'. Bent. [sic Hermann. de Metris p. 367. Dind.] εἰργασμέν'. Sic bene membr. Perperam vulgo sine elisione εἰργασμένε. Brunck. Hermann. de Metr. p. 367. corrigit: ἐργασαμεν', ειθ' επελ-|θοις ἁπαντα μοι σαφως. Nam palimbacchius, inquit, in pæonicis versibus tolerari non potest. Antistrophicus est 683. μείζοσι κεκασμένον. Dind. Fo. ἅπαν. Bent.

619. μακρὰν ὁδόν. Dictum est proverbialiter. De eo, quod non admodum curamus, dicimus: *manum non verterim ut hoc fiat.* Sic Cicero [de Fin. v. 31.] et Sophocles [Aj. 1128.] οὐκ ἂν στραφείην. De re quam valde desideramus, *vel vadimonium propter id deseruerim.* Quo allusit Plinius in præfat. [T. i. p. 21. ed. Franz.] ridens speciosos quorundam titulos, *propter quos,* inquit, *vel vadimonium deseras.* Eadem sententia hujus dicti proverbialis: *vel longam viam ejus audiendi gratia confecerim.* Cas.

620. θαῤῥήσας. Sic recte membr. Vulgo θαρσήσας, qua forma Comicus uti non solet. Brunck.

623. In hac parte refertur, quod gestum fuerat in Senatu inter Cleonem et Isiciarium. Sub hominis insulsi persona traduxit poëta Dithyrambicos poëtas, qui verba sesquipedalia et ampullata usurpabant. Κατόπιν poëticum pro ὄπισθεν vel ὀπίσω. Cas.

624. Suidas v. Ἀναῤῥηγνύς. Kust. ἐλασίβροντα. Intelligit verba, ut diximus sesquipedalia, quorum pleraque compositionem duram habent aut sententiam ineptam. Pindarus Jovem vocavit ἐλασιβρόντην [Fragm. inc. cliii.], quasi agitatorem tonitruum vel vibratorem: durum sane verbum. Nam ἐλαύνειν vel curulibus equis convenit vel navibus. Sed Pindarus voluit significare, sonum, qui a tonanto Jove editur, ejusmodi esse ut si quadrupedantia animalia aliquam planitiem saxeam caperent: longe petita sententia. Non exstat quidem Pindari locus, quo poëta respicit; sed idem Olymp. Od. iv. sic incipit: ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς, quod idem est. Inde igitur ansam sumsit Aristophanes dicendi ἐλασίβροντα ἔπη, ficta voce inepta et ridicula. Ἀναῤῥηγνύς. Emphasis poëtica elegantissima. Nam ἀναῤῥηγνύναι, i. e. *disrumpere,* posuit pro, loqui tanto clamore, ut ramices disrumpas. Cas. Non fero illud ἤρειδε et ἐρείδων in eodem commate. Quare pro ἐρείδων lego ἐρίζων, totumque hunc locum sic distinguo: τερατευόμενος κατὰ τῶν ἱππέων | κρημνούς, ἐρίζων etc. Cf. supra Nub. 1378. ubi itidem inter voces ἐρείδεσθαι et ἐρίζεσθαι de possessione loci illius controversia est. Kust. τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν Ἱππέων, κρημνοὺς ἐρείδων (ut vulgo lectum et interpunctum.) [τερατεύεσθαι dicitur non tantum, qui portentosa facit, sed et, qui talia loquitur. v. Ran. 858. Dind.] Sic quidem magno consensu librarii, sed putida menda. Quis idem verbum in duobus continuis versibus tam invenuste Comicum adhibuisse credat? Kusterus conjicit, eum scripsisse: τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τ. Ἱππέων κρημνοὺς, ἐρίζων. Quod nescio an alii se probaverit; mihi sane haud magis quam vulgatum placet. Minore mutatione, eaque levissima, et potest et debet, nisi me fallit opinio, sanari hic locus. Lego κρημνοὺς ἐρείπων. Homerus Il. O. 355. προπάροιθε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων | ῥεῖ' ὄχθας καπέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων | ἐς μέσσον κατέβαλλε. Scholiastes Comici: κρημνοὶ δέ εἰσι τὰ μέρη τὰ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀποσπώμενα. καὶ τὴν ὄχθην δὲ κρημνὸν λέγουσιν, ἐπειδὴ πάντα τὰ ὑψηλὰ κρημνοί. Cleo rupes avellit, dejicit et in Equites jaculatur. Quam facile, quum præcessisset ἤρειδε, librarii ex ἐρείπων fecerint ἐρείδων, res ipsa ostendit coram oculis posita. Brunck.

625. ἤρειδε. Sic Suid. in v. ed. ms. Pors. Ἐρείδειν proprie *fulcire,* et *fulcrum* ἔρεισμα: ut cum magnus vates Pindarus Athenas vocavit Ἑλλάδος ἔρεισμα [Fr. Dithyramb. 10, 2.]. Præterea ἐρείδειν significat *niti ad aliquid faciendum,* ut, cum pedem obfirmamus ad ictum nos parantes. Attici scriptores transtulerunt ad varia hanc vocem, et quidquid rapide agebatur, de eo dicebant ἐρείδειν. Itaque ἐρείδειν hic κατὰ τῶν ἱππέων significat, contentiose pugnare et quasi exsertis viribus contra Equites. At versu seq. ἐρείδειν κρημνοὺς est, magna contentione vibrare rupes. Initio Pacis [25.] φαύλως ἐρείδειν pro, *languide vorare;* in quibus

verbis inest contrarietas. Nam ἐρείδειν est, *rapide vorare*, φαύλως, *segniter*. Sed est jocus Comicus. Κρημνὸς a verbo κρέμαμαι. Est proprie locus pendens: quemadmodum dixit Lucanus [Pharsal. i. 435.] *cana pendentes rupe Gebennas*. Ponitur pro parte saxi, quæ ad ruinam videtur esse prona, vel, unde effracta pars fuerit. Latini *prærupta loca* vocant. Poëta hic intelligit verba dura, aspera et in Equites contumeliosa. Cas. ἐρείδων. Sic Suid. ed. ms. κρημνός, ubi paullo ante κρημνοκοπεῖν. ἐρείδειν in ψολοκαμπίαις (sic.) Pors.

627. πιθανώταθ' ἡ Βουλὴ δ' ἅπασ'—. Hæc est membr. scriptura. Vulgo: πιθανώτατα δ' ἡ Βουλή γ' ἅπασ'. Sic etiam C. nisi quod particulam γε omittit. Brunck. In lectione Rav. ab Inv. recepta πιθανώτατα δ' ἡ Βουλ' ἅπασ' ἂν ἀκρ. nec η recte eliditur, nec ἂν vim habet. Dind. Leg. πιθανώταθ' ἡ βουλὴ δ'. Bent.

628. 'Ατράφαξις est oleris genus, quod cito in magnam crescit altitudinem: Latini *atriplicem* vocant. Et de hac planta multa nugatoria olim Magi finxerunt. Ψευδατράφαξις plusquam dithyrambica vox, qua ingeniosissimus poëta naturam calumniæ expressit. Ubi enim audimus, qui de aliquo detrahant, facile et libenter, quæ natura est mortalium, sinimus generari in animo nostro opinionem pravam de illo: quæ sine mora excrescit: inde odia. Proprie ψευδατράφαξις est mendacium, tam cito et tam alte crescens, quam facit hæc herba. Cas. Scholiastes: plenus mendaciorum. 'Ατράφαξις autem est species oleris celeriter in magnam altitudinem crescentis. Cum itaque Cleo falsis criminibus accusaverit Equites, Senatusque visus sit ei credere, dicit Senatum repletum esse pseudatraphaxi, quasi dicat, falsa atriplice: taxans Cleonem, quia sit mendax, Senatum autem, quia mentientibus et calumniantibus facile credat; nempe quam facile illud olus crescit. De olere illo Glossæ: 'Ατράφαξις, τὸ χρυσολάχανον, *Atriplex*. Berg. Ms. Vatic. Palat. habet ψευδατραφύξιος, quasi a nomin. ψευδατράφυξις. At Suidas suo loco et Eustath. ad Il. E. p. 539. ex Comico nostro afferunt ψευδατραφάξυος, per υ in syllaba penultima, ut sit nominativus ψευδατράφαξυς. Cæterum vox hæc eodem modo composita est, quo ψευδαμάμαξυς Vesp. 325. Kust. Suid. ψευδατραφάξυος. Bent. Ψευδατραφάξυος. Sic membr. ut apud Suidam et Schol. in ed. Aldina legitur. *ψευδατραφάξυος πλέα, ἀντὶ τοῦ, πλήρης ψευσμάτων. ἀτράφαξυς δὲ εἶδος λαχάνου, ὃ ταχέως εἰς μέγεθος αὔξεται. ἐπεὶ οὖν ὁ Κλέων ψευδῆ κατὰ τῶν 'Ιππέων κατηγόρησε καὶ ἡ Βουλὴ πείθεσθαι ἐδόκει, ψευδατραφάξυος πλέαν εἶπε τὴν Βουλὴν γεγονέναι, διαβάλλων μὲν ὡς ψεύστην τὸν Κλέωνα· τῆς δὲ Βουλῆς καθαπτόμενος ὡς τοῖς ψευδομένοις καὶ διαβάλλουσι πειθομένης εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως, ὥσπερ τὸ λάχανον αὔξεται.* Sic etiam Eustathius ad Iliad. p. 539. *φασὶ δὲ καὶ τὸ ἀδράφαξυς δασύνεσθαι. ἔστι δὲ εἶδος λαχάνου, τὸ κοινῶς χρυσολάχανον, ὅπερ ἡ πλείστη χρῆσις διὰ τοῦ τ ἀτράφαξυν λέγει, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ ἐν τῷ, ψευδατραφάξυος πλέα.* Vulgo per ι legitur ψευδατραφάξιος. Brunck.

629. κἄβλεψε νάπυ, i. e. *acrem habuit vultum instar sinapi*. Versum autem hunc Crates apud Athen. sub init. l. ix. [p. 352. t. iii. Schweigh.] sic legit: καὶ βλέπε σίναπυ, καὶ τὰ πρόσωπ' ἀνέσπασε. At Athenæus ibidem ex aliis codd. affert, κἄβλεψε νάπυ, (quæ et hodiernorum codd. Aristoph. lectio est,) addens neminem Atticorum dixisse σίναπι. Kust. Νάπυ appellant sive σίνηπι granum illud, unde efficitur succus ad condimenta vulgo notus. Dind. Suid. νάπυ. Pors.

631. τοῖσι. In A. C. τοῖς. Brunck. φενακισμοῖσιν. φενάκη *coma adscititia*, qua utuntur viri aut mulieres, propriæ loco. Hæc imponit adspicientibus, quod dedit occasionem Græcis, ut φενάκην ponerent pro *dolo* et φενακίζειν pro, *dolo decipere*. Inde φενακισμὸς actio decipiendi. Cas. Leg. τοῖς. Bent.

632. Suid. Σκίταλοι τε καὶ Φέν. Sed Σκίτᾶλοι ut Κόβᾶλοι· Σκίταλοι etiam Hesych. sed forte Σκιμᾶλοι, ἀπὸ τοῦ σκιμαλίζειν. Vid. Ach. 443. Bent. Ed. ms. σκίταλοι. Pors. Erat moris olim, ut et curiam ingredientes et dicere incipientes deûm opem implorarent. Sic Demosthenes nobilem pro se orationem [de Cor. c. 1.] sic est exorsus: πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Hoc imitatur poëta h. l. sed ut in re ridicula ridicule. Fingit enim Isiciarium dicere incipientem et jam æstuantem deos invocare, quos sibi propitios putabat fore. Sunt autem ficta hæc numinum nomina, quibus exprimuntur dii præsides scelerum. Sciendum sane, eum fuisse stuporem veterum, ut inter numina consecrarent et febrem et id genus alia, quibus averruncandis vota faciebant. Sed et palam sceleribus præsides dedicabant. Sic *Laverna* dea furum, et tales deastri, quos merito in libris de Civit. Dei irrisit Augustinus. Sic igitur poëta Σκίταλον deum fingit, i. e. deum ignobilitatis præsidem. Nam ductum nomen a Scitone quodam, tunc temporis miserrimo fullone. Φένακες dii præsides fraudum, ut ante dictum est. Cas. Locum hunc exponit Hesych. v. Σκίταλοι. Kust. Fingit deorum nomina ridicula, pleraque ab

usu abhorrentia; ut et hoc est, a Σκίτων formatum, quod Schol. dicit fuisse Fullonis cujusdam nomen, hominis nihili et improbi. Φέναξ autem est vox bona et *impostorem* significat [v. Phot. Lex. p. 470.]; Βερέσχεθοι plane ficta, ut Διτύλας et Σκεβλίας Ran. 615. in quibus nihil fere inest Græcitatis. Κόβαλος vox usitata Comico, ut et μόθων, quas conjunxit etiam Plut. 279. διαρραγείης, ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κόβαλος. De μόθων vid. v. 693. (705.) Berg. De Σκιτάλοις lasciviæ et nequitiarum præsidibus v. Toup. Emm. in Suid. ii. p. 172. s. Vocab. Σκιτὼν a Pherecrate adhibitum etiam Phot. p. 385. habet. Zonaras T. i. p. 385. Βερέσχεθοι· οἱ ἀνόητοι. Photius Lex. p. 200. Μόθων, ὄρχημα φορικὸν (φορτικὸν) καὶ κορδακῶδες. ἀπὸ δὲ τούτου καὶ ὁ ἀναγωγὸς καὶ ὁ ἀκόλαστος ἄνθρωπος. Dind. Μόθων proprie *verna*; hinc transfertur ad vernilеs nequitias; et h. l. Μόθων est deus præses nequitiæ et procacitatis. Schutz.

633. Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθωνες [ut ol. vulg.]. Metrum versus hujus turbatum est, quod Bisetus sic in ordinem redigendum censet: Βερέσχεθοί τε καὶ μόθωνες καὶ κόβαλοι. Sed nec sic legi metricæ satis consultum est. Nam syllaba secunda in κόβαλοι longa est, ut Plut. 279. διαρρ. ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κόβαλος. Ran. 104. ἦ μὴν κόβαλά γ' ἐστὶν, ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ. Et in ead. fab. 1047. μήτ' ἀγοραίους μήτε κοβάλους — Et in Eqq. 415. καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα παιδὸς ὄντος. V. etiam in ead. fab. 331. ubi κοβαλικεύματα et 270. ubi ἐκκοβαλικεύεται. Quare rescribendum hic censeo: Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθων. Certe Scholiasten veterem legisse hic Μόθων, colligi potest ex ejus interpretatione. Nam reliquas quidem versus hujus voces, quas exponit, numero plurali effert, at μόθων numero singulari. In Ms. Vat. Palat. versus hic ita legitur: Βερέσχεθοί τε καὶ μόθωνές γε κόβαλοι. Recte quidem, si syllaba secunda in κόβαλος posset esse brevis: quod tamen secus se habere ex locis quæ adduximus, satis patet. Kust. Βερέσχεθοι. Suidas quoque agnoscit et in Σκίταλοι: sed nihil addit unde dictum. Equidem mendosum putaverim et scripserim Ἐρέσχελοι: quod dictum ἀπὸ τοῦ ἐρεσχελεῖν sensu aptissimo. Fo. μόθων. Bent. Βερέσχεθοι dii præsides stultitiæ. Stultorum est, verba sine mente proferre. Sic Bereschethus sine certa analogia fictum nomen. Κόβαλοι dii præsides κοβάλων, i. e. hominum vafrorum, qui minutas fraudes amant et exercent. Et Μόθωνες dii sunt levium et futilium personarum. Nam μόθων Atticis est veluti pedissequus nobilium puerorum. Sic in Pluto junguntur μόθων et κόβαλος cum verbo φενακίζειν. Sed notandum est, videri poëtam scripsisse per ω in prima, per ο in secunda, contra quam alibi semper. Sane versus hoc postulat. Cas. Μόθων Kuster. ad Suid. v. σκίταλοι. vulgatum defendente Toupio in Suid. iii. p. 136. sed postea in Kusteri sententiam eunte Cur. Noviss. p. 121. Vide Porsoni Append. p. 472. init. μόθωνες.] Sic Suid. ed. ms. in v. Pors. Apertum est vitium in metrum; nam et media in κόβαλοι longa est, ut ostendit Kuster. ad Suid. et ad Arist. h. l. et nec in quinta sede trochæus nec in sexta spondeus esse potest. Varie tentant hunc locum. Et Biseti quidem conjectura absurda est, quoniam quintus pes — νες καὶ κο — hic locum habere non potest, et quia, quod ad Suid. notat Kusterus, media in κόβαλοι longa est. Tan. Faber Epist. lib. ii. ep. 66. reprehendens negligentiam Biseti, quod non viderit syllabam abundare in sua emendatione: Μόθωνες ἠδὲ κόβαλοι καὶ βερέσχεθοι. Sed non cogitabat censor ille, secundæ in κόβαλοι mensuram repugnare huic lectioni. [Hoc vanum est; nam in tertia sede anapæstus admittitur; sed quartus male spondeum habet. Dind.] Casaub. ad h. l.: καὶ μώθονες, versus gratia; cui obstat eadem ratio, ne dicam, nusquam alibi hoc nomen aliter scriptum reperiri, quam cum ο in prima et ω in secunda. Kusterus ad Suid. v. Σκίταλοι et ad Arist. h. l. καὶ μόθων. Sane quidem Schol. in singulari μόθων, ὁ εὐτελής: sed ex illo non colligi potest, eum in poëta ita legisse. Nam mille locis, cum apud Comicum est singularis, in expositione ponit pluralem et contra. Atque etiam, si ea ratio valeret, dicendum foret, in Arist. pro κόβαλοι legendum κοάλεμοι; nam et hoc in expositione laudat Schol. pro κόβαλοι. Sed nec rationem video, cur a plurali, qui in omnibus servatus est, transeundum sit ad singularem. Existimo sine ope meliorum codd. hunc locum sanari non posse. Duck. Vulgo καὶ Μόθωνες, quod librariorum stupiditati debetur, qui, quum præcedentia nomina pluralia viderent, nefas esse duxerunt, si eis singulare subjungeretur. In B. sic scriptus est hic versus: β α καὶ
Βερέσχεθοί τε καὶ Μόθωνές τε Κόβαλοι.
Superscriptæ litteræ α, β, commatum transpositionem indicant, καὶ superscriptum varia seu potius vetus est lectio ab inepto emendatore mutata. Unice vera est lectio, quam reposuimus, quamque adfirmat Scholiastes, ut acute animadvertit Kust., in cujus sententiam demum

concessit Touplus Cur. nov. in Suid. p. 121. BRUNCK. Ineleganter esse Kusterum in metro corrigendo versatum, quum vellet singularem Μόθων in locum pluralis Μόθωνες substituere, haud stulte existimavit Toupius Emendationum in Suidam Parte iii. p. 171. Oxon., et hanc debebat tenere sententiam in Curis Novissimis, p. 166. Quid enim facit cum Kustero tandem Scholiastæ annotatio, Μόθων δέ, ὁ εὐτελής. ? Ad explanandam vim nominis suo arbitratu potuit vel singularem vel pluralem adhibere. Pluralem Μόθωνες Suidas quoque testatur : idemque in priore versu Σκίταλοί τε καὶ— prodidit, media nominis syllaba correpta, quod verum videtur. Derivantibus nomen Scholiastæ et Suidæ a Σκίτων, quo homo dissolutus significetur et nequam, ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος, fidem facit quod Photius memoriæ mandavit p. 385. Σκιτών (vel Σκίτων) ἀσθενής, (fortasse ἀσελγής) οὐδενὸς ἄξιος . οὕτως Φερεκράτης . . puto hoc fuisse appellativum nomen, non proprium. Sed nova nobis res oboritur ex scholio. Nam Grammaticus ille a Σκίταλοι pergit deinceps : Βερέσχεθοι δέ, οἱ ἀνόητοι· πέπλασται δὲ ἡ λέξις. Κοάλεμοι δέ, οἱ ἀνόητα κοοῦντες καὶ νοοῦντες. Μόθων δέ—. Exposuit, quid essent Σκίταλοι, quid essent Βερέσχεθοι, quid essent Μόθωνες : nihil de Κοβάλοις, sed pro eo de Κοαλέμοις, rariore vocabulo. Nimirum vetus ille Grammaticus in suo libro non legit Κόβαλοι : Κοάλεμοι legisse liquet : Tittmannusque attigit ad Zonaram, Vol. ii. p. 1227. Versu 198. idem Allantopola, qui hic suos nominat deos, δράκων κοάλεμος ænigmate ostenditur, et v. 221. jubetur deo Κοαλέμῳ libare. Quare, licet conjungatur μόθων et κόβαλος in Pluto, major tamen hic auctoritas inest Coalemo. Postremo credibile est, composuisse Comicum argute nomina Φένακες et Μόθωνες, syllabarum forma ac specie æqualia et paria : Σκίταλοι vero retulisse eum ad reliqua in eundem sonum cadentia. Ergo transfero alternos in versus vocabula : ἄγε δὴ Φένακες καὶ Μόθωνες, ἦν δ' ἐγώ, | Βερέσχεθοι, Σκίταλοί τε καὶ Κοάλεμοι. Indicia in hac re olim factæ confusionis cernas in Mss., Vat. Palat. et Brunckii B., Βερέσχεθοί τε καὶ Μόθωνές τε (vel τε) Κόβαλοι, vulgaris verborum ordo in altero supra linea descriptus est. REISIG.

634. ἐπαιδεύθη [sine ἐγὼ] ms. in σκίτ. PORS.

635. θράσος τε καὶ Suid. ibid. PORS. Leg. γλῶτταν. BENT. γλῶτταν. Sic bene membr. Vulgo γλῶσσαν, quod a Comici consuetudine alienum est. BRUNCK.

636. ταῦτα φροντ. μοι. Sic soliti in rebus magnis veteres captare auguria, quod in re ridicula imitatur auctor. Inter cætera spectabant tonitrua, cujus loco substituit homo facetus πορδήν. CAS.

637. Ἐκ δεξιᾶς ἀπέπαρδε. Et hoc ex more veterum. Nam prout tonitru a dextra aut sinistra auditum esset, ita lætum aut triste augurium putabant. At peditus in disciplina augurali observabatur quidem, sed contrario atque hic quidem ritu. Nam comitia dirimebantur eo interveniente, ut Ausonius ostendit. Πυγὴ, *nates;* unde nomen hoc (καταπύγων) compositum ad denotandam eam, quæ Latinis proprie *impudicitia* dicitur. CAS. Ridiculum omen. Ad imitationem eorum, qui, si aliquid dicant, quod maxime vellent auspicato ab ipsis dictum esse, et, si forte interea aliquis sternutat, bonum omen inde capiunt, ut apud Homer. [Od. xvii. 541.] cum Penelope de reditu Ulyssis loqueretur, eaque vix verbum elocuta Telemachus sternutasset, bonum signum habebatur et erat. Sic apud Xenoph. lib. iii. Ἀναβ., cum Xenophon consolaretur milites atque spem reditus in patriam et salutis superesse diceret, statim, aliquo sternutante, omnes bonum et divinitus missum omen agnoscebant. De omine sternutamenti Comicus Av. 721. πταρμόν τ' ὄρνιν καλεῖτε. Crepitum ventris Homerus etiam non minus jocose quam Comicus omen facit, et expresse vocat οἰωνὸν Hymn. in Merc. 295. ubi simul et sternutamenti fit mentio : — τότε δὴ κρατὺς Ἀργειφόντης Οἰωνὸν προέηκεν ἀειρόμενος μετὰ χερσὶ (dum manibus tollitur), τλήμονα γαστρὸς ἔριθον (miserum ventris operarium) ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην (pessimum nuncium), Ἐσσυμένως δὲ μετ' αὐτὸν ἐπέπταρε — Ubi mox Apollo dicit : Εὑρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα, Τούτοις οἰωνοῖς (his ominibus). BERG.

638. Κύειν est *adorare:* inde deductum προσκυνεῖν, pro quo poëtæ προσκύειν; quod tam de ea quæ vocatur civilis adoratio quam de divina. Erat vero moris, ut oblato omine læto, puta sternutatione læta, aut avibus oscinibus, aut tonitru a dextra, converterent se ad adorationem ejus numinis, a quo putarent se accepisse : quod in ista re imitatur Isiciarius. CAS.

639. Leg. ἐξήραξα. BENT. κιγκλὶς est *cancellus.* Est vero cancellus, ut docemur a Græcis, opus δικτυωτὸν, i. e. ad reticulorum similitudinem factum, quod foribus magnatum opponebatur. Item in curia et judiciis aditus cancellis præcludebatur, de quibus cancellis auctor hic loquitur. Græci alio nomine δρύφακτα appellant. Erat nefas causam in Senatu agenti perrumpere cancellos. Propterea poëta ut

argumentum magnæ impudentiæ tribuit Isiciario, quod cancellos perruperit. Ad cancellos appositi erant servi custodes, ut ad januas janitores et ostiarii. Hi servi proprie *cancellarii* dicuntur. Propterea Vopiscus [Carin. 16. ubi omnino v. Salmas. p. 800. ss.] indignatur, Carinum Imp. e cancellariis suis fecisse magistratus. Posterioribus temporibus notio hujus vocis paulatim mutata est, et de postremo loco, quem *Cancellarii* tenebant, in cognitionibus principum ad primum ea vox pervenit. Ἀράττειν et ἀράσσειν dixerunt veteres, quod hodie *harasser*, gravius concutere et vexare. Cas. ἐξήραξα Reisk. et post eum Toup. in Suid. i. p. 141. recte. Sic ὑποῤῥώδει pro ὑπωῤῥώδει male legitur in Eupolid. apud Plutarch. i. p. 164. ὀρεχθεῖ pro ὠρέχθει in Aristia apud Athen. ii. 19. p. 60. contra metrum hoc ultimum. Append. ad Toup. 446. Pors. ἐξήραξα. Male vulgo augmento omisso ἐξάραξα. Brunck.

641. Versum hunc adducit Phrynichus in Eclog. dict. Att. p. 44. [p. 112. s. ed. Pauw.] ut doceat τὸ εὐαγγελίζεσθαι apud Atticos cum Dativo construi solere. Kust. εὐαγγελίσασθαι. Antiqua vox, qua veteres omnem lætum nuncium significarunt. Observabamus apud scriptt. Græcos posteriores, posteaquam magno nuntio facta est hæc vox propria, parcius ad alia eam usurpari apud Athenienses, qui res novas cognoscendi studiosi erant: quo nomine notatur eorum curiositas etiam in Actis [c. xvii. 21. ubi cff. Intpp.]: et pœna falsis nuntiis et præmium veris nuntiis fuit propositum. Ideo Isiciarius, ut gratiam Athenn. sibi conciliet, fingit aliquem lætum nuntium. Præmium læti nuncii vocarunt τὰ εὐαγγέλια, et στεφανοῦν τινα εὐαγγέλια, i. e. coronare aliquem corona læti nuntii. Sed nulla hic corona: verum solent Græci omne *præmium* appellare στέφανον. Cas. πρῶτος Phrynichus p. 266. ed. Lobeck. Dind.

642. Versum hunc et sequentem Frischlinus male sic vertit: *Ex quo bellum abruptum est nobis, haud unquam ego pretiosiores vidi apuas.* Vertendum erat: *Ex quo bellum inter nos erumpere cœpit, nunquam viliores vidi apuas.* Mire autem Comicus hic exagitat Senatum Atheniensem, tanquam qui rebus frivolis et levibus facile se ab aliis inescari et decipi pateretur. Kust.

643. Suid. ἀξιωτέρας. Pors. Diphilus ap. Athen. vi. p. 226. Οὐ πώποτ' ἰχθῦς οἶδα τιμιωτέρους ἰδών. Eubulus Comicus ap. eundem ii. p. 47. καὶ γὰρ ἀξιωτέρους (viliori pretio) Πωλοῦσιν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ. Inter pisces, quibus plurimum et utebantur et delectabantur Athenienses, *apuæ* fuerunt, sic dictæ quasi destitutæ magnitudine. [Incertum esse, quodnam pisciculorum marinorum genus intelligatur, etiam Vuil. monet. Comparat cum iis, qui nostris dicuntur *Sardellen, Meergründeln.* Dind.] Φύη est indoles recta, statura legitima; inde ἀφυεῖς, qui legitimam staturam non consequuntur; et pisciculos istos ἀφύας inde dixerunt, quia capiebantur tenelli. Magna vera quæstio est, sintne ἀφύαι proprium genus piscis, an ita dicantur pisciculi minuti cujuscumque generis, qua de re Athenæus et Ælianus. Proverbio dedit locum hic pisciculus, εἶδεν ἀφύη τὸ πῦρ, *vidit apua ignem,* quod de re usurpabant quæ facillime fieret. Dind. Ms. Vat. Pal. διεγαλήνισαν. Kust. Ita etiam legendum est, si cum Inv. e Rav. recipitur: Οἱ δ' εὐθέως— sed præstat vulg. Τῶν δ'— Nam etsi διαγαληνίζειν proprie, ipsa sua forma, activam habet vim, ut neutrum tamen, exemplo aliorum ejus generis verborum, dici potuit. "διεγαλήνιζον, *exhilarabam, serenabam.*" Reisk. τὰ πρόσωπα διεγαλήνισεν. Suidas: Γαληνιᾷν· γάννυσθαι, χαίρειν, διαχεῖσθαι. Inde διαγαληνίζειν est *exhilarare,* h. l. tamen intransitive *exhilarari.* Schutz.

645. ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια. Vide quæ hac de re notavimus ad Plut. 765. Kust. quem locum etiam Berg. laudavit. Dind.

646. Leg. ἀπόῤῥητον ποιησαμένοις Ταχύ. Bent. ποιησάμενος ταχύ. Id est concisum loquendi genus, pro, *contrahens in pauca.* Solet participiis uti pro adverbiis. Sic ἀνύσας pro, *celeriter;* et idem hæc verba significant. Cas. Reisk. conjicit προαλαμένους, quod cum συλλαβεῖν construendum sit. Dind. ἀπόῤῥητον. Nempe arcanum hoc erat consilium, quo ipsi Agoracriti auditores in rem suam uti debebant, ideoque, ne temere evulgaretur, cavere. Schutz. ποιησάμενος ταχύ. Verum nobis videtur Reiskius vidisse, corrigendum censens ποιησαμένους ταχύ, idque cum ξυλλαβεῖν τὰ τρυβλία conjungendum, hoc nimirum sensu: et suasor iis exstiti, et propere omnes trullas, quæ apud opifices, scilicet figulos, præstarent, colligerent, quo eo plures apuas uno obolo coëmere possent, quum non deessent ad eas asportandas trullæ. Id.

647. Minima Græcanicæ monetæ fuit *obolus.* Proprie sic dixerunt parvulas e ferro virgas; quibus pro numis utebantur, quod institutum apud Lacedd. permansit usque ad Lysandrum. v. Plutarch. [Lys. c. 17. t. iii. p. 33. Reisk.] Erant Athenis et tenuiores monetæ, vel, ut ipsi vocant, κέρματα, sed fere, cum de tenui re fit

mentio, *oboli* nominantur. Cas. Structuram part. ἵνα cum Optativo illustrat Dawes. Misc. Crit. p. 86. Dind.

648. Proprie δημιουργὸς dicitur, qui versatur circa opus publicum. Δήμιος *publicus*, ἔργον *opus*. Notandum tamen Athenis δημιουργοὺς vocatos esse eos, qui pretio faciunt opus qualecumque, i. e. artifices cujuscumque generis, qui alio nomine dicuntur ἐργολάβοι. Δημιουργοὶ hic sunt, qui vendunt aut faciunt τρυβλία [opifices, figuli]. τρυβλία. Late patet hujus vocis notio et significat omne vas, quo hauritur aliquid, ut ad esum apponatur. Sic *trullam* reperimus hoc nomine appellatam; item paropsidem et similia vasa. Mens autem hujus commenti est: sublatis vasis, in quibus apuæ apponebantur mensis, fore ut cives reliqui iis abstineant, solus Senatus his fruatur. Cas.

649. Χαίνειν est *hiare*; interdum proprium leonum vocabulum. Unde ap. Anacr. λεόντων χάσμα, *rictus leonum*; quod in homine dicitur os. Solent homines parum ad rem attenti, cum admiratione alicujus rei stupent, simul ore hiante esse: unde est hoc loquendi genus. Nam χαίνειν πρός τινα est, aliquem cum stupore, hiante ore, intueri. Cas. Imo χάσμ' ὀδόντων, quod natura leonibus dederit, legitur Od. ii. 4.—'Ανακροτῆσαι Zonar. ii. p. 200. explicat, ἐπαινέσαι, ὑμνῆσαι. Est omnino, applaudere. Dind.

650. s. Ipse Cleo infra de populo Atheniensi dicit: ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν, οἷς ψωμίζεται, v. 711. (723.) Berg. Scriptura cod. Rav. εἰδώς τ' ἅμα vulgatæ εἰδὼς ἄρα præferenda est. ὑπονοήσας pertinet eo, quod sensit, senatum aures præbere isiciario benevolas. ὑπονοεῖν ἐστι τὸ μὴ τελείως νοεῖν τὸ προκείμενον. Zonar. ii. p. 1772. Dind.

652. Nomen γνώμη significat interdum decretum factum, interdum sententiam propositam. Γνώμη Senatus est *scitum Senatus*, quod Romæ tantisper appellabatur *auctoritas*, non *Senatusconsultum*, donec accessisset populi jussum: auctor Dio. At senatoris γνώμη est id, quod senator quisque sententiæ loco dicit. Proprie tamen in senatu tot sententiæ esse dicebantur, non quot erant senatores, sed quot fuerant diversarum sententiarum auctores. Nam reliqui non tam censere quam assentiri dicebantur. Proprie autem Græcis Senator, qui novam sententiam in medium adfert, Γνώμην εἰσφέρειν et εἰσηγεῖσθαι dicitur. Cas.

653. 'Επὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς. Frischlinus male: *ob ærumnas*. Nam verti debebat: *ob res lætas et prosperas*. Vide Nos etiam supra ad v. 401. Kust.

654. Xenophon. lib. i. Hellen. p. 262. ἔθυε εὐαγγέλια (sacrificavit quasi ob lætum nuncium) καὶ τοῖς στρατιώταις παρήγγειλε δειπνοποιεῖσθαι. Isocrates in Areopagitico [T. i. p. 102. ed. Auger.] ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν (bis jam boni nuncii sacrificia fecimus). Berg.

655. ἐπένευσεν εἰς ἐκεῖνον, i. e. *transiit in illius sententiam*. Proprie ἐπινεύειν Latine *signum dare assensus* [nutu]. Cas.

656. βολίτοις. Intelligit *boves*, sed turpiter pro *bobus*, *simum bovinum* nominat. [Pro ipsis *bovibus* ponit, ut sit: *cum viderem me vinci a Cleone, centum boves sive hecatomben sacrificare jubente*. Berg. De voc. βόλιτον cf. Gregor. Cor. p. 133. ibique Koen. Dind.] Græci proprias voces habent denominandi simi quam plurimorum animantium: vide Pollucem [Onom. v. 91.]. Alludit vero ad proverbium Græcorum. Dicebant enim de iis, qui levi de re litigabant, βολίτου δίκη, i. e. *lis de bubulo fimo*. Quanquam legibus Solonis etiam pœna constituta fuerit furto tali. Latini *de lana caprina contendere* dicunt. Cas. τοῖς βολίτοις ἡττημένος. Comica lascivia ait se stercore bovino victum, quum dicere deberet se ab adversario victum esse centum boum sacrificio. Schutz.

657. διηκοσίῃσι. Sic membr. Vulgo διηκοσίοισι. In C. διακοσίοισι. Brunck. Solebant veteres milites præsertim jaculis mittendis se exercere, quod ἀκοντίζειν dicitur, et ὑπερακοντίζειν proprie, jaculo misso alium superare, interdum (ut hic) sumitur pro νικᾶν *vincere*. Cas.

658. Alludit hic Comicus noster ad votum illud, quod Athenienses bello Persico ante pugnam Marathoniam Dianæ 'Αγροτέρᾳ fecerunt, se nempe, si victoria potirentur, tot ei hircos vel capras immolaturos, quot ex hostibus occisuri essent. [Hoc cognomine colebatur Diana Athenis: an quia propter venationes rura Dianæ gratiora quam urbs? Cas. Nam vel ab ἄγρα vel ab ἀγρὸς derivatur. Sturz. Lex. Xen. i. p. 44. Dind.] Rem narrat Xenophon lib. iii. de Exped. Cyri [c. ii. §. 12. ed. Schneid. cujus not. cfr. p. 155.] εὐξάμενοι τῇ 'Αρτέμιδι, ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς, κατ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν. Vide etiam Ælian. Var. Hist. ii. 25. et doctos ibi interpretes, itemque Meurs. de Athen. Att. ii. 5. Porro notandus hic est elegans usus præpositionis κατὰ in phrasi illa, κατὰ χιλίων εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων, quod simpliciter significat, *mille hircos vovere*. [Phrasis historicorum, præsertim Græcorum, εὔχεσ-

θαι κατὰ βοὺς vel χιμάρων, i. e. votum facere, si victor redeas, te bovem vel hædum sacrificaturum. Sic dicimus, εὔχεσθαι κατὰ νικητηρίων, vovere quasi præmium victoriæ. Cas.] Sic enim optimi quique scriptores loqui solent. Pollux i. 27. inter reliquas voces et phrases ad sacra pertinentes etiam hanc habet εὔχεσθαι κατὰ βοὺς i. e. *bovem vovere*. Eustathius quoque ad Odyss. p. 1454. 129. ed. Rom. modum hunc loquendi veteribus usitatum fuisse monet. Ait enim: ὅτι δὲ τὸ χίλια ζῶα ὑποσχέσθαι, κατὰ χιλίων εὔξασθαι ἐφράζετο, δηλοῦσι χρήσεις παλαιαί. Locum hunc Eustathii attulit quoque Kuhnius ad dictum locum Pollucis, qui præterea opportune ibi observavit, genus hoc loquendi non solum occurrere in proposito loco Arist. sed etiam in proverbio illo: Μὴ πάντα κατὰ βοὺς εὔξῃ· [*Noli semper vota concipere*, interpretatur Brunck. Dind.] quod legitur apud Suidam et Diogenianum. His addi potest locus ille Plutarchi in Quæst. Græc. p. 294. B. [T. ii. P. i. p. 205. Wyttenb.] καὶ διέφυγεν εὐξάμενος τῷ Ἀπόλλωνι καθ' ἑκατόμβης (et effugit, postquam Apollini hecatombam vovisset). Item ap. Schol. Eurip. ad Phœn. 1416. καθ' ἑκατόμβης ηὔξατο. Sic enim ibi legendum est pro κᾆθ' ἑκατόμβης, quod per crasin dictum foret pro, καὶ εἶθ' ἑκατόμβης, sed nullo illic sensu. [Correxit Valcken.] Kust. His e Kust. nota magnam partem repetitis Brunck. addit: "confer Valckenar. ad superiorem Schol. Eurip. locum p. 769." [p. 145. ed. secundæ]. "Berg. autem hæc adjicit: Sic ὀμνύειν καθ' ἱερῶν τελείων ap. Thucyd. lib. iv." [imo lib. v. c. 47. ubi vid. Duck. T. i. p. 749. ed. Lips.] Dind. Rationem hujus appellationis [Ἀγροτέρᾳ] exponit Meursius Athen. Att. ii. 5. e Pausania: ubi vide plura de hoc voto Callimachi. Ἀγροτέραν Dianam etiam Eustathius e comœdia memorat in Od. ρ. p. 1821, 22. sine dubio ad h. l. respiciens; item ad Od. γ. p. 1454, 27. ubi, dissidens ab aliorum narratione scribit, Athenienses τῇ Ἀγροτέρᾳ ante prælium χιλίας χιμαίρας vovisse. Sed et aliter atque aliter plerique narrant. v. Meurs. cujus diligentiam hic locus effugit: nec non locus Æliani 2. V. H. 25. hic notatus a Kust., qui 300. capellas quotannis ei immolari scribit, quas 500. vocat Xenophon l. 3. Ἀναβάσ. Duck.

659. ἑσαύριον pertinet ad γενοίατο, non autem ad ποιήσασθαι. Male vulgo distinctus est hic locus [commate post ἑσαυρ. posito]. Brunck.

660. Versum hunc adducit Athenæus lib. vii. c. 24. p. 328. [p. 209. t. iii. Schweigh. ubi γένοιντο legitur.] Kust. θρὶξ *pilus*, unde frequenti usu Athenis dicobantur τριχίδες, i. e. pisciculi minuti, quasi pilis tenuitate similes. Dicebantur et θρίσσαι, estque magna quæstio apud Græcos naturæ interpretes, quodnam genus piscis sit. Cas. Athen. vii. p. 328. γένοιντ': fo. γένοιντ' ἄν. Sed et Attici sic ut alibi. Τί δῆτα πόδες ἂν εἰργασαίατο. [Av. 1147.] Bent. Hinc emendabis Athenæum vii. 24. p. 328. E. ubi paullo mendosius hunc versum citat. τριχίδων meminit Aristophanes Holcasin apud Athen. vii. 24. p. 329. B. Ὦ κακοδαίμων (non κακόδαιμον) ὅστις ἐν ἅλμῃ Πρῶτον τριχίδων ἀπεβάφθη. Pors. Verisimilius est hos pisciculos nomen accepisse a tenuitate spinularum. Schutz. γένοιντο Athenæus T. iii. p. 209. Dind.

661. Κάρα *caput*, δοκεῖν *observare, conjicere de futuro*. Inde καραδοκεῖν pro, velut exserto capite observare, quid sit futurum. Aristophanes id ponit, ut denotet, Senatum capite converso ad isiciarium de ejus ore pependisse. Apud historicos elegantissime dici solet καραδοκεῖν τὸ μέλλον de eo, qui medius inter duos pugnantes exitum exspectat, ut fortiori se conjungat. Cas.

662. ἐφλῃνάφα. Sic bene A. C. ut impressi. In B. ἐφλῃνάφει. v. ad Nub. 1475. Brunck. Sermonem vanum et nugatorium variis nominibus Græci significarunt, ut ὕθλος et ἀδολεσχία, λῆρος et φλήναφος: unde φληναφάω, quod significat, dare verba sine mente. Cas.

663. Appellantur in scriptoribus Atticis τοξόται servi publici, quia, ut videtur, magistratibus Atheniensium apparebant satellites arcus gestantes. Iidem vocantur ξένοι, quasi dicas *peregrini*, quia hujusmodi satellites cives Athenienses non erant, sed barbari, puta Scythæ: quare etiam Scythæ dicuntur sæpe, ut in Aristoph. Θεσμοφορ. [1017. etc.] Cas. Sequentia male olim versa sunt: Et (aut: Cæteri autem) circum apuas stantes tumultuabantur. Rectius Br.: Cæteri autem stantes de apuis tumultuabantur. Legebatur autem ante Br. οἶδ' ἔθορ. Dind.

664. Scal. ἐστυκότες. at recte ἑστηκότες. *surrexerunt* scil. *abituri*. Bent. ἀφυῶν Elmsleius ad Acharn. p. 172. ed. Lips. Dind.

666. ὁυκ Λακεδαίμ. Deest participium in hac locutione, pro ὁ ἐκ Λακεδαίμονος πεμφθείς. Cas. In membr. sic scriptus est hic versus: ἵν' ἆτθ' ὁ κήρυξ ὁυκ Λακεδ. λέγειν πάλιν. Eadem est lectio cod. B. nisi quod in eo pro λέγειν est λέγει. Jam olim aliquid hic turbatum fuit. Suspicor poëtam scripsisse: ἵν' ἆτθ' ὁ κήρυξ ὁυκ Λακεδαίμονος φέρει, | πύθησθ'· ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν λέγων. Brunck. in Suppl.

Jure displicuit Brunckio istud λέγων, quod et alio nomine vitiosum est; debebat enim potius esse λέξων vel ἐρῶν. Sed neque hoc rectum esset, ut exemplis patebit. Aristoph. Av. 1531. ἥξουσι—περὶ διαλλαγῶν. 1576. ᾑρήμεσθα περὶ διαλλαγῶν πρέσβεις. ib. 1586. 1594. Pac. 215. Lysistr. 982. 1098. 1103. [in quibus omnibus locis περὶ διαλλαγῶν aut περὶ εἰρήνης sine verbo λέγων ponitur]. Unus Br. Ms. in priore versu habet λέγει πάλιν, alter λέγειν πάλιν. Dele igitur λέγων ex λέγει vel λέγειν natum, et repone: Ἴν' ἄτθ' ὁ κ. δὺκ Λ. λέγει, Πύθ., ἀ. γ. π. σπ. πάλιν. Porson. ad Eurip. T. i. p. 102. s. ed. Lips. DIND.

667. Præf. Hecub. p. lxxii. PORS.

669. Νυνὶ περὶ σπονδῶν; i. e. nunc, cum meliuscule res nostræ habere se incipiunt, de fœderibus tractant Lacedæmonii? Oratio cum interrogatione enuntianda, ut est sermo indignantium. Sed poëta præclare ob oculos ponit levitatem Athenn., qui soliti rebus vel leviter succedentibus statim consilia pacis abrumpere. ὦ μέλε. Attica vox est μέλεος, pro *miser*, sed in Vocat. singul. Attici alterum ε detrahunt et dicunt ὦ μέλε et sumunt pro, *o stulte*. CAS. v. Nub. 33. etc. ἄξιαι mox sunt *viles*, quæ vili pretio veneunt. DIND. ἑρπέτω. Locutio e plebe petita. Ad verbum, *bellum repat;* i. e. procedat in publicum. CAS. In Lys. 129. οὐκ ἂν ποιήσαιμ', ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω. BERG. et BRUNCK.

671. Variam lectionem, quam agnoscit Scholiastes, memorat Suidas v. ἐῤῥέτω, sed male. PORS. Suid. ἐῤῥέτω. Vid. Lys. 129. BENT.

672. ἐκεκράγεσαν. Verbum per onomatopœiam fictum a κράζειν, quod convenit asperæ et præfractæ voci. Fere in deteriorem partem accipitur hoc verbum. CAS. Id est: clamatum est passim, Prytanes abisse. Vel ita interpretare: Conclamatum est ab omnibus, qui jubebant Prytanes senatum dimittere. ID. [ut igitur is jam ἀφιέναι conjecerit.] In Acharn. 171. τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι. παρεῖναι δ' εἰς ἕνην· οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν. BERG. τοὺς Πρυτάνεις ἀφιέναι scil. τὴν Βουλήν. *Senatum dimittere.* Inepte libri omnes: ἀπιέναι, quod fideliter vertit Bergierus: *et cum clamore jubebant Prytanes abire.* Interpretes non fugisset menda, si prosodiæ paulo peritiores fuissent. ἀπιέναι metrum aversatur, quum secundam syllabam corripiat, ut ex Avv. 188. liquet: εἶθ', ὥσπερ ἡμεῖς, ἦν ἰέναι βουλώμεθα. At ἀφιέναι *dimittere* secundam producit. V. ad Lys. 157. et ad Av. 946. BRUNCK.

673. ὑπερπήδων. Semel monendum est, neque poëtas neque alios auctores Græcos servasse leges Grammaticorum de incrementis. Nam etiam apud Platonem et alios prosæ orationis auctores neglecta incrementa leguntur, maxime in præteritis et plusquamperfectis. Sed et hic ὑπερπήδων pro ὑπερεπήδων, nisi ita potius scribas, ut et metri causa necessarium est. Hic autem poëta describit ἀταξίαν senatus Atheniensis; quod cum in senatu Romano accidebat, dicebantur Senatores *mapalia facere.* Vide Festum [p. 227. ed. Dac. ubi cf. Scal.]. δρυφάκτους. Græci sic vocant cancellos et septa transitum prohibentia. δρῦς proprie est *quercus;* sed quoniam notissima arbor est *quercus*, propterea appellarunt δρῦν generaliter omnem materiam, ex qua opus quodvis esset factum. Contra Latini *pinum* generaliter usurpabant pro quovis ligno: unde *pinus* pro navi apud Ovid. sæpe. Δρύφακτος igitur est a δρῦς et φράττω, quod est *munio;* alterum ρ post φ euphoniæ causa sublatum. Nam dicendum erat δρύφρακτος, sicut cataphractus. Sed quidam putant φ positum pro π. Nam πακτοῦν Græce est *claudere*, ut ap. Sophoclem. CAS. Scil. Soph. Ajac. 580. est δῶμα πάκτου ubi olim legebatur δῶμ' ἀπάκτου. v. ibi Lobeck. et Erfurdt. et de verbo ipso, quod *compingere* notat, Valck. ad Herod. p. 146. s. DIND. ὑπερεπήδων τοὺς δρυφάκτους πανταχοῦ. Suidas: Δρύφακτοι· ξύλινοι θώρακες, τὰ διαφράγματα τὰ περιτειχίσματα, ἢ κιγκλίδες. quibus e glossis ultima ad h. l. pertinet. Significantur enim *cancelli*, quibus concionis locus sepiebatur. SCHUTZ.

674. κορίαννα. Ex Athenæo et Polluce scimus, veteres plurimum usos esse hisce duabus plantis, *coriandro* et *getæo*, ut et *anetho* et *aniso*, et similibus ad usum condimentorum. Qui plantas descripserunt, faciunt earum genus unum, quod vocant plantarum condimentariarum, earum videlicet, quæ acriorem succum natura habent. CAS. Si vera sit lectio ὑπεκδραμὼν ab Inv. e Rav. recepta, putandus erit proceleusmaticus in secunda sede iambi loco esse. Eum autem usquam iambi loco inveniri negat Herm. de Metr. p. 160. ss. (hoc ipso loco laudato). Retinenda igitur est vetus lectio: ὑποδραμὼν, per se etiam melior; nam esse debet: huc illuc discurrere, aut clam subire; non, currendo aufugere, aut clam excurrere. DIND. Non mutandum ὑποδραμών. PORS. Nempe in ὑπεκδραμὼν, ut fecit Hermann. de Metris p. 161. quamvis ita Ravennas. ID. ὑποδραμὼν servandum esse agnoscit Hermannus Doct. Metr. p. 129. DOBR. *in Addendis.* Tum numerorum concinnitas, tum ipsa sententiæ ratio adducit nos, ut Ravennatis scripturam non veram, sed veræ proximam esse arbitremur,

v
ἐγὼ δὲ τὰ κορίανν' | ἐπριάμην ὑπεκδραμών.

nam quod in vulgatis exemplaribus reperitur, ὑποδραμών, pedibus in hunc modum divisis:

ἐγὼ δὲ τὰ κο|ρίανν' ἐπριά|μην ὑποδραμών, eo ita numeri debilitantur, ut etiam fracti quiddam et incompositi habere videantur: et talem omnino versum Aristophanem unquam, vel etiam alium quemcunque comicum, qui ad Aristophanis nitorem accederet, nego fecisse. Tum vero sententiæ non magis est aptum ὑποδραμών, quam ὑπεκδραμών. Narrat enim Agoracritus, non, subterfugisse se multitudinem, sed cursu eos superasse, ut coëmendo, quicquid in foro fuisset coriandri et porri, antevertisset. Hanc enim rem verbo ὑποδραμεῖν non puto significari posse: quod certe non est, intento cursu prævertere, sed potius calliditate et astutia et dolo malo vel adversarium vel æmulum eludere, atque occulte et latenter præcurrere, quod quoniam verbum illud ad Atheniensium multitudinem spectat, non videtur huic rei convenire: conveniret autem, si ad Cleonem referretur, cui occasionem gratificandi populo præripuisset Agoracritus: quemadmodum Cleon v. 742. præoccupasse jactat captivos Demostheni Niciæque, et quas illi sibi ipsorum opera tanquam opimas dapes paraverant in Pylo, eas ante abstulisse se, quam illi fruerentur, captivosque Lacedæmonios Athenas deduxisse: ὅτι τῶν στρατηγῶν ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ Πύλου, | πλεύσας ἐκεῖσε, τοὺς Λάκωνας ἤγαγον. — τῶν στρατηγῶν ὑποδραμὼν τῶν ἐκ Πύλου — scriptum est in Ravennate, itemque legit in suo libro Scholiastes: in Juntino enim exemplari, atque in Aldino quoque, sed illud in manibus mihi solet esse, illic igitur Scholiastæ annotationi præmissa sunt verba, ὑποδραμὼν τῶν ἐκ Πύλου.: nam Kusterus cum Æm. Porto τὸν posuit tacite pro τῶν. et post addit Scholiastes: ἐν σχήματι δὲ εἶπεν, ἀντί, τοὺς στρατηγούς. Nimirum in verbo ὑποδραμών subaudiendum est τοὺς στρατηγούς: verba autem τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐκ Πύλου, cogitatione sunt conjungenda. Genitivi, τῶν στρατηγῶν — τῶν reperti sunt in Mss. quoque Brunckii, A. C. ὑποδραμών autem Hesychii testimonio confirmari, perspicuum est ex ipsius interpretatione, ὑφαρπάσας, qua eadem Scholiastes est usus in hoc loco. In vetustis libris typis impressis legitur, — τὸν στρατηγὸν ὑπεκδραμὼν τὸν ἐκ Πύλου —. Sed postremum τὸν non minus vitiosum est, quam τῶν. Quod enim τοὺς reposui, comprobatur versu e Nubibus, 186. τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι, τοῖς Λακωνικοῖς. Hanc enim verborum interpunctionem, quæ vera est, primus, quod sciam, Wolfius induxit: quemadmodum Sophoclis Œdipo Tyranno, v. 806., interpunctionem verborum, τὸν ἐκτρέποντα, τὸν τροχηλάτην· primus perspexit Schæferus. Præterea colligi potest ex interpretamento Grammatici, quod est in Ms. C. scripturæ ὑπεκδραμὼν additum, πάνυ δραμών, eundem illum Grammaticum in superiore versu, a quo aberravit disputatio, ὑπεκδραμών in suo libro invenisse. Unde enim didicerat, ὑπεκδραμεῖν esse πάνυ δραμεῖν, nisi confinxisset significatum hunc ex illis ipsis verbis, in quibus necessarium esse ex sententia intellexisset? Sed tamen, ut possit hoc aliter esse, ὑπεκδραμών in superiore versu proditum est ex Ravennate: unde veram mihi videor investigasse scripturam, ἐγὼ δὲ τὰ κορίανν' ἐπριάμην ὑπερδραμών. Istius verbi significatio commodissima est, et ipse numerus versus consentaneus orationi fertur quasi torrens. Est autem Euripideum vocabulum ὑπερδραμεῖν, itemque confusum est cum ὑπεκδραμεῖν Troadibus, v. 930. ubi restituit Canterus, atque exemplo uno illustravit Æm. Portus. Alterum adjungere potuisset ex Helena, v. 1540. si jam tum Heslerus aliquis Indicem edidisset suum. Reisig.

675. τἀτε γήτει'. In Vespis v. 493. ἤν τε γήτειον προσαιτῇ ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τι. Berg. Salsissime ridet Aristophanes levitatem Atheniensium vilissimis munusculis corrumpendos se præbentium. Ceterum γήτειον Suidas intp. ἀμπελόπρασον; estque *allium porrum* Linnæi. Schutz.

676. ἐδίδουν ἡδύσματα ἀπορουσιν. Etsi enim vili pretio apuas emerant, non suppetebat tamen coriandrum et porrum, quibus apuas condirent, hæc igitur condimenta iis Agoracritus gratis præbebat. Schutz. ἡδύσματα. Deest præpositio εἰς, i. e. *ad facienda condimenta*. Cas. Imo in appositione additur ut in Vesp. l. l. Dind.

678. Πυππάζειν dixerunt Attici, quod alii ποππίζειν. Id verbum proprie dicitur de equis, quos equisones manu palpantes demulcent: unde ponitur pro, blandiri alicui, quemadmodum ap. Latinos *palpum obtrudere alicui*, pro eodem. [Plaut. Pseud. iv. 1, 35.] Cas. Scholiastes: *Pyppax acclamabant, quod nos dicimus* ποππύζειν; unde πόππυσμα quo equisones demulcent equos. v. ad Vesp. 623. Berg. ὑπερεπύππαζον. ultra omnem modum me πυππίδιον *pupulam suam* appellabant, iterabant clamorem, ὦ πυππίδιον. Mallem tamen ὑπερεπάππαζον· nimis frequenter dicebant ὦ παππίδιον, *o liebes Grossväterchen*. Reisk. Scholiastes: ὑπερεπήνουν. γράφεται καὶ ὑπερεπλήσσοντό με. "ὑπερεπλήσσοντό με alii, non ὑπερεπύππαζόν τε." Scaligeri Excerpta. Activa verbi forma gravem habet auctorem Phrynichum in Bekkeri Anecdotis i. p. 69., quem credibile est Aris-

tophanis versum in mente habuisse. *ὑπερεπύππαζόν τ' ἐμὲ* Brunckius. Dind. Fo. *χ' ὑπερ—*. Bent. *ὑπερεπυππάζοντό με* Suid. ed. Ms. v. Pors.

681. *πέπραγας*. Sic bene tres codd. ut edidit etiam Bern. Junta. Ceteri *πέπραχας*. Mœris: *πεπραγὼς ἐν τῷ γ', Ἀττικῶς· πεπραχὼς, Ἑλληνικῶς*. Brunck. P. 293. ubi vid. Pierson. *πέπραχα* tamen activa, *πέπραγα* neutra significatione poni contendit Matthiæ Gr. Gr. p. 234. et 686. Tum *πέπραχας* h. l. rectius est. Dind. Leg. *πέπραγας*. Bent.

683. *κεκασμένον*. Poëticum verbum *κάζειν* pro *ornare*. Apud Pind. *ἀγαθαῖς πραπίσι κεκασμένος* i. e. *bona mente instructus*. Cas.

684. Fo. *δόλοις* et *ῥήμασιν θ'* [sic Mss. 2.]. Bent. *ῥήμασίν θ' αἱμύλοις*. Sic emendate scriptum in B. Dimeter est pæonicus constans e duobus creticis ut strophicus versus, qui est 620. Perperam vulgo *ῥήμασι*. Male etiam in A. C. *αἱμυλίοις*, quod in B. quoque a secunda manu repositum [et Inv. e Rav. recepit]. Brunck. *αἵμυλος* proprie est *disertus* et *ingeniosus ad decipiendum*. Cas. Cretico metro, *ῥήμασίν θ' αἱμυλίοις*. fortasse *αἱμυλίοις* trisyllabum usurpavit, quod est in melioris notæ Brunckii Mss. A. et C. et Juntino exemplari A. 1515. majoris in Equitibus quam cætera typis impressa momenti, unde accepit Gormontius, et in ipso adeo Ravennate. Aldino et reliquis vulgatum *αἱμύλοις* tenet solus Brunckii ille mendax atque infirmæ in metricis rebus fidei Ms. B., etsi in hoc quoque *αἱμυλίοις a secunda manu repositum* testatur Brunckius. Reisig.

687-689. Hæc, ut nunc in Lips. descripta sunt, non respondent strophicis 628. s., inprimisque partic. *ἔχων* vulgo ante *εὔνους* additum nec metro nec sensu salvo abesse recte potest. Neque enim dici commode poterat: *ἐπίστασαι ἡμᾶς πάλαι εὔνους ξυμμάχους* (nam etiam hæc Attica forma non in communem mutanda erat); addito part. *ἔχων* bene omnia se habent: scis te habere nos dudum tibi benevolos adjutores. Dind. Codex R. *συμμάχους δ' ἡμᾶς εὔνους ἐπίστασαι πάλαι*. Id.

689. *ὠθῶν κολόκυμα*. Duo simul expressurus poëta, magnum videlicet illius sed vanum conatum, comparat ejus impetum cum fluctibus maris, non illis quidem decumanis, sed istis minoribus, qui plus terrent quam nocent. *ὠθεῖν κῦμα* est, *unda undam impellere;* quod fit in agitato mari, sed proprie dicitur, cum furentibus ventis fluctus decumani, Græce *τρικυμίαι* dicti, concitantur; tunc vere magnum periculum. At undam a Cleone excitatam vocat *κολόκυμα*, quasi dicat *mutilum fluctum*. [Vertunt: *fluctus abruptos*. Dind.] *Κόλος* est pro, *κολοβὸς*, *mutilus, non plenus*. Latine proprie *flustrum*, i. e. parvum fluctum, vocant. Cas. *ποταμὸς ὠθεῖ κῦμα* Metagenes ap. Athen vi. p. 269. Comparat Cleonem cum fluvio. Berg.

690. Lege *με μορμών*: sed Eustath. [Ιλ. Σ. = 1204. Bas. necnon Suid. v. *Μορμώ*] *μορμὼ τοῦ θράσους* i. e. *ὦ τοῦ* [vel *φεῦ τοῦ*] *θρ*. Bent. *μορμὼ τοῦ θράσους*. Deest in hoc loquendi genere *ἕνεκα*. [Nisi putemus Genitivum in exclamationibus simpliciter ita poni. v. Bos. de Ell. p. 706. Dind.] *Μορμὼ* autem, quæ et *Μορμὼν*, *μορμόνος*, fingebatur dea quæ infantes devoraret. Est enim figmentum nutricum hoc numen. Apud Theocr. in *Ἀδων*. [xv. 40.] mater plorantem infantem sic alloquitur: *Μορμὼ, δάκνει ἵππος*, *væ tibi, mordet equus.* Sic Lamiam fingebant ejusdem potestatis numen. Sæpius *Μορμοῦς* meminit Aristoph. in Pace [474.]: *οὐδὲν δεόμεθ', ὦ 'νθρωπε, τῆς σῆς Μορμόνος*. Cas. "*μορμὼ* idem esse videtur, ac in nonnullis veterum locis, *ἆ*, vel *ἆ*, *ἆ*." Valck. ad Theocrit. Adoniaz. 40. Mihi videtur *Μορμὼ* esse quasi invocantis Deum; de qua locutione vide Toup. in Suid. i. p. 3. Pors.

691. Actus secundi scena secunda hic constituitur. "f. *εἴ τι τῶν λοιπῶν ἐμοὶ ψευδῶν ἔνεστι* etc. *si quid resistat mendaciis, quæ mihi adhuc supersunt*. *ἔνεστι δήγματος* habuimus in Pluto." Reisk. Cf. Append. ad Dawes. M. Crit. p. 458. Dind.

692. Loci hujus meminit Suidas v. *Διαπέσοιμι* et v. *Ἐνείη*. Kust. Glossæ: *διαπίπτει*, *intercidit*. Hesych. *διέπεσεν*, *ἀπέθανε*. Berg. Corrupte Suid. *διαπέσοιμι*. Pors.

693. *Ἥδεσθαι* est, *affici lætitia*. Sed venustatis Atticæ est, usurpare hanc vocem *ἥσθην*, quæ est aoristi et præteritum tempus notat pro præsenti. Latine diceremus, *Suave mihi est minas tuas audire;* quæ sunt amaræ ironiæ. Sic proximos aoristos interpretare, ut *ἐγέλασα*. Cas. Nota *γελᾶν* cum casu tertio hic construi. Suidas suo loco legit *ψολοκομπείαις*, cum diphthongo in syllaba penultima, sed repugnante metro. Kust. *Ψόλος* Græce est *fumus*, unde fulmen, quod sine noxa adveniebat, *ψολόεν*, quasi in fumos evanescens, appellarunt. Sic poëta hic Cleonis minas vocat *ψολοκομπίας* i. e. *minas* inanes neque in nervum erumpentes. Cas. Suidas: *ψολοκομπεία, ἀλαζονεία*. Scripturam per diphthongum, quæ proba etiam per se est, metrum hujus versus non admittit. Verbum *γελᾶν* cum dativo hic

construitur, ut ab Eurip. Bacch. 830. ὥστε μὴ γελᾶν Βάκχας ἐμοί. Et Iph. Taur. 278. ἐγέλασεν εὐχαῖς. Brunck.

694. Verbum est plebis Atticæ πυδαρίζειν pro, *saltitare pedibus*, ut faciunt, qui gaudio exsilientes continere se non possunt. Origo vocis vel a ποῦς ut sit pro ποδαρίζειν, vel a πυγὴ *clunis*, ut sit pro πυγαρίζειν. Cas. Schol. πυδαρίζειν, ἐπὶ τοῦ ἄλλεσθαι, *de saltatione*. Quasi ποδαρίζειν, a πούς, ποδός. Berg. Ἀπεπυδάρισα μόθωνα. Loci hujus mentionem faciunt Etymologus v. Πυδαρίζειν, Suidas v. Ἀπεπυδάρισα, et Eustath. ad Odyss. λ. p. 1679, 37. Varias autem vocis ἀποπυδαρίζειν interpretationes lector apud eos videre potest. Kust. Etym. M. πυδαρίζειν, ἐπὶ τοῦ ἄλλεσθαι, ἤτοι ποδαρίζειν, ὡς ὄνομα ὄνυμα Αἰολικῶς· ἢ πυγαρίζειν, παρὰ τὴν πυγήν. δηλοῖ δὲ τὸ λακτίζειν. Suidas et Eustathius exponunt etiam per ἀπέπαρδον. Brunck. μόθωνα. Schol. φορτικὸν εἶδος ὀρχήσεως, *turpe saltationis genus*. Berg. Fere omnia nomina saltationum et cantionem significant, ut μόθων genus turpis saltationis est et nomen cantilenæ. Περικοκκύζειν est proprie galli gallinacei, qui capite erecto et rotato vocem edit. In certaminibus κοκκύζειν de galli gallinacei sono dicitur; vel de cuculo, qui dicitur κόκκυξ. Cas. Schol. περιερόγχησα, *rhonchum edidi*; nempe vocem aliquam absonam ad indicandum contemtum. Berg. Fo. περιεκόκκισα. At Suid. —κυσα in Ἀπεπυδάρισα. Bent.

695. ἐκφάγω. Verbum, ut Grammatici loquuntur, *prægnans* pro duobus ponitur. *Nisi te comedero*, pro, *comesum ejecero*. Cas. Exemplis illustravit hanc prægnantem significationem Abresch. Diluc. Thuc. p. 494. Partic. γε post Δήμητρα in lect. Rav. hanc vim habet ut sit: et hoc quidem per Cererem testor. — Contra Atticorum usum est, si ubique cum Rav. εἰ legitur, ergo prima vice, ut vulgo, ἐάν, et 697. ἢν legendum. Dind. In Ravennate, οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρά γ', εἰ μή σ' ἐκφάγω. Vulgatum est ante, — Δήμητρ' ἐὰν μή σ' —. Ego autem repono οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ', εἰ μή σ' ἐκφάγω | ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι: nam εἰ particulam cum conjunctivo præter vetustum librum Ravennatem satis mihi videor defendere Grammatici testimonio in Bekkeri Lexicis Seguerianis, p. 144. et p. 129., quanquam εἰ et ἤν particulæ a librariis nonnunquam permutatæ sunt. Reisig.

697. Leg. ἐγὼ δέ γ' ἢν μή σ' ἐκπίω. Bent. ἐγὼ δέ σ' ἢν μὴ 'κπίω. μή γ' ἐκπίω ed. Kuster. Lego, Ἢν μὴ 'κφάγῃς, ἐγὼ δ' ἐάν σε μὴ 'κπίω. Pors.

698. Ῥοφεῖν est *sorbere*, ἀπεκροφεῖν sic sorbere, ut nihil reliquum sit. Sunt autem illa loquendi genera e plebe petita, ut multa apud Comicos. Valent ad summum odium declarandum. Sic et summus vates [Hom. Il. Δ. 35.]: Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας. Vetus poëta Latinus: *Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos*. *Pisinnos* vetus dictio pro, *parvos*. Hæ loquutiones non sunt sine re. Sed et sæpius fieri solitum legimus, ut hostes victi hostis sanguinem delibarent, quidam etiam intestina aut alias partes degustarent. Cas. κἀπεκροφήσω σ', αὐτὸς legi jubet Reisk. Dind. κᾆτ' ἐκροφήσας John Seager in the Classical Journal vol. iv. p. 715. Libri omnes κἀπεκροφήσας. Dind.

699. Solemus jurare per ea, quæ nobis cariora sunt aut in majore veneratione. Hic igitur inducitur Cleon jurans per προεδρίαν suam, i. e. per jus quod obtinuerat sedendi ante alios et excitandi etiam alios e suis sedibus. Antea ostendit poëta duces Athenn. solitos beneficii magni loco hoc jus προεδρίας et petere et impetrare a Senatu. Addit autem τὴν ἐκ Πύλου, respiciens res a se gestas ad Pylum, de quibus ante. Cas.

700. ἰδοὺ προεδρίαν, i. e. *en stultum hominem, qui adhuc putat se prioribus honoribus fruiturum*. Cas. Οἷον. Gestu vox hæc adjuvanda. Ea enim declaratur summum Isiciarii desiderium videndi quod dicit. *Qualiter* pro, *quanto meo cum gaudio*. Id.

701. Præpositio ἐκ in multis loquendi generibus rei mutationem significat, cum pereunte aliquo aliud succedit ἔσχατον. Fit hoc nomen ab ἔχειν vel σχεῖν, et significat, quod vix in extremo hæret. Notabis summæ ignominiæ loco poni, spectare ultimum. Nam in theatris honestis viris aut a magistratu locus assignabatur vel honoris causa a consessoribus excipiebantur, qui essent honoratiores, loco commodiore. Sic apud Senecam et alios Latinos *extrema cavea* et *pullati* sunt homines obscuri et ex infima plebe, qui in summis theatri gradibus spectabant. Cas. Sensus igitur est: te, postquam primam sedem occupaveras, postremo loco in theatro consessurum. Dind.

703. Τί σοι δῶ καταφαγεῖν; Alludit poëta ad proverbium: *Homini famelico cave occurras*. Theocritus [xv. 148.] πεινᾶντί γε μηδέποτ' ἔνθῃς, i. e. πεινῶντι μὴ προσέλθῃς. Et scribit Seneca [de Ira ii. 19.] hanc esse naturam famelicorum, ut facilius ad iram commoveantur. Cas. Melius nunc legitur: πεινῶντι δὲ μηδὲ ποτένθῃς. Dind.

704. ἐπὶ τῷ φάγοις. Phrasis anceps. φαγεῖν ἐπί τινι pro, super aliquo, mensa videlicet, edere. Nam super mensa edere dicitur, qui ad mensam sedens vescitur: sed significat ea vox adjectionem alicujus obsonii ad panem. Cas. βαλαντίῳ. Sic A. B. Vulgo βαλλαντίῳ. [Βαλλάντιον *crumenam* vel *marsupium* vocant Græci, quia eo conjiciuntur pecuniæ servandæ: a βάλλειν. Cas.] Vim præpositionis ἐπὶ non satis bene reddidit Berglerus vertens: *super quanam re ederes libentissime? an super crumena?* ἐπὶ hic significat *cum*, et jungitur ei rei quæ præter obsonium aut obsonii loco ad vescendum datur, ut Pac. 123. ἕξετ' ἐν ὥρᾳ κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ. Et Acharn. 835. παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν, αἴκα τις διδῷ. Qui versus nescio qua mea vel typothetæ oscitantia perperam in hac edit. [Argentorat.] excusus fuit. Brunck.

706. Loci hujus meminit Suidas v. Ὀνυχίζεται. Kust. Ὀνυχίζειν est proprie, unguibus vel circa ungues aliquid facere, ut præcidere ungues. Inde διεξονυχίζειν, quod significat, quasi unguibus aliquid subtiliter tractare. Ponitur pro λεπτολογεῖν. Ἀπονυχίζειν vero est, aliquid *unguibus discerpere*. Attica vera vox est ἀπονυχιῶ pro ἀπονυχίσω. De victu in Prytaneo ante dictum est. Cas. Suid. ἀπονυχιῶ. Pors. Zonar. i. 268. ἀπονυχιῶ, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀνυχιζομένων. Idem ἀπονυχίσαι potius quam ὀνυχίσαι dici monet. Photius Lex. p. 267. ὀνυχίζεται, ἀκριβολογεῖται. οὕτως Ἀριστοφάνης. Dind.

708. καὶ διαβαλῶ γε Scholiastes. Dind.

709. πόνηρε [ut ante Br. lectum est]. Cum accentu in prima significat *vexatum malis, laboriosum*. Quare melius πονηρὲ legas, i. e. *nequam*. Cas.

710. ἐκείνου καταγελῶ, i. e. *tantum apud populum possum, ut etiam illudere illi queam*. Cas.

711. τὸν δῆμον σεαυτοῦ νενόμικας. Quasi *plane tuum esse, tibi deditum, addictum*, οἰκείως ἔχειν πρός σε, ut ait Schol. Terent. Adelph. 5, 6, 10. 'plebem facio meam.' Corn. Nep. Cim. c. 2. 'populum urbanum tenuit in sua potestate.' Duck. Ovid. Art. Am. ii. 250. 'Fac plebem, mihi crede, tuam.' Berg.

712. ψωμίζειν *pascere bucceis* (a ψωμὸς *buccea*), sicut fit a nutricibus. Ponitur pro, lactare aliquem et spe alicujus commodi ductare. Cas.

713. Locus hic adducitur a Suida v. Τίτθαι. Kust. Aristoteles iii. Rhet. c. 4. ὁ Δημοκράτης εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις (comparavit oratores cum nutricibus) αἳ τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι τῷ σιάλῳ (saliva) τὰ παιδία παραλείφουσι. Berg. Perperam vulgo καθώσπερ. Dawesii emendationem, quam jam antea receperam, postmodo confirmavit cod. C., in quo eodem, quo edidimus, modo scriptum est. Brunck. Leg. καθ' ὥσπερ. Bent. καθ' ὥσπερ Dawes. Misc. Crit. p. 250. recte. καθ' ὡς restituendum quoque Menandro in Ira apud Athen. iv. p. 166. a. ubi nunc male legitur καθώς. Nonnihil adjuvat Dawesii sententiam quod citat Scholiastes in edd. hac, Aldina, et Juntina, ὥσπερ αἱ τίτθαι. καθ' ὡς quoque reponendum in Machon. apud Athen. xiii. 5. p. 579. d. καθώσπερ Suid. ms. τίτθη. Sext. Empiric. adv. Math. ii. 42. Democrates apud Aristot. Rhet. iii. 2. Sexti locus est, εἰκότως ταῖς τίτθαις, αἳ μικρὸν τοῦ ψωμίσματος τοῖς παιδίοις διδοῦσαι, τὸ ὅλον καταπίνουσι. Aristotelis, ὁ Δημοκράτης εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις, αἳ τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι, τῷ σιάλῳ τὰ παιδία παραλείφουσι. ad quem locum Victorius Comm. p. 587. ex Equitibus citat καθ', ὥσπερ — ἐντίθεις (sic). Pors.

714. ἐντιθεὶς Ms. Suidæ v. τίτθαι. qui et μασώμενος exhibere videtur. Pors. Membr. ἐντίθης. Vid. ad Lys. 895. Brunck. μασώμενος. *Cibum præmandens* ut nutrices solent cibos mansos infantibus in os ingerere. Schutz.

715. κατέσπακας. Σπᾶν est *trahere*, κατασπᾶν *trahere deorsum*. Sed Græci utuntur hac voce pro *devorare aliquid*. Notabis usum præteriti temporis, pro, devorare soles. Cas. Antiphanes Comicus ap. Athen. iii. p. 104. ἀλλ' ὅταν τὴν ἔνθεσιν (cum bucceam) Ἐντὸς ἤδη τῶν ὀδόντων τυγχάνῃς κατεσπακὼς (deglutieris), Τοῦτ' ἐν ἀσφαλεῖ νόμιζε τῶν ὑπαρχόντων μόνον. Berg. κατέσπακεν Suidas in editione Mediolanensi. Dind.

717. εὐρὺν καὶ στένον. Id est, *possum efficere, ut vel lætetur vel doleat populus*. Lætitia diffundit; dolor arctat. Possumus etiam exponere: *populus per me est vel liberalis vel restrictus*. Cas. Schol. πλούσιον καὶ πένητα. Mihi videtur manere in eadem sententia ac metaphora, quæ est in superioribus atque hoc dicere: se posse efficere, ut populus contentus sit multis vel paucis. [Sententiam bene expressit Vuil.: Beym Zeus, das eben ist die Kunst, dass ich ihn voll und leer zu machen weiss. Mox τουτοὶ σοφίζεται est, hanc artem callet, scilicet se dilatandi et contrahendi. Dind.] Nam dictum fuerat de alimentis. Atque ita locum habere potest expositio Scholiastæ: qui enim divites sunt, liberalius sibi indulgent et quasi latiorem habent ventrem; qui pauperes, parce vivunt et quasi ventrem comprimunt. Cum ergo

allantopola objiceret ei, maligne ipsum pascere populum, instar nutricum, quæ, cum infantibus cibum præmandunt, exiguam iis partem in os indunt, atque ipsæ multo plurimam devorant: respondet Cleon, se posse efficere, ut populus etiam paucis contentus sit; et, si quam largitionem ipsi præbeat, læto animo accipere, si quid recidat, ne hoc quidem ægre ferre, et etiam exiguis alimentis contentum esse. Duck. ποιῆσαι Suid. ms. πρωκτός. Pors. Ex Ravennatis τουτὸ τὶ, quemadmodum Kœnius in Ecclesiaz. v. 719. Reisig.

718. Suid. in Πρωκτὸς habet τοῦτόγε. voluit, credo, τουτογί. Bent. Ms. Rav. τοῦτό τι. unde Elmsleius ad Acharn. 108. in Auctar. τουτογί. Dobr. τουτίγε Suid. Pors.

719. με δόκει (Imperat.) legi voluit Reisk. Perperam Inv. puros senarios, qui sequuntur 720. et 722. codici obsequutus in duos numeris omnibus destitutos descripsit. Dind.

720, 1. Citat ita Suidas v. ἰσχέτω. ἴωμεν ἤδη μηδὲν—ubi pessime Kusterus, ut metro scilicet consuleret, ἤδε in textum pro ἤδη intulit! Sed quod serus video, non huc sed ad Vesp. 1256. respexit Suidas. Eundem autem errorem erravit Toupius Cur. Noviss. p. 68. Pors.

722. A verbis νὴ Δί', ὦ πάτερ, incipit sermo Agoracriti. Reisk. His Allantopolæ adscriptis, malim sequentia Cleoni tribui, ita ut (transpositione versus recte facta) ab Inv. edita sunt. Nam ita conveniunt iis quæ v. 717. leguntur. Cæterum Cleon hæc introrsum dicere putandus est. Dind.

723. Versus fulciendi gratia scribendum est: ὦ δημίδιόν γε φίλτατον. Kust. Vide an legendum sit, ut Schol. laudat: δῆτα, ὦ. Nam nec hiatum aliis locis refugit Aristophanes, et dactylus locis paribus esse potest. Duck. Sed præstat δῆτ' ἂν e Rav. Solet ita ἂν imperativis addi in blandis precibus. v. Matthiæ Gr. Gr. p. 882. Dind. Leg. δημακίδιον: vid. 820. ubi tamen δημακίδιον 2dam producit. an legend. ὦ φίλτατον δημίδιον. Bent. ἔξελθε δῆτα, δημίδιον ὦ φίλτατον Porsonus in exempl. Porti. Dobree *in Addendis*. Vulgo legitur claudicante versu: ἔξελθε δῆτ', ὦ δημίδιον φίλτατον. Una transposita vocula numeros restitui: ἔξελθε δῆτα, δημίδιον ὦ φίλτατον. Orvillius ad Charit. p. 283. minore mutatione, sed nescio an melius, emendabat: ἔξελθε δῆτ', ὦ δημίδιον φιλτάτιον. Brunck. Prave Brunckius scripsit: ἔξελθε δῆτα, Δημίδιον ὦ φίλτατον: debebat—δῆτ' ὦ Δημίδιον, ὦ—. videtur Comicus imitari speciem verborum in Euripidis Hecuba, quæ protuli p. 287. Reisig.

724. Versus ἔξελθ' ἵν' εἰδῇς—huc e Rav. repositus vulgo post κατεσπαράξατε 726. legitur non suo loco; nam tum populus jam exierat, neque, ut exiret, erat amplius cohortandus. Dind. ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς οἷά πέρ γ' ὑβρίζομαι. Particula γέ abest in libro Bern. Juntæ, videlicet in Gormontiano quoque: abest eadem in Ravennate Ms. Aristophanem puto dixisse:—οἷά περ ἐφυβρίζομαι. Verba enim composita dici non potest quam sæpe librarii in simplicia converterint. disseruit Brunckius de ea re nonnulla vere ad Lysistratam, v. 408.: et ego adeo quicquid in contrariam partem reperitur in eo genere delictum, ejus caussam in exceptione et præcipua aliqua re quærendam arbitror. Eximium esse ejusdem Bernardi Juntæ librum in Ecclesiazusis, commonuit jam Brunckius p. 28. Reisig. οἷα περιυβρίζομαι Elmsleius l. l. Codex R. et Juntina I. οἷάπερ ὑβρίζομαι. Reliqui libri οἷάπερ γ' ὑβρίζομαι. Dind.

725. Schol. prop. f. In schedis: Pro αἱ ὧραι lege αἱ ὀπῶραι, quod propius est quam Kusteri τὰ ὡραῖα. Postea addidit: Sed αἱ ὧραι non malum. Pors. οὐκ ἄπιτ' ἐκ τῆς θύρας codex R. Conf. ad Pac. v. 1214. τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ'; οὐκ ἀπὸ τῆς θύρας; Elmsleius ad Acharn. p. 102. ed. Lips. Dind.

726. Εἰρεσιώνην. Apud Græcos multus fuit et florum et ramorum et lanearum vittarum usus in rebus divinis. Sic *Oschophoria* festum appellatur, quia eum diem celebrantes ramos manibus tenebant. Sic quæ hic nominatur εἰρεσιώνη, religionis cujusdam causa pro foribus constituebatur. Est autem εἰρεσιώνη ramus olivæ, qui pro foribus domorum constituebatur, ornatus vittis et omni genere fructuum (ita enim Schol. et varii Græcorum Grammatici explicant): fiebatque hoc in honorem Apollinis. Exstat versus solemnis in celebratione hujus festi: Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους, i. e. *Eiresione fert ficus et bonos panes:* quia videlicet hujusmodi ramis et ficus et parvi panes appendebantur. Causam hujus ritus explicant Græci. Sed missis nugis quasi bonum hoc omen fuit dapsilis proventus in eum annum. Nomen est ab ἔριον s. εἴριον poëtice, *lana*, propter laneas vittas. Etiam Romæ honoris Augustorum causa pro foribus Palatii fuere laurus; et re læta soliti Romani Græcique postes ædium ornare ramis laurus et olivæ. Cas. σπαράττειν est, unguibus laceratum aliquid dispergere. Id.

728. Haud dubie, quum ad ædes Demi

properarent huncque evocarent, verbera Cleon ab Allantopola et Equitibus acceperat. Dind.

730. ἐτεόν. Est ἰδίωμα phrasis Atticæ, continens ironiam venustissimam. Ad verbum sonat *vere:* sed Latine non sic loquimur. Cas. Invenuste itaque Berglerus: *Tu vero quis es? Dic verum.* Melius Frischlinus: *Tu vero quis es, obsecro.* Brunck. Qui Latine dicitur *rivalis*, quasi vicinus et eidem rivo participans, Græce ἀντεραστὴς dicitur, quasi, ex æmulatione idem amans, ut dicitur ἀνταγωνιστὴς, qui idem certamen decertat. Cas.

736. λυχνοπώλησιν. Recte Scholiastes monet tangi hic Hyperbolum. Is enim erat lucernarum venditor. Hinc Comicus noster Nubb. 1061. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ Εἴληφε διὰ πονηρίαν; Kust. Inter alia artificia est ars lucernas conficiendi aut ἐλλύχνια. Soliti autem veteres familiam alere multis constantem servis, qui ex aliquo artificio quæstum anno facerent. Sic Demosthenis pater servos habuit, qui gladios et enses facerent, et Crassus ipse apud Romanos, servos ædificatores habens, domos ruinosas coëmebat easque per servos instaurans quæstus uberrimos faciebat. Sed non defuerunt, qui hoc in Senatore damnarent et legibus Romanorum diserte cautum est, ne quis Senator navem habeat, nisi ad usum villæ. Ex eo est, quod Demosthenis inimici illum vocarunt μαχαιροποιοῦ filium, et inde etiam est, quod Lychnopolam appellat Aristophanes, qui magnus fuit in repub. Atheniensium et familiam habuit artis illius peritam. Terminatio hujus vocis est η cum iota subscripto et σι pro αις. Cas. Confert cum h. l. Comici alium Catulli [carm. 24.] in quo puer, abhorrens ab honesto et probo amatore, dederat se improbo, Victorius Var. Lect. 22, 11. Duck. νευοῤῥάφοις. Nervis veteres utebantur etiam in quibusdam rebus, in quibus nervos non usurpamus. Sic nervos parabant ad usum chordarum lyræ. Sic nervis coria consuebant, ut calceos vel papiliones e corio. Ars vocatur νευροῤῥαφικὴ, artifices νευροῤῥάφοι: a νεῦρον et ῥάπτω *consuo.* Cas. νευροῤῥ. καὶ σκυτοτόμ. Lysiclem dicit, qui erat προβατοπώλης (vid. ad v. 132.) et Cleonem, qui erat coriarius. *Ex Scholiis.* Berg.

738. Scribendum: εἰπέ νυν. Vitium ed. Br. εἶπέ ν. remansit. Dind.

739. Scholiastes vetus legit ὑποδραμών, ut ex nota ejus patet. Kust. Semper Cleon ut cramben recoctam reponit res a se gestas ad Pylum, ut sæpius ante vidimus. Sed poëta tribuit illi vocem dolosam, qua revera usus fuerat in ea re. ὑπεκδραμεῖν proprie est, clam aliis excurrere, et proprie convenit hoc verbum militibus emansoribus, qui sine ducis venia, sine commeatu, castra deserunt. Cas. Vulgo legitur: ὅτι τὸν στρατηγὸν ὑπεκδραμὼν τὸν ἐκ Πύλου. In A. C. scriptum: ὅτι τῶν στρατηγῶν ὑπεκδραμὼν τῶν— Glossa participio superscripta in C. πάνυ δραμών. In B. ὅτι τὸν στρατηγὸν ὑποδραμὼν τὸν — Neutra lectio ex omni parte bona est: sed ex utraque optima et sincere elicitur: ὅτι τοὺς στρατηγοὺς ὑποδραμὼν τοὺς ἐν Πύλῳ. ἐν Πύλῳ, ut 55. 76. et alibi. Verum est omnino ὑποδραμών. Sic infra 1161. (1169.) ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. Ubi Schol. exponit ὑποτρέχειν, ὑποσκελίζειν, καὶ ἐμποδὼν ἵστασθαι. Hesychius huc forte respiciens: ὑποδραμών, ὑφαρπάσας. Brunck. [Accommodatius Zonar. ii. 1785. ὑποδραμών, ὑπελθών. Cf. Phot. in ὑποδραμεῖν. Dind.] ἐκ Πύλου. Proprie ex Sphacteria insula: sed quia in obsidione Pyli sunt capti Lacones illi, propterea semper Comicus Pylum nominat. vide init. Not. Berg. [Vide Reisig. supra ad v. 674.] Leg. ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ πύλου. Vid. Nub. 186. Eq. 1198. Bent. [sed melius Br. ὑποδραμὼν τοὺς ἐν πύλῳ e Scholiastæ verbis. Dobr.] Ex his veram, ut arbitror, scripturam eruit Reisigius i. p. 59. quem secutus sum. Eandem, opinor, indagaverat Bentleius, ex cujus schedis enotatum est ὑποδραμὼν τοὺς ἐκ Πύλου. Dind. ὑποδραμών. Hesych. ὑποδραμών, ὑφαρπάσας; quæ glossa ad h. l. pertinere videtur. Significat autem cursu aliquem antevertere, ut prior aliqua re potiaris. Sic expeditione sua in Pylum Cleon Demosthenem et Niciam debita laude fraudaverat. Schutz.

741. περιτατῶν. Ut ante sic h. l. Isiciarius ex verbis artis suæ concinnat orationem, qua se anteponit Cleoni. Ait igitur, se non Lacones e Pylo, sed ollam ex alius manibus rapuisse. Verbo περιπατῶν respicit illud ὑπεκδραμών. Cas. ἐργαστήριον officina et taberna quælibet dicitur. Dind.

742. ἕψοντος ἑτέρου. Suaviter gloriam imperatoribus a Cleone præreptam cum carnibus, quas alias coxerat a se surreptis comparat. Schutz.

743. ἐκκλησίαν. Summa reip. auctoritas fuit penes populum cujus cœtus appellatur Ἐκκλησία, sicut conventus Senatorum Βουλή. Astute vero Cleon, victus in Senatu, provocat ad populum, sperans se ibi causam obtenturum propter levitatem et inconstantiam populi. Cas.

746. Πυκνὶ Suid. in v. πυκνῇ Suid. ms.

Pors. Recte e Rav. receptum est ἵνα τοῦτον φιλῇς, pro vulg. ἵν' ἐκεῖνον φ., sed perperam Πυκνῇ et mox Πύκνα, ubi vulg. erat Πνυκὶ, Πνύκα. vid. ad v. 165. Dind.

748. Fo. ὡς τὸ πρόσθε: vid. Nub. 593. Ach. 241. Bent. [Sic Brunck. tacite post Casaubonum. Dobr.] πρόσθ' ἐχρῆν Schol. Opusc. p. 26. Pors. Vulgo legitur: ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε χρῆν παρεῖν' εἰς τὴν Πνύκα. "Frischlinus: *nam et antehac oportebat adesse in Pnyce.* Sed sequi potius debebat interpretationem Schol. veteris, secundum quem εἰς τὸ πρόσθε significat, εἰς τὴν αὔριον *crastino die.*" [An legendum ὡς τὸ πρόσθε, *ut ante?* Ferri tamen, potest εἰς. Cas. Leg. ἀλλ' ὡς τὸ πρόσθε *ut olim, ita nunc quoque.* Casaubono idem quoque visum fuit. παρεῖναι accipiendum pro παριέναι. Reisk. In Acharn. 43. et in Eccl. 129. πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν. Berg.] Kusteri hæc observatio est, sed fallitur, transversumque egit Berglerum, qui vertit: *Sed in Pnycem oportet quamprimum adesse.* Scholiastæ interpretatio falsa et inepta est. εἰς τὸ πρόσθε neutiquam significare potest εἰς τὴν αὔριον. Et revera non in insequentem, sed in hunc ipsum diem indicitur concio, quæ statim habetur. Corrupta est lectio, quæ sic emendanda erat: ἀλλ', ὡς τὸ πρόσθε, χρὴ παρεῖναι 's τὴν Πνύκα. *Sed, ut antea, in Pnycem adesse oportet.* χρὴ est in membr. Brunck. χρὴ etiam e Rav. recte dedit Inv. sed perperam παρεῖν' ἐς τὴν Πύκνα, neque melius ἐς τὸ πρόσθε retinuit, et rejecta Schol. interpretatione, putavit in judicio præsens tempus indicare. Dind.

750. H. l. Allantopoles hæc omnia ad spectatores dicit. δεξιώτατον vocat populum i. e. prudentissimum. Dind.

751. τῆς πέτρας. Proprie *saxum* est. Non enim hoc nomen idem significat Græcis ac Gallis. Nobis enim est *silex*, aut saxum parvum, Græcis est *rupes.* Hic vero ne quidem rupes est, sed pars superioris urbis, ubi Πνὺξ fuit, quod quasi Comitium quoddam erat Atheniensium. Ingeniose poëta et adulatur Atheniensibus et eos vituperat. Ait domi esse prudentes, sed in Pnyce homines nihili, quasi Πνὺξ mutaret hominum ingenia: et videtur alludere ad varias historias de certis locis aut certis aquis, quæ mentes hominum afficiunt hoc aut illo modo. Sic dicitur Salmacis aqua molles reddere, et multa talia apud [Pseudo-] Aristotelem in lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, Vitruvium et alios. Simili commento fingit poëta alibi [Ran. 194.] alium locum mirabilem, quem vocat Αὐαίνου τόπον [λίθον], et videtur respicere proverbium de Milesiis, de quibus dictum est: Οἴκοι λέοντες, ἐν πολέμῳ δ' ἀλώπεκες. Cas. ἐπὶ ταυτησὶ κάθηται τῆς πέτρας. Nempe in Pnyce, loco saxoso, in arce Athenarum, ubi comitia habebantur. Schutz.

753. στρ. 832. ἀντιστρ. Bent. De hoc loco multa garriunt Scholiastæ veteres, sed quæ parum ad rem faciunt. Quare consulere præstabit notas Casauboni ad h. l. in quibus meliora lector docetur. Kust. Χαίνειν pro ore hiante et animo incerto esse, ut nescias quid agas, passim Græci. Objicit igitur hoc verbo stultitiam et imprudentiam Atheniensibus: sed comparatio, qua utitur, Græco interpreti mire vexata est. Sciendum est, magnum Athenis proventum fuisse ficuum: has soli expositas siccabant et vocabant ἰσχάδας. Ut siccarent, pede sive petiolo alligabant, seu filo, seu subtili vimine: sed nimis maturis ficubus accidebat sæpe, ut petiolus frangeretur: tum erat magna difficultas alligandi ficus. Festive igitur comparat populum anxium et ex imprudentia consilii inopem cum eo, qui ficus alligans petiolis fractis hæret. Petitum e re rustica Atheniensium notissimum proverbium. Quod ficus alligarentur nomen ipsum arguit. Nam ἰσχάδες dictæ sunt *caricæ* (i. e. ficus siccæ) ab ἴσχειν verbo. Ἐμποδίζειν est, pedibus vincire: sed nominis ποῦς latissima est significatio. Atqui ignorata significatio hujus vocis h. l. coëgit tot interpretes absurda loqui. Cas. Quæ ad hunc versum in scholiis leguntur, sunt sane quam absurda, ut vere judicavit Casaubonus, qui locum bene exponit, ita ut mirer Bergleri judicium, qui unius e Scholl. explicationem prætulit, eamque longe ineptissimam. Magni Animadversoris verba lectoris in gratiam describere non pigebit. "Sciendum est—proverbium." "Πόδιον est *petiolus*—pro παρατιθέντες." Hucusque bene Berglerus, vim verbi declarans, sed quod ad rem ipsam opinionis falsus. Brunck. Πόδιον est petiolus s. pediculus, ut est in glossis, nempe pomorum, a ποῦς, ποδός· unde ποδίζειν et ἐμποδίζειν *pedem implicare laqueo:* ἐμποδίζοντες ἰσχάδας *laqueum pediculo* s. *petiolo ficuum aptantes.* Schol. περιτιθέντες ταῖς συκαῖς βρόχον· nam ita legendum ibi pro παρατιθέντες. Erat autem ludi puerilis genus, quo ficus filo suspensas impellebant, ut in aëre librarentur et huc illuc ferrentur, quas pueri ore hiante captabant, ut ex Schol. colligere licet; quod ἐμποδίζειν ἰσχάδας inde dictum fuit, quia pediculo, ut dixi, ficuum, alligarent filum, per metonymiam antecedentis pro consequente. Berg. Hesychius: Ἐμποδίζων ἰσχάδας, μασώμενος. τοῦτο δὲ φασὶν εἰρῆσθαι ἐπὶ τῶν μισθῷ ταῖς

μελίσσαις ἰσχάδας μασσωμένων. τοῦτο δὲ φασί τινες, εἶδος εἶναι παιδιᾶς. Et recte quidem; nam priora in Hesychii interpretatione nihil faciunt ad rem, qua de agitur. Bergleri explicatio hujus lusus verissima. Schutz. Suidas v. κέχηνεν t. ii. p. 305. Dind. Incipit hinc e vulg. descriptione actus secundi scena tertia, sed ap. Fraucog. interpr. scena tertia constituitur v. 738., non h. l. Mutata autem scena necessarium fuit, ut Pnyx exhiberetur, in qua consedit Demos. Hæc autem (v. 766. ss.) chorus ad Allantopolam dicit. Id. Solet Aristophanes magis ad proverbium alludere, quam verba proverbii usurpare, ut tum sæpe alibi, tum hic. Est proverbium Græcorum: πάντα κάλων κινεῖν *omnem funem movere:* affine illi πάντα λίθον κινεῖν. Aliter extulit hic Aristoph., ἐξιέναι usurpans. Est vero proprius proverbio locus, cum nautæ in re crepera et difficili omne instrumentum nauticum movent ad quærendam salutem. Cas. Citat Suidas v. Νῦν. Est autem elegans proverbium Græcorum: πάντα κάλων ἐξιέναι, *omnes emittere rudentes:* pro, *omni conatu aliquid tentare.* Eurip. Med. 278. ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων. Quem locum non video a Parœmiographis esse observatum. Idem Troad. 94. proprie dixit: ὅταν στράτευμ' Ἀργείων ἐξίῃ κάλως. Et Herc. Fur. 837. de Iride, Furiam adhortante, ut Herculem ad insaniam adigat:—φόνιον ἐξίει κάλων *cædis, emitte rudentem,* i. e. *furore ad cædes cum impelle.* Fallitur ergo magnus Casaubonus ad h. l., qui existimat Aristophanem hic potius ad proverbium alludere, quam ipsa proverbii verba usurpare. Nam Græcos non solum dicere solitos fuisse πάντα κάλων κινεῖν, sed etiam — ἐξιέναι, ex locis adductis abunde patet. Kust.

754. λῆμα cum simplici μ est *animi præsentia;* per duplex μ acceptio doni. Vox θούριος poëtica est a θορεῖν verbo, quod *salire* est vel *insilire.* Ap. Hom. θούριος est Martis epitheton, quo robur illius et agilitas declarantur. Hic vero λῆμα θούριον est præsens animus et dexter in evitandis periculis. Cas. φρονεῖν καὶ λόχους Suid. in Νῦν. Bent. φονεῖν et λόχους Suidas in ed. Mediolanensi. φρονεῖν in Aldina et recentioribus. Dind. καὶ λῆμα θούριον φορεῖν. Suidas v. λῆμα: postquam locum e Nubibus Aristophanis excitavit sic pergit: Καὶ αὖθις· Λῆμα θούριον τουτέστι φρόνημα πολεμικόν. Schutz.

755. 'ἀνὴρ Dawes. Misc. Crit. p. 252. Pors. ἀ'νὴρ (i. e. ὁ ἀνὴρ), non ἀνὴρ legi jubet Dawes. M. Crit. p. 249. ubi ὑπερβάλλεσθαι Medium ap. Att. significare, *superare,* hoc ipso loco docet. Dind.

756. Fo. εὐμήχανος πορίζειν cf. Eccl. 236. πορίζειν εὐπορώτατον. Bent. Neutro genere dixit τὰ ἀμήχανα res difficiles et impeditas, sic ut non videantur posse expediri. Cas. πόρους εὐμηχάνους πορίζων. Sic quidem libri et ferri potest ista lectio. At longe elegantius esset κ. τ. ἀ. πόρους εὐμήχανος πορίζειν. Sic Æschylus de Prometheo: δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους. Ut ille δεινὸς εὑρεῖν, sic Noster εὐμήχανος πορίζειν. Brunck. Adverss. p. 149. Pors. Recte Brunckius, et ante eum Bentleius, (conferens Eccles. 236.) εὐμήχανος πορίζειν. Vide quæ pereruditè disserit ad Æschyli locum, Pr. 59. Blomfieldius noster, et adde Kiddium ad Dawes. p. 87. qui nescio quo casu Porsono tribuit editionum lectionem in Aristarcho Stobæi lxi. p. 387, 23. Dobr. in Addendis.

757. ἔσει. leg. ῥεύσει: ut πολλῷ ῥέοντι. Bent. Cetera legere nequeo. At cf. Polluc. iv. 21. πολλῷ ῥέων. Dobr. Ibid. Cf. 428. Bent. ὅπως ἔξει. Sic Scholiastam legisse, manifestum est ex illius interpretatione, ὅπως ἐξελεύσῃ. Et sic perspicue scriptum est in A. C. In B. ἔξεις ex librarii imperitia, qui futurum esse credidit verbi ἔχω, quum sit secunda persona v. ἔξειμι, quod apud Atticos plerumque futuri significationem habet. Supra 430. ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς κ. τ. λ. Perperam hic in impressis ἔσει. Brunck. Græcum est *multus* pro *vehemens.* Sic apud Eurip. [Hipp. 1.] dicitur Venus πολλὴ ἐν θεοῖσι. Vocem λαμπρὸς vento convenire ea notione, qua hic ponitur, ante diximus. Cas.

758. Translatum verbum a re nautica. Nam naves, quæ infestæ impetunt alias, dicuntur προσκεῖσθαι, quasi ingruere et in perniciem incumbere. Cas. προσικέσθαι σου πρότερον Suid. δελφίς. Mendose Suid. ed. Ms. Pors.

759. Quale instrumentum nauticum fuerit δελφὶς, explicat Schol. vetus. Quibus adde illa Schol. Thucyd. ad lib. vii. c. 41. Ἐκ τῶν κεραιῶν δελφῖνες ἦσαν ἠρτημένοι μολίβδινοι, ὥστε ἐμβάλλεσθαι ταῖς προσπλεούσαις πολεμίαις ναυσίν· οἱ ἐμπίπτοντες αὐταῖς διέκοπτον τοὔδαφος αὐτῶν καὶ κατέδυον. Kust. Continuat allegoriam a re nautica. Solent nautæ in periculo non solum, ut dicitur, omnem funem movere, sed et alia omnia præsidia artis suæ comparare. Inter partes instrumenti nautici est, qui vocatur δελφὶν (δελφὶς), constans e plumbo ad similitudinem delphini conflato. Quem usum præbuerit hic delphinus, non satis aperiunt veteres; sed ex verbis Thucyd. et Schol. videtur fuisse gravior plumbi massa, quam in navalibus præliis ad manum habebant, ut venienti et appropinquanti navi hostili injicerent, fortasse ad

eam submergendam. Nam prælii navalis præcipua victoria est, hostis navem mittere in fundum. Delphini nautici meminit Vitruvius lib. x. c. 13. [c. 8. ed. Schneid.] sive hujus de quo nunc Aristophanes, sive illius de quo Oppianus lib. Piscationis 3. [v. 290.] et lib. 4. sub principium [v. 81.] Cas. τὴν ἄκατον παραβάλλου. H. l. παραβάλλεσθαι non significat, *ad littus appellere*, ut Ran. 180. et 269., sed *navem impellere in navem hostilem*, quod qui facturi erant, delphinos prius attollebant, ut eos in hostilem navem dejicerent. Perperam Schol. interpretatur ἑτοίμην ποιεῖν. δελφῖνες autem quid sint, his verbis declarat Schol. σιδηροῦν κατασκεύασμα ἢ μολίβδινον, εἰς δελφῖνα ἐσχηματισμένον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς κεραίας τοῦ ἱστοῦ αἱ ναυμαχοῦσαι ἠφίεσαν εἰς τὰς τῶν πολεμίων καὶ κατεδύοντο. δηλοῦται δὲ ὑπὸ Φερεκράτους ἐν τοῖς Ἀγρίοις, ὅταν λέγῃ·

ὁ δὲ δὴ δελφὶς ἐστὶ μολυβδοῦς δελφινοφόρος τε κεροῦχος,
ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν ἐμπίπτων καὶ καταδύων.

Sic hos versus emendat Salmasius in Plin. Exerc. p. 402. Conf. Eustath. ad Iliad. p. 1221, 25. Brunck. Schol. In schedis; Ipsa Pherecratis verba transcripsit Scholiastes Thucydidis vii. 41. ab ipso Kustero laudatus. Pors. παραβαλοῦ Suidas l. l. et paullo post v. δελφὶν, ubi Kusterus παραβάλλου dedit. Dind.

760. Leg. τῇ δεσποίνῃ μὲν Ἀθηναίῃ. Bent. In re ridicula imitatur graves oratores. Nam hic plane eadem sententia est, quæ in principio quarundam orationum Græcarum habetur et illius nobilissimæ Demosth. ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Cas. Quæ autem Scholiastes opinatur, Demosthenem illud exordium ad imitationem h. l. composuisse, minime est credibile. Dudum enim ejusmodi principiis usi fuerant oratores. Schutz.

761. εὔχομαι. Scholiastes: "Hæc mihi videtur etiam Demosthenes in suos usus adhibuisse, in exordio orationis de Corona; sic enim dicit: Primum deos et deas precor, ut, quantam benevolentiam ego constanter habeo et erga Remp. et erga vos omnes." Cetera videantur apud oratorem. Berg.

762. Lysicles hic traducitur a poëta tanquam aliquis homo nihili. Nam quæcumque hic dicit Cleon, per jocum dicuntur. Sic Cynnam et Salabaccham nominat poëta inter bene meritos de Republica, quæ tamen fuerunt nobiles Athenis meretrices. Cas. Est jocus. Optime de Rep. se meritum dicit, ita tamen, ut postponendus sit Lysicli, qui erat homo nihili, postponendus etiam Salabacchæ atque Cynnæ, duabus meretriculis, quarum nulla exstare potuerunt merita in Remp. De Lysicle vid. ad v. 132. Sic in Thesm. 825. cum Cleophontem vellet dicere hominem multo pessimum, pejorem dicit hac Salabaccha: καὶ μὲν δὴ Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς. (Obs. utrumque dici, et Σαλαβακχά et Σαλαβακχώ.) De Cynna vid. in Vesp. 1028. et Pac. 753. ubi eidem isti Cleoni tribuit Cynnæ oculos, i. e. pudoris expertes. Berg. Varie scribuntur hæc nomina. Schol. hic Κύννα et Σαλάβακχα. Ap. Comicum Vesp. 1027. Κύνη. Schol. ibi Κύννα et Σαλαβάκχη. Rursum Pac. 754. Κύννη, ubi Schol. ex h. l. Eqq. scribendum laudat Κύνναν καὶ Σαλαμβακχώ: ibidemque scribit Κύννα et Σαλαβακχώ, et mox Κύννη. Suidas Κύννα καὶ Σαλαβακχώ. Et ita quoque Hesychius, quæ forte vera scriptura est. Nam Σαλαμβακχὼ, quod habet Schol., versum ingredi non potest. Videntur autem esse ficta nomina. Et Σαλαβακχὼ quidem potest esse a σάλος, *agitatio;* quod meretricum est in re turpi: vel potuit Aristophanes hoc nomen fingens alludere ad nomen Veneris, quam Σαλαμβὼ dictam tradunt Hesych. et Etym. M. eo, quod semper circumferatur et perpetuo jactetur ac vagetur lugens Adonim; a σάλος scilicet: de quo vid. Salmas. ad Lamprid. Heliog. p. 807. Cæterum Κύνναν h. l. etiam Kusterus edidit. Duck. Lege Σαλαβακχὼ ex Ms. Rav. Thesm. 805. Schol. ad Pac. 755. Hesych. et Phot. in v. Suid. v. Κύννα. Pors.

763. μηδὲν δράσας. Jocus: debuerat dicere, ut rem bene geram vestram et honores a vobis promerear. Ait vero, ut nihil agens præmia consequar. Cas.

764. ἀντιβεβληκώς. Sic libri omnes. Tertia syllaba ante litteras βλ corripitur licentia in anapæstis haud infrequenti, cujus exempla multa observavimus. Sic Vesp. 570.

τὰ δὲ συγ|κύπτονθ' | ἅμα βλη|χᾶται· | κᾆπειθ' | ὁ πατὴρ | ὑπὲρ αὐ|τῶν.

Hunc versum in numerato non habuit Dawesius, cujus si meminisset, nescio quo se misero modo torsisset, ut medelam ei faceret, quo nullo pacto indiget. Minime ergo quod ad prosodiam et metrum adtinet, participio ἀντιβεβληκὼς substituendum est ἀμφιβεβηκὼς, quod ille censet Miscell. p. 204. Quod autem ad phrasin spectat, ἀντιβεβληκὼς nude adhibetur, ut millena alia verba quæ neutralem induunt significationem, vel ellipsi pronominis ἐμαυτόν. Brunck. Male Frischlinus: *Et jam solus collato pede tecum non congrediar.* Verte: *Et nisi pro te dimicem, solus obsistens (inimicis tuis).* Kust. Negavit enim Dawes. ei sensum inesse. Cæt.

suum ἀμφιβεβηκὼς ex Hom. potissimum illustrat. Reisk. conjecit ἀντιβεβηκὼς, quod certe facilius est. Ita Eurip. Iph. Aul. 1016. ἀντιβαίνειν est, resistere, obstare. add. Schweighäus. Lex. Polyb. h. v. add. Ran. 203. DIND. ἀμφιβεβηκὼς Dawes. Misc. Crit. p. 204. PORS.

765. διαπρισθείην. Πρίειν est proprie, *serra secare aliquid*. Nam πρίων est *serra*. Alludit poëta ad supplicium serræ. Legimus apud veteres, sæpe factum ut serra dissecarentur homines, facto a capite exordio. Διατέμνειν est *secare in longa frusta*. Hic deest præpositio εἰς: *scindi lora*, pro, *scindi ad lora conficienda*. Λέπαδνον est lorum illud, quo jugum alligatur ad cornua boum. Est igitur sensus: *volo ut de cute mea fiant lora jugalia*. CAS. λέπαδνα. Pro εἰς λέπαδνα, *dissecer in lora*. Notet hic enim lector ellipsin præpos. εἰς, quæ post v. τέμνειν vel alia cognatæ significationis sæpe omitti solet. Sic in fragmento Alexidis ap. Athen. vii. 21. p. 324. Τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους, pro, εἰς πολλοὺς κύβους, *reliquum vero corpus in quadrata frusta multa discindens*. Pari modo Theocritus Id. iii. 21. τὸν στέφανον τῖλαι λεπτὰ dixit pro εἰς λεπτά: *coronam in minutas partes discerpere*. KUST. Eodem modo Aristoph. Nubb. v. 441. ἄσκον δαίρειν pro εἰς ἄσκον δαίρειν. Plura dedit Schæferus ad Lamb. Bosium de Ellips. p. 683. SCHUTZ. Scholiastes: *deficit præpos. εἰς, ut sit εἰς λέπαδνα, in lora;* ut isto Alexidis — quem locum citavit Kust. Λέπαδνα autem sunt crassa lora, quibus ligabantur colla equorum ad jugum, ut est in Schol. ad Æsch. Pers. 191. et ap. Hesych. in λεπάδια, ubi λέπαδνα legendum esse jam monuerunt Viri docti. Cæterum coriarius Cleo hic de loris loquitur, ut mox fartor et coquus de re culinaria. BERG. Zonar. t. ii. p. 1297. λέπαδνα, οἱ χαλινοὶ, καὶ οἱ κατὰ τῶν ἱππείων στηθῶν ἱμάντες, ἤτοι οἱ μασχαλιστῆρες. DIND.

767. Verbis artis suæ mire suppliciis se devovet his Marrucinus. Vult corpus suum scindi, ut carnes, ex quibus fiunt περικόμματα, i. e. *minutalia*. Περικόπτειν est, minutatim cædere. Sed quasi hoc parum esset, ait ἐν περικομματίοις, i. e. in tenuissima minutalia. CAS. Formam loquendi in anteced. versu εἰ μή σε φιλῶ illustravit Dawes. M. Cr. p. 275. DIND. Ἐν περικομματίοις non cum κατατμηθεὶς sed cum ἑψοίμην proxime conjungendum, vertendumque *dissectus* (in frusta) *coquar inter alia minutalia*. Sic postea dicit κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ. SCHUTZ.

768. ἐπὶ ταυτησὶ κ. τ. λ. Ante dictum, gestare hunc mensam lanioniam: de qua hic intelligit. CAS. Verte: *Super hac* (mensa) *radar* (sive *comminuar*) *in moreto cum caseo*. Μυττωτὸς enim apud Græcos idem fere erat, quod apud Latinos *moretum* vel *alliatum;* cujus σκευασίαν plenissime describit auctor poëmatis, quod *Moretum* inscribitur. In Glossis vett. μυττωτὸς Latine redditur *intritum*. KUST. Κνᾶν est *radere*. Apud Hom. [Il. xi. 638.] Nestor ad cocetum illud suum κνῆ τυρὸν i. e. *radit caseum siccum*. Κατακνᾶν est radere minutissime, ut quæ in pulverem rediguntur. Μυττωτὸν proprie dicitur genus cibi rustici ex herbis, caseo et id genus aliis compositi. Descriptionem habes in elegantissimo poëmate Virgilii Moreto. Græca vox originem Latinæ dedit. Dicitur autem μυττωτὸν a μύσος, quod est odium, propter acrem odorem allii. Nam comptuli sic allium aspernabantur, vel Horatio teste [v. Epod. iii. 3.]. CAS. Etymolog. Gudian. c. 330, 51. Ἀριστοφάνης ἱππεῦσιν, ἐπὶ ταύτης κατακείεσθέ τε αὐτῷ τὸ μετὰ τυρόν· παραιτητέον δὲ τοὺς γράφοντας κατακνησθείην. Similiter grammaticus Ms. Havniensis apud Blochium in annotationibus ad Etymol. M. c. 924. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν· ἐπὶ ταύτης κατακνέεται. παραιτητέον δὲ τοὺς γράφοντας κατακνηθείην. Quæ utrobique præcedunt consideranti verisimile fiet legisse grammaticum κατακναισθείην, rejecto quod per libros Mss. propagatum est, κατακνησθείην. DIND. Scholiastes εἰς Κεραμεικόν. ID.

769. Κρεάγρα est instrumentum culinæ aduncum et aptum extrahendæ ex olla carni, ut nomen sonat. Ἄγρα *captura*, κρέας *caro*. τῶν ὀρχιπ. ἑλκοίμην. Rem ridiculam aspergit. Sed, ut notat Schol., alludit ad morem Athenis sæpe usurpatum. Sic in suppliciis multi tracti ad pœnam. Κεραμεικόν. Duo Athenis fuerunt loci hoc nomine: alter celebris propter sepulcra bene meritorum de repub., alter propter habitationem meretricum. De utro accipiemus? Propter vocem ὀρχιπέδων putem de posteriore. Aut si de priore, ubi magni viri sepulti, erat figura παρὰ προσδοκίαν. Sic dixit Seneca in Apocoloc. 'Claudium unco tractum esse in cœlum.' CAS. Germanis dicitur *ein Fleischhaken*, nec solum inservit carnibus extrahendis, sed etiam suspendendis. SCHUTZ. τῶν ὀρχιπέδων. Unco testiculis s. scroto injecto multi olim trahebantur ad supplicium. Berglerus comparavit Plut. v. 956. ἕλξει θύραζ' αὐτὸν, λαβὼν τῶν ὀρχιπέδων. ID.

771. Vide Duker. ad Thucydid. vi. 8. PORS.

773. χαριζοίμην. χαρισαίμην. PORS. Lege χαρισοίμην. BENT. χαρισοίμην. Libri omnes χαριζοίμην, metro reclamante. BRUNCK.

774. Οὐδὲν σεμνόν. Est apud Græcos proverbium de re vili: Οὐδὲν ἱερόν· quod ex Homero usurpat Cic. in Epp. ad Att. Pro eo etiam dicitur eodem sensu οὐδὲν σεμνὸν, ut hic. Observabis Isiciarium ubique verbis artis suæ loqui. Cas.

775. Idem iste supra 742. ἕψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην. Infra etiam 1196. scite admodum surripit leporinam, quam Cleo destinaverat populi personæ, et quasi suam apponit. Berg.

777. ἀλλ' ἤ. Deest aliquid ad plenam sententiam, quasi dicat: quod fingit se hic quasi benevolum, non est verus amor, sed simulatio; quia lucro illi cedit hæc simulatio. Cas. Nihil deest hic ad plenam sententiam, quamvis id Casaub. putet; conjungendum antecedenti: οὐχὶ φιλεῖ σε, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦτο *non amat te nisi propterea tantum.* Illam enim vim habet illud ἀλλ' ἢ in negatione. In Ran. 1115. Ἀλλ' οὐδὲ πάντα ταῦτά γ' ἔστ' ἀλλ' ἢ τρία. Pac. 475. οὐδ' οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι ἀλλ' ἢ καταγέλων. Etiam in interrogationibus idem valet, ut Ran. 437. τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμ' ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι; Aliud est ἀλλ' ἦ, de quo alibi. Berg. τῆς ἀνθρακιᾶς ἀπολαύει. Ita Edd. pristinæ non διαλαύει. Id. Nescio qui irrepserit διαλαύει in Kust. editionem pro ἀπολαύει, quod recte in cæteris est. Reisk. Ἄνθραξ *carbo;* ἀνθρακιὰ est ardentium carbonum collectio sive pruna, qua illata domus calefaciebant, ubi non erant camini. Sic in Evangelio Petrus dicitur accedere ad ἀνθρακιάν [Joh. 18, 18.]. Usus caminorum, qui est hodie, non ita olim erat frequens, sed arte calorem conciliabant suis cubiculis, ut aqua calida fluente per tubos vel pruna illata in cubiculum. Cas. ἀπολαύει. διαλαύει ed. Kuster. improbante Reiskio. Typographi error videtur, cujus similis accidit Av. 840. quod male ex Kusteri editione citat Ruhnkenius ad Timæum p. 130. ubi pro 840. errore itidem typographico exaratur 408. Pors.

778. Dele ἐν: vid. 1331. Ach. 697. Thesm. 813. Epigramma apud Suid. in Ποικίλη στοά. Bent. Vulgo legitur: σὲ γὰρ, ὃς Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας ἐν Μαραθῶνι. Hocque modo versus est tetrameter acatalectus, quod metri genus Comico nostro, ut aliis, plane est incognitum. Præpositio ἐν, glossæ loco olim superscripta et ab imperito librario in textum invecta, delenda erat. Similem mendam eluimus supra v. 610. Promiscue dicitur ἐν Μαραθῶνι et Μαραθῶνι. Exemplis prolatis ad Lys. 1299. adde Thesm. 806. πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι. Et Critiæ versum ap. Athen. p. 28. c. ἣ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον. In Acharn. 755. eadem est ellipsis præpos. ἐν cum nomine πόλις: ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ' ἔπραττον τῇ πόλει. Versus labem perspexit Kusterus, sed pravam medicinam faciebat, articulo τῆς eximendo. Brunck. Sæpe Attici Medos nominant pro Persis, in quo et Latini eos imitantur. Ξίφος est *gladius,* διαξιφίζειν *gladiis batuere præpilatis.* Ridicule hic de vero certamine hoc verbum usurpatur. Respondet Latino *digladiari.* De pugna Marathonia omnes historici et scriptores Attici. Cas.

779. ἐγγλωττοτυπεῖν. Comicum verbum, quasi dicas Latina lingua, aliquid fingere. Respicit vero poëta ad continuas laudes, quibus vanæ gentis aures assidue personabant de rebus gestis ad Marathonem. Cas.

780. ἐπὶ τ. πέτραις. Intelligit Comicus sedilia saxea Pnycis. Kust. Leg. τῆς πέτρας vid. 751. Bent. Intelligit sedilia sive comitii sive theatri. Notat igitur poëta obiter, populum Atheniensem communem usum non habuisse pulvillorum, qui subjici solent, ut mollius sedeamus: postea luxus invexit. Fuit enim res frequens Athenis, ut apparet ex Theophr. Charr. [vid. 2, 5.]. In historia Romana legimus, ad Caligulam non frequentem fuisse usum horum pulvinorum; eum Imperatorem morem introduxisse Senatoribus subjiciendi προσκεφάλαια, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν σανίδων καθίζωνται, *ne super lignis nudis sederent:* ut notat diligentissimus rerum Romanarum scriptor Dio Cass. [lib. lix. c. 7. p. 909. ed. Reim.]. Cas. ἐπὶ ταῖσι πέτραις. Sic scriptum oportuit, non, ut vulgo, ταῖς πέτραις cum versus labe. Prima enim in πέτραις corripitur. v. supra 754. οὐ φροντίζει σε καθήμενον. Subauditur ὁρῶν, [Dubitari tamen potest an nullo hic opus sit supplemento. Nam integra est oratio: non est ei hoc curæ, quod sedes — Tamen et Reisk. "Post φροντίζει flagitat sensus ἰδών· vide num metrum patiatur." Dind.] cujus ellipsin illustrat Valcken. ad Hippol. p. 309. ad ista Tragici [1339.]: τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι. Sic in Suppl. ejusdem poëtæ 528. ὡς οὔτε ταρβῶ σὺν δίκῃ σ' ὁρμώμενον Κάδμου θ' ὁρῶσα λαὸν εὖ πεπραγότα. Participium ὁρῶσα, quod est in altero versu, in priore etiam supplendum: οὐ ταρβῶ ὁρῶσά σε ὁρμώμ. σὺν δίκῃ. Quod ad illum locum confert Sophoclis e Trachin. exemplum Musgravius, ejus plane diversa est ratio. Brunck. σε et οὕτως om. Suid. Ms. σαλαμῖνος. Pors.

781. Ῥάπτειν est *consuere.* Erat apud Græcos genus tapetum, quos vocabant ῥαπτοὺς τάπητας. Vetus poëta *consuta tapetia* [Plaut. Pseud. i. 2, 14.]. Nam ut

centones ex variis diversorum colorum pannis consuebantur. Allusit eo Aristophanes voce *ῥαψάμενος*. Cas. *τουτί*. Porrigit Demo hæc dicens pulvinum. Dind. *οὐχ ὥσπερ ἐγὼ* Plato Gorg. p. 285, 13. ed. Routh. §. 77. Findeisen. 522. a. HSt. vide Heindorf. p. 259. In Rep. iii. p. 410. b. HSt. *μεταχειρίζονται* Galen. contra Thrasybulum *περὶ γυμν. καὶ ἰατρικῆς*. T. iv. p. 42. a. 30. Ald. ubi *αὐτὰ μὲν τὰ—κἀκεῖν' ἐπεγείρων—πότους μεταχειρίζονται*. Ed. Bas. T. iv. p. 297, 34. habet *αὐτά γε μὴν*, cetera ut Aldus. Pors.

782. Facile ex ipsa sententia et præcedente versu suppletur, *τετριμμένην πυγήν*. *Ne nates atteras, quæ, quum in prælio ad Salaminem remum agebas, satis jam attritæ fuerunt*. Brunck. Subaudi *φυγήν*. [Scrib. videtur *πυγήν*.] Respicit victoriam navalem, qua Xerxes fugatus e Græcia. Cas. *τὴν ἐν Σαλαμῖνι*. *Ne podicem tibi atteras in pugna Salaminia bene de patria meritum*. Prorsus ridicule. Ellipsis *τὴν ἐν Σαλαμῖνι* scil. *πυγὴν* sic intelligi possit, ut de labore remigum accipiatur, ut Brunckio placuit, sic interpretanti: *ne nates atteras*, quæ quum in prælio *ad Salaminem remum agebas satis jam attritæ fuerunt*, quo sensu Wielandus noster callidissime vertit: *Setze dich weicher, um den zu schonen, der so mächtig bey Salamin nachschob*. Fieri tamen etiam potest, ut ad milites classiarios referatur; ut significet *podicem in prælio Salaminio fortitudine adversus hostes clarum*. Schutz. Schæfer. ad Bosii Ellipses p. 423.—*τριβῆς* Suidas l. l. et edd. ante Brunckium. Dind. Reisig. i. 94. Elms. Mus. Crit. v. p. 35. Edinburgh Review, N. xxxvii. p. 87. Id.

783. *ἔκγονος*. Sic recte B. C. Vulgo *ἔγγονος*. [*Ἔγγονος* est proprie is, qui genus cum aliquo communicat seu recta seu transversa linea; *ἔκγονος* vero is est, qui in recta linea descendit ab alio et veluti propago illius est. Cas.] Perperam ista sæpe miscentur. In Eurip. Or. 484. ubi vulgatum erat *ἔγγονος*, e duobus codd. dedi *ἔκγονος*. In Hipp. 450. bene jam Valcken. ediderat *ἔκγονοι*. Homerus unice *ἔκγονος* agnoscit, quod Eustath. observat p. 611. ad istum versum, qui est in v. Iliad. 813. *Τύδεος ἔκγονός ἐσσι δαΐφρονος Οἰνεΐδαο*. Addi hæc poterunt observatis ad Hesych. glossam: *ἔγγονα, τὰ τέκνα τῶν τέκνων*. Brunck. *Ἁρμοδίου*. Iste fautor popularis status fuit, magnamque laudem et decus est consecutus cum socio suo Aristogitone, quod Hipparchum, Hippiæ tyranni fratrem, occidisset. Berg.

784. Leg. *ὡς τοῦτ' ἐστιν τοὖργον*. Bent. *τοῦτό γέ σου τοὖργον ἀληθῶς*. Ita et Ald. Lege, *τοῦτό γέ τοι σου τοὖργον*. Kusterus clam lectore edidit, *τοῦτό γε τοὖργον ἀληθῶς ἔστιν*. Præf. Hec. p. lx. Opusc. p. 31. Scholia male conjuncta sic divide; *ὡς φθάσαντες προείπομεν*. *Τοῦτό γε τοι. πρῶτον ἐπιδείκνυσι τὴν εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν*. unde stabilitur Porsoni emendatio. Pors. *Τοῦτό γε τοὖργον ἀληθῶς ἔστιν* (vel *ἐστὶν*) *γενναῖον καὶ φιλόδημον*. In antiquis exemplaribus typis exaratis legitur *τοῦτό γε σου τοὖργον ἀληθῶς γενναῖον*—. In exemplari Æm. Porti abest *σου*: Scaliger omissum narrat in *vetere* libro, certe an non *casu* interciderit, dubito. Propius ad verum accedit quamvis mendosa præstantissimi illius codicis Ravennatis scriptura, *τοῦτό γε τοι τ' ἀληθῶς αὖ τοὖργον γενναῖον*—. Colligenti mihi disjectas quasi naufragio syllabas ita reficiendus versus videtur: *τοῦτ' αὐτό γέ τοι τοὖργον ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον*. Puto hæc scholio confirmari, *τοῦτό γέ τοι πρῶτον ἐπιδείκνυσι τὴν εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν*. Reisig. *Τοῦτό γε τοὖργον ἀληθῶς ἐστιν* [ut olim vulg.]. Veteres edd. omnes omittunt *ἔστιν* et post *γε* addunt *σου*. Ex Æm. Porti editione casu excidit *σου*, Kusterus neque Mss. neque edd. inspectis, *ἔστιν* intrusit, quod et Brunckius retinuit. At quid facilius, quam particulam pene sensui necessariam ad metrum complendum adjicere? vide supra p. xlix. *Τοῦτό γε τοί σου τοὖργον ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον*. Ms. Rav. satis corrupte, sed ita ut hanc correctionem stabiliat: *Τοῦτό γε τοί τ' ἀληθῶς αὖ τοὖργον γ. κ. φ.* Pors. Præf. ad Eur. Hec. t. i. p. lxii. s. ed. Lips. Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 87. s. legi voluit: *Τουτί γε τοί σου τοὖργον ἀλ.* coll. v. 1054. *τοῦτό γέ τοι Παφλαγὼν*—. Dind.

788. *Περιδόσθαι* verbum est Homericum. Nam illius versus est [Il. 23, 485. ubi cf. Heyn. in Comm. viii. p. 456.] *δεῦρ' ἄγε νῦν τρίποδος περιδώμεδον*, i. e. *deponamus tripodem*, sive, certemus sponsione tripode deposito. At illud plebeium, quod et nos retinemus, ut ad confirmationem alicujus rei caput objiciamus sponsioni. Cas. *περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι*. Vid. ad Nub. 644. Sic Gallice dicimus: *je parie ma tête*. Acharn. 772. *περίδου νῦν μοι περὶ θυμιτῶν ἀλῶν*. Brunck.

789. Leg. *ταῖς πιθάκναισι*. Bent. *Πίθος dolium*; *πίθακνη* parvum dolium vel peculiare dolii genus. Solet fieri, cum bellum est, ut populus rusticus ex agro in urbem transeat, ubi incommode ut plurimum habitat, puta in gurgustiolis aut miseris taguriolis: cujusmodi habitationes poëta vocat doliola. Sed in veris doliis quosdam habitasse exemplo Diogenis Cynici non est dubium. Cas. *ἐν ταῖς πιθάκναισι*. Sic perspicue membr., ut emendavit Dawesius Misc. Crit. p. 197. In C. *ἐν ταῖσι πιθάκναισι*. Vulgo *ἐν ταῖσι*

πιθάκναις, minus numerose et contra artem, cui nulla hic erat causa cur poëta vim faceret et licentia uteretur. Diversa ratio est exempli, quod vindicavi supra 764. Haud temere factum esse credo, quod in Scholiis ad hunc versum occurrat mentio formæ alius antiquioris: οἱ δὲ παλαιοὶ φιδάκνην λέγουσι. Sic olim in Aristoph. textu scriptum fuisse verba Schol. ostendunt, qui illius formæ non meminisset, nisi eam ob oculos habuisset. Non enim solent veteres illi Grammatici, si quam vocem interpretentur, aliarum ejusdem significationis, sed quæ obsoluerint, mentionem injicere. Res in aperto esset, horum si commentaria integra haberemus. Nam quædam ante illa quæ protuli verba excidisse manifestum est. Mœris [p. 392.]: Φιδάκνη, Ἀττικῶς· πιθάκνη, Ἑλληνικῶς. Atticam nominis formam cum in hoc versu, tum in Plut. 546. Comico restituet, quicunque librariorum stoliditati mancipatus non fuerit. De nomine φιδάκνη docte et copiose, ut solet, egit Piersonus, cura nostra eo dignior, qua levem corrigamus errorem, quem non commisisset, si Pollucem, quem laudat, paulo diligentius inspexisset. Piersoni verba sunt: *φιδάκνιδα usum Aristophanem in Δημιοπράτοις auctor est Pollux* x. 74. Quis non credat, Pollucem Aristophanis fabulam citasse, cui titulus fuerit Δημιόπρατα? Nihil tale apud Onomasticum, qui ait ὑδρίαν etiam φιδακνίδα appellari, ὡς ἐν τοῖς δημιοπράτοις, subauditur γέγραπται, vel simile quid: *ut in columnis publicatorum bonorum inscriptum legitur*. Brunck. ταῖς πιθάκναισιν Dawes. Misc. Crit. p. 196. Ut hæc, exhibet Aldina. ταῖς πιθάκναις Schol. πυδάκναις Suid. Ms. v. γυπ. In fine articuli addit καὶ γυπαιέτους. Pors. Repudianda est lectio Rav. male textis illata ab Inv. κ. π. σ. φ. ὁρῶν οἰκοῦντα τοῦτον ε. quæ iambos anapæstis admiscet et restituenda vetus: κ. π. σ. φ. ὃς τοῦτον ὁρῶν οἰκοῦντ' ἔ. τ. Dind.

790. γυπαρίοις. Etsi præter Scholiastem Hesych. et Suid. hanc lectionem agnoscant, tamen eas interpretationes ex solo hoc loco profluxisse credo, et lego Καὶ γυργαθίοις καὶ πυργιδίοις: certe cum πιθάκναις convenit. an leg. Καὶ καλυβαρίοις? Καλύβας in illa parte memorat Thucydides. Bent. Leg. ἐλεαίρει. Id. γυπαρίοις. Proprie vocantur *caveæ*, ubi habentur aves, grues, perdices et id genus. Nam ab una specie fit nomen generale. Cas. Ἔτος ὄγδοον dicit inchoatum. Tum verisimile est, plures ob metum instantis belli, quod prævidebant, jam ante bellum inchoatum sedes mutasse et Athenas migrasse, qui jam octavo anno currente Athenis male habitabant. v. Thucyd. lib. i. Palmer. p. 727.

791. Βλίττειν est rei rusticæ verbum. Solent favi apum, cum pleni sunt, depleri sublato melle. Id vocant Latini *castrare apes*, Græce βλίττειν. Sed solent apes castrandæ fumo abigi. Hic contra dicitur Cleo populum, quem vult βλίττειν, continere per vim in suis tuguriolis, quasi in favis. Cas. Vertitur: fumo enecare; qualis in istis angustis domiciliis plurimus fuit. Dind. Suid. βλίττειν. Pors. Suidas: Βλίττειν, ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων. (Sic et Hesych. idque h. l. aptum, pro *hominem argento emungere*.) πειράζειν, καὶ τὸ ψηλαφᾷν, καὶ τὸ ἐκπιέζειν τὰ κηρία τῶν μελισσῶν, ἢ θλίβειν. Ἀλλὰ καθείρξας αὐτὸν βλίττεις, οὕτως Ἀριστοφάνης. Schutz. Ἀρχεπτολέμου. Laconis, qui Athenas missus fuerat de pace facienda et liberanda obsidione Sphacteria. vide Palmerii notam [ad Schol. Exercc. p. 727.]. Nugatur hic Scholiastes, cujus tamen ineptias, ut supra ad (753.) recoxit Berglerus. Brunck. Recte reprehendit Scholiastem Palmerius, quod hoc exponat de induciis annuis factis anno octavo ad finem vergente, vel principio noni hujus belli: nam his induciis Cleonem restitisse non memorat Thucydides, et videtur etiam hæc fabula acta ante id tempus. Sentit autem poëta de legatione, quam post Sphacteriam captam et abductos inde Lacedæmonios missam tradit Thucyd. 4, 15. sqq. Tum enim obstitit Cleon, ne pax fieret, ut idem auctor est ibid. c. 21. atque ita recte Palmerius. Quod autem idem putat ex h. l. patere principem legationis illius, quæ post Sphacteriam captam Athenas missa est, fuisse Archeptolemum, cujus nomen præterierit Thucydides, mihi nulla ratione niti videtur. Cur enim Thucydides, qui eod. lib. c. 119. accurate nomina omnia legatorum recenset, Archeptolemum omiserit? Neque tamen intelligo, cur Aristoph. Archeptolemi hic meminerit, eumque pacem Atheniensibus obtulisse (ita enim accipiunt hic φέρειν τὴν εἰρήνην) dicat. Opinor autem, Archeptolemum fuisse Atheniensem pacis cupidum, quem Schol. ad v. 327. scribit a poëta designari verbis ὁ δ' Ἱπποδάμου, et bene de republ. meritum fuisse dicit. Videndum quoque, an Ἀρχεπτολέμου φέροντος possit exponi pro εἰσφέροντος, εἰσηγουμένου, quæ dicuntur de iis, qui legis vel decreti cujusdam auctores sunt. Quod si hoc non potest, conjicere licet, Archeptolemum forte missum ab Atheniensibus ad Peloponnesios et ab his conditiones pacis Athenas retulisse. Duck. Ἀρχεπτολέμου. Iste aut unus fuit ex le-

gatis Lacedæmoniorum ad Athenienses de pace facienda; aut ponitur istud nomen tanquam hominis nomen proprium, sed alluditur ad etymologiam vocis, quæ significat *inceptorem belli.* Scholiastes: ‘Verosimile est eum Archeptolemi (auctoris belli) hic mentionem fecisse, ut ostendat Cleonem potius esse auctorem belli, etiam Archeptolemo i. e. vero auctore belli pacem offerente.’ Fuerunt autem Lacedæmonii, qui bellum Peloponnesiacum inchoarunt, atque iidem hoc tempore legatos miserunt ad Athenienses de Pace, qui re infecta reversi sunt. Vid. ad Pac. v. 664. Berg.

793. ῥαθαπυγίζων. Suidas legit ῥοθοπυγίζων h. v. uti et Scholiasten vet. legisse, ex interpretatione ejus colligi potest. Kust. Verum est: nam formant a ῥόθον et πυγὴ, *cum impetu, sono, nates ferio.* Idem Kust. ad Suid. notat, in Aristoph. minus recte legi ῥαθαπυγίζων. Hoc præceps est adfirmare. Itaque videtur etiam ab ea sententia recessisse, vel saltem dubitasse, cum edebat Aristophanem. Sane ῥαθαπυγίζειν legitur Polluc. 9, 26. Eustath. in Il. A. p. 861, 16. et Od. P. p. 1818, 57., qui et utroque loco hoc e Comico laudat: item ap. Hesych. in h. v. Nec Jungerm. et Kuhn. ad Polluc. nec Meurs. de Lud. Græc. h. v. T. vii. Antiqq. Græc. receptam scripturam hujus vocis mutandam existimaverunt. Apertior quidem est in scriptura Suidæ ratio etymologica, quam in ῥαθαπυγίζω, nec tamen ob id sequitur, scripturam auctoritate tot testium subnixam, esse immutandam. Duck. ῥαθαπυγίζων tres codd. [haud dubie et R.] Hesych. ῥαθαπυγίζειν, ὅ τινες σκομβρίζειν, τὸ τῷ σκέλους πλάτει παίειν κατὰ τῶν ἰσχίων, τὸ εἰς τὸν γλουτὸν σιμῷ ποδὶ τύπτειν. Ad quam glossam vidd. intpp. Brunck. αἳ τὰς σπονδὰς προκ. F. αἳ ’ς (i. e. αἳ ἐς) τὰς σπ. At vide tamen Acharn. 652. nisi et ibi malis Λακεδαιμόνιοι ’ς τὴν εἰρήνην· sed non putem opus esse. Reisk. Videtur proprie nautis convenire hoc verbum, qui remis incumbentes attolluntur e sedilibus et rursus adductis remis cadunt in sedilia sua, ita ut sonum eo ipso edant. Hoc proprie est ῥαθαπυγίζειν, quasi τῇ πυγῇ ῥόθον ποιεῖν. Cas. Vertitur, pede nates ferire, propulsare, *einen Fusstritt in den H. geben.* Dind.

794. λογίοισιν. Notemus locum: nam res ficta non est, sed vera et quæ multas olim turbas in urbibus Græciæ et Romæ etiam mire excitavit. Exstabant enim homines perditi, qui oracula proferrent, quibus hoc aut illud denuntiaretur: quæ fere bellorum et malorum erant incitamenta. Semper autem Athenienses ad monarchiam quandam aspirarunt. Cab. Cleo assidue jactabat oracula de futura Athenn. potentia; supra 61. de illo: ᾄδει δὲ χρησμούς. infra 815. Berg.

795. ἐν Ἀρκαδίᾳ. Significat totam Peloponnesum, seu terram in potestate Athenn. Nam Arcadia erat in ejus meditullio, et circum adjacentes nationes oportuit devinci ab Athenn., priusquam potirentur Arcadia. Cas. πεντώβολον ἡλιάσασθαι. Scribendum procul dubio est πεντωβόλου ἡλιάσασθαι (subintelligendo ἀντὶ) i. e. *pro quinque obolis jus dicere in Heliæa.* Tangit hic enim Comicus (ut et passim alibi) τὸ φιλοδικαστικὸν Atheniensium, qui mirum quanto juris dicendi amore tenebantur, idque capiendæ mercedis gratia, quæ indicibus publice constituta erat. Ordinaria autem judicum merces erat triobolum in diem. Hic autem Comicus ludit, dicitque tantam olim temporum felicitatem fore, ut indices quinos obolos pro ternis, mercedis loco, accepturi sint. Kust. Ἡλιάζεσθαι Atticum verbum est: proprie significat *jus dicere in Heliæa:* id nomen foro uni Atheniensi. Generaliter pro *judicare* accipitur. Cas. Indicia exercendo quinos obolos, non tres tantum, ut nunc Athenis, meriturum dicit populum Athenn. in Arcadia, victis nempe Arcadibus. Infra 1085. (1098.) Allantopola comminiscitur oraculum etiam de futura jurisdictione Atheniensium in Media: χῷτι γ’ ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπαστα. Berg. πεντώβολον ἡλ. i. e. πεντώβολον ἐκ τῆς Ἡλιαίας λαμβάνειν. In Nub. 863. ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν. Perinde ac si dixisset ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἡλιασάμην. Codd. omnes πεντώβολον exhibent. Miror profecto, Kusterum hic impegisse, quem minus quam quemvis alium fugere debebat hujus locutionis ratio. Scripsit enim ille doctum et elegantem libellum *de vero usu verborum mediorum apud Græcos.* Nempe ἡλιάσασθαι hic valet, *judicando acquirere,* pro *judicii mercede accipere,* ut ap. Hom. κάμνεσθαι *labore acquirere.* Il. Σ. 341. τὰς αὐτοὶ καμόμεσθα [ubi v. Heyn.], et ληΐζεσθαι quod alias *prædari, depopulari* significat, quandoque etiam valet, *prædando acquirere.* Il. Σ. 28. δμωαὶ δ’, ἃς Ἀχιλλεὺς ληΐσσατο. Brunck. πεντώβολον. Sic Suid. Ms. v. bis. Pors.

796. Atticum est ἢν pro *si,* et ἀναμένειν est, *patienter ferre aliquid usque ad finem.* Cas.

797. εὖ καὶ μιαρῶς. Est figura παρὰ προσδοκίαν, ut cum in Pluto inter elogia boni servi ponit κλεπτίστατος, i. e. *furacissimus.* Cas. Alludit ad illud proverbiale: καὶ δικαίως κἀδίκως. Scholiastes:

non anxie laborans, nec si ex justo, nec si ex injusto res conficiatur. Supra 256. Cleo dicebat: *οὓς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς καὶ δίκαια κἄδικα*, ubi vide Not. Berg. *τὸ τριώβολον*. Quia judices Heliastici Athenis binos obolos accipiebant, ex oraculo autem Cleon iis quinos obolos promiserat, si in Arcadia judicia exercerent, ait se omni opera elaboraturum, ut ternos illos obolos binis addendos accipiat populus. Schutz.

799. *ἁρπάζῃς*. Sic recte B. Vulgo, claudicante versu, *ἁρπάσῃς*, menda contraria ei, quam eluimus in v. 776. Brunck. *ἁρπάζῃς* B., Bentleius, Porsonus, Brunckius. *ἁρπάσῃς* edd. ante Brunckium. Dind.

800. *ὀμίχλη* caligo est et nebula. Oculorum aciem impedit nebula; unde proverb. Græcorum et Romanorum de eo, qui parum valeat acie oculorum in aliqua re: *videt per nebulam*. Sed profertur hoc proverb. longius ad omnia impedimenta alia, ut h. l. bellum caligo dicitur esse, per quam mali impuniti maneant. Cas. ε
καθορᾶται. Suid. Ms. *ὀμίχλη.* Pors. ε
καθορᾶται pro *καθορᾷ σου* Suid. *καθορᾶται* Ms. Oxon. Dind.

801. Proprie omnis operæ merces est *μισθός*. Sed Græci *κατ' ἐξοχὴν μισθὸν* appellant mercedem s. stipendium militi pendi solitum. Poëticum verbum *χαίνειν* *hiare* est; et ponitur pro, exspectare opem ab aliquo. Videtur translata vox a pullis avium, qui ad matrem hiant, Cas.

802. Sensus est horum versuum: *Si populus semel bona pacis degustaverit, sentiet quanta a te injuria afficiatur, qui bella foveas. εἰρηναῖος.* Nomen pro oratione: *agere pacificus*, pro, *agere vitam in pace.* Cas. *εἰ διατρίψει — ἀναθαῤῥήσει — ἔλθοι.* Sic scriptum oportuit. Solœce vulgo tria verba in Subjunctivo sunt. In membr. perspicue *ἔλθοι*. Scriptum primo fuerat *διατρίψῃ, ἀναθαῤῥήσῃ*, sed emendatum fuit, scriptura ambigua: nescio utram diphthongum voluerit librarius *ει* an *οι*. In C. *διατρίψῃ, ἀναθαῤῥήσει, ἔλθῃ*. Nullibi frequentius lapsi sunt librarii, quam in his terminationibus. Brunck.

803. *Χίδρα.* Veteres tum alia multa contra nostram consuetudinem in deliciis habuerunt edulia, tum legumina et grana alia tosta. De cicere tosto et faba testantur Latini scriptores. Nam et inter missilia hæc fuerunt. At *χίδρα* Græci appellarunt frumenti recentis grana, quæ moris erat torrere iisque uti. Fuisse hoc genus deliciarum in pretio, præsertim apud rusticos, apparet ex h. l. Cas. Tanta est magistrorum vett. in interpretanda hac voce inconstantia et varietas, ut lectorem incertiorem ab iis discedere necesse sit. Quare si quis certiora de ea scire velit, adeat Casaub. in Athen. Lib. 14. c. 16. [p. 648. ed. Lugd.] ubi docet *χίδρα* fuisse novella tritici grana tosta et contusa, quibus veteres et præcipue rustici frequenter vesci solebant. Kust. *στεμφύλων* [ut. ol. vulg.]. Quas Latini *fraces* olivarum, (i. e. retrimenta, quæ expresso oleo remanent,) Græci vocant *στέμφυλα*: sed hic *olivas* hac voce intelligimus. Elegans vero phrasis est, *ἐς λόγον ἔρχεσθαι τινὸς*, i. e. *convenire aliquam rem*, pro, *uti aliqua re.* Hic igitur *στεμφύλων ἐς λόγον ἐλθεῖν* valet, *vesci olivis*. Cas. Tam metri, quam constructionis et sensus gratia scribendum est *στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ* [sive potius *ἔλθοι.*]. Nam dicere solent Græci, *εἰς λόγον ἔρχεσθαι τινί*, ut Vesp. 470. *ἐς λόγους ἔλθωμεν ἀλλήλοισι*. Et ap. Ælian. Var. Hist. xiii. 32. *τῇ Καλλιστοῖ ἦλθεν εἰς λόγους*. Pro eodem Comicus noster Nub. 251. dixit *ξυγγενέσθαι εἰς λόγους*, itidem cum Dativo. Quod autem ad sensum adtinet, *στεμφύλῳ ἐς λόγον ἔρχεσθαι* hic significat, cum fracibus olivarum rem habere; quod fit, quando oleum ex olivis exprimitur. Id autem tempore pacis potissimum contingere solet. Kust. *στεμφύλων*. fo. *σταφυλῶν* vel *καὶ τῇμπέλῳ* ut Pac. 556. Cf. et infr. 1297. *ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις εἰς λόγον*. Bent. Vulgo *στεμφύλων*, violata et constructionis et metri lege. Nam primo quidem Græce non dicitur *ἐλθεῖν εἰς λόγον τινός*, sed *ἐ. ἐ. λ. τινί*. Tum *στεμφύλων* pes est creticus; quem versus respuit. Certissime itaque Kusterus *στεμφύλῳ* legendum esse pronuntiavit, quod nisi in textum reposuissem, dignus essem, qui quovis bardo stolidior haberer. Vitio originem dedit *ι* olim ad latus adscriptum, *στεμφυλωι*, quod in *ν* degeneravit, ut decies millies contigisse notum est. Ista omnia et alia multa, licet ad artem, quam exercet, pertineant, ignorat novus prosodiæ magister, qui e corrupta hujus vocis scriptura probatum ivit vocalem corripi ante literas *μφ*, et *στεμφύλων* pedem esse anapæstum. Vid. not. ad Thesm. 56. Hominem illum, cujus prorsus oblitus fueram, in memoriam mihi redegit hic locus advertitque me et admonuit, ut indiculum inspicerem, quem vir inprimis doctus, amicitia mihi conjunctissimus, in gratiam meam confecit, versuum omnium Comici, quos festivus ille Professor [Vauvilliers] in notis ad Sophoclem citavit. Mihi enim cor nondum satis induruit, ut tædium subire queam, quod, ut suum erga me studium mihi probaret, familiaris meus devoravit non sine magno suo malo. Nam postquam diem totum

noctemque consumsit lutulentis istis chartis legendis, febri correptus est. Absque hoc indiculo credo me diu adhuc ignoraturum fuisse, *clarissimum Professorem* symbolam etiam suam contulisse ad emendationem versus hujus fabulæ 430. (431.), quem satis, ut opinor, ostendi omni mendæ suspicione vacare. Aliter ille sentit sicque commentatur in nota ad Trach. 780. *Levissima mutatione scribi velim* κατιεὶς, *quoniam et* λαμπρὸς *epithetum venti graviter spirantis; et non solum* Plutarchus κατιόντος ἀνέμου ἐν πελάγει, *grassantem in mari ventum, dixit, teste Stephano in voce* κάτειμι, *sed Thucydides eodem modo, sensu, epitheto,* ἀνέμου δὲ κατιόντος μεγάλου, *et idem Aristophanes in eadem fabula* v. 517. (520.) ἅμα ταῖς πολίαις κατιούσαις, *canitie ingruente.* Sed, o bone, quæ ipse advocas exempla submonere te poterant, scrupulum saltem tibi et dubitationem quampiam injicere, an vox illa κατιεὶς proba esset nec ne. Nec Plutarchus nec Thucydides dixit ἀνέμου κατιέντος. Non Comicus noster dixit πολίαις κατιείσαις. Nimirum scis, *in emendando prudenter non afferri vocem, quæ nullibi comparet.* Sunt ipsissima tua verba, quibus subjecta sunt illa, quæ paulo ante proposui. Dic mihi, amabo te, ubinam vidisti formam κατιεὶς pro κατιών? Gratum mihi feceris, si Græcum sermonem ea locupletaveris. Commodam forte alicubi sedem nancisci poterit. Nam quod ad nostrum versum adtinet, etiamsi probæ monetæ illa vox esset, eo tamen ne reciperetur, Lex Pedia intercederet. Qui poëtam emendare aggreditur, ni syllabarum quantitates calleat, ni metrorum diversa genera, quotque et qualibus singula constent pedibus, næ ille oleum et operam perdit. Ista, si mihi credis, prius probe disces, quam Aristophani medicam manum admoveas. Versus noster octonarius est iambicus, cujus pes septimus necessario est iambus, raro in tribrachyn solutus. Si κατιεὶς Græca vox esset, si participium illud rite formaretur a κάτειμι, syllaba media brevis esset plane ut in κατιών, ut prima in ἰέναι. Proinde admisso tuo κατιεὶς turpiter claudicaret versus, quem in pedes suos divisum oculis tibi subjiciam: ἐξεῖ|μῐ γᾱρ | σοῖ λᾱμ|προ̆ς ἤ|δη̄ καῐ | με̆ γᾱς | κατῐ|εῖς. Malis avibus *exsurrexit occasio*, quam tam avide arripuisti, *locum illum tentandi.* Sperabas gloriosum de Dawesio triumphum te acturum. Vide, quam ridiculo casu de spe decideris. Brunck. καὶ στεμφύλων εἰς λόγον ἔλθῃ. Citat Musgravius Exercitat. Eurip. i. 2. ad Eurip. Iph. Aul. 121. ut probet vocalem ante μφ corripi posse. Quod non debuit, cum recte emendasset Kusterus στεμφύλῳ, citatis Nub. 251. Vesp. 470. Ælian. V. H. xiii. 32. quibus adde Diodor. Sicul. iv. 61. xix. 17. Markland. ad Eurip. Suppl. 112. Vide et infra 1297. Sophocl. Œd. Col. 1160. Σοὶ φασὶν αὐτὸν εἰς λόγους ἐλθεῖν μολόντ' Αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς. Vulgo omittitur copula. Forsan igitur in Eurip. Phœniss. 470. legendum, ἀδελφὸν δ' εἰς λόγους ἥκοντα σοί. Vide ejus fabulæ 799. Herod. iii. 4. Nostr. Lysistr. 469. Pors. Adde Nub. 471. Sophocles, Polyxenæ fr. iii. Stob. xlvii. p. 344, 4. (187.) ἐπεὶ οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι | οὔτ' ἐξεπομβρῶν, οὔτ' ἐπαυχμήσας, φίλος | βροτοῖς ἂν ἔλθοι γ' εἰ δίκην λόγων ὄφλοι. Ita Brunckius et fere Grotius. Trincavellus, βρωτοῖς ἀνελθὼν ἐς δίκην λόγων ὄφλαι, et sic Gesnerus, nisi quod βροτοῖς. Brunckii Ms. λόγους. Quare distingue post φίλος, et lege, βροτοῖς ἂν ἐλθὼν εἰς λόγον, δίκην ὄφλοι. Dobr. in Addendis.

804. αὐτῶν τῇ μισθοφορᾷ Suid. Ms. μισθ. Pors. παρακόπτεσθαι est velut latera excidere: ponitur pro *adimere.* Sensus est, Cleonem, qui videtur stipendio militari tenuiores sublevare, re ipsa omnibus commodis eos privare. Cas.

805. ἄγροικος. Cum accentu in prima hæc vox ponitur pro ἄγριος, *agrestis, ferus*: cum circumflexo ἀγροῖκος est, qui manet ruri. ψῆφος *calculus* est, i. e. lapillus, ad ripam vel oram fluminis reperiri solitus, modo niger modo albus. Antiquissimis temporibus Athenienses soliti calculis his uti in ferendis sententiis, ut alibi absolverent, nigri condemnarent: quemadmodum et Thraces, cum dies singulos observarent, felices albis, infelices nigris lapillis denotabant, lapillis illis in pharetram conjectis. Postea mutata ratione ferendorum suffragiorum, nihilominus nomen remansit et ψῆφος appellatum est, quidquid adhiberetur ad suffragium, sive esset verus lapis, sive faba, sive tesseræ ligneæ, quibus omnibus usos fuisse scimus. Usi sunt et testa: unde est ὀστρακίζειν, pro, *testa in exilium pellere.* Cas. *Reiskius* ad h. l., "Mallem ὀχμεύων, si constaret, veteres ὀχμεύειν dixisse, ut dixerunt ὀχμάζειν *tollere, librare, ferre.*" Dind. Edd. ante Portum partim κατὰ σοῦ, partim κατὰ σου. κατά σου Portus, Kust., Brunck. Dind.

806. leg. σαυτοῦ. Bent. ὀνειροπολεῖς. Respicit ad oracula, quæ solitus de se jactare Cleon apud populum, ut summum aliquod bonum ab ipso populus exspectaret. Πολεῖν est *versare*, ὀνειροπολεῖν proprie est, *versari circa somnia.* Cas. περὶ σαυτοῦ. Perperam vulgo σεαυτοῦ. Brunck.

807. διαβάλλειν. Duo significat hoc

verbum *calumniari aliquem*, et *committere cum aliquo*. Cas.

810. ὦ πόλις — λέγει. Hemistichium hoc legitur etiam in Plut. 810. Kust. Sane quam ridicule in theatro Attico et mediis Athenis Argivorum urbem compellat. Sed notandum est, poëtam obiter Euripidem ridere, qui fortasse in re non magni momenti fecerat aliquem hac exclamatione uti. ἀντιφερίζεις. Poëticum verbum, quemadmodum et ἰσοφαρίζειν apud Hom. pro *æquare*, vel, *æqualem prædicare*. Cas. Ἀντιφερίζεις etiam legit Suidas v. Ἀντιφερίζειν. Quare subintelligendum est σεαυτόν. Vel scribendum est ἀντιφερίζει, Attice pro ἀντιφερίζῃ, per secundam personam præsentis Medii. Præstat tamen retinere vulgatam lectionem, quoniam et paulo post 815. Noster inquit ὁ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζων, subint. σεαυτόν. Kust. πόλις Ἄργους. vid. ad Plut. 601. Θεμιστοκλεῖ. vid. ad Thesm. 56. Brunck. Suid. ἀντιφερίζειν. Pors.

811. ἐποίησεν. Sic emendate scriptum in B., ut alii hunc versum laudantes e metri præscripto legerunt. Vulgo ἐποίησε. Brunck. Legendum est ἐποίησεν, metri gratia: atque ita in Suida v. Ἐπιχειλὲς recte edidit Kusterus, pro ἐποίησε, quod est in præcedd. edd. Idem tamen in Aristoph. h. l. retinuit ἐποίησε. Duck. μεστήν. Subaudi ἀγαθῶν. Ad verbum hoc ait, Themistoclem Athenas cumulasse omni bonorum genere, quæ ante illum non vacuæ quidem, sed nec plenæ erant. Μεστὸν dicitur id, quod mensura cumulata plenum est. Huic opponit poëta τὸ ἐπιχειλές. Proprie vasi id nomen convenit, in quo aqua sit aut alia res, quæ ad summum labrum non accedat. Alludit autem poëta ad mœnia urbis Athenn., quæ prudentia Themistoclis fuerunt erecta. Idem igitur dicit, quod aliis verbis Augustus de se [Suet. Oct. 28.]: *lateritiam* (inquit) *Romam accepi, marmoream relinquo*. Cas. ἐπιχειλῆ. Ex opposito μεστὴν patet, ἐπιχειλῆ hic significare, *quadantenus vacuam* vel *non prorsus plenam*: cum tamen alias eadem vox accipiatur pro μεστὸς, i. e. *plenus*, ut ap. Synes. in Dione p. 57. ed. Petav. Kust. Hanc vocem exponunt Interpp. Poll. 2, 89. ubi Seberus reddit: *urbem magna ex parte vacuam*; Kuhnius: *non satis plenam*. v. et Heins. ad Hesiod. p. 59. ubi recte ex Hesych. laudat ἐπιχειλὲς, τὸ ἐλλιπές, pro quo editur ἐπιχιλές. Schol. ἐπιχειλὲς γὰρ μέτρον λέγεται τὸ καὶ μὴ πλῆρες, ἀλλ' ἀπομεσούμενον. καὶ non habent Varinus et Suidas; et rectius etiam abest. Pro τὸ ἀπομεσούμενον lego ἀπομασσόμενον i. e. *abstersum, abrasum*. Hoc enim est ἀπομάσσειν μέτρον, et ἀπόμακτρα vel ἀπόμακτρον radius, quo absterguntur mensuræ. v. Casaub. ad Theophr. Char. p. 253. [p. 145. et 188. ed. Fisch.] et Heins. ad Theocr. c. 21. Varinus vitiosam scripturam Schol. sequitur. Suidas habet ἀλλ' ἀπολειπόμενον. Duck. Toupius Emm. in Suid. P. iv. [P. ii. p. 577. ed. Ox.] de h. l. "Locus egregius, sed cujus mentem et venustatem nemo Interpretum perspexit. Quid quod, interpretatio Suidæ falsa et inepta est? Aliud est Ἐπιχειλὲς, aliud Ἰσοχειλές. Ἰσοχειλὲς est, *quod ad labra vasis pertingit*, ἐπιχειλὲς *quod labra superfluit*. Ἐπιμεστὸν vocat Callimachus et Pherecrates Comicus apud Hesych. Synesius in Dione: καθεδεῖται δὲ ὥσπερ κεράμιον ἐπιχειλὲς τῆς σοφίας (vas sapientiæ plenum) καὶ οὐκ ἂν ἔτι τι χωρῆσον. Themistius Or. ad Gratian. p. 174. ed. Hard. ἄφθονον αὐτοῖς παριστάναι τὸν πίθον καὶ ἐπιχειλῆ τῶν ἀγαθῶν. Ubi recte Interpres: *ingens dolium et bonis redundans*. Quare locum Comici ita nostro sermone reddiderim: *and do you compare him to Themistocles, who left the city full, when he found it running over?* Quod falsissimum et παρὰ προσδοκίαν est. Contra Plutarchus in Pericle p. 356.: Ὃς τὴν πόλιν ἐκ μεγάλης μεγίστην καὶ πλουσιωτάτην ποιήσας." Dind. Recte, ni fallor, Pollux pluribus in locis τὸ ἐπιχειλὲς exponit ἐνδεές. Vide sis ii. 89. iv. 169. v. 133. Similiter Suidas [et Zon.]: ἐπιχειλές. οὕτω λέγεται μέτρον τὸ μὴ πλῆρες ἀλλ' ἀπολειπόμενον. Ἀριστοφάνης· τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν ἐποίησεν εὑρὼν ἐπιχειλῆ. Hesych. ἐπιχιλὲς (l. ἐπιχειλὲς), τὸ ἐλλιπές. Ad quam glossam vide interpretes, quorum observatis nollem abusum fuisse Jo. Toupium, in Ep. crit. ad Episc. Glocestr. p. 141. Manifestum est ex oppositione inter ἐπιχειλῆ et μεστὴν, priorem vocem Comico notare *non prorsus plenam*, quod et vis verbi ostendit et sententia manifesto flagitat. Quod vero sequioris ævi scriptores Synesius et Themistius discrimen harum vocum non observarint et ἐπιχειλῆ adhibuerint pro ὑπερχειλῆ vel ἐπίμεστα, id nihil ad Comicum facit. Acumen autem, quod captat Toupius exponendo ἐπιχειλῆ *quod labra superfluit*, nescio an sit *falsissimum*: est sane παρὰ προσδοκίαν. Id enim a nemine, nedum a viro longe doctissimo, exspectassem. Brunck. ἐπιχειλῆ. Vide Toup. Epist. Crit. p. 141. Porsoni Appendic. p. 491. — 816. Suid. Ἀχιλλείων. Pors.

812. Ἀριστᾶν est *prandere*. Hic vero allegorice poëta significat, Themistoclem instituisse, ut populus Athenn., non solum præsentibus bonis frueretur, sed etiam

nova commoda consequeretur. Piræeus portus fuit Athenn., quem Themistocles curavit muniendum. Poëta ait eum instar placentæ Piræeum pinsuisse, et apposuisse prandenti populo. Προσμάττειν enim est, pinsere aliquid amplius. Cas. προσέμαξε allegorice, quasi de opere pistorio. Sensus: *ad beneficia cetera extructionem Piræei addidit.* Berg. Προσέμαξε etiam Suidas habet v. Προσέμαξε. At apud Plutarch. in Themist. p. 121. [c. 19. p. 476. t. i. Reisk. ubi nunc προσέμαξε editum est], ubi loci hujus mentio fit, legitur προσέμιξε, sed minus recte. Nam voce προσμάττειν, (quæ proprie dicitur de farina, quæ subigitur) Comicus noster facete et lepide usus est, ut significaret, Piræeum a Themistocle cum urbe Athenarum in unam quasi massam redactum et confusum fuisse. Kust. Plutarchus hunc locum respiciens vel Comici verba mutavit, vel ipse a mala librariorum manu laborat. Sic enim in Themist. p. 268. legitur: Θεμιστοκλῆς δ' οὐχ, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιῶς καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης. Nostram lectionem perite tuetur Kusterus. Brunck.

813. ἰχθῦς καινούς. Respicit vel Piræeum urbi adjectum, vel aliquam aliam inventiunculam Themistoclis, per quam Atheniensibus futura erat major piscium copia quam antea. Cas.

815. διατειχίζων. Schol. interpretatur: *contrahens pomœria urbis;* quod nobis non probatur, quia semper Græcis διατειχίζειν est, unam urbem muro interposito in duas dividere. Quodnam autem fuerit istud Cleonis consilium, veteres non exponunt. Cas. Attice per ει pro η: est enim secundæ personæ. Græci Achillem suum vehementer laudabant; unde ejus nomen transtulerunt ad alia, quæ fortia et valida esse intelligi volebant. Sic apud Philosophum in *Physicis* argumentum firmum et validum appellatur *Achilles:* et hordei quoddam genus erat sive potius placentarum hordeacearum, quas vocabant Achilleas. Est autem proverbium de eo, qui laute vescatur, Ἀχιλλείων ἀπομάττεται, *hordeaceis Achilleis vescitur,* nempe placentis. Apud Latinos hordeum non ita in frequenti usu. Quare etiam illud moris fuit, ut militibus pœnæ loco hordeum exhiberetur pro frumento [apud Romanos]. Inde *hordearii* milites, viles et non integræ famæ. Cas.

816. Scholiastes: *tu vero cibum una capis in Prytanæo. Vocabatur enim hordeum quoddam Achilleum quasi excellens.* Nimirum in Prytaneo cœnantibus ex illo genere hordei paratus videtur appositus esse cibus. Athenæus commemorat μᾶζαν Ἀχίλλειον lib. iii. p. 114. [p. 445. T. i. Schweigh.] et addit: καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξ Ἀχιλλείων κριθῶν γενομένη. Videtur autem Comicus verbo ἀπομάττεσθαι ad μᾶζαν alludere, quasi Cleo illo hordeo sibi pinsat μᾶζαν. Et opponitur verbum ἀπομάττει, quo utitur ad *Cleonem,* verbo προσέμαξεν, quod de *Themistocle* loquens usurpabat, manetque eadem metaphora, ut dicat, Themistoclem pinsendo addidisse aliquid urbi, Cleonem autem de publico sibi ipsi pinsere. Aut hoc verbum significat, *abstergere* manus; ut Cleo dicatur propter luxum pane uti, ex ejusmodi hordeo facto, ad abstergendas manus pro μαγδαλιᾷ· quæ ad hos usus alias fiebat ex vilissima farina, aut potius ex furfure. Hesychius *spongias Achilleas* quasdam dici ab aliquibus dicit, quibus abstergeantur oculi. Berg. Galenus in Lexico Hippocr.: Ἀχιλλϊάδας κριθὰς, πὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας. — [Erotian.] Ἀχιλληΐδες, κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς. Eustath. ad Odyss. p. 1445, 59. Ἀχιλλεία μάζα, ἔχουσά τι, ὡς εἰκὸς, ἐξαίρετον, ἧς Ἀχίλλεια ἐλέγετο τὰ ἄλφιτα, ὧν μνημονεύειν καὶ τὸν Κωμικὸν ἐν Ἱππεῦσι φασί τινες. Dicitur autem Ἀχιλλείων ἀπομάττεσθαι, ut πίνειν οἴνου, ξαίνειν τῶν ἐρίων, κατέαγα τῆς κεφαλῆς, paulo infra μυστιλᾶται τῶν δημοσίων, aliaque hujus generis infinita. Brunck.

818. Compellandi formula Attica οὗτος in Vocativo casu, vel ὦ οὗτος vel οὑτοσὶ pro *heus tu.* Cas. παῦ' οὑτοσί. lege παῦ' ὦ οὗτος: vid. Vesp. 1355. vel οὑτωσί. [sic Kuster.] an παύου οὗτος vel παῦε παῦ' οὗτος. Vid. 915. Vesp. 37. Bent. παῦ' ὦ οὗτος καὶ μ. σ. π. legendum putabat Porsonus. Corrige "παῦ' οὗτος καὶ μή μοι olim Porsonus in exempl. Porti, sed postea mihi dixit se malle παῦ' ὦο ὗτος." Elmsleius (*Class. Journal* No. xv.) ad Herc. F. 1410. παῦ παῦ' οὗτος, καὶ μὴ — collato Photio v. παῦ. Adde Casaubon. ad Athen. viii. p. 349. f. Anim. p. 608, 50. et ad Strabon. viii. p. 528, 19. ed. Ox. Dobr. *in Addendis.* Corruptus est hic versus in libris omnibus, qui eum sic exhibent: ὁτιή σε φιλῶ. Παῦ' οὑτοσὶ, καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά. Siluerunt interpretes: ego vero certa emendatione ne numeros restituo: ὁτιή σε φιλῶ. Παῦσαί γ' οὗτος καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά. In primariis edd. ut in codd. est παῦ' οὑτοσί. Versum persanatum fore credidit Kusterus, si legeretur οὑτωσὶ, quod ille furtim supposuit: sed quod ad sententiam est hoc ineptum. σκέρβολλε. Suidas: λοιδόρει. μὴ σκέρβολλε πονηρὰ, τουτέστι, μὴ λοιδόρει πικρὰ, μὴ ποίκιλλε. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις

καὶ τὸ κερτομεῖν. Brunck. Eustathius σκερβόλλειν, ἐς κέαρ βάλλειν, ἀποβολῇ τοῦ ε' τῆς ἐς προθέσεως, nempe ut in σκορακίζειν quod est ab ἐς κόρακας; aut forte σ assumitur, ut in σμικρός. Secundum has etymologias σκερβόλλειν erit κερτομεῖν. Berg.

819. πολλοῦ h. l. *nimium*, ut Nubb. 915. θρασὺς εἶ πολλοῦ, *nimium es audax*. Berg. Turbat nonnihil πολλοῦ. Puto exponi posse, *valde*. Sic fere Ran. 1078. ἀλλ' ἐπίσοι—πολλὴ πολλοῦ 'πικάθοιτο, *valde multa insideat*. Duck. ἐλελήθης. Vulgo ἐλελήθεις. Vid. not. ad Nub. 329. Brunck. ἐγκρυφιάζων. Formavit hoc verbum a voce ἐγκρυφίας, quæ ab ἐγκρύπτω *occulto* descendit, et *panem* significat *subcinericium*, ut est in Glossis, qui sub cineribus torrebatur; hic *occultis fraudibus uti* est ἐγκρυφιάζειν. Mansit autem in metaphora ab arte pistoria; nam primo dixit προσέμαξεν, deinde ἀπομάττει, et nunc ἐγκρυφιάζειν. Berg.

820. δημακίδιον. Græci interdum multiplicant formam diminutivam, quod et Latini faciunt, sed non semper felicitate pari. Δῆμος *populus*, δῆμαξ, blandiendi vox, ut μῆραξ, στρατίλλαξ *imperatorculus*. Ejus diminutivum est δημάκιον: tertia diminutio est, cum hinc deducitur δημακίδιον. Cas.

821. ὁπόταν χασμᾷ. Frischlinus male, *quando oscitat*; pro, *quando oscitas*. Non enim est tertia persona Præs. ind. act., sed secunda pers. Præs. Ind. Med., nec de Cleone hæc dicit allantopola, sed de Populo, quem alloquitur. Kuster. Casaubonus quoque a persona verbi χασμᾷ aberrans, falsam hic empuasin quærebat, quasi Agoracritus diceret: Nam si Cleo, ubi oscitat, et non attendit tantum nocet Reip. quid facturus erit, si omnia consilia eo conferat? Schutz. τοὺς καυλοὺς—ἐκκαυλίζων. Loquendi genus petitum e re olitoria. In multis oleribus caulem maxime probamus; unde et peculiare nomen oleris apud Latinos *colis*; nam *o* pro *au* diphthongo. Hos caules cupedinarii expetebant. Ideo poëta objicit Cleoni, quod populo Atheniensi caules repetundarum succiderit, i. e. reos repetundarum pretio dimiserit, facta publico injuria, cum populos Athenn. talibus judiciis non minus oblectetur, quam ganeo aliquis aut lurco caulibus. Periphrasis est judicii repetundarum ὁ καυλὸς τῶν εὐθυνῶν. Græci appellant εὐθύνας *judicium*, quod subire cogebantur, qui munus publicum sustinuerant, ut rationem omnium redderent. Εὐθὺς, *rectus*: εὐθύνω, *dirigo in rectum*: εὐθῦναι judicium, quo magistratus curvitas s. iniquitas corrigitur. 'Εκκαυλίζειν est, *caules decerpere*. Cas.

823. Lege χειροῖν. Bent. χειροῖν. Sic ad metri legem scriptum oportuit. Perperam vulgo χεροῖν. Brunck. L. καταβροχθίζῃ. Lege χειροῖν ob metrum; quæ vox restituenda videtur Eurip. Hippol. 189. λύπη τε φρενῶν, χειροῖν τε πόνος, quod primo in χεροῖν, deinde in χεροὶν abiit. χεροῖν autem et χερσὶν frequenter permutantur. Illud restituit Ruhnkenius ad Timæum p. 182. Phrynicho apud Suid. v. τευτάζειν, merito probante Valckenærio ad Theocrit. Adoniaz. 7. p. 236. Pors.

824. μυστιλλᾶται [ut ante Inv. editum]. In A. C. μυστιλᾶται, unico λ, recte, ut opinor. V. not. ad Plut. 627. Sic etiam ap. Polluc. vi. 87. μυστίλη μὲν οὖν ἔστι ψωμὸς κοῖλος, εἰς ἔτνος ἢ ζωμὸν βαθυνθείς· ἀφ' οὗ καὶ τὸ μυστιλήσασθαι λέγουσιν. Brunck. Homericum verbum est μυστιλλεῖν, quod significat, cibos parare ad mensam. Unde apud Martialem coquus *Mystillus* [Ep. i. 51.]. Sed Atticis scriptoribus μυστίλη appellatur *panis cavatus* in usum cochlearis: unde μυστιλλᾶσθαι pro, *haurire*; et eleganter Aristophanes μυστιλλᾶσθαι τῶν δημοσίων, pro, crimina peculatus adfatim admittere. Cas.

825. Sensus: non impune feres: nam te furatum esse tres myriadum drachmas convincam. Dind.

827. θαλαττοκοπεῖς. Sunt quædam apud Græcos verba, quorum compositio vocem habet obscuram; ut illa verba, quæ κοπεῖν adjectum habent, ut φαντασιοκοπεῖν et δημοκοπεῖν, συμβολοκοπεῖν et h. l. θαλαττοκοπεῖν. Si proprietatem linguæ spectemus, omnia hæc verba cædendi habent significationem. Nam κοπεῖν s. κόπτειν est, *cædere*. Si usum spectes, τὸ κοπεῖν in his nominibus repetitionem actionis significat, ut θαλαττοκοπεῖν jactare subinde apud populum imperium maris; quod δημαγωγοὶ faciebant, ut populum erigerent in spem futuri imperii, quod nunquam futurum erat. πλατυγίζειν proprie est, extremo remo, quæ pars illius lata est, ferire mare et strepitum edere. [ex Scholiaste, ut, hæc verba repetens, addidit Bergl.] Cas. Suidas v. Μετεωροκοπεῖς legit, καὶ πτερυγίζεις. Idem tamen vulgatam hoc loco lectionem agnoscit v. Πλατυγίζει, ubi et locum hunc verbis Schol. nostri exponit. Kust. Est igitur hic omnino, crepare, strepitum facere. Dind.

829. τὸν 'Αθηναίων. Sic recte primariæ edd. tres. In Cratandr. primum operarum errore excusum fuit τῶν, quæ menda tantum non per omnes deinceps propagata fuit. In altera Basileensi, quæ primariarum tertiam expressam refert, τὸν repositum fuit. Brunck.

831. Hic et sequens versus sic bene digesti sunt in A. B. Perperam vulgo coalescunt. Ultimus, ut in anapæsticis observari solet, parœmiacus est. Brunck. Lesbi insulæ urbs Mitylene. De hac narratur historia memorabilis. Offensi Athenienses Mitylenensibus decretum fecerunt, ut omnes Mitylenæi occiderentur a militibus, quos ibi habebant. Missus igitur Chares, qui summa diligentia decretum exsequeretur crudelissimum et atrocissimum. Eo profecto mutavit sententiam populus Athenn.; sed serum erat, nisi casu reperti fuissent Mitylenæi Athenis, qui navem certam miserunt, quæ posterius hoc decretum ferret. Hæc remis velisque contendens die uno antevertit. Cas. *μνᾶς ἓξ* Suid. *δωρυδοκεῖν* ed. Ms. ut videtur. Pors. *δωροδοκήσαντ'.* Suidas: *Δωροδοκεῖν, οὐ μόνον δῶρα διδόναι καὶ ἀναπείθειν, ἀλλὰ καὶ τὸ λαμβάνειν.* addito hoc loco, ubi tamen falso legatur *ἓξ* pro *τετταράκοντα.* Schutz.

833. *ἀνθρώποισι.* Sic membr. Minus numerose vulgo *ἀνθρώποις.* Brunck. *ὠφέλημα* proprie est, utilitas; sed solent Græci hujusmodi nomina accipere pro adjectivis; ut hic *ὠφέλημα* pro *ὠφελής.* Sic *ἀπάντημα, occursus,* pro eo qui occurrat, et similia. Cas. Imitatur Æschylum Prometh. 614. Præf. Hec. p. xliv. Pors.

834. Suid. *ζηλῶ.* Pors. Versus hic est iambico-trochaicus. Nam prior pars constat ex pedibus iambicis, posterior ex trochaicis: ne quis forte putet, versui huic syllabam deesse. Hujusmodi autem versus interdum immisceri solent iambicis octonariis, ut supra in hac ipsa fabula 754. 755. (767. s.) Kust. *ἐποίσεις.* Est verbum e palæstra petitum. Nam *ἐπιφέρειν* est, inferre alicui plagam, et quidem post primam, secundam. Nam *ἐπὶ* in hac voce repetitionem actionis notat. Cas.

835. Nescio unde in edit. Genevensem hic irrepserit vocula *νῦν* [ante *μόνος*], quæ in reliquis omnibus edd. vetustioribus deest. Quare delenda est, ut sit versus iambico-trochaicus, qualis etiam est proxime præcedens. Kust. *καὶ μόνος καθέξεις.* Sic tres codd. et primariæ edd. omnes. In novissimis *καὶ νῦν μόνος,* inepte inserta a nescio quo mangone particula *νῦν.* Hic versus, ut præcedens, asynartetus est e dimetro iambico et trochaico ithyphallico. Brunck.

836. *Τρίαινα* est symbolum Neptuni. Habuerunt quæque numina apud veteres sua sibi propria insignia. Juppiter cum fulmine pingitur, Neptunus cum tridente, Minerva cum hasta. Unde hujusmodi res *συμβολικῶς* usurpatæ ad denotandum inter homines, quod significabant in diis. *Tridens* igitur symbolum est imperii marini. Cas.

838. *Λαβὴ* proprie vasorum manubrium sive ansa. Sed in palæstra significat facilem prehensionem: unde transtulit h. l. Aristophanes. Cas. Verbi *μεθιέναι* (in act.) constructionem cum Accusat. illustrat, hoc ipso loco laudato, Dawes. M. Crit. p. 236. Dind. Vide Reisig. v. i. p. 118.

841. Locus hic citatur a Suida v. *Ἐμοὶ δὲ τοιοῦτον.* Kust.

842. *ἐπιστομίζειν.* Duo significat *στόμα*: os hominis et quodcunque foramen. Inde *στομίζειν* obturare, quasi foramen occludere, silentium alicui imponere. At contra *στοματίζειν* est, ex ore aliquid proferre, unde *ἀποστοματίζειν* memoriter aliquid recitare. Cas.

843. Hoc ait Cleon, non posse dejici, quamdiu remanserint in templis consecrati Pylæorum captivorum clypei. Cas.

844. *ἐπίσχες.* Jubet *ἐπέχειν* i. e. *subsistere* et vicem loquendi dare, existimans se nactum ansam traducendi Cleonis, quia acciderat, ut Cleo dedicaret cum ipsis ansis et sine loris, quibus tenebantur, quum aliquis iis utebatur. Hoc rapit iste in occasionem criminis, quia potuerat Cleon, res novas moliens, his clypeis detractis uti ad homines armandos. Moris erat, cum arma consecrarentur, ut illa redderent inutilia, puta, ansas aut manubria adimentes. Sic notat Hesychius, vestem consecrandam fuisse findi solitam, ne, si esset integra, fures provocaret. Cas. *λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας,* i. e. *ansam enim præbuisti,* non, *tumultui* (ut Frischlinus male sensum supplendum putat), sed, *accusationi tuæ.* Quoniam enim Cleon clypeorum e Pylo captorum mentionem fecit, Allantopola inde occasionem arripit eum criminandi: quod nempe clypeos illos cum ipsis loris sive ansis in templo suspendisset. Kust.

846. Ansam clypei, quæ a cava parte appingi solet, vocant Græci *ὄχανον,* ab *ἔχω,* quod est *teneo,* vel *πόρπακα,* a *πόρπη, fibula.* Cas.

847. Non videtur Aristophanes cæsuram neglexisse eo modo, quo cernimus Equitibus, v. 847. *ἀλλ' ἐστὶ τοῦτ', ὦ Δῆμε, μηχάνημ', ἵν', ἢν σὺ βούλῃ*: quem versum ita volo reformari: *ἀλλ' ἐστὶ τοῦτο μηχάνημ', ὦ Δῆμ', ἵν', ἢν σὺ βούλῃ*: etsi vulgatum verborum ordinem retinuit Suidas v. *μηχάνημα.* Reisig. Toup. in Suid. ii. p. 147. Pors.

848. *μὴ 'κγένηται.* Sic tres codd., ut impressi. Promiscue dicitur *ἐγγίγνεται* et *ἐκγίγνεται licet.* Priore hic non usus est Comicus, quia ad aures non ita gratum accideret *μὴ 'γγένηται.* Brunck.

849. *στῖφος* proprie est militare vocab. et de phalange dicitur. Hinc de constipata

multitudine. Dind. [Vide Reisig. V. i. p. 118.]

851. *συγκεκυφός.* Suid. in v. Confuse et corrupte Ms. Pors. *εἰς ἕν ἐστι συγκεκυφός.* Sensus est: hi conspirant et consentiunt. Nam proprie *συγκύπτειν* est, una se inclinare ad aliquid, incumbere; hinc conjungi studiis et factis, conspirare. v. Wesseling. ad Herod. p. 240, 91. (ubi nec hujus loci oblitus est). Erat autem gravissima apud Athenienses accusatio tyrannidis affectatæ. Dind.

852. *βριμήσαιο*, a verbo *βριμάομαι*, quod auctoritate caret in H. Stephani Thesauro. Brunck. *βλέψειας ὀστρακίνδα*, i. e. *ostracismum vultu mineris.* Βλέπειν enim apud Atticos sæpe *ἀμεταβάτως* capitur et de habitu vultus dicitur, ut *βλέπειν μανικὸν, βλέπειν νάπυ* etc. Loci autem hujus mentionem facit Etymologus v. Ἐφετίνδα. Kust. Scholiastes: *Est quidem ὀστρακίνδα nomen ludi; hoc tamen vult dicere: si volueris ipsum per ostracismum ejicere.* Julius Pollux ix. [110. s. p. 1096. s.] *ἐρῶ δὲ καὶ ἄλλων παιδιῶν ὀνόματα, ταυτὸν ἐχουσῶν σχῆμα τῇ καταλήξει τῶν ὀνομάτων· βασιλίνδα, ὀστρακίνδα, διελκυστίνδα, μυίνδα, χυτρίνδα* etc. Est autem *βλέπειν ὀστρακίνδα* h. l. *vultu minari ostracismum*, et dicitur ut *βλέπειν* Παλλήναδε Acharn. 233. Berg.

853. *καταστάσαντες* Suid. ed. et Ms. v. *βριμήσαιο.* Pors.

854. *τὰς εἰσβολὰς τῶν ἀλφίτων* reddunt vulgo, *granaria.* Sed sunt potius aditus ad loca ubi farina aut asservatur aut venditur. Vuil. vertit: *und laufen die Strassen zu den Märkten und zum Kornhaus zu besezzen.* Nam *καταλαβεῖν* est occupare. Finguntur igitur fame subigere populum posse. Ad sequ. *ἔχουσι πόρπ.* repetendum esse *αἱ ἀσπίδες*, patet, et *γὰρ* ita in indignatione loquentium ponitur. Dind.

856. Est verbum *παρακόπτεσθαι* proprium eorum, qui in vendenda aliqua re fraudem adhibent, in secando, ut si telam aut pannum vendens mercator iniquam mensuram secet. [Supra 804. *οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν παρεκόπτου.* Est autem idem quod *παρακρούεσθαι*, quod in Glossis exponitur: *defraudare*, proprie in mensuris; et quod sic sequitur, *κρουσιδημῶν* est, *τὸν δῆμον ἀπατῶν καὶ παρακρουόμενος*, ut Schol. loquitur. Berg.] Est etiam *κόπτεσθαι cudere monetam*, unde *κόμμα le coing*, nota sive character monetæ. Inde etiam *παρακόπτεσθαι* dicitur pecunia, quæ non legitime cuditur. Prior interpretatio convenientior est. *κρουσιδημῶν.* Et hoc verbum ab eodem genere fraudum est deductum. Κρούειν est *tundere;* unde *παρακρούειν tundendo fraudem facere*, quod genus fraudis Theophr. in Charact. notavit, ubi Phidoniæ mensuræ facit mentionem [c. 11, 5. Fisch. s. c. 20. Schneid.]. Inde igitur compositum verbum *κρουσιδημεῖν*, quod proprie est, quum aliquid populo vendas, mensura incussa et iniqua uti. Cas.

857. *μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι.* In multis loquendi generibus verbum *εἶναι* jungitur cum genitivo casu eleganter et diverso sensu; ut *εἶναι τοῦ προσήκοντος habere rationem honesti, εἶναι τοῦ λυσιτελοῦντος habere rationem utilitatis.* Aliter *εἶναι τοῦ λέγοντος* pro, *sinere sibi persuaderi ab oratore.* Latini interdum imitantur, ut, *esse omnium horarum.* Cas. Sophocl. Œd. 927. *ἀλλ' ἐστὶ τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι sed deditus est loquenti, si is metuenda nunciet.* Berg. Suidæ Ed. Med. Μὴ *τοῦ λέγοντος ἴσθι. μὴ πείθου τοῖς διαβάλλουσι.* Unde supplendum Kusterianam T. ii. p. 556. monet Porsonus. Dobr. in Addendis.

859. *ξυνωμότας* et v. seq. *ξυνιστάμενον* scribi debuit e Comici usu, non, ut vulgo, cum sibilante littera. Posterius illorum est in membr. Brunck.

860. *κέκραγα*, pro *κράζειν εἴωθα.* Sunt quædam verba apud Græcos, quæ in præteritis, maxime Mediis, habent significationem præsentis: ut *ἤγγικα* pro *ἐγγίζω*, *appropinquo.* Cas.

861. *ἐγχέλεις*, ab *ἔγχελις.* v. ad Nub. 559. Brunck. Est locus elegantissimus, qui olim in multorum ore versabatur; ut colligere licet ex ipso Arist. Nub. 559. ubi ait: *τὰς εἰκοῦς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.* Nam respicere illic Comicum ad locum hunc in Eqq., non solum recte ibi observat Scholiastes vetus, sed etiam Hesychius v. Εἰκοῦς *τῶν ἐγχέλεων.* Præter Hesych. autem et Schol. Nubium loci hujus mentionem faciunt Athenæus l. vii. c. 13. p. 299. c. [p. 92. T. iii. Schw.], Etymologus v. Ἔγχελυς et Suidas v. Ἐγχέλεις θηρώμενος. Kust. Suidas luculentam expositionem adfert in *ἐγχέλεις*, videturque hic scholiis auctioribus usus fuisse. Indicat autem proverbii speciem esse *ἐγχέλεις θηρώμενοι, ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος ἴδιον ταραχὰς ποιούντων.* Sed quod apud eum legitur: *ὅτε δὲ ἄνω καὶ κάτω τὸ ὕδωρ ταράξωσι, κινοῦσι καὶ λαμβάνουσιν*, melius habet Varinus *ταρ. καὶ κινήσωσι, λαμβάνουσιν.* Adludit autem ad hunc versum Comicus Nub. 559. ut notat ibi Schol. Cæterum ad eos, qui locum hunc retulerunt, adde Eustath. in Il. Φ. p. 1240, 2. ubi pro *ὅπερ* legitur *ὥσπερ*, quod et in Etym. exemplaribus fuisse notat et rejicit Sylburgius: nam *ὅπερ* rectum est. Pro *πέπονθας* idem contra metrum notat fuisse *πεπόνθασι*, quod et ap. Hesych. est in *εἰκοῦς*, sed repugnante metro; nec recte editur in Etym. *πεπόν-*

θασ'. Apud Etym. quoque male ἔγχελυς, παρὰ τὸ ἔχεσθαι ἐν τῇ ὕλῃ. Sylburg. ἰλύϊ, ut hic Schol. et sic quoque repone apud Varin. in ἐγχέλεις. Duck.

862. ὅταν: fo. οἵ γ' ἄν. Bent. ἡ λίμνη. Non dicit, quem lacum intelligat. Sed non est dubium intelligi lacum Bœoticum *Copæam* dictum, unde Athenas deferebantur anguillæ magni nominis ἐγχέλεις Κωπαΐδες dictæ. Καταστῆναι dicitur proprie, quidquid fit et aliquem statum nanciscitur; quo sensu vox est philosophica et de re dicitur, quæ formam recipit. Nam tunc proprie res καθίστασθαι dicuntur. In usu vitæ communis καταστῆναι est, bene compositum esse et κατάστημα gestus et habitus laudabilis. Inde mare aut lacus dicitur καταστῆναι, quod quietum manet nec agitatur. Cas.

863. ἄνω τε καὶ κάτω. Duobus modis accipitur hoc loquendi genus proverbiale: aliquando enim significat rerum confusionem ut hic, interdum significat *passim, ubique*. Cas. Procopius Epist. 38. καταμαθόντες τὴν τύχην ἄνω καὶ κάτω κυκᾶν (sursum deorsum turbare) τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Æschylus ap. Athen. ix. p. 375. τῆς αὐτῆς ὑὸς (ejusdem suis) Ἡ πολλά γ' ἐν δόμοισιν εἴργασται κακὰ Δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω κάτω (evertens turbulenter omnia sursum deorsum). Demosthenes Philipp. iii. [p. 120. T. i. Reisk.] νῦν δ' ἀπολωλὼς ἅπαντα λελύμανται καὶ ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα (ima summis miscuit apud Græcos). Vid. ad Av. 3. Berg.

864. Αἴρουσι habent omnes, quas videre licuit, Editt. At quis non videt scribendum esse αἱροῦσι i. e. *capiunt?* Kust. Etymol. in Ἔγχελυς et Athen. vii. p. 299. αἱροῦσι. Bent. αἱροῦσι recte membr., ut scribendum esse monuit Kust. Vulgo αἴρουσι. Brunck. αἱροῦσι Etymol. M., A., Wyttenbachius ad Plutarch. de sera num. vind. p. 8. Idem annotatum in Excerptis Scaligeri. Dind.

866. Dele γε. Bent. Vulgo sic legitur hic versus ex Ald. edit.: ἔδωκας ἤδη τουτωῒ γε κάττυμα παρὰ σεαυτοῦ. Mirum est tam putidam mendam tot editores fugisse. Quid, malum, sibi vult hic particula γε? Qui illam infersit librarius, ignorabat scilicet iota paragogicum, Atticis tam frequens, semper longum esse et syllabus ωΐ γε pedem tribrachyn esse credebat. In malam crucem abeat et suum γε secum auferat. In membr., ut in ed. Bern. Juntæ, legitur τοῦτο κάττυμα. In C. scripserat primum librarius τούτων κάττυμα, postea ν delevit. In B. comparet tandem partic. γε sic, τωδεΐγε κάττυμα. Brunck. τουτωῒ γε. Dele γε. Pors. κάττυμα. Vetus verbum est Græcorum τύειν, quod vett. Latini dixerunt *tuere* vel *suere;* nam σ et τ passim confunduntur. Hoc verbo Græci non utuntur, sed tantum composito formationis Doricæ καττύειν pro κατατύειν, *suere, soleam suppingere calceo*, et κάττυμα, *solea*. Cas. Vide Reisig. i. 76.

867. ἐμβὰς (a v. ἐμβαίνειν) genus calcei prælti et fere qualis erat *cothurnus.* Cas. [Cf. Plut. 759. Nub. 719.] ταῖς ἐμβάσιν. Sic recte B. Vulgo, claudicante versu, ἐμβάσι. Brunck.

869. Dum hæc Agoracritus dicit, porrigit Demo par (ζεῦγος) calceorum, quod attulerat. Dind.

870. Leg. ὅσων γ'. Bent. et Dobr.

871. δακτύλοισιν. Jocus Comicus. Nam inepta locutio hæc varie exponi potest, vel, ut sit figura παρὰ προσδοκίαν, quum specie laudationis vituperatur aliquis, hoc modo: tu es benevolentissimus reip. huic et digitis tuis; quibus videlicet materiam quæris ad furta facienda. Vel sic exponi potest: fidelis reip. et digitis pedum meorum; quod optime convenit beneficio ab isto collato in populum. Plerique Athenn. erant pedibus nudis, et propterea iste calceos donavit, per quos consulebatur digitis pedum ipsorum. Ambiguitas pendet ex gestu histrionis hæc verba pronuntiantis. Cas. Alexis ap. Athen. xv. p. 700. ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν τῆς νυκτὸς, ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων, (qui primus excogitavit deambulare cum laterna noctu, digitorum pedis patronus ipse fuit). Berg. κἀμοῖσι δακτύλοισιν legit Hotib. Dind. γὰρ τοῖσι Ald. Pors.

872. Leg. τοσουτοΐ. Bent. [quod comprobaturus est fortasse Elmsl. Dobr.]

873. ὅσων πέπονθας. Subaudi ἀγαθῶν. Nam πάσχειν significat et bonum et malum pati. Cas. Apud Suid. v. Βινεῖν et v. Γρύττος, ubi loci hujus mentio fit, legitur βινουμένους, quod idem significat. Nam κινεῖν pro βινεῖν apud Comicum nostrum sæpe occurrit. Kust. Vide Nub. 1099. Bent.

874. τοὺς βινουμένους. Vulgo κινουμένους. Non multum interest, utro modo legatur. Illud prætuli, quia membran. auctoritate nititur tum in hoc tum in secundo abhinc versu. In C. a prima manu utrobique scriptum fuerat per κ, quam litteram delevit librarius et ei superscripsit β. Nobis etiam consentit Suidas, apud quem bis hic versus citatur in βινεῖν et Γρύττος. Brunck. Γρύττον. Quidam interpretes dicunt fuisse civem Atheniensem improbum, cui nomen Gryto, quem se sustulisse de repub. gloriatur Cleon: sive hoc illius nomen fuit verum, sive impositum propter sordes et contumeliæ causa. Græci vocant

sordes, quæ sub extremo ungue latent, γρὺ, vel γρύττον. Elegantiæ studiosi et munditiarum etiam unguium curam habebant, quos extrinsecus deaurabant, intrinsecus valde purgabant; unde proverbium, οὐδὲ γρὺ, de re minima: quod proprie dicitur de eo, cui ne tantillum quidem sordium superesset. Cas. Cinædum quendam ita dictum. Ex Scholiis. Berg. ἐξαλείφειν (delere) videtur esse, civium juribus privare. Nam lex erat, quæ cinædos excluderet his juribus. v. Meurs. Themis Attica i. 6. Fuit autem Cleon haud dubie alia de causa ei infensus. Vuil. βινουμένους Suid. vv. βινεῖν. Γρύττος. Illic Γρίπον, hic Γρύπον, memorata varia lectione. βινουμένους Suid. in βιν. (om. Ms.) γρύττος. ed. et Ms. γρύπον in verbis. Pors.

875. Objicit Cleoni alienorum curiosam observationem peccatorum. Πρωκτοτηρεῖν videtur verbum esse hostiariorum, qui hostias emturi diligentissime tractabant et omnia inquirebant de sanitate et bono habitu. Nam victimam male habitam deo nefas offerre. Hic ponitur pro, curiose aliquid observare. Cas. πρωκτοτηρεῖν. Non est, ut Casaubonus ait curiose aliquid observare, sed culi inspectorem agere, observantem an aliquis muliebria patiatur, et pudicitiam pæderastis prostituat. Schutz.

877. γένωνται libri omnes, absque mendæ suspicione. Sensus enim est, *ut nulli in posterum oratores existant;* non vero, ut est in versione, *metuens ne cinædi illi oratores fierent.* Ad hanc enim sententiam oportuisset omnino: ἵνα μὴ ῥ. γένοιντο. Brunck. At hæc verborum sententia postulatur. Nam ideo Gryttum cinædum concionandi jure privaverat, ne ille, cui fortassis erat non vulgaris dicendi vis, ipsi officeret. Recte igitur Inv. e Rav. recepit γένοιτο. Dind. Acerbissime in oratores invehitur, quasi plurimi eorum sint impudici, et cinædi. Sic in Nubb. v. 1090. quærenti ἀδίκῳ λόγῳ: δημηγοροῦσιν ἐκ τίνων respondet δίκαιος λόγος: ἐξ εὐρυπρώκτων. Simul Cleonem perstringit, quasi ejus odium cinædorum invidiæ potius quam honestatis amori tribuendum sit. Schutz.

878. Leg. τηλικοῦτον. Bent. Depravatum est hujus versus metrum in libris omnibus, cujus emendandi nescio quo modo me fugerit ratio, quæ tamen facillima et in aperto posita erat. Editiones habent: τοῦτον δ' ὁρῶν ἄνευ χιτῶνος ὄντα τηλικουτονί. In membr. est τονδὶ διορῶν, pro τονδὶ δ' ὁρῶν, quod sincerum est. Sed versus tetrameter est acatalectus, quo metri genere Comicum nuspiam usum fuisse jam sæpius monui. Quis non videt τηλικοῦτον scriptum oportuisse et iota paragogicum libidini librarii deberi, qui metrorum naturam ignorans optime de Comico mereri se arbitrabatur, si atticismum istum ei donaret? Rescribe itaque: τονδὶ δ' ὁρῶν ἄνευ χιτῶνος ὄντα τηλικοῦτον. Voces ὄντα τηλικουτονὶ senarium recte claudunt Nub. 819. Brunck. Confirmavit eam conjecturam cod. Rav., unde Inv. recepit. Dind. τηλικοῦτον ante Brunckium dedisse edd. Bas. 1532. et Zanetti notat Porsonus. Dobr. in Addendis.

879. Μασχάλη *axilla.* Fuere apud Græcos genera vestium, μάσχαλος, cum alterum brachium poterat educi, ἀμφιμάσχαλος cum utrimque brachia educi poterant. Non erant hæ vestes manicatæ, cujusmodi quæ vocabantur χειριδωτοί: atque his utebantur hieme. Cas. Hesych. Ἀμφιμάσχαλος. χιτὼν χειριδωτὸς ἐλευθέρων, ὡς Πλάτων, δύο χειρίδας ἔχων, ἃς μασχάλας ἔτι καὶ νῦν λέγουσιν. Brunck. Zonar. i. 144. Scholiastæ verba repetiit. Vertunt (contra Casaub. monitum, sed vid. Kust. ad Schol.) *vestem utrimque manicatam.* Vuil. vertit: *ein Käppchen.* Cæt. subintelligitur χιτῶνος, et, dum sequentia dicit, porrigere Agoracritum talem tunicam, quæ utrimque axillam tegit, facile patet. Dind. τόνδ' ἠξίωσας Suid. ed. Med. ἀμφιμάσχαλος. Pors.

881. Suid. Τοιουτονί. Bent.

882. ὁ Πειραιεύς. Alludit ad historiam. Themistocles enim legitur subtili commento Piræeum Athenn. portum munivisse, magno illorum bono; quo nomine plurimum illi Athenienses debuerunt. Cas. Supra 211. τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν. Constat autem Themistoclis consilio exstructum fuisse Piræeum. Berg. σοφὸν κἀκ. ὁ Πειρ. Sic libri omnes optime. Scilicet σοφὸν καὶ ἐκεῖνο τὸ ἐπινόημα (vel, ut habet glossa in C. τὸ ἔργον) ὁ Πειραιεὺς προσμεμαγμένος τῇ πόλει. Respicit enim Demus ad Isiciarii verba 813. Nescio quid Jo. Toupio venerit in mentem, reponenti σοφὸς et vertenti: *in hujusmodi artibus excellebat Themistocles.* Nihil falsius. Anne ergo ὁ Πειραιεὺς, si pro gentili s. δημότου nomine accipiatur, Themistoclem notare potest? Non erat ille *Piræates*, sed *Phrearius*, qui duo diversi pagi ad diversas pertinebant tribus. Maneat igitur inconcussa illa lectio, temere sollicitata in Emm. ad Suid. iii. 250. [ed. Ox. ii. 302. ubi ἐξεύρημα illustrat.]. Brunck. σοφὸς Toup. in Suid. iii. p. 250. Porson. ibid. p. 478.—884, 5. χρήσομαι Suid. βλαυτίοις. Pors.

883. Verba sic sunt reddenda integra: οὐ μεῖζον φαίνεται εἶναι ἐξεύρημα τοῦ Πειραιέως τοῦ ἐξευρήματος τοῦ χιτῶνος. Alioqui dici etiam potuerat: οὐ μεῖον (non inferius). Dind.

884. **Πίθηκος simia;** *πιθηκίζειν* est simiarum more ludere aut blandiri. Inde *πιθηκισμὸς* pro *adulatione*. *περιελαύνεις*. Posset hæc lectio ferri, nisi testaretur Scholiastes jam olim lectum *παρελαύνεις*. *ἐλαύνειν* est *currum agitare*, *παρελαύνειν* in eo certamine vincere aliquem; *περιελαύνειν* esset, circumductione superare. Cas. Eurip. Orest. 412. *οἴμοι διωγμῶν, οἷς γ' ἐλαύνομαι* (exagitor) *τάλας*. Berg. *με περιελαύνεις, me exagitas*. Perperam in membr. *παρελαύνεις*, reclamante et sensu et metro. Significaret id: *me superas*. Atqui nondum se victum confitetur Cleo. Brunck.

885. *ἀλλ' ὅπερ πίνων*. Feramus in Comico minus honestos sales, et quoniam hic locus aliter exponi non potest, paucis mentem explicemus. Objecit isiciario Cleon vitium turpe, quo, ut se purget, ait, minime natura sua uti se in adulando, sed moribus ipsius Cleonis, et ut Comicus turpi simili hoc utitur: accidit mihi, inquit, quod solet accidere bene potis, qui sæpe de lectis tricliniaribus surgunt, ut vesicam vel alvum levent, vel, cum ebrii sint, alienas sæpe soleas pro suis usurpant: sic ego tuos mores pro meis sumo. Erat hæc consuetudo multorum Græcorum, ut potui indulgerent: inde *pergræcari* [Plaut. Mostell. i. 1, 21. add. Fest. h. v.] pro, liberalius potare. Soliti in sua triclinia et matulas inferre, et talia multa patrare, quale hoc est. **Χέζειν**, *alvum levare*. Græci duplicem formam verborum desiderativorum, ut vocant, habent, alteram in *είω*, alteram in *ῶ*. Priora formantur a ~~futuro, ut~~ *ὅπτω video*, *ὄψω* et inde *ὀψείω videre cupio*. Altera forma, ut *φονῶ, occidere cupio*. Cas.

886. *τοῖσιν τρόποις*. Perperam vulgo *τοῖσι τρ.* v. not. ad v. 36. Brunck. Calceorum apud veteres genera infinita erant. In his *βλαυτία* erant, quibus utebantur, cum ad cœnationem veniebant. Latini *soleas* vocant. Cas. In conviviis discumbentes exuebant soleas, ut hodienum Græci et Turcæ, si alicubi in collegio considеant, (sedent autem humi super tapetibus, non exporrectis pedibus, sed ad se contractis, ut tibiæ transversim positæ formam crucis referant, quibus insident, more sartorum in Hollandia,) soleas in propinquo deponunt. Fiebat autem sæpe, ut qui plusculum adbibisset et subito vellet surgere, cogente aliqua necessitate, vicini soleas pro suis acciperet; nam ebrii non nimis acute cernunt. Quin etiam illud contigit, ut aliquis in convivio soleas plane amitteret. Athenæus vii. p. 338. [p. 245. s. T. iii. Schweigh.] *Δωρίωνος τοῦ κρουματοποιοῦ κυλλόποδος ὄντος ἀπώλετο τοῦ χωλοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον* (solea illius pedis, qui ei claudus ac debilis erat): *καὶ ὅς, οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον*. Berg. Sordidorum hominum et ex infima plebe fuit, alienis soleis surreptis uti. Vuil. *βαλαντίοις χρήσομαι* Suid. Ms. *χεσείω*. *τρόποισι* et *σοῖς* Ms. Pors.

887. *οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις*. Sic tres codd. ut legendum esse evicit Dawesius. Vide supra 409. 413. 758. Nub. 1035. Neutrum *ὑπερβάλλειν* occurrit Plut. 109. *ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ*. Sed significatio activa *superare aliquem* soli formæ mediæ competit. Brunck. *ὑπερβαλεῖ* Dawes. Misc. Crit. p. 251. Pors.

888. **Ἄμφιον**, *vestis*. *προσαμφίζειν* est amphiis amicire: quo verbo utitur Cleon significans, suum munus majus futurum munere Isiciarii. Cas. *ὢν πόνηρος* hiatus vitandi causa scribit Hotib. Leg. *σὺ δ' οἴμωζ' ὦ πόνῳ πόνηρε*. Bent.

889. *Αἰβοῖ· Οὐκ ἐς κόρακας*: ut *αἰβοῖ* sit extra versum, ut *φεῦ* et similia: sic Av. 1342. De *πόνῳ πόνηρε* vid. Vesp. 464. Lys. 350. et Hesych. Bent. *ἐς κόρας ἀποφθερεῖ*. Aut de industria proverbium corrumpit Aristophanes et *κόρας* posuit pro *κόρακας*, nulla probabili interpretatione, sed licentia tantum comica; aut omnino legendum *κόρακας*, quod Latini dicunt: *i in malam rem*. Cas. Prava scriptura edit. suæ deceptus est Casaub. Dind.

890. Metri gratia scribendum est: *περιήμπισχέν γ' ἵνα σ' ἀποπνίξῃ*. Kust. Versus metro caret. Hoc ita sanari potest, ut Kust., vel, quod mihi in mentem venerat:

καὶ τοῦ|το γ' ἐπί|τηδές | σε περι|ήμπισχ'
| ἵνα σ' ἀ|ποπνί|ξῃ.

Duck. Fo. *καὶ τοῦτό γ' ἐπίτηδες*. Bent. *καὶ τοῦτ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχέν γ' ἵνα ἀποπνίξῃ*. Sic optime scriptum in B. In C. *περιήμπισχεν, ἵν' ἀποπνίξῃ*. Vulgo, claudicante versu, *περιήμπισχ', ἵνα σ'*—. Bene hic se habet Subjunctivus *ἀποπνίξῃ*, quia præcedens verbum, licet sit in imperfecto, rem tamen præsentem notat. *Et de industria tibi istam vult induere, ut te suffocet*. Sic verti debuit. Mox v. 893. ubi de re dudum præterita agitur, recte est: *ἔσπευδ' ἵν' ἐσθίοιτ'* —*κἄπειτ' ἀποκτείνειαν*. Brunck. *καὶ τοῦτ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχ' ἵνα σ' ἀποπνίξῃ*. L. *καὶ τοῦτό γ' ἐπίτηδές*— Vide Edinb. Rev. xxxvii. p. 87. Pors. Adde Elmsleium ad Med. 1128. Dobr. *in Addendis*. Ex Ms. suo B. edidit Brunckius, *καὶ τοῦτ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχέν γ', ἵνα σ' ἀποπνίξῃ*: numeris non satis politis, quanquam legitimis ad metrum pedibus, quam ipsam ob caussam auctor illius libri amplexatus est,

vel conjectura assequutus, quemadmodum Kusterus, vel in meliore libro inventum: legitur enim in Ravennate quoque. Sed in Ms. C. exstat scriptum — περιήμπισχεν, ἵν' ἀποπνίξῃ. Inde longum est tempus quum corrigebam sic: καὶ τοῦτό γ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχεν, ἵν' ἀποπνίξῃ· et ita scripta hæc citat P. Elmsleyus annotatione ad Medeam Museo Cantabrigiensi, v. p. 35. Reisig. Vide Reisig. etiam ad V. i. p. 77.

892. τοῦ σιλφίου. Locus est notabilis de silphio, ex quo apparet, id ejus fuisse naturæ, ut crebros flatus crepitusque ventris cieret. Kust. Leg. τὸν σιλφίου. Bent. Fuere apud veteres et in medicina et in usu vitæ cotidianæ (herbæ quædam) hodie nobis incognitæ. Græce σίλφιον, Latine *laser* s. *laserpitium:* quæ omnia vocabula sunt barbara, sicut planta ipsa ex locis barbaris, sed maxime regione Cyrenaica ad Græcos transferebatur: cujus succum Græci per excellentiam appellarunt ὀπόν. Medici recentiores, qui ὀπὸν et *Opion* confuderunt, nimis ridicule faciunt. Videtur Cleon dedisse operam, ut navigatio Cyrenaica eo tempore vigeret; unde accidit, ut magna laserpitii copia esset Athenis, quod cum laudi deberet tribui Cleoni, utpote procuranti commoda et annonam, tamen isiciarius inde calumniam struit Cleoni sed futilem et vanam planeque comicam, i. e. cum obscœnitate junctam. Cas. De eo vid. omnino ad Plut. 925. ed. Br. Videtur tum silphion Athenis novum atque pretiosum, sed in culina sæpe adhibitum esse. Vuil. τὸν σιλφίου tacite Brunck. edidit, haud dubie non e codd. Neque h. l. mutatione est opus. Dind.

895. βδέοντες (pedendo). Hæc calumnia est, quam fingit Isiciarius, quasi procurarit Cleon copiam esse laserpitii, ut morbos generaret in populo Athenn. Inde enim secutum ait, ut ventres crebros ederent ventos, quod Græcis est βδεῖν, Ciceroni et interpreti Horatii *visire*. Dind.

896. Metrum versus hujus claudicat, quod sic in integrum restitui potest: Νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπε κόπριος ἀνήρ. Kust. Metrum posteriore parte aperte corruptum est. Nam nec amphimacer sexto, nec pyrrichius, vel, si mavis, trochæus septimo loco esse potest. Kust. τοῦτ' εἶπε κ. ἀ. Posset etiam ita legi: τοῦτό γ' ἀνὴρ κόπριος εἶπεν. Duck. Leg. τοῦτ' εἶπε Κόπριος ἀνήρ. Suid. Κόπριος ἀνήρ: vel dele καὶ [voluit quoque Bentl. fortasse καὶ deleto] πρὸς ἐμὲ τοῦτ' ἀνὴρ Κοπρεαῖος εἶπε. Bent. Sic vulgo legitur hic versus numeris fœde corruptis: νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τουτί γ' εἶπεν ἀνὴρ κόπριος. Et sic C. nisi quod τοῦτό γ' habet. In B. τουτί γ' εἶπεν ἀνὴρ κόπριος. In membr. vero τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ κόπριος. Corrige ad metri legem κόπρειος et sinceram lectionem habebis: νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ κόπρειος. Legitima est utraque forma, κόπριος et κόπρειος, ut ἄγριος et ἄγρειος, aliaque hujus generis bene multa. Vid. ad v. 1033. (1043.) In Conc. 317. tertia forma occurrit κοπρεαῖος. Brunck. Ait populus, se etiam ab aliis admonitum de consilio Cleonis. Sed ridicule auctorem suum vocat ἄνδρα κόπριον, i. e. vilem, abjectum, ut qui hortos curant, occupati plurimum in stercorando agro. De iis accipit Scholiastes. Possumus generaliter accipere. Alia mente apud Latinos *copriæ* dicuntur scurræ et mimi, ut apud Suetonium [Ner. 61. ubi *copreæ* legitur v. ibi Oudend.] et Dionem, qui vocem illam retinuit [κόπρειαι est L. 28. ubi v. Reim. T. i. p. 624, 13.] Cas. Casaub. ait, ridicule auctorem suum appellari a populo κόπριον, quasi, *vilem, abjectum.* Salmas. ad Tertull. Pall. p. 333. ait, jactabundos, item scurras, aretalogos et eos, qui magna promittunt ac jactant, quos inter et ῥήτορες, a Græcis appellari κοπρίους et κοπρολόγους, idque ostendit cum ex h. l. tum ex aliis. Nam nihil ingratius esse auribus, nihil putidius ejusmodi jactatione, et hinc ap. Plaut. *stercoreos* dici. Potest ergo hoc accipi de rhetore quodam aut demagogo alio. Idem ibid. versum hunc ita laudat: νὴ τὸν Ποσειδῶ πρὸς ἐμὲ τοῦτό γε εἶπ' ἀνὴρ κόπριος. Sed non puto, secundam in κόπριος longam esse posse. Duck. ἀνὴρ κόπριος. Suid. i. p. 207. Pors. ἀνὴρ κόπρειος. Significat sibi hoc ipsum dixisse unum ex iis, qui in Heliæa tum illam laserpitii vim experti essent, eumque hanc ob causam ἀνδρὰ κόπρειον *stercoreum* appellat. Id huic loco aptius esse videtur, quam Bergleri ratio, qui sic interpretatur: "Per Prosopopœiam intelligit τὴν κόπρον, et vult dicere sibi etiam, postquam silphium comedisset, commotam fuisse alvum, ut pederet. In Ecclesiaz. v. 313. et 316. ἐγὼ δὲ κατάκειμαι πάλαι χεζητιῶν· ὁ δ' ἤδη τὴν θύραν ἐπεῖχε κρούων ὁ κοπρεαῖος." Schutz.

897. Frischlinus sensum non assecutus est, dum vertit: *nunquamne vero pedendo suffusi estis rubore?* Ait enim Comicus: *annon etiam tunc tam crebro—vobis contigit, ut facies vestra rubore inde suffunderetur?* Solent enim facies illorum, qui nituntur, erubescere. Kust. πυῤῥοί. Significat hoc modo corruptum naturalem colorem, ut in iis qui morbo pallescunt.

Quare πυῤῥὸς abusive pro χλωρός. Cas. Aut erubuisse eos dicit, ex pudore, quia pepedissent, aut eos alvo cita commaculasse vestem. In Eccl. 330. τί τοῦτό τοι τὸ πυῤῥόν ἐστιν; οὔ τί που Κινησίας σοῦ κατατετίληκεν. Berg. At ne Kusterus quidem sensum hujus loci plane perspexit. Vox πυῤῥὸς nunquam de rubore faciei, qui signum est pudoris, usurpatur. Optime potius Berglerus ad partes vocavit Eccles. v. 330. Quærit igitur Agoracritus an non ob laserpitii esum crebro pedentes tandem se concacassent? Schutz.

898. ἦν γε τοῦτο. Vulgo ἦν καὶ τοῦτο. In A. C. ἦν γε καὶ τοῦτο. Alterutra harum particularum ejicienda erat. Versum hunc, Isiciario vulgo continuatum, membr. Demo adscribunt. Brunck. Ita et Inv. dedit. Πυῤῥάνδρου. Tangit civem quendam Atheniensem, qui dicitur multos calumniis vexasse. Cas. καὶ νὴ Δί' ἦν γε τοῦτο Πυῤῥάνδρου τὸ μηχάνημα. Sub Pyrrhandro neminem alium quam Cleonem intelligit; aitque fuisse illud inventum homine stercoreo dignum. Scholiastes quidem narrat fuisse Pyrrhandrum improbum aliquem et sycophantem; nihilo secius Aristophanes illius nomine tantum abusus est, ut cum respectu ad illud πυῤῥὸν, i. e. merdam, Cleonem novo probro insectaretur. Schutz.

899. Βωμὸς *ara*, λόχος *insidiæ*. Sciendum est, moris fuisse apud vett., ut rem divinam facturi partem adolerent in ara, partem absumerent convivium ibidem celebrantes. Erant autem miselli homines, qui partes, quæ adolerentur, de ara raperent; quod ut sacrilegium magnum detestati sunt veteres. Hoc igitur qui facerent, βωμολόχοι sunt dicti. Et inde verbum βωμολοχεύειν; proprie, insidias aræ struere; ponitur pro, sceleste aliquid facere sui compendii causa. Cas.

900. ἡ γὰρ θεός. Sic recte vett. edd. ut est etiam in codd. Male in recentioribus impressis: ἦ γὰρ —. Brunck.

902. μισθοῦ. Alludit ad mercedem judiciariam, de qua et ante dictum. Ejus loco dicit se præbiturum populo sorbitiunculam. Cas.

903. κύλιξ *calix*, unde diminutivum κυλίχνιον poculi genus. Hic ponitur pro pyxide in qua chirurgi medicamenta circumferunt. Latine *culichna* vasis genus est inter sacra apud Nonium et alibi. Cas.

904. τὰ 'ν τοῖσιν. v. ad Plut. 784. Berg. Κνήμη est *tibia*, ἀντικνήμιον pars posterior et opimior tibiæ. Alii aliter interpretantur. In ea parte solitos Athenienses ulcera habere, hic locus eximie declarat, collatus cum alio Theophrasti, qui idem dicit. Cas. Juvat hic adducere verba magni Casauboni ad locum illum Theoph. in Charact. καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, cap. περὶ δυσχερείας [c. 19. p. 198. s. ed. Fisch.] ubi sic ait: "Videtur hæc δυσχέρεια frequens per illa tempora Athenis fuisse, ut merito Theophrastus hanc notam non prætermiserit. Nam etiam ap. Aristoph. in Eqq. quo loco certant adulationis certamen Cleon et Agoracritus, fartor ille impurus pyxidem unguenti pollicetur istiusmodi hominibus, quibus tibiarum ulcera sibi inungunt. Ἐγὼ δὲ, inquit, κυλίχνιόν τε σοι καὶ φάρμακον δίδωμι, τὰ 'ν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἑλκύδρια περιαλείφειν. Alludit idem poëta etiam in Plut. [784. ed. Brunck.] ubi Chremylus inter molesta sedulitatis officia sibi blandientium hæc ponit: Νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσιν τἀντικνήμια." Et paulo post: "Hæc sunt, quæ vocat Plinius *tibiarum tetra ulcera* lib. xxii. [10.] alibi *tibiarum tædium;* quod respondet voci Theophr. ἀηδία. Ita affectos appellat σαπροκνήμους Dioscorides:" Hæc Casaubonus. Kust.

905. Frischlinus male et nullo sensu: *At ego canos mihi eligens capillos juvenem te faciam.* Verte: *at ego canos tibi leviter evellens efficiam, ut juvenis videaris.* Solebant enim adulatores inter reliqua officia, quibus regum suorum benevolentiam aucupabantur, et canos, si quos reliquis capillis immixtos viderent, ipsis evellere, ne nix capitis ætatem illorum proderet. Kust. Græce cum dicimus πολιαὶ et Latine cum *cani*, subintelligitur nomen τρίχες vel *pili*. Cas.

ω

906. Fo. ὀφθαλμίω. Bent. δεχ' ου Suid. ms. λαγῷ ms. ὥστε τὰς λήμας περιψεῖν Suid. ed. ms. περιψεῖν. τὠφθαλμίω citat H. Stephan. Thes. iv. p. 687. B. Pors. τὠφθαλμίδια Elmslei. Edinb. Review No. xxxvii. p. 86. Dind. Debuerat tamen scribi τὠφθαλμιδίω, non τόφθαλμ. — περιψῆν διὰ τοῦ η, non περιψᾶν scribi observat Phot. Lex. p. 312. Id.

907. Frischlinus: *O popule, ubi ego emunxi, tu in caput absterge meum.* Sensum plane pervertit. Nam dicit Cleon: *postquam emunxisti nares tuas, o popule, in caput meum absterge.* Turpissimum autem hoc et spurcum adulationis genus, alteri se emungenti caput suum præbere, ut nares eo abstergat. Cæterum Ms. Vat. Palat. hic habet ἀπομαξάμενος, pro quo si scribas ἀπομαξόμενος, sensum satis commodum illa lectio pariet dicetque Comicus: *Si abstergere te voles, in caput meum te absterge.* Nihilominus lectionem vulgatam præfero. Kust. Vid. de ἀπομάττεσθαι supra 816. Dind.

908. Vulgo repetita vox ἐμοῦ μὲν οὖν

tribuitur Allantopolæ; rectius inter utrumque divisa est auctoritate cod. Rav. Perperam autem in ed. Lips. hæc descripta sunt. Non duo, sed unum versum efficiunt. Dind.

908-937. In stropham, mesodum et antistropham redegit Reisigius i. p. 110. Id.

909. τριηραρχεῖν. Tangitur hic calumnia Athenis usitata. Erant in ea urbe publica quædam munera, privato sumtu curanda, quod proprie λειτουργεῖν dicitur. Ejusmodi fuit editio ludorum et præbitio triremis. Illud vocatur χορηγεῖν, hoc τριηραρχεῖν. Sæpe autem non ditissimus quisque, ut erat æquum, sed optimus quisque iis oneribus premebatur. Cas. De onere trierarchiæ vid. Petit. ad LL. Att. p. 296. ss. Casaub. ad Theoph. Char. c. 23. Duck. Et, qui accuratius explicuit, Wolf. Prolegg. ad Demosth. Lept. p. C. ss. Dind.

911. παλαιὰν ναῦν. Est apud Plautum, finem nullum esse sumtuum, si quis navem sartam tectam esse velit, aut mulierem comtam: quod Aristophanes hic spectatum indicat ab iis, qui viros bonos sumtibus vellent atterere, quibus de industria committebatur vetus navis. Cas. Etiam h. l. οὐκ ἐφέξεις κ. τ. λ. est, non finem facies sumtuum et fabricationis. Si trierarchæ navis vetusta et quæ multis modis laborabat cum velo putri aliisque armamentis parum utilibus instruenda et ornanda exhibebatur, plurimi sumtus erant faciendi. Dind.

916. Παφλάζει. Proprie culinæ verbum est. Aqua in olla fervens et ex motu sonum quendam edens παφλάζειν proprie dicitur. De homine irato et παφλάζειν dicitur et *fervere*; et *ignis* ipse ille motus appellatur, cujus præcipuum in oculis est indicium: ut ap. poëtam Il. A. [104.] ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. Cas. Vid. Suid. h. v. Scholiastes recte de aqua nimia vi flammæ subjectæ exundante accipit: quæ significatio etiam ab Eustath. in Od. p. 1661, 64. notata est. Utitur eadem comparatione Virgilius vii. Æn. 462. 'Ira super magno veluti cum flamma sonore,' cet. Duck. ὑφέλκειν est, de inferiore loco aliquid trahere; ut si quis jacenti culcitam subtrahat aut ollæ prunæ impositæ titionem. Cas.

917. Vulgo παῦ' ὑπερζέων, quod bene Græcum esset, si chori verba ad Cleonem directa essent. Nam παῦε sæpe pro παύου vel παῦσαι adhiberi notum est. Sed chorus hic isiciarium adloquitur, et, ut Cleonem compescat, hortatur. Proinde scribendum fuit ὑπερζέονθ' — ὑφελκτέον τι τῶν ξύλων [ut Br.]. In A. C. ὑφελκτέον τῶν δᾳδῶν ἀπαρυστέον τε. In B. ut vulgo ὑφελκτέον δὲ τῶν ξύλων: ultimæ voci superscriptum δᾳδῶν. Est hoc glossema, quod pro solito more in textum intulit alius librarius. Est autem a mala manu particula δὲ, cujus in locum sincerum reposui τι. Brunck. τι cum Br. reposuit, sed etiam cum Rav. δᾳδῶν Inv., etsi hoc metrum respuit, et glossema est. Dind.

918. An leg. δετῶν a δεταὶ, λαμπάδες δᾷδες. Suid. in Ὑφελκτέον habet τῶν δᾴδων καὶ ἀπαρυστέον τῶν κρεῶν. fo. τῶν δαδίων vel δαλίων. Vid. Suid. in Δάλιον et Pac. 959. Bent. [ubi Bentl. reposuit δάλιον e Suida in V. Dobr.] ὑφ. τῶν δᾴδων Suid. ed. ms. ὑφελκτέον. Legendum me monuit 916. ὑπερζέονθ' cum Brunckio; tum ὑφελκτέον Τῶν δᾳδίων, ut apud E. Maltby Thesaur. Prosod. pp. 111. 1007. Pors. Scholiastes notat in plerisque legi τῶν δᾴδων, et ita est in Suida; quod ferri forte potest, si per dipodiam metiaris δὲ τῶν δᾴδων | ἀπαρυστέον: etsi hujusmodi exempla nondum inveni. Quod dicit Schol.: ἔδει δὲ εἰπεῖν τῶν κρεῶν, videtur pertinere ad sequens τῶν ἀπειλῶν. Dicendum enim erat ἀπαρυστέον τῶν κρεῶν, non τῶν ἀπειλῶν. Quum enim lebes ebullit, et ligna subtrahuntur et carnium nonnihil eximitur, quominus repletus sit lebes, ne tam facile effundatur aqua. Sed poëta recte ἀπειλῶν, respiciens ad minas Cleonis. Suidas in ὑφελκτέον habet, καὶ ἀπαρυστέον τῶν κρεῶν, expositionem Scholiastæ, non verba Comici secutus. Laudat h. l. etiam Scalig. ad Varr. p. 52. ubi illud Titinnii apud Festum adfert: *Cocus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua.* Duck. Ἀρύειν est haurire alicunde, sive, hauriendo minuere contentum liquorem. Tangit morem culinæ. Nam fervor ollæ vel subtracta pruna minuitur, vel aqua ademta, ne ebulliens ejiciatur. Interdum frigida injecta fervorem compescit, unde veteris poëtæ dictum, *magnum motum paula confutat aqua*, apud Festum. Dind. Stropha continetur versibus 909—920. Versus extremi, — ὑφελκτέον | δὲ τῶν ξύλων· ἀπαρυστέον | τε τῶν ἀπειλῶν ταυτηΐ., hoc ipso modo scripti plerisque exemplaribus circumferuntur. Congruere in hac re Brunckii librum B., a metrico ejus auctore exspectari potuit. Sed memoriæ prodidit Scholiastes, ἐν τοῖς πλείοσιν legi τῶν δᾴδων, pro τῶν ξύλων, et illud vere editum est Juntino exemplari A. 1515.: ὑφελκτέον τῶν δᾴδων omisso δὲ ex hoc loco protulit Suidas, Vol. iii. p. 569., itemque legitur in Ravennate et Brunckii Mss. duobus, A. C.: nam in δᾳδῶν leviter est accentu peccatum in illis, quod idem in B. vocabulo ξύλων supra impositum est. Hinc restituo: — ὑφελκτέον δᾴδων, ἀπα-

ρυστέον τ' ἀπειλῶν ταυτηΐ. Antistropha vertitur in versibus 929—940., mesodus vss. 923—928., — εὔχομαι δέ σοι ταδί. Ergo postremum illum versum antistrophicum ita emendandum existimo: βουλόμενος εὐθὺς ἀποπνιγείης ἐσθίων. REISIG. Porson ap. Maltby ad Morell. Lex. Pros. p. 111. DIND.

920. Versus hic et sequens leguntur etiam ap. Pollucem vii. 41., sed ubi auctor eorum laudatur Cratinus. Quare videtur Aristophanes a Cratino eos mutuatus esse. KUST. In Vesp. 451. ἀλλὰ τούτων μὲν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην. BERG.

921. ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Sic habent omnes, quas vidi edd. itemque Eustath. ad Il. A. p. 16. ubi locum hunc Comici adducit. At Etymologus v. ἶπος, Suidas v. ἰπούμενος, et Pollux l. l. pro εἰσφοραῖς legunt συμφοραῖς: quam diversitatem lectionis inde ortam puto, quod, cum Cratinus (a quo locum hunc Comicus noster mutuatus esse videtur, ut monuimus in nota præcedente) dixisset συμφοραῖς, Aristophanes, ut dictum hoc Cratini instituto suo accommodaret, ejus loco adhibuerit εἰσφοραῖς. KUST. Casaub. ad Athen. iv. 21. existimat, Aristophanem hæc e Cratino in hanc fabulam transtulisse, mutata voce συμφοραῖς in εἰσφοραῖς, utpote quæ argumento, in quo versabatur, melius conveniret. Atque hinc orta videri potest diversitas lectionis ap. Suid. et Etym. M., ut putat Kust. ad h. l. Hoc quidem verosimile est, nec tamen negligentia auctorum illorum excusari potest, si vera lectio Comici est εἰσφοραῖς, quam dubiam facit Pollucis Codex Falkenburg., ubi ea non Cratino sed Aristophani tribuuntur. Sed vide tamen, quæ contra ejus cod. lectionem disputat Jungerm. ad Poll. l. d. cui propemodum adsentior. Certe εἰσφοραῖς melius loco Comici convenire quam συμφοραῖς, negari non potest: nam ea, de quibus hic agitur, proprie εἰσφοραὶ dicuntur. Frischlinus quidem lectionem Suidæ videtur secutus, cum vertit, *oppressus ærumnis malis*; sed præstat vertere, *pressus tributis collationibus*. DUCK. ἰπούμενος τ. εἰσφ. recte B. C. ut impressi. At perperam in membr. ἱππούμενος ταῖς συμφοραῖς. Postremum pro εἰσφοραῖς legitur etiam apud Suidam, Pollucem vii. 41. Auctorem Etym. M. loco quem protuli ad Pl. 805. e Cratino; sed Comicus noster illius verba sua faciens, ea sensui suo accommodavit et εἰσφοραῖς posuit pro συμφοραῖς. Quod autem ad ἱππούμενος adtinet, librarii est error, qualem fere in Æschyli Prometheo corrigere me debuisse confessus sum in not. ad Lys. 291. ἱππούμενος non magis Græcum est quam ἱπνούμενος. Nam ἴπτω verbum est barytonum, cujus participium est ἰπτόμενος, quod metri lex hic non admittit. BRUNCK. Ex Polluce discimus, locum hunc e Cratino esse depravatum, unica syllaba in periodo tota mutata. Nam Cratinus dixerat ταῖς συμφοραῖς. Videtur Aristophanes risu voluisse traducere vocem Cratini ἰπούμενος, ut novam et judicio Aristoph. non probam. Vocant Græci veteres ἶπον *prælum*, sive, ut alii dixerunt, *pressorium*, ut apud Tertull. et Apul. [Ex Amm. Marc. et Plin. Valer. affertur ap. Gesner. et Forcellin. in Lexx.]. Unde ἰποῦσθαι verbum, pro, *premi*. CAS. Non arbitror h. l. Aristophanem ad Cratini versum respexisse; nec quod Casaubono in mentem venit, eum voluisse traducere vocem ἰπούμενος a Cratino usurpatam, ut novam; nam illo vocabulo jam Æschylus usus erat. Omnino tenendum est, similitudinem unius phraseos a duobus poëtis usurpatæ non sufficere, ut alterius imitationem vel derisionem in altero quæramus. SCHUTZ.

926. Græci utrumque dicunt et τάγηνον et τήγανον. Piscium alii dicuntur ἑψητοὶ, qui in olla cocti edebantur, unde apud Menandrum ἑψητοὶ simpliciter sunt minuti pisciculi, non aliter edi soliti [Fragm. Perinth. 5. p. 148. ed. Cler.]. Alii dicuntur ταγηνιστοὶ, qui in sartagine cocti edebantur, quo in genere erat sepia, notus piscis vel propter atramentum suum. Sunt autem sepiarum plura genera, in his et τευθίς. CAS. Similis imprecatio est in Acharn. 1155. BERG. Locum hunc Suidas citat v. Σίζον. SCHUTZ.

927. σίζον. Hæc vox est Homeri. Σίζειν enim poëtæ dicitur ferrum candens in aquam conjectum, aut alius similis sonus [Odyss. ix. 394. add. Zonar. ii. 1648.]. CAS.

929. Milesii in Asia colonia Atheniensium [imo Ionum ex Attica profectorum] erant, et cum iis amicitiam coluerunt. Apparet autem ex h. l. Milesios Cleonem pretio corrupisse, ut in eorum gratiam aliquid ab Atheniensibus impetraret. κερδανεῖν. Hoc verbum volunt dictum a κέαρ ἡδύνειν, *cor oblectare*, ut contra *conviciari* appellarunt κερτομεῖν, quasi dicas, *cor scindere*. CAS.

932. ἐμπλήμενος. Verosimilius mihi videtur legendum ἐμπλημένος, mutato accentu, pro ἐμπεπλημένος, qua forma perfecti nihil apud poëtas frequentius est. Suidas v. Ἐμπλημένος laudat ex Arist. Eccles. 56. ἐμπλημένος pro πεπληρωμένος. Sed in Arist. exemplaribus legitur ἐμπλησμένος, cui tamen Kusterus ad Suid. præferendum putat πεπλησμένος, quod habet idem Suidas in Τριχίδες: de quo non con-

tendo; nam sufficit Suidam existimasse, ἐμπλημένος recte dici pro ἐμπεπλημένος. Suidæ interim adstipulatur in ejus loci lectione Varinus. DUCK. Φθάνειν verbum Græcis proprium, cui nullum est in lingua Latina par. Φθάνειν τι ποιεῖν est, summo studio contendere, ut aliquid facias. Interdum est, antevertere alium in aliqua re. CAS. ἐμπλησμένος Junt. I. DIND.

933—937. In libro R. hi versus ita sunt digesti: ἐκκλησίαν ἐλθεῖν· ἔπειτα | πρὶν φαγεῖν, ἀνὴρ με- | θήκοι, καὶ σὺ, τὸ τάλαντον λαβεῖν | βουλόμενος, ἐσθίων ἀποπνιγείης. Restituendi sunt iambici dimetri e vulg. scriptura, quos cod. Rav. librarius, cui obsecutus est Inv., corrupit. DIND.

934. μεθήκοι. Verbum rarum, pro μεταξύ τινος ἥκειν inter opus venire, sive dum aliquis sit in aliqua re occupatus. CAS. Μεθήκοι *arcessat*, μεταπέμποιτο. REISK.

935. Opusc. p. 251. et ad Aves 602. PORS.

936. Adverss. p. 33. PORS. Qui hunc et sequentem versiculum ita digessit, ut eos libri impressi et B. exhibent, is procul dubio arbitratus est, systema hoc iambicum claudi monometro, cui subjectus esset dimeter catalect., ut anapæstica systemata claudi solent basi, quam sequitur parœmiacus. Hoc si ex Comici sententia est, secundam in ἀποπνιγείης produxit, præterquam facere solet. Satius esset forte duos versus in unum concludere, qui trimeter esset brachycatal.:

βουλομε|νος ἐσθ|ιων | ἀποπνι|γειης,

quales versus occurrunt apud Comicum bene multi. Aut eadem manente distinctione ultimum versiculum dimetrum brachycatal. esse dicas, nisi Comico licentiam condonare malis. Nihil enim hic librariis imputari potest, quorum in frequentem errorem conferri debuit non absimilis menda in Lys. 384. vid. not. ad Plut. 453. BRUNCK. Optat, ut Cleo vorando suffocetur, dum in concionem properans se prius cibum celeriter vult consumere. Archestratus, poëta facetissimus, ap. Athen. vii. p. 327. καὶ ἐπείγου Οὕτως, ὡς πνίγεσθαι ὑπὸ σπουδῆς καταπίνων (et festina sic, ut suffoceris præ nimio deglutiendi studio.) BERG. βουλόμενος ἐ-|σθίων ἀπōπνιγείης., corruptum esse, præter prosodiam ipsum metrum coarguit. Versus sunt antistrophici. REISIG. [Vide Reisig. ad v. 918.] ἄρ' ἀποπνιγείης Pors. apud Kiddium ad Dawesium p. 355. Probabilior suspicio videtur. oblitteratum esse verbum decompositum. Quod probabilius mihi videri dixi verbum decompositum restituendum esse, in eandem conjecturam incidit Petrus Elmsleius in the Edinburgh Review Vol. xix. (No. xxxvii.) p. 91.: "We conclude," inquit, "our observations on these verses by mentioning, that in v. 937. of the Knights, at the end of a system of them, we must read ἐπαποπνιγείης instead of ἀποπνιγείης, in order to prevent the lengthening of a short syllable before a mute and a liquid. The compound ἐπαποπνιγείης may be compared with ἐπιδιαῤῥαγῶ v. 698." Ibidem paullo ante p. 90. conjecturam protulit de v. 451. παῖ' αὐτὸν ἀνδρικώτατ', εὖ Γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις, cet. Scribebam Lipsiæ. DIND.

937. εὖ γε νὴ τὸν Δία. Sic tres codd. et edit. Bern. Juntæ. Vulgo εὖ νή γε τὸν Δ. BRUNCK. Aliter disponit Hotib. v. Add. DIND.

938. κἀμοί—Sic B. C. Vulgo καί μοι. Illud magis ex Atticorum more. BRUNCK.

939. οἷος—Locus ita vertendus erat: *Qualis nemo a longo tempore vir exstitit erga plebeculam vilem.* Nam οἱ πολλοὶ apud Græcos notare plebem, notum est. KUST.

940. τοῖσι πολλοῖσι τοῦ 'βολοῦ. Quod apud nos quidem (diceretur), Athenienses nihili homines aut non magnæ rei. Periphrasis est Atheniensium quorum in levitatem et imprudentiam jocatur. Ait eos esse ejusmodi, qui steterint inter promercales, ut olim Sardi venales, non pluris sint æstimandi, plures simul, quam obolo uno. Sic Gallice: *Quatre pour un sol.* Et Latine: *non facio unius assis.* CAS. τοῖσι πολλοῖσι τοῦ 'βολοῦ. Hominibus vilissimis, a rebus venalibus. Casaub. opportune ad præsentem locum facit mentionem proverbii: *Sardi venales.* BERG.

941. φάσκων φιλεῖν μ' ἐσκορόδισας. Φιλεῖν vel *amare* vel *osculari* potest verti. σκοροδίζειν est esu allii alienare aliquem a se. CAS. Et sane non inepte pro *osculari* accipietur; nam hic Populus quasi ἐρώμενος *amasius* supponitur, cujus se Cleo fatebatur esse ἐραστὴν supra v. 729. qui autem comederit allium, illius osculum non est suave. Hinc Horatius Epod. iii. Mæcenati, si is allium velit comedere talia imprecatur mala: *at si quid unquam tale concupiveris, jocose Mæcenas, precor manum puella suavio opponat tuo, extrema et in sponda cubet.* Alludit autem simul ad σκοροδάλμην coriariorum, qualis erat Cleo; ut supra v. 199. utebantur ea ad coria elaboranda. BERG. Suidas: κλαῦσαι ἐποίησας, ἀπὸ τῶν τὰ σκόροδα τριβόντων. ἢ ἀήδισας, ἐπίκρανας, ἢ ἐδρίμυξας. Sed has interpretationes minus assequuntur veram h. l. vim, quam rectius explicavit Berglerus. SCHUTZ. De dactylo in quinta sede

monuit Seidler. de vers. dochm. ii. 390. Dind.

942. Ut in re privata annulus est symbolum dominii (unde apud veteres morituri hæredem designabant traditione annuli, cujus rei multa exempla apud historicos et in Pandect.): sic in rebus publicis magistratus nomen jam olim fuit, cui Græce nomen fuit σφραγιδοφύλαξ, quasi, custos annuli, qui publicum annulum in sua potestate habet. Hic vero poëta alludit ad annulos privatarum domuum. Nam ut ademtis clavibus uxor potestate sua privabatur, sic *promus condus* administratione penus privabatur ademtione annuli, procurator domus administratione rationum heri privabatur ademto annulo signatorio. Cas. Scholiastes ad v. 946.: *annulus autem, quem gerebat, erat signum imperii*, nempe quod Cleo obtinebat. Sed forte per δακτύλιον talem annulum intelligit, quo utebantur non tantum pro signaculo, sed etiam pro clave, et de repub. loquitur quasi de domo privata, in qua Cleo hactenus, tanquam promus condus, clavem habuerit, quam herus i. e. Populus ab eo nunc repetit eumque ab officio removet. Erant autem annuli apud veteres, qui præstabant usum clavium; in Thesm. 431. προτοῦ μὲν οὖν ἦν ἀλλ' ὑποῖξαι τὴν θύραν Ποιησαμέναισι δακτύλιον τριωβόλου, ubi vid. Not. Berg.

947. ἑτέρου legi jubet Reisk. Cæterum hæc Demos annulum contemplans dixisse censendus est. Deinde eum dat Allantopolæ, qui et ipse testatur, non esse genuinum illum annulum, quem a populo acceperat Cleon. Dind.

949. Δημοῦ βοείου. Solent et insignia armorum et annulorum convenienter cujusque voluntati aut naturæ usurpari. Sic fingit poëta annulum populi Atheniensium, plane ex natura inconsulti illius populi. Ludit autem in vocibus δῆμος *populus*, et δημὸς *pinguedo*. In plerorumque ciborum paratu adhibetur pinguedo. Veteres autem Athenienses multos cibos parabant foliis ficulneis involventes, quæ Græci θρῖα nominant. Cas. Similiter autem in Vespis v. 40. ludit in vocibus δημὸς et δῆμος· ubi quum unus dixisset: ἵστη βόειον δημόν· alter inquit, οἴμοι δείλαιος τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διϊστάνειν. Berg. Suid. δῆμος. Pors.

950. οὐ τὸ θρῖον; ἀλλὰ τί; Recte hæc verba in membr. Demo tribuuntur, ut in utraque Junt. et in Froben. In aliis incongrue verba οὐ τὸ θρῖον isiciario continuantur. Brunck. Post ἐστὶν [in vulg. lectione οὐ τοῦτο γ' ἐστὶν οὐ τ. θρ.] pono distinctionem: *non hoc est, non est thrium.* Duck. οὐ τοῦτ' ἔνεστιν codex R. Legebatur οὐ τοῦτό γ' ἐστίν.—Verba οὐ τὸ θρῖον; ἀλλὰ τί; in ed. Aldina Allantopolæ continuantur. Apertum librarii errorem arguit illud, quod nihilominus in proximi versus initio notata est Allantopolæ persona. Recte Juntina I., II., A., Brunck. ΑΛΛ. οὐ τοῦτό γ' ἐστὶν οὐ τὸ θρῖον. ΔΗ. ἀλλὰ τί; Zanett., Brubachiana, Port., Kust., Victorius. Dind.

951. Inter aves aquaticas Larus est vel præcipua, sive hic *Mergus* est, sive *Fulica*, ut vertit Cic. in Arat. Unde natum proverbium de fure et prædone alienorum bonorum: *est larus*. Cas. Cleo habet in annulo signum avis voracis, quia avide rapiens civium bona consumat. In Nubb. 582. Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς, ubi vid. Not. Berg. ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. Scholiastes: *Petram autem dicit propter suggestum in comitio.* Nempe ille suggestus fuit *lapideus*, in quem rhetores concionaturi ascendebant. In Pac. 663. ὅστις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πνυκί. Berg. Refert Suidas h. v. quod nescio cur monere neglexerit Kusterus, cum Portus adnotaverit. Sunt sane, qui in media diphthongum ponant, sed ap. Arist. et alies frequens est vocalis. v. Suidas in Λάρος, Κέχηνεν et Κεχήνη. Laudat autem h. l. Casaub. ad Capitolin. Pertin. p. 556. qui refert, a Lucillio quendam vel fœneratorem vel aliorum lucrorum captatorem, mergum appellatum fuisse. Duck.

953. Κλεωνύμου. Quasi iste ejusdem cum Cleone fuerit ingenii, et *rapax*, qui etiam consumat et *voret* civium bona. Sane de isto etiam infra 1289. (1305.) διεζήτηχ' ὁπόθεν ποτὲ φαύλως ἐσθίει Κλεώνυμος κ. τ. λ. Berg.

954. τουτονὶ λαβών. Subintellige δακτύλιον ex versu præced. 942. Kust.

955. Μὴ δῆτά πώ γ'—, Πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν. Α. καὶ τῶν ἐμῶν νυν. Κλ. ἀλλ', ἐὰν τούτῳ πιθῇ, μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε. Α. κἄν γε τουτῳΐ, ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε—: in his igitur Juntinum exemplar A. 1515., quod in hac ipsa fabula cæteris excellit, scriptum tenet πείθῃ, unde suscepit Gormontius: in Juntino A. 1540. est πίθῃ, sed πιθῇ in Aldino, Juntino A. 1525., et reliquis. Deinde Allantopolæ quidem verba, καὶ τῶν ἐμῶν, dempta particula νυν efferuntur acrius et vehementius per iambicam cæsuram. Itaque verba illa in hunc modum corrigo: Α. καὶ τῶν ἐμῶν. Κλ. ἀλλ', ἤν γε πείθῃ τουτῳΐ,. Reisig.

958. Ad hunc locum procul dubio respexit Hesychius, ubi ait: Μολγός. 'Αριστοφάνης. τάχα δ' ἂν εἴη ἐκ πλήρους ἀμολγός. ὁ δὲ ἀμέλγων τὰ χρήματα (adde δη-

μόσια) ἀμολγὸς etc. Quod autem ad rem ipsam attinet, locus hic obscurus est. Nam quod aiunt Grammatici μολγὸν dici τὸν ἀμέλγοντα καὶ κλέπτοντα τὰ κοινὰ, i. e. *furem ærarii*, verum quidem est; sed, quomodo significatio illa loco huic conveniat, non video. Nam populum ipsum, quem hic alloquitur Cleon, hoc sensu non posse vocari μολγὸν, manifestum est. Quare vel dicendum est, μολγὸς hic sensu passivo accipi, pro eo, cui pecunia quasi emulgetur, vel, quod magis suspicor, obscœnitas quædam hic latet, quam explicare pudor vetat. Kust. Hæc tota fabula et hic maxime locus ob oculos ponit stultitiam Atheniensium, qui illis temporibus sinebant se falsis oraculis duci in gravissimis deliberationibus. Ideo fingit Cleonem et Isiciarium inter justa suæ causæ proferre utrimque oracula, de quibus postea. Vox μολγὸς, ut ex oraculo petita, obscurior est et varie exponitur a Schol. Μέλγειν et ἀμέλγειν est *mulgere*, unde μολγοὶ dicti sunt, qui bona publica peculatu dilapidant. Alii tamen exposuerunt de vitio oculorum, quod hic videtur convenientius. Cas. Unus ex Scholl.: *pauperem; ab ἀμέλγεσθαι mulgeri et* (per metaphoram) *detrimentum capere.* Dicit ergo, si pareat populus oraculis Cleonis, et eum reipub. sinat præesse, fore ut bona publica ab ipso quasi emulgeantur. Berg. Locus obscurus ab antiquioribus enarratoribus minime intellectus. Quæ enim explicandæ voci μολγὸς comminiscuntur, sunt omnia perinde absurdissima. Quod primum se offerebat, in versione secutus sum, [Vertit: sed si huic creduas, cæcum te fieri necesse est. Dind.] de ratione seu analogia non satis sollicitus, qua ex μέλγειν, unde μολγὸς, derivari posset cæcitatis significatio. Quod suspicabatur Kusterus, obscœnitatem hic latere, verum est; obscœnitatem hic latere: id ostendit antagonistæ responsio. μολγὸς *fellatorem* notat. Sensus est: *huic si creduas, ita in te illudet, ut ei ore etiam morigerari cogaris.* Brunck.

959. Frischl. male: *herniosum te fieri oportet usque ad caput.* Melius utique vertisset: *Nudandum tibi est veretrum usque ad myrtum* s. *pilos*; i. e. *a summo usque ad imum.* Nam μύῤῥινος (quod idem est ac μυῤῥίνη) hic accipitur pro pilis, quibus inferior pars nervi obsita est. Kust. Μυῤῥίνου. Durissima locutio, et licentiæ plane comicæ. Nam quia myrto solebant capita coronare, caput appellat μύῤῥινον. Cas. Partem veretri aliquam ita vocat. Alias vocant μύρτον *pudendum muliebre*, ut in Lysistr. 1003. ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω θιγῆν ἐῶντι. Berg. His autem significat isiciarius Demum, si Cleoni fidem habeat, coactum iri eum pædicare, idque *sine fraude*, sed, ut ait ille, *usque ad pubem capulumque coleorum.* Ista si pudor explicare vetabat, ne vel Græce legenda erant. Brunck. Est etiam apud Suid. in ψωλὸς, ubi describitur Scholiastes et in Append. Vat. Prov. 4, 49. Kusterus, reprehendens versionem Frischlini — ait vertendum fuisse: *nudandum est* — obsita est. Velim scire unde ipsi constet, verborum μύῤῥινος vel μυῤῥίνη hanc significationem esse apud Græcos, quam ego nusquam reperio. Scholiastes et Suidas, itemque Casaub., accipiunt de capite, quod etsi dure dictum est, tamen verius esse puto. Nam est dictum παρὰ προσδοκίαν turpi joco, *nudandus tibi est penis ad usque caput,* pro, ad imam usque partem, quod exspectari poterat. Duck. De pædicatione hic agi certum est. Non autem, ut Brunckius intellexit, Cleonem significatur a Demo, sed potius hunc ab illo pædicandum esse. Pathicis enim, dum muliebria patiebantur, cutis veretri ex libidine haud secus ac masturbantibus recedebat. cf. Acharn. v. 158. Schutz.

962. Ἁλουργὶς est res mari elaborata. Ἅλς *mare*, ἔργον opus. Sic dictum hoc verbum, ut opus Athenis factum vocatur Ἀττικουργὲς, Corinthi Κορινθιουργές. Quoniam autem purpura tingebatur succo muricis, quod genus est ostrei marini, propterea ἁλουργὶς vestis dicitur murice tincta, quæ et πορφυροβαφής. Nam alio nomine ejusmodi ostrea *purpuras* vocarunt. Hinc deductum est nomen per ι, ἁλουργὶς de veste purpurea. Hic autem poëta describit speciem quandam triumphi, cujus spem faci Atheniensibus Allantopola ex suis oraculis. Quanquam Græci triumphos nullo agnoverunt, nisi quos ἱερονῖκαι ageban, post coronam partam redeuntes in patriam. Cas. Zonar. i. p. 128. ἁλουργὶς, πορφυρᾶ γλανίς· ἐκ τοῦ ἅλς, ἁλὸς, καὶ τὸ ἔργον· ἡ ἀπὸ τοῦ θαλασσίου κόχλου γινομένη. ἁλουργίδα κατάπαστον Berg. vertit purpuram versicolorem, Brunck. purpureum sagum acu pictum. Ita Vuil.: *reichgestickten Purpurmantel.* Dind.

964. Suidas hic olim legit Σμηκίθην. V. eum v. Σμηκίθης, ubi locum hunc citat. Vid. etiam Eustath. ad Hom. p. 1185, 20. et 1754, 64. ubi ad locum hunc Comici respexit. Kust. Figura est παρὰ προσδοκίαν. Nam promittens luculentum triumphum Atheniensibus, ait eos comitaturos Smicytham et Cyrium; quod non est triumphare, sed triumphantem sequi. Σμικύθης nomen est regis Thraciæ. Per Κύριον quidam intelligunt quemvis [dominum]; sed assentior interpreti, qui detor-

tum vult esse nomen pro *Cyro* Persarum rege. Cas. Unus ex Scholiastis: Smicythes est Thracum rex; Cyrius autem dicitur pro Cyro, filio Artaxerxis regis Persarum; qui Cyrus illis temporibus, in Lydiam satrapa missus, cum faveret partibus Lacedæmoniorum, pecuniam his præbuit in bellum contra Athenienses. Berg. *καὶ Πυῤῥίαν* legendum conjecit Reisk. Dind. Smicythes fuit Thracum rex. Quia nominis terminatio feminina est, tamquam si femina esset, præter exspectationem addit *καὶ κύριον, et maritum.* Atticis enim *κύριος*, si ad mulierem referatur, maritum notat. Librariorum errore apud Suidam scriptum est *Σμηκίθην*, apud Eustathium *Σμικίθην*. Recte in B. C. *Σμικύθην*, in membr. vero *μικύθην*, quia præcedens *σ* id quod sequi debebat absorpsit. Brunck. *καὶ Πυῤῥίαν* legendum conjecit Reisk. Dind. *διώξει* Elmsleius ad Acharn. p. 93. ed. Lips.—*καὶ κύριον* poëtam dixisse volunt interpretes propter terminationem præcedentis vocabuli femininæ similem *Σμικύθην*. Nobis non videtur dubitari posse quin nomen proprium aliquod in his verbis lateat. Facilis conjectura foret, una littera mutata, ΚΑΙΓΥΡΙΟΝ (id est *κἀγύῤῥιον*), si nihil præter litterarum similitudinem in tali loco esset spectandum. Id.

966. *καὶ σὺ δὴ φέρε* [ut ol. vulg.]. Sic B. In C. *καὶ σὺ φέρε*. At in membr. *καὶ σὺ νῦν φέρε*. Scribi debuit *καὶ σύ νυν φέρε*. Quod alter codex juxta impressos habet *δὴ*, glossema est. Præterea in membran. hæc verba isiciario melius continuantur. Sic distinctæ sunt personæ in optimo cod. cujus fidem sequi præstabat: Κλ. *καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἐσιὼν, ἵν' οὑτοσὶ αὐτῶν ἀκούσῃ.* 'Αλλ. *πάνυ γε· καὶ σύ νυν φέρε.* Κλ. *ἰδού.* 'Αλλ. *ἰδοὺ, νὴ τὸν Δί'. οὐδὲν κωλύει.* Postrema illa verba *νὴ τὸν Δί' οὐδὲν κωλύει* Demo vulgo tribuuntur. In C. Cleoni adsignatur *ἰδοὺ, ἰδοὺ*, et Isiciario *νὴ τ. Δ. οὐ. κωλύει.* In B. vero eadem est plane personarum distinctio, quæ in ed. Bern. Juntæ: Δη. Καὶ *μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰὼν, ἵν' οὑτ.* Αὐτῶν ἀκ. Κλ. *πάνυ γε καὶ σὺ δὴ φέρε·* 'Αλλ. *ἰδού.* Κλ. *ἰδοὺ ν. τ. Δ. οὐ κωλύει.* Hinc vides Aldinæ editioni codicem nullum adstipulari. In v. 965. membr. et C. habent *αὐτοὺς εἰσιών*. In B. est *ἰὼν* et superscriptum *εἰς*. In Bern. Juntæ edit. *ἰσιών*. Scribendum *ἐσιὼν, domum ingressus.* Brunck.

967. 'Ιδοὺ est dictio alterum cum admiratione et dubitatione interrogantis, eone, quod modo dixerat, stare velit, retractaturusne sit? plurane promiserit, quam præstare decreverit? Ecce modo quid dicas. Reputa tecum. Annon pœnitebit? Sensum hunc dictionis hic loci esse patet ex responso Demi. Reisk. Imo hoc vult: jam in eo sum ut abeam, statim abibo. Uterque tum domum ingreditur. Dind. Vid. Schol. ad v. 967. Dind.

970. Leg. *τοῖς ἀφιξομένοισιν ἐ—ἂν κλ—* vel *τοῖσι δεῦρ' ἀφικνουμένοις.* Bent. Glyconeum restituit Hermannus de metris p. 232. *τοῖσι δεῦρ' ἀφικνουμένοις*, quo assumto Porsonus, *δεῦρο τοῖς ἀφικνουμένοις.* Addam exempla hujus structuræ. Plut. 338. *ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων.* Av. 1418. *τίς ὁ πτερῶν* ΔΕΥΡ' *ἐστὶ* ΤΟΥΣ 'ΑΦΙΚΝΟΥΜΕΝΟΥΣ; 1458. *ἐνθάδε πρὶν ἥκειν.* Pac. 1271. *ὑμῶν—ἐνταῦθα τῶν μενόντων.* Plato Erast. p. 133. E. HSt. 321, 31. Ald. *ἆρ' οὖν καὶ ἐν τοῖς γυμνασίοις τὴν πολυπονίαν φιλογυμνασίαν ἡγεῖ εἶναι; Κἀκεῖνος ἔφη, Πάνυ γε· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ φιλοσοφεῖν τὴν πολυμάθειαν φιλοσοφίαν ἡγοῦμαι εἶναι.* Compara Nub. 1038. *ἐν ἀγορᾷ τὴν διατριβήν.* Thucyd. vii. 21. *πρὸς ἄνδρας τολμηροὺς, οἵους καὶ 'Αθηναίους, τοὺς ἀντιτολμῶντας.* Pors. Eurip. Andr. 214. *Θρῄκην, χιόνι τὴν κατάῤῥυτον.* Quod quivis conjecerit, ab adolescente Porsono notatum reperio in exemplo Porti, *πᾶσι τοῖς ἀφικνουμένοις.* Concinnius,

ἔσται τοῖσι παροῦσι πᾶ-
σιν καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις.

πᾶς passim irrepsisse, neque multo rarius excidisse, vulgo notum; vide Pors. ad Phœn. 1354. Eundem Adv. pp. 96. 97. 110. (in Thucyd. vii. 33. lege e mss. *σχέδον τι*) 150. (in Calvo Quinct. ix. 3. 56. Aquilæ *omnium legum omnia judicia* probasse videtur) Opusc. p. 208. 268-9. et Kiddium ibid. p. 374. Vide Addend. ad Plut. 886. et hujus libri indicem. Av. 483. *πάντων* omittit Portus. Posidippus Stobæi lxxv. p. 452, 46. (333.) *υἱὸν τρέφει τις κἂν πένης τις ὢν τύχῃ*, Trinc. Gesn. *τρέφει πῶς* Grotii Ms. Lege *πᾶς*. In Acharn. 685. *πᾶσι* pro *τοῖσι* e Rav. Elmsl. Dobr. *in Addendis.* Hermann. de Metr. p. 231. s., ubi monet Glyconeos plerumque claudi Pherecrateo, cujus idem numerus est, nisi quod tertia arsi caret, exemplo esse hos xxiv. versus ostendit, quorum quartus quisque Pherecrateus est, corruptum autem hunc versum, et emendandum: *τοῖσι* [aut *τοῖσιν*] *δεῦρ' ἀφικνουμένοις.* Aliter Hotib. v. Add. Dind.

974. *ἐν τῷ Δείγματι τῶν δικῶν.* Antiquissimi interpretes in hoc versu laborarunt. Constat in Piræeo Atheniensium portu locum quendam *Δεῖγμα* esse appellatum: proprie ea vox specimen significat. Sic autem ille locus appellabatur, quod mercium vendendarum specimen ibi proponere moris esset; ibi etiam de levibus controversiis inter contrahentes accidere solitis judicia exercebantur. Itaque lo-

cum poëtæ sic exponimus: Audivi quosdam senes in Digmate, ubi convenire solent mercatores, aliique otiosi homines, et ubi lites mercatorum sæpe disceptantur, ibi, inquam, istos senes de Cleone talia dicere. Cas. Illius Δείγματος mentionem facit Demosthenes in Orat. contra Lacritum: *οὗτοι δὲ περιεπάτουν ἐν τῷ Δείγματι τῷ ὑμετέρῳ*, et contra Polyclem: *προσέρχεται αὐτῷ ἐν τῷ Δείγματι*. Berg. Suidas v. Δεῖγμα confuse laudat h. l. et pro *οἵων* male habet *οἷον*, quod cum rectius ap. Aristoph. legi notasset Portus, Kusterus ne quidem monuit. Cæterum de hoc loco quæ apud antiquos tradita sunt, diligenter congessit Jungermann. ad Polluc. ix. 34. Meursius de Popul. Att. v. Πειραιεὺς T. iv. Ant. Græc. ubi imperite vertitur: *in digmate judicio audivi contradicentes*. Agit etiam de eo Casaub. ad Theophr. Char. p. 342. [220. ed. Fisch.] ubi [c. 23, 1.] vitiose legebatur *ἐν τῷ διαζεύγματι*. Lindebrogius quoque ad Ter. Eun. iii. 4. 1. 'Heri aliquot adolescentes coiimus in Piræeum:' bene monet, ideo ibi Piræeum memorari, quod ibi esset forum rerum venalium et δεῖγμα omnium mercium. *τῶν δικῶν* autem dicit poëta, tum ad notandum *τὸ φιλόδικον* Athenn., tum quod et ibi judicia exercebantur, ut ait Schol., puta de negotiis et contractibus inter ementes vendentesque. Unde et magistratus in Piræeo memorat Harpocration *ἀγορανόμους, ἀστυνόμους* et alios. v. Meurs. in Piræeo l. d. Duck.

976. *'γένεθ'* Scaliger recte. *μήγεθ'* pro *μὴ γένοιθ'* Suid. ms. in *δοῖδυξ*. Pors. Quamquam ad Hephæst. doctrinam hic locus optimus est, tamen ei inter Glyconeos locum non esse monet Hermann. l. l. p. 232. ideoque scribit: *ὡς εἰ μὴ 'γένεθ' οὗτος ἐν*— Ita et Hotib. Dind.

978. *δύο*. Sic recte membr., ut et metri ratio flagitat. Perperam vulgo *δύω*. Versus constat ex epitrito quarto et diiambo, ut tertius superioris periodi:

ἐν τῷ δείγμα|τι τῶν δικῶν.
στην σκεύη δύ|ο χρησίμω.

Brunck. Lege ob metrum *δύο* cum Suida v. *δοῖδυξ*. *δύο* Suid. ed. ms. Pors.

979. Sensus est: Si Cleon in repub. non fuisset, reipub. carendum fuisset *pistillo* et *trua*, quæ sunt vitæ duo utilia instrumenta. *Pistillum* adhibemus ad pinsendum in pila s. mortario. Quoniam autem, quæ tunduntur in pila, miscentur perturbanturque: poëta eo respiciens Cleonem cum pistillo comparat. Idem dicendum de altero vase *τορύνη*. Est vas, quo miscentur res in olla; unde pro instrumento miscendi et turbandi ponitur, Latine, *trua*. Cas. In Pac. 269. de eodem Cleone: *τὸ δεῖνα γὰρ 'Απόλωλ' 'Αθηναίοις ἀλετρίβανος, ὁρᾷς ὁ βυρσοπώλης*. In Acharn. 900. de Sycophanta qualis et Cleo erat: *πάγχρηστον ἄγχος ἔσται, κρατὴρ κακῶν, τριπτὴρ δικῶν—καὶ κύλιξ τὰ πράγματ' ἐγκυκᾶσθαι*. Berg. Τορύνη. Suid. in v. ms. *εἰ παρ' ε. τορύνη τέως δὴ ξ. ἐπὶ ὀδόνον*. Pors. Δοῖδυξ Scholiastes. Dind.

981. *ὑομουσίας*. Alludit ad proverbium: *Sus Minervam*, 'Α ὗς τὰν 'Αθηνᾶν, quod de indocto et indocili dicitur. Inde *ὑομουσία*, eruditio qualis porci. Cas. Potius: musice qualis porcorum est. Nam sequentia de Dorico lyræ tono agunt. Pro *ἀλλὰ* in præced. scribi malim *ἀλλ' οὖν*, ne ditrochæus loco epitriti quarti sit. Dind. Schol. Versus exstat Pac. 927. Pors.

983. *φοιτᾷν* frequenter adire. Sed de his proprie dicitur, qui discendi causa aliquo veniunt: unde *φοιτητὴς discipulus, ξυμφοιτᾷν condiscipulatum agere cum aliquo*. Cas. Ita *συμφοιτητὴν* Solon dixit *τὸν συμμαθητὴν*, v. Zonar. ii. 1682. Add. Tho. Mag. v. Σχολαστὰς p. 829. ibique Oudend. et idem v. Φοιτητὴς p. 899. Dind.

984. Citat hunc locum Suidas v. Τὴν δωριστί. Subintelligenda est autem in hac sententia vox *ἁρμονίαν*, ut integra constructio sit: *πρὸς τὴν Δωριστὶ μόνην ἁρμονίαν ἁρμόττεσθαι τὴν λύραν*, i. e. *lyram soli harmoniæ Doricæ aptare*. Jocum autem Comici in h. l. latentem recte subodoratus est Scholiastes, quem lector consulat. Kust. Erant varia genera harmoniæ, alia mollior, ut *Lydia* et *Ionica*, alia asperior, ut *Dorica*. Dores enim inter Græcos magis laborum patientes habiti cæteris. Est vero hic elegans jocus. Nam fingens objicere se Cleoni, quod solam teneat Doricam harmoniam, quæ tunc temporis hominibus elegantioris ingenii parum probabatur, tacite dona illi objicit, quibus sinebat se corrumpi, quod planius post dicit usus voce *δωροδοκιστὶ* pro *δωριστί*. Cas. Erat harmonia apud veteres *Dorica* dicta; hic autem alludit ad *δωροδοκεῖν, dona accipere* et *corrumpi muneribus*; hinc infra 991. pro *Δωριστὶ* dicit, *δωροδοκιστί*. Berg. Vulgo inseritur particula *ἂν*, quam, quia eam nesciunt codd. A. C., expunxi. Factum nollem. Requiritur enim ad metri integritatem; nec in phrasi otiosa est; vim ejus in versione expressi: *aptare consuevisse*. Constat hic chorus sex periodis: singularum tres primi versus dimetri sunt acatalect., quibus subjicitur dimeter catalect. Dimeter hic quoque versus esse debet et est revera acatalect., ut illi, quorum dimensionem supra repræsentavi, iisdem constans pedibus: *τὴν Δωριστὶ | μόνην ἂν ἁρ*—. Brunck. De usu illo part *ἂν* vid.

Matthiæ Gramm. Gr. p. 881. et quos laudat. Dind.

986. λαβεῖν Suid. v. δωριστί. λαβεῖν Suid. ed. ms. Locum ut ed. ms. in τὴν δωριστί. Recte Suidas. Librarii oculus ad μαθεῖν 990. aberravit. In Eccles. 305. λαβὼν probabiliter Brunckius. Hoc vitii genus minime rarum est; contrarium, ut scilicet a præcedentibus vox male repetatur, frequentissimum. Pors. Vide ejus Opusc. p. 251. ad Menandri fr. 34. Dobr. Suidas in Δωριστὶ pro μαθεῖν habet λαβεῖν, quod Græci quoque dicunt pro μανθάνειν. v. Schol. ad Ran. 251. ubi Comicus: τουτὶ παρ' ὑμῶν λαμβάνω. Hic tamen nihil mutandum censeo; nam et sic paullo post: ὡς ἁρμονίαν ὁ παῖς οὗτος οὐ δύναται μαθεῖν. Duck.

991. Lege δωροδοκιστὶ ut Suid. in Δωριστί: sed —κηστὶ in Τὴν Δωριστί. Bent. Δωροδοκηστί. Sic tres codd. et primariæ edd. In recentioribus δωροδοκιστί. Brunck.

992. Actus tertii scenæ primæ initium hic vulgo constituitur. Dind.

993. χεσείω. Hæc dicit tamquam pressus onere oraculorum. Nam fingit poëta, utrumque venire onustum copia falsorum oraculorum. In quo traducit stultitiam Atheniensium, ut ante diximus. Certant autem isti de copia oraculorum inter se. Cas. Pessime [olim] εἴτι pro ἔτι. Recte emendavit [tacite] Kusterus. ἐμοῦ autem etsi facile ferri potesi, tamen putem forte melius esse ἐμοὶ, cum in v. seq. sit ἐμοὶ δ' ὑπερῷον. Duck.

995. ἐμοί 'στι. Vulgo ἐμοῦ 'στι. Brunck. Et sane sententia illud postulare videtur, atque, si suam arcam plenam dicere voluerit, κιβωτός μου potius scribendum erat. Dind. ἔτι γ' ἐμ' οὖστι Ald. ἔτι γ' ἐμου 'στι Junt. I., II. ἔτι γ' ἐμοῦ 'στι codex R. et edd. recentiores ante B. Dind. Vid. Ran. 1211. Bent. Ibid. κιβωτός: vid. Vesp. 1056. Bent.

996. ξυνοικίαι sunt domus conjunctæ: nam inde nomen, quod plures simul habitant, et fere idem est Græcis ξυνοικία, quod Latinis *insula*. Cas. ξυνοικία δύο. Sic bene edidit Bern. Junta. Perperam vulgo δύω. Ammonius [p. 102. s. Valck.] οἰκία, ἡ ὑπὸ ἑνὸς ἢ ὑπὸ δευτέρου κατοικουμένη· συνοικία δὲ, ἡ πολλοῖς καὶ μισθουμένη. Scholiastes Æschinis Valckenario laudatus: ὅπου μὲν γὰρ πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἴκησιν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν· ὅπου δ' εἷς ἐνοικεῖ, οἰκίαν. Unde intelligitur, pauperiorum hominum συνοικίαν esse. Brunck.

998. οἱ 'μοί. Perperam vulgo ὅυμοί. Vid. ad Ran. 462. Brunck.

999. Bacis notus est inter fatidicos, quorum oracula jactabantur Athenis; Glanis vero, qui hic dicitur illius frater, nullus fuit in rerum natura, sed fingitur ab Allantopola ad similitudinem nominis Bacis. Est autem γλάνις Græce piscis cujusdam nomen. Cas. De Bacide v. ad Avv. 962. Dind. Vid. Equit. 124. Schutz. Allantopoles enim fingendi quoque impudentia adversarium vincit. Vuil. De γλάνις piscis cf. Schol. Lycophr. 708. Dind.

1000. εἰσί. Scrib. εἰσίν. Duck. Male vulgo εἰσί. Brunck. περί του. Leg. περὶ τοῦ. Interrogat enim. Reisk.

1001. Metri fulciendi gratia scribendum est: περὶ γ' ἁπάντων πραγμάτων. Et deinde in versu seq. οἱ σοὶ δὲ περί του itidem metri gratia. Kust. Nescio quid cogitarit Kusterus, cui *metri fulciendi gratia scribendum esse* videbatur περί γ' ἁπάντων. Fulcro non indiget versus, qui rectis integrisque pedibus incedit. Ultima in περὶ nunquam eliditur, nec sequente quavis alia vocali ingratum facit hiatum, cui vitando inseri debeat vel soleat particule γε. Exempla suppeditant singulæ paginæ. Brunck. Non adsequor rationem. Nam sic etiam superiore versu scribendum foret: περί γ' Ἀθηνῶν et in hoc περί γ' ἐμοῦ, ubi hiatus ille non magis vitiat versum, quam hic. Et sic rursum περὶ ἁπάντων πραγμάτων, ubi nihil notat Kusterus. Sed in seq. versu adsentior illi scribendum: οἱ σοὶ δὲ περί του, [ubi vulgo δὲ deerat.] Duck. Fortasse Bent. περὶ ἁπάντων πραγμάτων delere voluit: sed mentem ejus non satis bene video. Dobr.

1002. οἱ σοὶ δὲ περὶ τοῦ; Sic. vett. edd. omnes. In recentioribus abest partic. δὲ versui omnino necessaria. Eam typothetæ incuria in nescio qua officina omissam nec Kusterus nec Berg. reposuit, qui vett. edd. non ea, qua par erat, curiositate consuluerunt. Brunck. φακῆς. Iste Allantopola, ut commendat sua oracula, esse scripta ait de variis edulibus, ut de lente, scombris, etc. Lentem Athenienses valde amabant et fere ex Ægypto allata utebantur. Cas. σκόμβρος est, qui Francog. *maquereau*, nostris *makreele*, dicitur. v. Camus ad Aristot. H. A. T. ii. p. 496. Dind.

1005. περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ. τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι. Sic optime scriptus est hic versus in membr. In aliis minus sinceris codd. v. 1005. librarii errore hic integer repetitus est: huicque subjectus est in C. hic, si dîs placet, versus: τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι. In B. vero, ut in impressis: τὸ πέος ἂν οὑτοσὶ δάκοι. Inepte inserta fuit particula ἂν a sciolo, qui verba illa per se versum constituere ratus, ad formam iam-

bici metri eum redigere voluit. Verba autem illa ne Berglerus quidem intellexit, ut ex ejus versione liquet: *istud penem facile memorderit*. οὑτοσὶ non valet *istud*. [Mirum est, Scholiasten confundere l. l. σπέος, i. e. *speluncam*, et πέος, quod significat *virilia*. Cas.] Quin sinceram poëtæ manum restituisse censeamur, non obstare debet metrici Schol. auctoritas, qui versum, prout in impressis fertur, pro *dimetro iambico* agnoscit. Nugatur enim hic, ut fere solet, græculus ille nec cuiquam paulo adtentiori fucum fecisset. Non solet Comicus noster medios inter senarios sic dimetros inserere. Præterea in melioribus codd. versiculus ille nec *dimeter* nec *iambicus* est. Particula ἂν, quam mala manus infersit, sententiæ prorsus repugnat. Imprecatur isiciarius Cleoni: proinde modus *optativus*, non *potentialis* adhiberi debet: *penem iste sibi mordeat*. Ista addere necessarium duxi, ne quem transversum ageret Kusteri nota. Brunck. Vulgo legebatur: περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων. | τὸ πέος ἂν οὑτοσὶ δάκοι. Ad hunc posteriorem v. hæc notavit Kuster.: "Versus hic est dimeter acatalectus, cum reliqui, qui præcedunt et sequuntur, vel sint iambici trimetri acatalecti vel dactylici hexamentri. Ne tamen versui huic aliquid deesse putemus, facit auctoritas Schol. veteris, qui eum expresse δίμετρον ἀκατάληκτον vocat." Dind.

1006. Vulg. ἄγε νῦν, quod tacite mutavit Brunck. Sensus: agite nunc ut legatis — h. e. simpl. legite igitur. Fere ὅρα s. ὁρᾶτε ante ὅπως ita omissum putatur. Cf. Viger. p. 433. cum editt. animm. Dind.

1008. Existit revera tale oraculum de Athenn. potentia, quod Schol. adduxit: Εὔδαιμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης· | Πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν, | Αἰετὸς ἐν νεφέλησι γενήσεαι ἤματα πάντα. *o felix civitas Minervæ prædatricis! Postquam multa videris et multa tuleris et multa feceris, Aquila in nubibus fies in omnem ætatem.* Aristides in Panathenaico circa finem ἀετόν τε ἐν νεφέλαις αὐτὴν ὁ θεὸς καλεῖ πρὸς τἄλλα πολίσματα (ad alias urbes comparatam). v. Comicum hic in Eqq. 1083. et in Avv. 979. Berg.

1010. Φράζευ. Præclare poëta imitatur et verba et stylum Apollinis Loxiæ, imo pleraque verba si quis conferat, reperiet desumta ex antiquis oraculis. Erechtheus vetus rex Athenarum, unde isti Ἐρεχθεῖδαι sunt dicti. Cas. Ἐρεχθείδη. Ita vocat populum Atheniensem ab Erechtheo rege antiquo; sic v. 1050. Cecropiden eum vocat a Cecrope rege et Ægiden v. 1063. ab Ægeo rege. Berg. Facete imitatur stylum oraculorum. Ap. Herodot. in Urania exstat oraculum ejusdem Bacidis, ad quem sua etiam oracula referebat Cleo, quod ab eodem isto verbo incipit; ubi Herodotus istud præfatus [viii. 20.] Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τουτέων ὁ χρησμός· affert oraculum: Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλει etc. Etiam illud oraculum, quod Cadmo datum est, ita incipit: Φράζεο δή μοι μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε ap. Scholiasten Comici Ran. 1256. et Euripidis Phœn. 641. ubi v. Valck. Id. λογίων ὁδόν. I. e. *modum et rationem oraculorum.* Uti enim Latinis *via* interdum accipitur pro modo et ratione cujuscumque rei: sic apud Græcos ὁδός. Exemplum hujus significationis nobis præbet non solum locus hic Aristoph., sed etiam alius Pac. 717. ubi: ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων, εἴπωμεν — Eodem genere loquendi usus est Eurip. Hecub. 744. ubi ait: ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων, *investigare tuorum viam* (vel *rationem*) *consiliorum.* Et in Hipp. 391. λέξω δὲ καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν. Et, (qui locus huc præcipue facit,) in Phœn. 914. ἄκουε δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδὸν (oraculorum meorum rationem). Pari metaphora dixit Lycophron 10. s. — δυσφάτους αἰνιγμάτων Οἴμας τυλίσσων — *obscuras ænigmatum vias scrutans.* Ad quem locum Tzetzes: οἴμας τυλίσσων· ὁδοὺς ἀνερευνῶν· κἀνταῦθα τροπικῶς οἴμας καὶ ὁδοὺς λέγει τὴν ὁρμὴν τῶν λόγων τῆς Κασσάνδρας. Vide etiam ad illum locum notas egregias Jo. Potteri, cui ultimam eamque pulcherrimam Lycophronis editionem orbis eruditus debet. Kust.

1011. Ἀδύτοιο. Sic vocant proprie partem templi sacratissimam, quo non nisi primis mystis patet aditus. Sed h. l. per *adytum* intelligit specum, in quam descendebant prophetissæ; unde numine afflatæ sursum redibant et e tripode oracula reddebant. Cas. Tripodes, quod h. l. pro singulari ponitur, dicuntur ἐρίτιμοι h. e. μεγάλως ἔντιμοι (v. Zonar. i. 859. et Intpp. Hom. Il. ii. 447.) quia, ut oraculum ipsum, summa colebantur veneratione. ἰάχειν, de quo Ran. 216. simpl. est, *edere*. Dind. Ἴαχεν ἀστοῖσι διὰ Schol. ad Plut. 39. Pors.

1012. Vocat se *sacrum canem*, alludens ad canes, qui pro foribus templorum vincti, muti erant eorum custodes. Καρχαρόδους proprium epithetum canum, et aliorum animalium, quorum dentes ejusmodi sunt, ut superior et inferior ordo se mutuo penetrent. Cas. καρχαρόδοντα. Ita vocat Cleonem Vesp. 1034. et Pac. 741. Berg.

1013. λάσκων. In membr. ut in ed. Bern. Juntæ, δάκνων, quod in C. pro

glossa superscriptum est. Melius in hoc codice sine ν paragogico, quod in cæsura nesciunt antiqua oracula heroicis versibus conclusa, ὅς πρόσθε λάσκων. Hesych. λάσκουσι κύνες· ὑλακτοῦσιν. — ὑπὲρ σέο. Vulgo minus bene ὑπὲρ σοῦ. Brunck. ὅς πρόσθεν δάκνων edd. tres primæ. Ex amici conjectura comparantis πρὸ σοῦ 1020. lege πρὸ σέθεν et λάσκων e Ms. cum Brunckio, [quo alludit Rav. χάσκων.] In Sophoclei Acrisii fragmento apud Stob. viii. βοᾷ τις. ὦ ἀκούετ', ἢ μάτην ὑλακτῶ; Trincav. et Gesner. λακτῶ Grotius e Ms. ἢ ὑλακτῶ μάτην Brunckius, elisione non ferenda. Lege ἢ λάσκω μ. Pors. πρὸ σέθεν Hotib. et mox 1014. δρᾷς, recte, sed male retinet χάσκων. In Sophoclis Trachin. 789 = 800. vulgatur, βοῶν, ἰύζων. Sed Diog. Laërt. x. 137. ὁ Ἡρακλῆς καταβιβρωσκόμενος ὑπὸ τοῦ χιτῶνος, βοῇ δάκνων, ἰύζων. Tres ultimas voces non habet ed. princeps, sed supplent Stephanus et Aldobrandinus e Mss. proculdubio, et agnoscit versio Latina, in edit. certe Sambuci. Feliciter sane Wakefieldius, καταβιβρωσκόμενος βοᾷ, Λακὼν, ἰ. modo leviter corrigas λάσκων. Quod et in Laërtio et in Sophocle repositurum fuisse auguror Porsonum si suam notam Adverss. p. 175. retractasset. λοκρῶν τ' Laërtii edd. et ἄκρα, sed ἄκραι Sambucus. ἰΰξων Aldob. Pors. Æsch. Suppl. 884. ὑπρογασὺ λάσκει Ald. unde forsan ultimum assumendum. Cum Diogene comparandus Lucianus Amor. 54. T. ii. p. 457. ἀπεῤῥάγη, μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία καλλίων. (Æschyl. Myrmid. iv. tom. viii. p. 199. ed. min. Butleri.) Lege, ἀπεῤῥάγη, "μηρῶν — ὁμιλία," κλαίων. Dobr. in Addendis.

1015. Pindarus Nem. [iii. 143. s.] κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται (vociferantes graculi humilia pascuntur). Ut autem hic μίσει κατακράζουσι [e vulg. lect.] κολοιοὶ, ita 1046. φθονεραὶ γὰρ ἐπικρώζουσι κορῶναι. Berg. κατακρώζουσι. Sic tres codd. Vulgo κατακράζουσι. Recte in impressis mox ἐπικρώζουσι. Brunck. Proprium graculorum est κρώζειν. v. Avv. 2. Dind. σφε pro αὐτόν. v. Spanhem. ad Callim. p. 458. [523. ed. Ernest.]. Kust.

1017. leg. Ἐρεχθειδεῖ κολοιοῖς. Bent. Sensus: *quid enim rei est Erechtheo cum graculis et cane?* Dind.

1018. Sic ap. Æschyl. Clytæmnestra se ipsam dicit canem, fidelem domus custodem, in Agam. 616. οἵαν περ ἔλιπε δωμάτων κύνα Ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσι. Berg. πρὸ σοῦ ἀπύω *pro te latro*, est, tua causa, ad te defendendum. Cum vi quadam et gravitate hæc elocutum esse histrionem, recte monet Vuil. Dind.

1019. Sensus: te autem Phœbus jussit me, canem istum, conservare.

1021. Sensus: quemadmodum canes ad fores vincti solent arrodere postes, præsertim irritati, sic iste oracula de te arrodit neque integra tibi proponit. Cas.

1022. Interrumpitur Allantopolæ sermo; addere debuerat λεγόμενον, aut tale quid. Dind.

1023. leg. δῆτ'. Bent. Olim δή. Dobr. Consimilis jocus est in Plauti Asinaria ii. 2. in fine: 'Nimis vellem habere perticam, — qui verberarem asinos, si forte occœperint clamare hinc ex crumina.' Brunck. in Suppl.

1024. ὁ χρησμ. ὁ π. τ. κ. Sic dicit, oratione inversa, pro: ὁ κύων περὶ οὗ ὁ χρησμός. Berg. At nulla hic est verborum inversio; sed est scurrilis jocus, quasi, ut canis, sic etiam oraculum de cane mordere posset. Itaque recte Brunck. Plautinum illum jocum comparavit, quo minas pro asinis venditis acceptas ex crumena clamare posse, fingitur. Schutz.

1025. Φράζευ—Κέρβερον. In Pac. 313. de eodem Cleone: εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε, μὴ παφλάζων καὶ κεκραγὼς ἐμποδὼν ἡμῖν γένηται. Berg. Ἀνδραποδιστὴς proprie est is, qui insidiatur hominibus liberis, et qui eos per scelus libertate privat utiturque iis pro mercibus. Latini *mangones* vocant. Hic autem alluditur ad Cerberi canis infernalis vim et atrocitatem. Cas.

1026. σαίνων σ' ὁπόταν. Sic recte membr. In B. pronomen, quod in textu omissum fuerat, librarius superne reposuit. Male abest in impressis. Brunck. Alludit ad proverbium: σαίνεις δάκνουσα καὶ κύων λαιθαργὸς εἶ· *adulans mordes et canis es latenter nocens*. Ex Scholiis. Berg.

1027. Ὄψον est proprie omne opsonium et generaliter, quidquid pani adjungitur. Latini posteriores *pulmentum:* quomodo in interprete Novi Fœderis accipiendum. Sed ὄψον Attice est *piscis*. Cas. χάσκης est h. l. *si hians aliorsum spectes*. Dind.

1028. τοὐπτάνιον. Sic vocatur et locus et instrumentum, ubi cibi coquuntur. Hic vero pro Prytanei nomine jocose ponitur a poëta. Cas. Male in membr. τοὐπτανεῖον. Vide Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 252. et 497. Brunck. Est hæc Attica terminatio, quam h. l. etiam metrum postulat. Dind.

1029. Ait *insulas*, quia Atheniensium imperium potissimum in insulas fuit: inde præcipuus illorum reditus. Cas. [Sed et demagogi ducesque Athenn. inde multum lucri capiebant. Vuil.] Scholiastes:

Tenendum, poëtam pro eo, quod debuisset dicere ollas (*χύτρας*), *ex inopinato dixisse, insulas, hoc sensu: urbis reditus diripiens et insulanos* (Atheniensibus subjectos) *bonis suis excutiens.* In Vesp. 904. ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας. Berg.

1030. Cogitando addendum est: *vaticinatus es.*

1032. Sine dubio alludit ad oraculum illud, quod olim de Cypselo futuro Corinthi tyranno editum fuerat et exstat ap. Herodot. in Terpsichore [v. 92, 3.] Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα Καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει. Ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε, Κορίνθιοι — Etiam in oraculo illo, quod datum fuit Acrisio, Perseus dicitur Leo ap. Eurip. in Danaë v. 15. quod tale est: Ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος Οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν Φῦσαι δεήσει· κᾆτά πως κείνη ποτὲ Εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ Ὑπόπτερον λέοντα τέξεται πατρὶ etc. In quo loco bene ὑπόπτερον legit Barnesius pro ὑπόπετρον. Nam respicitur ad Persei Pegasum, qui erat alatus. Berg. Ita et Bentlei. emendaverat. v. Musgrav. ad eum loc. Dind.

1033. περὶ pro ὑπὲρ, quod rarius apud Græce loquentes: et in eadem re duplex præposit. hujus constructio observanda περὶ δήμου et περὶ σκύμνοισι. Cas. Epicæ dictioni inprimis est proprium. In secundo autem versu Casaubonum non ad tmesin adtendisse et jungendum περιβεβηκὼς monuit Abresch. Lect. Aristæn. p. 281. Dind. ὡς περὶ codex R. ὡς περὶ σκύμνοις Scholiastes. — ὃν σὺ φύλαξαι edd. ante Brunck. τὸν σὺ φύλαξαι codex R. ὃν σὺ φύλασσε A., Brunck. Id.

1034. Βαίνειν etiam gradum *figere* significat, et βεβηκέναι verbum est militare, pro, gradum componere ad inferendum vel excipiendum ictum. Cas. [H. l. sensus: veluti catulos suos defendens. Ita ἀμφιβεβηκέναι ap. Homer. Dind.] φύλασσε. Sic perbene membr. Vulgo φύλαξαι, reclamante sententia, quam Cleo mox declarat, verbum illud interpretatus per σώζειν. Valent itaque ista, ὃν σὺ φύλασσε, *quem tu custodi, observa, ne quid mali ei fiat.* Brunck.

1035. Alludit ad hunc versum: Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, qui est ex oraculo, quod Atheniensibus datum est, cum Xerxes venisset in Græciam cum numeroso illo exercitu. Oraculum integrum exstat ap. Herodot. in Polymnia [vii. 141.] Berg. Eo oraculo monebatur populus, ut relicta urbe pararet sibi ξύλινον τεῖχος, quod oraculum pertinere ad naves primus Themistocles intellexit. Hic vero *ligneus* murus, de quo sentit, est lignum, quo utebantur ad custodiam vinctorum. Cas.

1036. Verba ταῦτ' οἶσθ' ὅ τι λέγει; Demo tribuebantur, reliqua versus pars Allantopolæ. Apertum vitium arguunt sequentia. Dind.

1037. leg. ἔφραζεν. Bent. ἔφραζεν ὁ θεός. Liquido patet sic legendum esse, quod ipse adfirmat Comicus v. 1044. πῶς δῆτα τοῦτ' ἔφραζεν ὁ θεός; Hic in duobus codd., ut in impressis, est ἔφρασεν, claudicante versu. In B. e prava librarii emendatione ἔφρασσεν. Emendaveram primum paulo liberius: σαφέσταθ' ὁ θεὸς ἔφρασέ σοι σώζειν ἐμέ. Sed genuinum est id, quod reposui, ἔφραζεν. Brunck.

1038. Xenoph. Apomn. ii. [7, 14.] ἀντὶ κυνὸς εἶ φύλαξ, *pro cane es custos.* Berg.

1039. ἐλελήθης. Vulgo ἐλελήθεις. v. supra ad 819. Brunck. Ἀντιλέων. Nomen proprium facit hominis ex illo, quod Cleo dicebat: ἀντὶ τοῦ λέοντος. Berg. Recte eum jocum admodum frigere censuit Vuil. Dind.

1041. Scholiastes pro ξύλον legit ξύλινον, quod sensui quidem melius convenit, sed non metro. Kust. In membr. ξύλων. Sic etiam in B. a prima manu, emendatum postea in ξύλινον. In B. ξύλον et superscriptum ξύλινον. Librarios turbavit recordatio lectionis in v. 1035. τεῖχος ποιήσας ξύλινον. Dind. Conjeci olim: ἓν οὐκ ἀναδιδάσκει σε τῶν λογίων ἑκὼν | μόνον, ὃ σιδηροῦν τεῖχός ἐστι καὶ ξύλον. Post ἑκὼν non distinguunt veterrimæ editiones. Id.

1044. Σύριγξ est *fistula;* et quia fistula in longum porrecta et cava est, inde factum ut tubi et canales Græce dicantur σύριγγες. Poëta vocat lignum πεντεσύριγγον, instrumentum ita factum, ut per quinque foramina illius trajici possint collum, brachia bina, bini pedes. Cas. Scholiastes: πεντεσυρίγγῳ *quinque foramina habente, per quæ pedes et manus et collum trajiciuntur.* Eleganti metaphora homo attonitus et insanus, qui quasi captus est sensibus illis quinque, quibus utimur, dicitur ἐν πεντεσυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένος ap. Aristot. in Rhet. iii. 10. Berg. Salmasius de modo Usur. p. 813. laudat ἐκέλευσε, quomodo paulo ante ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας. Sed nihil mutandum. vid. infra 1178. Scholiasten descripsit Suidas in πεντεσύριγγον. Meminerunt etiam πεντεσυρίγγου ξύλου Pollux viii. 72. et Hesychius, apud quem eadem leguntur, quæ ap. Schol. Ceterum Salmasius l. d. nihil discriminis videtur facere inter ποδοκάκκην,

ξύλον et *πεντεσύριγγον ξύλον*. Sed Petitus ad LL. Attic. p. 370. s. idem esse vult *ποδοκάκκην*, quod *ξύλον*, i. e. quo vinciuntur tantum pedes, *ποδοστράβην*, quo pedes manusque, *πανσικάπην*, quo collum, *πεντεσύριγγον ξύλον*, quo collum, manus et pedes. Sane, *ξύλον* idem esse quod *ποδοκάκκην*, docet Harpocration in *ποδοκάκκη*, hoc autem idem esse quod *πεντεσύριγγον ξύλον*, nulla auctoritate adfirmat Salmasius: nam si ita esset, cur a pedibus denominaretur *ποδοκάκκη*, quæ appellatio indicio est, ad hos solos pertinere? Præterea quoque non credibile est, omnes, qui vinciebantur *ξύλῳ*, collo, manibus ac pedibus constrictos fuisse, sed pro gravitate delicti alios pedibus solum, alios pedibus manibusque, alios his ac simul collo vinctos fuisse. Duck. *ἐκέλευ' ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ* Elmsl. ad Acharn. p. 108. ed. Lips. et Pors. ex Etymolog. M. c. 346, 18. ubi verba *ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ* sine auctoris nomine afferuntur. Dind.

1046. *ἐπικρώζουσι κορῶναι.* Totum oraculum est allegoricum. Cleon suos hostes vocat cornices, cujus avis inamœnus sonus est crocitatio. Se ipsum nominat accipitrem. Est enim id nomen avis prædatricis. Pulli corvorum sunt captivi e Pylo adducti. Cas. Videtur Comicus imitari Pindari locum Olymp. ii. [154. ss.] *σοφὸς, ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.* Locum hunc indicavit Bisetus. Berg.

1048. Scholiastes ait *κορακῖνος* esse piscis nomen et alludi ad vocem *κοῦρος filius*. Intelliguntur autem captivi ex Sphacteria. Berg. De illo pisce vid. Camus ad Aristot. H. A. ii. 245. et Schneider. ad eund. iii. 285. Nescio tamen an h. l. potius corvorum pulli sint intelligendi, aut omnino corvis similes. Dind.

1049. Cum Athenas nunciaretur difficilem esse expugnationem Sphacteriæ, Cleo in præfectos militiæ culpam conjiciens dixit, si ipse eo mittatur, se intra viginti dies Lacedæmonios illos, qui obsidebantur, aut vivos adducturum aut occisurum: id quod ille etiam fecit et quidem præter omnium exspectationem; nam plerique ipsum primo deridebant et pro insano habebant, qui auderet tanta promittere, ut testatur Thucydides lib. iv. qui inter alia scribit [c. 28. extr.] *τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἐνέπεσε μέν τι καὶ γέλωτος, τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ* (ob ejus vaniloquentiam), et postea in eodem libro [c. 39.] *καὶ τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη* (et Cleonis promissio, quamvis fuisset insana, effectum est consecuta· *ἐντὸς γὰρ εἴκοσιν ἡμερῶν ἤγαγε τοὺς ἄνδρας, ὥσπερ ὑπέστη* (ut promiserat). Hinc apparet, cur Comicus id *ebrium fuisse ausum* dicat Cleonem. Berg.

1050. Quare olim Athenienses vulgo et haberentur et dicerentur *κακόβουλοι* vel *δύσβουλοι*, exponit Schol. ad Nub. 587. et ad Eccl. 471. itemque Suidas v. *Ἀθηναίων δυσβουλία* et v. *Γεραίτερος*. Kust. Cecrops pro *ἀπατεὼν* est in glossis Hesychii [item Zonar. ii. 1181.] Rationem ejus significationis exponit Meursius de Reg. Athen. c. 10. tom. iv. Thes. Antiq. Gr. idemque putat eo respicere poëtam, cum ait *κακόβουλε*. Ego malo sequi sententiam Casauboni, poëtam hic, ut alibi, loqui de *κακοβουλίᾳ* Athenn., quos semper mala consilia capere, sed ea deorum benignitate ad bonum exitum converti, dicit. Loca Comici laudat Kusterus, quibus junge Eustath. in Il. B. p. 185. in fin. Adde quod *κακόβουλος* Græcis non potest significare *consiliatorem maleficum, sed eum, qui sibi stultum consilium capit*, ut *δύσβουλος*, *πολύβουλος*, et alia cum *βουλὴ* composita. Duck. Schol. Pro *πέρας γὰρ ὑπέθετο* lege *πέρυσι γὰρ ὑπέσχετο*. Pors.

1051. *καί κε γυνὴ φέροι.* Sic recte B., ut impressi: solœce in A. C. *φέρει*. Brunck. Sensus: etiam femina facile tulerit onus, si vir ei imposuerit. Respicit autem eo, quod imbelli Cleoni Demosthenes potissimum aderat. In *χέσαιτο* et *μαχέσαιτο* est alliteratio non admodum elegans. Æque frigidus verborum lusus est v. 1054. Dind.

1054. *Ἔστι Πύλος* etc. Vid. Steph. Byz. v. *Κορυφάσιον*, et ibi Berkelium. Kust. Revocat Atheniensibus in mentem Cleo oraculum vetus: *Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο· Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλη.* Hoc ideo, ut immoraretur sermoni rerum a se gestarum ad Pylum: sed Isiciarius *Πύλον* et *πύελον* confundens, salse traducit Cleonem. Est autem *πύελος* vas magnum, in quo pedes lavabant, vel etiam totum corpus: quomodo hic accipitur. Loquitur enim de labris sive soliis balneorum. Cas. Scholia: *τοῦτο χρησμός· Ἔστι πύλος — ἄλλη.* Erant autem tres urbes hujus nominis. Berg.

1057. Non placet quod ex Rav. reposuit Inv., *οὗτος* pro *αὐτὸς*, quia statim *οὑτοσὶ* sequitur, et cum vi quadam ponitur *αὐτὸς* de demagogo isto. Rectius etiam hic versus Allantopolæ, quam Demo (cum Rav.) tribuitur. *ἀλλὰ* ita adhibetur, quando quis ab alia re ad aliam transit. Dind.

1061. Notat poëta h. l. reipublicæ administros, quod stipendia nautis non solverent. Dind.

1062. Legendum est vel φράσσαι (poëtice pro φράσαι) ut sit Aor. 1. Imper. Med., vel ut paulo ante, φράζεο. Kust. φράσσαι. Perperam in codd. scriptum φράσαι. In B. alterum σ superscriptum, recte. φράσσαι heroicis poëtis frequens. Quod impressi exhibent φρᾶσαι, nauci non est. Brunck. κυναλώπεκα. Hac voce, ad imitationem Aristophanis, usus etiam est Lucianus de morte Peregr. p. 579. ed. Amst. Kust. Duobus animalibus constat hoc nomen, sive illud fictum est, ut Centauri et Tragelaphi, sive, ut volunt nonnulli, ex mixtura canis et vulpis soliti veteres curare generandos κυναλώπεκας, ut ex equa et asino nascitur mulus, qui Græce dicitur γίννος, Latine *mannus*. Hic κυναλώπηξ tacite Cleon appellatur, quasi mores habens canis et vulpis, etsi ipse, qui oraculum proponit, aliter interpretatur. Cas.

1063. λαίθαργον. Canis proprie epitheton, quasi λάθρα προσιοῦσα καὶ δάκνουσα. Vetus proverbium est: Σαίνουσα δάκνεις καὶ κύων λαίθαργος εἶ. *Adulans mordes et canis infida es.* Cas. λήθαργον Blomfield. ad Æschyli Sept. c. Th. p. 132. Dind.

1064. Οἶσθ' ὅτι τοῦτο τί ἐστι; [Οἶσθ' ὅτι τουτοῒ ἐστι, conjecit Reisk. Dind.] Ita etiam editio Kust. [et Bergl.]. At Batavæ, ὅ, τι, quod præfero. Sic v. 1036. ταῦτ' οἶσθ' ὅ, τι λέγει. V. 1016. ταυτὶ ἐγὼ οὐκ οἶδ' ὅ, τι λέγει. Quod autem superadditur τί, notandum arbitror pleonasmum non valde frequentem, ac puto, pro eo alios magis dicturos fuisse τοι. Duck. Οἶσθ' ὅ τι γ' ἔστιν τοῦτο; Perperam vulgo: οἶσθ' ὅτι τοῦτο τί ἐστί; In membr. ut in ed. Bern. Juntæ οἶσθ' ὅ τι τοῦτο; — Φιλ — toto deficiente pede. In C. οἶσθ' ὅτι τί ἐστι τοῦτο; — Φιλόστρατος ὁ κυναλώπηξ. [Obiter perstringit hunc Philostratum, qui alibi dicitur fuisse leno. Cas.] Quia monitus fuerat in oraculo sibi cavere a Cleone, quem κυναλώπεκα appellatum audiverat, quum quærat Isiciarius, num perceperit, quid hoc nomine significetur, respondet Demus, Philostratum esse, quia famoso illi lenoni cognomen fuerat impositum κυναλώπηξ, quo indigetatur in Lys. 957. Nihil hic commune habuit cum aliis, quibus cognomen inditum fuit χηναλώπηξ. Brunck. Scholiastes ad h. l. et ad Lysistr. 957. dicit hunc Philostratum fuisse πορνοβοσκὸν, *lenonem;* in Lysistrata autem a Comico κυναλώπηξ, sed χηναλώπηξ, ut Lysistratus etiam, in Scholiis ad Acharn. 855. vocatus fuisse dicitur, et Theagenes ab ipso Comico in Avv. 1295. Berg.

1066. Erat consuetudo Atheniensium exigendo tributo naves mittere, copia militum instructas, qui miseros insulanos agebant, ferebant. Quare magnam poëta laudem meretur, qui monet eos prudenter, ut modum huic malo adhibeant. Naves illæ ἀργυρολόγοι dictæ. Cas. Occurrunt in historia ejusdem anni, quo hæc fabula acta est, ap. Thuc. iv. 50. add. ib. c. 75. Dind.

1069. ὅτι ἡ τριήρης ἐστὶ, χῷ κυὼν, ταχύ. Sic recte membran. Perperam in aliis libris ὁτιὴ τριήρης, manifesta menda. Postulat enim sermonis indoles, ut nomini τριήρης perinde ac sequenti κύων articulus adjungatur, non secus ac in v. 207. quem similis invaserat corruptela: ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρὸν ὅ τ' ἀλλᾶς αὖ μακρόν. Reformandus est ad codd. fidem locus in Ran. 459. ubi pravam retinui lectionem περί τε ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας, quum ad Atticismi normam itidem scripserit Comicus περί τε τοὺς ξένους κ. τοὺς ἰδ. Sed de hoc alibi. Brunck. Quo locus hic facilior est et planior, eo magis miror, Frischlinum in eo interpretando labi potuisse. Sic enim vertit: *quia triremis etiam fortassis est canis.* Nimirum ταχὺ, quod *velox, celer,* significat, accipit pro τάχα, *fortassis.* Kust. Allantopoles per κυναλώπεκα intellexit Cleonem, Demos perperam accepit de navi, et, quæ ejus est simplicitas, quærit, quomodo navis ita appellari possit. Allantopoles non corrigit Demi errorem, sed lepide eo utitur. Vuil.

1071. ᾔκασεν. Sic C. ut impressi. Perperam in A. B. εἴκασεν. Vid. supra ad 230. Brunck.

1072. ἐν τοῖς χωρίοις. Frischlinus: *in his regionibus.* Imo: *in agris,* vel *vinetis.* Kust.

1073. Demos declarat, quid maxime ei curæ cordique sit, nempe stipendium; in quo genere inprimis inest vis comica nostri poëtæ. Dind.

1076. ἐξαλέασθαι. Poëticum verbum, quod et ἀλεύεσθαι dicitur: quod significat, *vitare,* sed de persona dicitur, non de re. Cas. Occurrit ap. Homer. etiam de re, ut Iliad. iii. 360. Cæt. structura hujus loci est: ἐπάκουσον τόνδε (τὸν) χρησμὸν, ὅν εἶπέ σοι Λητ., ἐξαλέασθαι Κυλλήνην. Dind.

1077. Κυλλήνην. Fingit oraculum de hac urbe esse, quia paronomasiam facturus est, ἔμβαλε κυλλῇ, ubi subauditur χειρὶ, et significat manum curvam, ad munera accipienda paratam. Berg.

1078. ἐποίησε est, *induxit in versum, oraculum.* Sic Ran. 966. ἐν τραγῳδίαις ἀλεκτρυόνα ποιῆσαι. v. Bentlei. in Epist. ad Mill. p. 62. Duck.

1079. Fingit Isiciarius monitos Athenienses ab oraculo, ut abstinerent a Cyl-

lene. Ita vocatur apud Græcos urbs nobilis [Messeniæ]; sed interpretans oraculum Isiciarius ait denotari Cleonem, qui turpiter munera captans, solitus habere in ore hæc verba, ἔμβαλε κυλλῇ, subaudi χειρί. Alibi dixit summum probrum fuisse manum cavam excipiendæ alicui rei porrigere. Cas. De voc. κυλλὸς v. ad Av. 1379. Dind.

1081. Adfertur hoc versu alia interpretatio vocis Κυλλήνη, quæ in oraculo fuit. Negat enim Cleo, allusum ad κυλλὴν χεῖρα, cavam manum mendicantium vel dona captantium, sed respexisse Loxiam ad Διοπείθους, qui fuit debilis altera manu. Generalis significatio vocis *debilis* respondet voci πηρὸς, et cuilibet membro convenit, cujus usum aliquis amiserit. Sed debilitas manus voce κυλλὸς notatur. Forte hic Diopeithes ex aliqua probrosa causa manum amiserat: ideo joco petitur; etsi sæpe quælibet corporis infirmitas joco urbanorum fuit obnoxia. Ut laudetur merito Augustus, qui edicto hoc vetuit: ut in decretis Patrum hoc aliquot locis vetatur. Cas.

1082. ἔστιν ἐμοί. Vulgo ἔστιν μοι. In A. C. ἔστι μοι. Brunck. πτερυγωτὸς, *alatum*, dicitur illud oraculum, quia de aquila agit. Dind.

1083. Αἰετὸς — v. supra ad 1008. Berg.

1084. ἐρυθρᾶς γε. In B. ἐρυθρῆς γε. In A. C. ἐρυθρᾶς τε. Brunck. Est hoc plane alienum ab omni probabilitate, Athenienses, qui vix paucarum insularum imperium retinebant, quondam potituros maris rubri, i. e. regionum ad mare rubrum sitarum. Sed poëta imitatur vanitatem oraculorum. *Mare rubrum* appellamus, quod Græci ἐρυθρόν, etsi erat satius retinere primævam appellationem. Nam ii, a quibus cognitionem ejus maris Græci acceperunt, voce illud appellabant, quæ Græca forma enuntiata incidit in cognomen Græcum ἐρυθρὸς, *rubens*. Inde natus error putantium dici mare ἐρυθρὸν propter colorem rubrum. Et inde etiam Latini *rubrum* appellarunt, quasi voce Græca utentes. Talia multa in Geographis licet observare, cum vocabula barbara tanquam Græca conati sunt veteres explicare. Cas. Leg. καὶ γὰρ ἐμοὶ καὶ τῆς Σικελῆς Ἐρυθρᾶς τε θαλάσσης, *mihi* (i. e. *penes me*) *quoque est oraculum, te dominaturum esse mari Siculo et Rubro*. Reisk. Cf. Relandi Diss. de mari rubro, in ejus Dissertatt. Miscell. T. ii. et Mannert. Geogr. der Griechen und Römer T. v. p. 541. Dind.

1085. Ἐκβατάνοις. Promittit Atheniensibus imperium usque in Persidem et Mediam. Ἐκβάτανα vocant unam de regiis veterum Persarum. Cas.

1086. Cleo ad decipiendum Populum insomnia fingebat, ut supra 806. ad eum dicit Allantopola: τόνδ' ἐξαπατᾷς καὶ ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ. Ob eamdem causam etiam oracula quædam jactabat, ut supra v. 61. de eo dicebat Demosthenes: ᾄδει δὲ χρησμούς. Hinc data est occasio poëtæ, ut institueret certamen inter Cleonem et ejus adversarium, de oraculis et insomniis. Berg. Lege μοι 'δόκει vel μου δόκει. vid. 996. Bent.

1087. Ἀρυταίνῃ. Suidas h. v. eadem habet quæ Scholiastes. Memorat etiam e Comico Eustath. in Il. Σ. p. 1159, 59. et Od. Θ. p. 1599, 50. ubi λεκανίδος εἶδος esse ostendit ex alio loco Comici. Plura de hac voce vid. ap. Casaub. ad Theophr. Char. c. 10. p. 225. (121. s. Fisch.). Duck. πλουθυγίειαν. Nomen istud a Græcis compositum est ad denotandam humanæ felicitatis perfectionem, quam ponebant in recta corporis constitutione et opibus. Cas. Suid. Ἀρύταινα, χαλκοῦν σκεῦος, ᾧ τὸ ἔλαιον ἐγχέουσιν εἰς τοὺς λύχνους. h. l. tamen pro vasculo quocunque, s. situla ponitur, unde aliquid effundi potest. Schutz. πλουθυγίειαν. Suidas e Schol. ad h. l. Πλουθυγίειαν. Ἔμιξε τὰ δύο Ἀριστοφάνης, δι' ὧν μάλιστα οἱ ἄνθρωποι χαίρουσι, καὶ δοκοῦσι τὸν βίον ἐπανορθοῦσθαι· ἐκ τούτου ἔμφασιν εὐδαιμονίας ἐμφαίνων. Citat etiam Av. v. 731. ubi eadem vox occurrit. Id.

1089. ἐκ πόλεως *ex arce*. Vid. not. ad Lys. 245. Brunck.

1090. Loci hujus propter vocem ἀρύβαλλος mentionem faciunt Pollux x. 63. Athenæus in fragmento libri xi. Etymologus v. Ἀρύβαλλος, Suidas ead. v. et Eustath. ad Odyss. A. p. 1405, 12. Ἀρύβαλλος autem erat genus poculi, quod sic describit Athenæus loco laud.: ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον, ἄνωθεν δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους καλοῦσιν. [Laudato eodem loco Brunck. pergit: "Ad balneorum instrumentum pertinent ἀρύβαλλος et ἀρύταινα, quod testantur Pollux vii. 166. hicque pro vasis accipi debent, quibus balneatores aquam in lavantium corpus infundebant, quorum ἀρύβαλλος altero capacius fuisse videtur." Dind.] Eadem ex Athenæo repetit Eustath. dicto loco. Ergo tam genus poculi quam crumenæ vox ἀρύβαλλος notabat. Hic *poculum* potius significat, non (ut Schol. vult) *crumenam*. Kust. Ad usus rusticos parabatur hoc vas, ad res varias tanquam per colum transferendas. Nam

ἀρύβαλλος dicitur, quia haurit et emittit simul. *Ἀρύειν haurire, βάλλειν emittere.* Alii exposuerunt de genere quodam vasis viminei, quod ducendo et reducendo clauditur et aperitur. Cas. *ἀριβάλλῳ* edd. Suid. v. sed *ἀρυ* Mss. Pors.

1091. *τούτου.* Cleonem monstrat. De *σκοροδάλμη* v. ad 199. *κατὰ* cum verbis, quæ *fundere* significant, junctum valet, *super, in.* Dind. *ἰού, ἰού.* Hæ duæ voces extra versum legendæ sunt: ne quis putet, aliquid in hoc versu redundare. Kust. Sic etiam ap. Eurip. Hipp. 345. *φεῦ* extra versum est. Berg.

1093. *τοῦ Γλάνιδος.* Placent Populo insomnia Allantopolæ et oracula; hinc neminem esse sapientiorem ait Glanide, ad quem ille oracula sua referebat. Vult autem Comicus significare, Bacidem, cujus oraculis Cleo utebatur, esse inferiorem Glanide, i. e. illa oracula, quæ Cleo jactet, esse minus nihilo: nullus enim unquam fuit vates Glanis; sed hoc est piscis nomen, ut ait Schol. ad v. 999. Berg.

1095. Ad h. l. respexit Plutarchus de Reip. gerendæ præc. p. 807. [c. 13. p. 238. T. iv. P. i. Wytt.], ubi de Cleone inter alia ait: *Τραχὺς ὢν πρὸς τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ βαρὺς αὖθις ὑπέβαλε τοῖς πολλοῖς πρὸς χάριν ἑαυτὸν, γεροντάγωγῶν καὶ ἀναμισθαρνεῖν διδούς.* Sed locus hic mendo non vacat, ut ad ipsum Plutarchum, si fata siverint, aliquando ostendemus. Kust. *γεροντάγωγεῖν.* Scholiastes dicit Comicum alludere ad istum Sophoclis ex Peleo locum: *Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη Γεροντάγωγῶ κἀναπαιδεύω· Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.* Berg. *ἀναπαιδεύειν* est vel puerilem institutionem repetere vel docere contraria prioribus. Utraque interpretatio huic loco convenit. Cas. Imo *ἀναπαιδεύειν* est iterum educare tanquam puerum. Dind. Quia scilicet, ut est in Nub. 1417. *δὶς παῖδες οἱ γέροντες.* Brunck. *ἐμαυτὸν τουτονὶ* jungenda sunt: me hunc quem vides. *Καὶ νῦν* pro vulg. *καὶ μὴν* haud dubie in R. lectum fuit. Poterat tamen recte dici: *καὶ μὴν itaque.* Dind.

1098. *Θουφάνους.* Græci poëtæ nomina propria, quæ incipiunt a *θεὸς*, versibus suis accommodant, duas primas syllabas in unam conflantes, quod fit duobus modis, vel retenta scriptura et per figuram *συνίζησιν* duas syllabas breves pro una longa habente, vel diphthongum conflant ex his duabus syllabis. Ea autem diphthongus interdum est *ου* ut hic, interdum est *ευ*, ut *Θεύγνις* pro *Θεόγνις.* Cas. Hunc Thuphanem tamquam adulatorem notari dicit Scholiastes et impostorem. Berg. Demagogi tum populo ejusmodi congiaria, in damnum ærarii publici, dabant, interdum tantum promittebant. Vuil.

1100. Observa crescere pollicitationes. Primum hordei facta mentio, deinde *ἀλφίτου* i. e. *farinæ hordeaceæ:* hic vero mazarum parvarum. Mazæ autem fiebant ex farina hordeacea. *Διαμάττεσθαι* est, opus pistorum peragere [pinsere]. Cas.

1101. Sensus est: nihil aliud tibi faciendum erit, quam ut edas. Dind.

1104. *Ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ*, ineptum alterum *ἂν* convertendum arbitror in *αὖ.* Reisig. Elmsleio in Museo crit. Cantabrig. iii. p. 362. scribendum videtur *ὁπότερος ἂν σφῷν νῦν με μᾶλλον εὖ ποιῇ. ὁπότερος σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ* Suidas v. *ἡνία* et v. *πυκνός.* Kust. utrobique dedit *ὁπότερος ἄν.* Dind. Vulgatum sanum putat Herm. Prius *ἂν* pertinet ad *ὁπ.* alterum ad *μᾶλλον.* Idem.

1105. *ἂν* et *με* om. Suid. Ms. v. *ἡνίαι* (sic) *ἂν* etiam *πυκνός.* Vide Steph. Byz. in *Πνὺξ* scil. Locum apponam emendatum ab Hemsterhusio in notis mss. *Πνὺξ, τὸ παρ' Ἀθηναίοις δικαστήριον, περὶ οὗ φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τοῖς περὶ παθῶν οὕτως· Ἔστιν οὖν πύκν κυρίως. οὐ δύναται δὲ καταλῆξαι, καὶ ὑπερετέθη τὸ ν καὶ ἐτράπη τὸ κ εἰς ξ, πνύξ. ὑπέρθεσιν ἄρα ἔχει διὰ τὴν κατάληξιν, ἐν δὲ τῇ γενικῇ ἀπέλαβε τὴν τάξιν μετὰ τὸ κ, πνὺξ πυκνός. τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας, Ἀριστοφάνης. τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ πυκνί.* Pac. 663. *καὶ πύκνα.*— *ὁ ἐν τούτῳ οἰκῶν, πυκνίτης λέγεται.* (supra 42.) [*πυκνός.* Vide Pors. ad Eq. 42. 165. 746. Eccl. 283. Advers. p. 75. Bekkeri Lex. SG. p. 299. *πνυκὸς, διὰ δὲ τὴν εὐφωνίαν ἐστὶ πυκνός.* Semper ita Ravennas; vide Inv. ad Pac. Dobr. *in Addendis.* Est *Πνὺξ* h. l. ipsa concio populi et *ἡνίαι* potestas eam habendi et regendi. Dind.

1106. Pars versus prior Isiciario vulgo tribuitur, posterior Cleoni. Personas in ordinem reposuimus, ut sunt in A. B. Brunck.

1107. In hoc intervallo cum e scena recessissent et Cleon et ejus æmulus, poëta sub persona chori sive *Equitum* populum hortatur, ut imperium serio sibi vindicet, nec sinat se duci a demagogis. Cas. Præmittitur hic vulgo: Actus tertii Scena secunda. *Στροφὴ κώλων ι'.* Dind.

1111. Versum hunc et quinque sequentes adducit Suidas v. *Εὐπαράγωγος.* Kust. *Παράγειν* est, extra viam ducere, unde *εὐπαράγωγος*, qui facile potest seduci. Non male dixeris cum Horatio, 'Cereus in vitium flecti.' Cas.

1114. *πρός τε τὸν* Frob. Bent. *πρὸς τόν τε* cd. Kuster. *τόν τε* Suid. ms. *εὐπαράγωγος.* Pors. Suidas v. *Εὐπαράγωγος: πρός τε τὸν λέγοντ' ἀεί.* Non rejicio

hanc scripturam, quæ si recipiatur, erit ditrochæus, quos in his periodis immisceri Ionicis a majore dicit Scholiastes, et qui nusquam alibi sunt quam in hoc versu, si eum ita, ut Suidas profert, legas. [De hac permutatione vid. Hermann. de Metr. p. 54. Sed h. l. antistrophicus versus repugnat. DIND.] Sed et melius consentire rationi linguæ Græcæ puto, ut τε ponatur ante articulum, quam post eumdem. DUCK. Sensus est: cuicunque, qui dicit, operam das cupide, et mens præsens abest. DIND.

1117. Sub persona populi docet poëta, quid fieri soleat Athenis, quidque ubique fieri soleat. Sæpe mirantur homines, tantum aliquem posse, ut impune liceat illi agere et ferre publicam rem. Atqui, ait hic populus, ego libenter ad illorum scelera conniveo, ut illis tamquam spongiis utar, quæ, ubi fuerint repletæ, exprimuntur a me et ita mihi vindicatur, quidquid isti per scelus coëgerint. Eadem mens olim Vespasiani, cum suos procuratores rapaces *spongias* vocaret [Suet. Vespas. c. 16.] Vel ad *canos* refer vocem κόμαις, vel simpliciter accipe de pilis et barba productiore, quam alerent homines in speciem severi, revera nec prudentes nec sapientes, quasi diceret, ut ille apud Theocritum, μάτην τὸν πώγωνα ἔφυσας: *frustra tibi natura barbam dedit.* CAS. Ap. Theocr. Id. x. 40. est: ὤμοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσας, et Id. xiv. 28. μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν. DIND.

1120. ταῦθ' ἡλιάζω Suid. ms. νοῦς οὐκ. PORS.

1122. Βρύλλειν proprie est, more infantium potum petere. Pro sæpe bibere, magis, quam multum bibere ponitur. CAS. Verbum formatum a βρῦν. Nub. 1364. εἰ μέν γε βρῦν εἴπης, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον. — Τὸ καθ' ἡμέραν. Eurip. Ion. 123. λατρεύων τὸ κατ' ἦμαρ, *serviens quotidie.* Idem Electr. 183. δακρύων δέ μοι μέλει δειλαίᾳ τὸ κατ' ἦμαρ, *lacrymis exerceor quotidie.* BERG. Suid. in Βρύλλων e gl. BENT. Suidas: ὑποπίνων. ἀπὸ τοῦ τοῖς παιδίοις λεγομένου. Ἀριστοφάνης·

Βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν
Κλέπτοντά τε βούλομαι
Τρέφειν ἕνα προστάτην·
Τοῦτον δ' ὅταν ᾖ πλέως,
Ταπεινώσας ἐπάταξα

ἀντὶ τοῦ ὅταν γένηται φάεινός· τουτέστι πλήρης, ὅταν ηὐξῆσθαι δοκῇ, καὶ μέγας εἶναι, τοῦτον ταπεινὸν ἐποίησα. SCHUTZ.

1125. ᾖ πλέως. *Plenus* i. e. *dives.* Nam idem plane dicit cum Vespasiano [ap. Suet. l. l.]: nisi quod vocem *spongia* non ponat. CAS. Lectionem olim vulg. τοῦτον δ' ὅταν ᾖ πλ. (quam Inv. e R. mutavit in τοῦτον, ὅτ. δ' ᾖ π.) et metrum et loquendi usus restitui jubent. DIND. ἄρας ἐπάταξα. Significat se hominem sublatum s. sublimem percussisse, perdidisse et afflixisse. SCHUTZ.

1126. Αἴρειν est, *sursum tollere.* Qui volunt aliquid magna vi affligere, i. e. in terram jacere, ut pilam vel quid aliud, solent sublato brachio ictum roborare, ut tanto majore vi res illisa solo repercutiatur. ἐπάταξα i. e. πατάσσειν εἴωθα. Mos Græcorum, aoristis uti ad aliquam consuetudinem denotandam. CAS. Vide Toup. in Longin. § 1. Pro ἄρας Suid. v. βρύλλων mendose dat ταπεινώσας. ταπεινώσας Suid. ed. ms. βρύλλων. PORS.

1127. οὕτω μὲν ἂν εὖ ποιεῖς. Sic bene C. Vulgo ποιῇς. Cum indicativo particulam ἂν construi ostendimus ad Pl. 885. Nub. 464. BRUNCK. χοὕτω dedit e R. Inv. — *et ita quidem recte facere soles.* DIND. ποιοῖς Suid. ms. πυκνότης. PORS. χ' οὕτω et ποιοῖς ed. Med. DOBR.

1128. εἴ σοι. Quamvis et Scholiastes ita legerit omnesque edd. consentiant: tamen καί σοι lego. BERG. Proprie πυκνότης est *densitas,* et πυκνὸς s. πυκινὸς *densus.* Sed quemadmodum in rebus materialibus et corporeis densa sunt firmiora raris; sic ingenium densum Græci vocant, quem *prudentem* volunt intelligi. Primus Homerus sic loquitur, apud quem [Il. xiv. 294.] πυκιναὶ φρένες mens est prudens et cata. Φρένες Medicis sunt septum transversum, quo intestina superiora ab inferioribus separantur. Unde quidam putarunt, Homerum hoc epitheto significare, eum esse natura prudentiorem, cui ea pars sit densior. Sed prior interpretatio est rectior. Sic πυκινὰ φρονεῖν, pro *sapientem esse,* et hic πυκνότης pro *prudentia.* CAS. Sensus: si tibi in isto more, ut dicis, multa prudentia inest. Reisk. scribi voluit: ᾧ λέγεις. DIND.

1132. ὥσπερ δημοσίους. Id est, *tanquam victimas publicas,* sive *victimas lustrales et piaculares.* Vid. Schol. ad hunc locum. KUST. Alludit ad morem tribuum, quæ inter se certabant, ecquæ opimiorem victimam die festo exhiberent. Unde non solum alebantur a victimariis magna cura hostiæ, sed etiam illis mactatis artem adhibebant, quo pinguiores viderentur, spiritu per tubos quosdam immisso, quod patet ex Aristotele in Sophisticis Elenchis in principio, ubi est φυλετικῶς φυσᾷν ἑαυτόν, [I. 1. p. 398. A. T. i. ed. Duval.]: quod proverbialiter dictum de falsa probatione, cum persuademus nobis, recte aliquid habere, falso. CAS. Morem Athenn., alendi homines viles, qui immolarentur pro populo ad expiationem illius, retulerunt plurimi. v. Meurs. Græc. Feriat. v. Θαργήλια et Interpr. Petron. ad

cap. 107. fin. et c. 141. fin. Versus sex Comici et nonnulla e Scholiis describit Suidas in Φαρμακούς. Laudat etiam h. l. Comici Hemsterh. ad Poll. ix. 1, 10. ubi is δημοσίους οἰκέτας memorat putatque δημοσίους hic potius esse servos publicos, quam φαρμακοὺς s. hostias piaculares, ut Schol. et cum eo Valesius ad Harpocr., Meursius, Dousa aliique ad Petron. existimant. Non adsentior illi: nam quod sequitur, τούτων, ὃς ἂν ᾖ παχὺς, θύσας, aperte ad ritum sacrificandi immolandive τοὺς φαρμακοὺς pertinet, nec de servis publicis exponi ullo colore potest. [Nam etsi verborum tropicus est sensus (istorum, scil. demagogorum, quicunque admodum se locupletaverit, eum, si opus sit pecunia, damnas bonisque exuis), tamen singula ad mactationem (ad quam et ἐπάταξα v. 1138. referri potest) et epulas proprie spectant. Dind.] Casaubonus h. l. contra sententiam Scholiastæ accipit de certamine tribuum super opimioribus victimis, quo ducere videtur expositio Schol. dicentis deesse in δημοσίους, βοῦς ἢ ταύρους. Hoc sane majorem speciem habet, quam quæ dicuntur ad Pollucem. Duck. δημοσίους quos Ran. 732. φαρμακοὺς appellat, quo nomine utitur etiam in fine hujus fabulæ v. 1402. Brunck. τρέφεις ἐν τῇ Πνυκί. Scil. in comitiis, ubi ejusmodi oratores aliquamdiu consiliis suis et eloquentia vigebant, eoque ipso facile ditescere poterant. Schutz.

1134. τύχοι Suid. Dind.

1135. παχὺς, i. e. *dives*, quo sensu vox illa etiam accipitur in Vesp. 288. et Pac. 638. itemque aliquoties ap. Herodot. [v. Valcken. ad Herod. p. 447. s. etiam Wessel. ad eund. p. 385, 8.]. Huc adde Suid. v. Παχύς· παχεῖς οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνήθως. Kust. Eadem Phot. Lex. p. 295. Dind.

1136. Θύειν mactare non solum victimam diis offerendam, sed generaliter, *occidere*. Ἐπιδειπνεῖν est adhibere aliquem ad cœnam. Cas.

1137. σκέψασθε δ' ἔμ' εἰ — Brunckius. Dind.

1138. Froben. περιεύχομαι. Ald. περιερχ — et Suid. in v. Bent. Περιέρχομαι proprie est verbum militiæ, et *circuire* significat. Usitatum fuit stratagema, hostem incautum circumire; quod maxime faciebant producto utroque cornu. Generaliter ponitur pro, *insidiari*. Cas. Dicitur ut Lat. *circumvenire*. cf. Sturz. Lex. Xen. iii. p. 520. V. præced. legebatur olim: Σκ. δέ μ'. Tacite correxit Br. Ita 1140. e R. κἄμ' (καὶ ἐμὲ) pro vulg. καί μ' repositum est. Dind.

1140. ἐξαπατύλλειν. Proprium Græcorum hoc, ut verba sua in varias formas mutent: ut hic ἐξαπατύλλειν pro ἐξαπατᾶν, quod forma deminutiva enuntiatum est ad similitudinem eorum, qui scelera excusantes quam minima volunt videri. Cas. ἐξαπατύλλειν. Idem verbum fortasse ab Aristophane comice fictum occurrit Acharn. 632. Schutz.

1142. Οὐδὲ δοκῶν ὁρᾶν *dissimulans me videre*. v. Schol. Sic Plut. 837. οὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν ἔτι. Add. Casaub. ad Theophr. Char. c. 2. p. 105. Duck.

1144. ἐξεμεῖν. In Acharn. 708. τοῖς πέντε ταλάντοις, οἷς Κλέων ἐξέμεσεν. Similis metaphora his in Eqq. 403. ubi ad eumdem Cleonem chorus dicit: εἴθε φαύλως, ὥσπερ εὗρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν. Berg.

1145. ἄττ' ἄν. ὅσσ' ἂν Ald. ἄττ' ἂν Suid. ed. ms. κημόν. Vide Adverss. p. 237. Pors. ὅσσα ἂν tres priscæ edd. ἄττ' ἂν e Scholiis dedit Gelenius. Pors.

1146. κημὸν καταμηλῶν. Id est, (ut periphrastice locum hunc exponam) *camum judicialem specilli loco in fauces immittens*. Nam ut Medici specillo ori immisso vomitum ciere solent (quod Græci μηλῶσαι et καταμηλῶσαι vocant): sic ego (inquit hic populus) fures ærarii, postquam divites facti sunt, vomitu quasi remetiri cogo ea, quæ malis acquisiverant; ad quam rem specilli loco adhibeo camum judicialem. Idem autem est, ac si diceret: Suffragiis meis damnatos mulctam gravissimam mihi persolvere cogo: vel, publice damnatos bonis omnibus exuo. Κημὸς enim erat vas ex junco vel vimine textum, in summo latius, in imo angustius, specilli instar; per quod judices calculos in cadum demittebant. Kust. Sensus est: *in judicium hos vocat* [voco]. Nam id populus vult, istos pecuniæ publicæ peculatores et privatorum concussores, quidquid per rapinam coëgerunt, cogi dependere, quando vocant in jus judices, i. e. populi judicantis coacti fuerint subire judicia. Obscure denotant illa duo verba, κημὸν καταμηλῶν, quæ ut intelligantur, sciendum est apud Athenn. fuisse moris, calculis suffragia ferre. Hos conjiciebant in cados quosdam oris angusti. Et quia verendum erat, ne præceps turba calculos suos in humum potius quam in cados dejiceret (nam ab angusto ore facile aberratur), institutum fuit, ut angusto foramini cadi velut infundibulum quoddam imponerent. Id fuit vas pyramidi inversæ simile, cujus basis sursum erecta erat, cuspis deorsum, ut in grypho [Eubuli] eleganter exprimitur ap. Athen. lib. x. [p. 150. T. iv. ed. Schweigh.]. Hoc instrumentum superius κημὸν hic cum cæteris

Græcis vocat Aristophanes. Καταμηλοῦν autem est verbum ab arte chirurgica sumtum, quod proprie significat, specillum in os immittere. Μήλη *specillum* est, μηλοῦν *specillo explorare guttur*. At hic licentia comica καταμηλοῦν est, sic cavum aptare cado, cuspidem illius inserendo ori cadi, ut specillum in os inditur. Cas. Monuit Vuil. ad h. l. nulla versione reddi posse ea, quæ hic vv. κημὸν καταμ. et supra v. βρύλλων 1122. exprimuntur ita, ut apud auditores s. spectatores statim excitatæ sint imagines quædam et ideæ, nobis non ita familiares; egregie vero describi ingenium populi levis, quævis captantis, vitam sine industria et labore et sine fructu temere transigentis, existimantis autem se summum imperium exercere et admodum astute agere. Dind.

1147. Constituitur hic Act. quarti scenæ i. initium. Cleon, Allantopoles, Demos, Chorus in scena sunt. Illi sua dona ferunt Populo. Dind. Ἄπαγ' ἐς μακαρίαν. Proverbium Græcorum, cujus est sententia: *I in malam rem*. Origo varie exponitur, vel a loco *Macaria* dicto, uti reponebantur cadavera vilium personarum, vel, ut alii, quo cadavera abjiciebantur supplicio affectorum. Alii e veteribus sic exponunt. Græci μάκαρας vocant mortuos vel magis proprie μακαρίτας, quemadmodum Latini felices et misellos, teste Tertulliano. Inde μακαρία eodem loquendi genere, i. e. per εὐφημισμὸν, status defunctorum, et ἔρρ' ἐς μακαρίαν pro, *abi in perniciem*. Cas. "Citat Suidas v. ὦ φθόρε." Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 115. Pors.

1148. Legendum in edit. Lips. ὦ Δ.— παρεσκευασμένος h. l. est, paratus ad beneficia præstanda. Dind.

1149. τρίπαλαι. Etsi hoc adverbium [πάλαι] comparationem nullam admittit: tamen Græci tempus, quod multo ante præcesserit, exprimunt voce τρίπαλαι: quasi dicas, ter tanto tempore, quantum declaratur voce πάλαι. Dicunt et πρόπαλαι. Poëta vero licentia comica similes voces fingit nusquam in usu. Cas.

1150. δεκάπαλαι. Philonides Comicus ap. Athen. i. p. 23. κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι (jam dudum admodum accumbo, ut videtis). Est autem vox comico more composita, ut et τρίπαλαι etc. Berg. Athen. p. 23. E. 396. D. In posteriore loco Porsonus Opusc. p. 240. ὁ βοῦς ὁ χαλκοῦς ἦν ἂν ἑφθὸς δεκάπαλαι. δεκάπαλαι legendum vidit Jacobs. in Athenæum p. 207. sed in reliquis erravit. Confer Suid. in δεκάπαλαι. Pors.

1151. καὶ πάλαι, πάλαι Juntina I. Dind.

1152. Comicos promiscue sive dactylum sive tribrachum, Tragicos solum tribrachum in quinta senariorum sede adhibere, inprimis si cum ipsa quinti pedis arsi soluta novum vocabulum incipiat, sed interdum tamen ab hac lege deflexisse, inprimis ubi in quinti pedis arsi sunt vocales ια et ιο aut consona ρ, ostendit Seidlerus Exc. de dactylo et tribr. in quinta senarii sede T. ii. de verss. dochmiacis p. 380. ss. ubi et h. l. (in quo ριο est) tractat.—Populus istos quam maxime exsecratur, quod eum tam diu morantur et exspectare jubent. Aviditas donorum accipiendorum egregie describitur. Dind.

1154. Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον pro οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις; *scis, quid faciendum tibi sit?* Est genus loquendi Atticis frequens, [ubi Imperativus ponitur pro Futuro. Nam rectum erat ὃ δράσεις. Sed oratio aliter inchoat, aliter desinit. Ita autem loquitur aliquoties Euripides. Cas.] de quo vid. Corinth. de Dialect. Att. [Gregor. Cor. p. 15. et 18. ed. Schæf.], Scholiast. Eurip. ad Hecub. 225. et Muret. Var. Lect. Lib. iii. c. 12. Pari modo Eurip. in Heracl. 452. dixit: ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι σύμπραξον. Kust. — εἴ γε μὴ — nempe οἶδα, φράσεις γε σύ. Sic Pac. 1026. quærenti Trygæo, ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον respondet Hierocles ἢν φράσῃς. De formula οἶσθ' ὃ δρᾶσον vid. ad Av. 54. Brunck. Olim me monuit vir magnus, legendum esse, εἴσομ', ἢν φράσῃς γε σύ. Quod ita notatum reperi in ejus schedis; Aristoph. Eq. 1154. Soph. Œd. T. in f. scil. 1517. ed. Br. Nicomachus Athenæi vii. p. 290, 291. εἴσομ' ἢν φράσῃς γε σύ. Adde Æschylum Theb. 260, 261. ed. Pors. Platon. de Republ. iii. p. 408. D. HSt.=41, 4. Ald. ἀλλ' οἶσθα οὓς ἡγοῦμαι τοιούτους; Ἂν εἴπῃς, ἔφη. Alexin Athenæi vii. p. 322. D. ἐπίστασαι τὸν σαῦρον ὡς δεῖ σκευάσαι; Ἀλλ' ἂν διδάσκῃς. Vide Elmslei. addend. ad Ach. 93. Pors. Plutarch. Erotic. init. οἶσθα οὖν—; Οὐκ, ἀλλὰ εἴσομαι λεγόντων. Dobr. *in Addendis*. Nescio unde Inv. dederit, εἰ δὲ μὴ, quod hic non aptum est. Restituendum igitur: εἴ γε μὴ, φρ. Cet. olim post εἴ γε μὴ non commate interpungebatur. Dind. Leg. εἴ γ' ἐμοὶ φρ. Reisk. εἴγε μή, φράσεις γε σύ. Kusterus quoque sensum commodiorem esse putabat, si legatur εἴγε μοι φράσεις, *si mihi dixeris*; at sic in eadem sententia male abundaret repetitum γε: Εἴγε μοι φράσεις γε σύ. Schutz. εἰ δὲ μὴ codex R. Elmsl. ad Acharn. p. 49. ed. Lips. Legebatur εἴ γε μή. Porson. ap. Kidd. ad Dawes. p. 478. Dind.

1155. ἀπὸ βαλβίδων. Cum olim hæ exercitationes in frequentissimo essent

usu, inde factum, ut tanta loquendi genera inde manarint. Sensus autem est: si tu, o popule, recte de nobis vis judicare, admitte utrumque nostrum ad reip. administrationem: [Imo: ad certamen beneficiorum in Populum conferendorum. Dind.] tum autem ex iis, quæ geremus ambo, statues, uter sit tibi fidelior. Sed poëta tanquam de cursoribus, non de administratoribus, loquitur. Βαλβὶς est terminus, unde ducitur initium. Cas. Carceres ita dicuntur s. cancelli, h. e. lora alligata duobus fustibus, quibus arcebantur equi, aut cursores in stadio, ne prius, quam signum datum esset, currerent. Dind. Suidas: Ἄφες ἀπὸ βαλβίδων — τουτέστι ἀπὸ κανόνων. Βαλβὶς γὰρ ἡ ἄφεσις τῶν δρόμων. Schutz.

1157. In membr. et in C. personæ notatæ sunt, ut in impressis [etiam Inv.] quos inconsiderate et male secutus sum. Loquendi vices in B. aliter et prout personis convenit, divisæ sunt. Prior, ut par est, Cleo Demi consilium probat, eique exsequendo se accingit, dicens ἰδού. Postea isiciarius e scena erumpens ait, ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. His in verbis, Cleoni si tribuantur, parum est acuminis; sin isiciario, plurimum. Gloriatus fuerat Cleo v. 739. se duces exercitus ad Pylum *supplantavisse*: τοὺς στρατηγοὺς ὑποδραμὼν τοὺς ἐν Πύλῳ. Idcirco isiciarius ei nunc dicit: *haud sane me in hoc cursu, ut alias facere soles, supplantabis*. ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ *supplantari me non sino*. Eadem est significatio verborum ὑποδραμεῖν et ὑποθεῖν: estque istuc eo facetius, quod simul adludit ad Demi verba θέοιτ' ἄν. Brunck.

1159. Leg. εἰ 'γώ. Bent. Conferre poterat Bentl. 175. et Av. 178. Dobr. ἢ 'γὼ θρύψομαι. *Nisi delicias faciam.* Gallice: *ou il faudra que je sois bien difficile*. Vel: *ou je ferai bien le renchéri*. Vim verbi non reddiderat Berglerus vertens: *aut profecto obtundar*. Brunck. θρύπτεσθαι proprie dicuntur, qui amantur, cum sui copiam facere recusant. Cas. ἰδοὺ Allantopolæ, ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ Cleoni tribuebatur. Mutavit Brunck. in annotationibus auctoritate codicis B. Verbis ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ utitur Suidas v. ὑποθεῖν t. iii. p. 555. Dind.

1160. Quæ sequuntur, dicunt isti, dum dona, quæ commemorant, aut offerunt aut ostentant Populo. Dind.

1161. In hoc adulationis certamine priorem locum occupat Cleo, qui in testimonium suæ benevolentiæ sellam populo offert. Sed superat hunc Isiciarius, qui mensam adfert. Quare veluti insultans ei ait: *At non mensam illi adfers*. Sunt enim hæc verba Isiciarii. Cas. In schedis; νεαίτερον Æschylus apud Eustath. p. 1625, 44. φιλαίτατος Theocrit. Idyll. vii. 98. προτεραίτερος Aristoph. Eq. 1162. φιλαίτερος Xenophon Cyr. Exp. i. p. 269. ed. scil. Paris. 1625=100. Cantab. 1785. Pors.

1163. Ut in νόσος Iones et poëtæ metri causa addunt υ, sic contra ab οὐλαὶ, quomodo *farra* nominantur, detracto υ fit ὀλαί. Appellarunt autem οὐλὰς genus farris, quo victimam respergebant: Poëta [Hom. Il. i. 449. etc.] vocat οὐλοχύτας, qua de re vid. Dionys. Halic. lib. ult. Cas. [Hinc intelligi potest Photius Lex. v. Ὄλας, p. 238. Dind.] Alias dicuntur οὐλαὶ, Ionice. Jactat autem rursus Cleo res apud Pylum a se gestas. Berg.

1164. Μυστίλη auctore Athen. dicebatur panis, qui excavabatur ut eo juscula aut pulmenta haurirentur, cochlearis loco adhibitus. Vuil. V. ad 824. Dind.

1165. Manus eburnea intelligitur Minervæ scil. ad statuam ejus a Phidia factam in acropoli respicitur. Dind.

1166. Dicit hæc Demos, quia panis ita erat excavatus, ut præter crustam parum superesset. Ita populus decipiebatur. Dind.

1167. Veteres plurimum utebantur pulte, quam conficiebant ex diversis generibus leguminis: sed (potissimum) e faba aut piso. Itaque ἔτνος κυάμινον et πίσινον plurimum memorantur. In pulte autem et color spectabatur. Ideo Cleon suam hic commendat voce εὔχρων. Cas. Antiphanes Comicus ap. Athen. ix. p. 370. καὶ μὴν ῥαφάνους γ' ἕψουσι λιπαρὰς, ὦ θεοὶ, Ἔτνος θ' ἅμ' αὐταῖς πίσινον (pultemque simul ex pisis). Sic κυάμινον ἔτνος Heniochus Comicus apud eund. x. p. 408. Ἔτνος κυάμινον (puls fabacea) διότι τὴν μὲν γαστέρα Φυσᾷ —. Berg. Vide Taylor. ad Demosth. de Fals. Legat. p. 357. Pors.

1168. ἐτόρυνε. Quod notat Festus de voce *Trua*, τορύνη convenit: instrumentum esse, quo moveantur, quæ coquuntur. Cas. Πυλαιμάχος. v. Spanhem. ad Callim. p. 591. [p. 670. ed. Ern.] Kust. Spanhemius ad Call. h. in Pall. 53. censet, hac appellatione respici ad cognomen Palladis, quæ πυλαία et πυλαῖτις dicebatur, quod ejus simulacra in portis urbium statuerentur. Dubito, ac potius puto, Cleonem solum respicere ad res a se Pylum gestas, quas subinde jactat: quæ Scholiastæ sententia est. Duck. Est igitur: quæ Pylis pugnavit, aut, quæ Pylas expugnavit (non proprie, cujus auspiciis Pylas expugnavi, ut Bergl. et Br.). Hinc patet quid statuendum sit de hac nota Reiskii: "Forte habuit Minerva olim

epitheton Ταλαιμάχος, ad quod hic ridicule alluditur.'' Dind. αὐτῇ pro αὐτὰ legi jubet Hotib. Id.

1169. ἐπισκοπεῖ. Magistratus, quos soliti Athenienses urbibus sibi subditis imponere, vocabantur Ἐπίσκοποι. Cas. Sed id ab h. l. alienum, ubi sensus est: Manifestum est, Minervam tui curam gerere. Dind. ἡ θεός σ' Kuster. Pors.

1170. Solent Græci dicere numen juvare aliquem, ὑπερέχοντα τὴν χεῖρα, i. e. manum super illum extendentem. Ad hanc locutionem Comicus alludens, pro χεῖρα facete dixit χύτραν. Cas. Non video quid facetiarum insit, et puto potius, locutionem insolitam, qua Demos utitur, vulgarem tum fuisse et proverbialem. Vuil. Scholiastes: dixit χύτραν pro χεῖρα. Lucianus in Timone c. 10. ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. Berg.

1171. Euripides in Æolo [fragm. 6. Musgr.] Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν (putatisne civilem societatem in terris consistere posse) εἰ πένης ἅπας Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ; Berg. οἰκεῖσθαι ἂν Elmsleius ad Sophoclis Œdip. Tyr. v. 1227. Dind.

1173. τουτὶ τέμαχος σοὔδωκεν Reisig. i. p. 183. σοὶ δῶκεν edd. ante Brunck., qui σοι 'δωκεν scripsit. — Φοβεστράτη Scholiastes. Dind. Φοβεσιστράτη. Minervam sic dixit, quasi *fugantem exercitus*, φοβοῦσαν τοὺς στρατούς. Erat enim dea præses etiam armorum. Cas.

1174. Βρῖ Gr. est *valde*. Unde βριαρὸς *vehemens* et Briareus gigas. Inde ὄμβριμος vel ὄβριμος Mars vehemens; quod nomen late patet. Hinc cognomen Minervæ, quam ὀμβριμοπάτραν vocant poëtæ, quod supremi deorum Jovis esset filia. Cas. Ὀμβριμοπάτρα [ol. vulg.]. Notat Kusterus apud Hom. legi ὀβριμοπάτρη. Loca sunt Il. E. 747. ubi Schol. parvus: ὄβριμον καὶ γενναῖον πατέρα ἔχουσα, Il. Θ. 391. et Od. A. 101. Sed et Athenæus l. iii. p. 94. hos duos versus laudans ὀβριμοπάτρα legit, quod non video cur adnotare noluerit Kust., cum locum citat. Pro ὄβριμος vero etiam ὄμβριμος ap. Hom. et Hesiod. legitur et utrumque agnoscit Suidas, ut et ὀμβριμόεργος et ὀβριμόεργος. Sunt tamen, qui potius sine μ legendum censeant. v. Seber. in Ind. Hom. et Kuster. ad Suid. Ὀβριμόεργος et Ὄμβριμος. Et sane cum Athenæus in h. l. legat ὀβριμοπάτρα, nulla ratio esse videtur, cur ab ea scriptura, quæ et ap. Hom. est, et Hesiod. Θεογ. 587., recedamus. Duck. Ὀβριμοπάτρα. Sic bene membr. et ed. Bern. Juntæ. Vulgo ὀμβριμοπάτρα. Insititiam literam μ in ὄβριμος et compositis non agnoscit genuinus sermo Græcus. Librariorum vel Grammaticorum sequioris ævi commentum est. Quod autem ad prosodiam adtinet, cujus lex violata videri possit ob productam hujus vocis primam syllabam, eam sequitur Comicus, qua epici poëtæ, a quibus ridiculi causa illa Palladis epitheta sumsit, eam vocem efferre solent, in qua licentiæ est locus, quia extra communis et comici sermonis usum est. Ap. Athen. etiam p. 94. E. ubi hi versus proferuntur, exstat ὀβριμοπάτρα. Brunck. Ridiculum illud est, quod gravia illa epitheta Deæ adhibentur ad res levissimas, ad dona quæ deæ veluti nomine dantur adhibentur. Vuil. De voc. τέμαχος v. Plut. 894. Nub. 338. Ἑφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας est elixa ex s. in jusculo caro. Dind. Rite tuetur Brunck. productam penultimam in Ὀβριμοπάτρα. Reisig.

1175. Inferioris ventris partes sunt χόλιξ et ἤνυστρον. Cas. De v. ἤνυστρον v. 356. Dind.

1176. καλῶς γ' ἐποίησεν. Formula est apud Græcos gratias agendi, quemadmodum et κάλλιστα dicunt, pro, *gratias ago*. Sic apud Latinos *benigne*, ut ap. Horat. [Epp. i. 7, 16.]. Idem etiam Cicer. [Epp. ad Att. vii. 2. p. 661. Græv.]: *multum te amo*. τοῦ πέπλου. De hoc peplo diximus ad illum versum [564.] ἄνδρες ἦσαν ἄξιοι τοῦ πέπλου. Cas.

1177. Γοργολόφα. Minervæ nomen a poëta fictum de nomine Gorgonis et λόφου i. e. *cristæ*. Ita alluditur ad clypeum Minervæ et ad galeam ejusdem cristatam. Cas. Schol. ἡ ἐκ τῆς κεφαλῆς τῆς Γοργοῦς τὴν περικεφάλαιαν ἔχουσα. Sic et Suidas v. Γοργολόφας. Sed nusquam reperio, Minervam capite Gorgonis pro galea usam, quod ab ea in clypeo gestatum alii tradiderunt. Hesych. Γοργολόφας, ἀπὸ τοῦ λόφου τῆς περικεφαλαίας καὶ τῆς ἀσπίδος. Γοργίνα, ἣν ἐπ' αὐτῆς εἶχεν ὁ Λάμαχος. Respicit ad locum Arist. Acharn. 541. ubi Lamachus γοργολόφας dicitur. Sed non potest λόφος de clypeo dici, nec Lamachus magis, quam Minerva, caput Gorgonis in galea habuit. Existimo hinc vocem vertendam esse, *terribilis galea*. Nam Schol. ad Acharn. l. d. et Etym. M. exponunt φοβερός. Addit Etym. M. παρὰ τὸ Γοργὼ καὶ λόφος. ἣν δὲ ἡ Γοργὼ φοβερά. Itaque adluditur quidem in hoc composito ad Gorgonem, quæ terribilis erat, sed ejus caput in λόφῳ s. crista galeæ fuisse non dicitur. Duck. Hinc corrigendum esse vulg. ap. Zonar. i. 447. Γοργόλοπος vidit jam editor. Dind.

1178. Ἐλαύνειν interdum est *agitare*, interdum *ducere in longum*; estque tunc vocabulum fabrorum ferrariorum. Nam

χρυσήλατα et χαλκήλατα vocamus, quæ ex auro et ære conflata sunt. Etiam verbum fuit pistorum. Nam ἐλατὴρ placentæ nomen est. Videtur esse opus pistorum in longum extractum. Sic apud Latinos *tracta* ejusdem artis verba; sic et *trahere*. CAS. Ἐλατὴρ placentæ genus, cujus mentio in Acharn. 245. ἵν' ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος τουτουΐ. Ludit autem in vocibus ἐλατὴρ et ἐλαύνειν, ut mox in vocibus ἔντερα et ἐντερόνεια, et paulo post in τρία et τριτογενὴς et ἐντριτωνίζω. BERG. ἐλατὴρ genus est placentæ; Suidæ, πλακουντῶδες πέμμα πλατὺ, ὅθεν καὶ ἡ ἐπωνυμία· παρὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἐλαύνεσθαι εἰς πλάτος. ἢ ἄρτος πλατὺς, ἐν ᾧ τὸ ἔτνος ἐτίθεσαν καὶ προσῆγον τοῖς βωμοῖς. Posterioris generis est placenta illa in Dionysiaco sacro offerenda, Acharn. 233. ὦ μῆτερ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν, ἵν' ἔτνος καταχέω τοῦ 'λατῆρος τουτουΐ. Ludit autem Comicus in adfinibus vocibus ἐλατὴρ, ἐλαύνειν. BRUNCK. Scholiastæ nota legitur apud Suid. in ἐλατὴρ, ubi et plura de hac voce adferuntur. Citat etiam h. l. Eustath. in Il. A. p. 877, 34. ὁ δέ γε Κωμικὸς καί τι πέμματος εἶδος οἶδε τὸν ἐλατῆρα, ὡς ἐν τοῖς Ἱππεῦσι δηλοῖ αἰνιττόμενος ἐκεῖ δύνασθαι τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ κωπηλάτου λέγεσθαι. Et in Il. Σ. p. 1163, 41. ὁ μέν τοι παρ' Ἀριστοφάνει ἐλατὴρ πόπανόν, φασιν, ἦν πλατύ. DUCK. Ludit in hac voce. Appellatur a naupegis materia, ex qua conficiuntur interiora navium, quæ Græci ἐγκοίλια, Latini *costas* vocant, de similitudine corporis humani; vel *statumina*. CAS.

1181. Ἐντερονεία apud Græcos dicuntur ligna, ex quibus interiores partes navium fabricatæ sunt: quæ alio nomine etiam appellantur ἐγκοίλια et μήτρα. Sed hac de re præter Schol. ad h. l. et, qui eum descripsit, Suidam v. Ἐντερόνεια, vide etiam Paul. Leopard. Emendd. l. xiii. c. 8. KUST. Suidas: τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀρχόμενα ξύλα, ἐντερόνεια καλεῖται· οἱ δὲ τὸ τῶν νεῶν ἔδαφος· οἱ δὲ τὰ ἐγκοίλια. Βέλτιον δὲ τὴν τῶν ἐγκοιλίων ὕλην λέγειν. *Costæ* seu *statumina*. Similis est præcedenti jocus: neuter Latine exprimi potuit. Eum, qui sequitur, leviter adumbravimus. BRUNCK.

1183. Monstro simile erat Athenis merum bibere; plurimum enim aquæ miscebant: unde fuerunt varia genera κράσεων, i. e. *temperamenti vini et aquæ*, ut τρία πρὸς πέντε, cum tribus mensuris vini quinque aquæ infundebantur; item ἴσον πρὸς ἴσον, cum ex æquo miscebantur. Ut plurimum utebantur hac κράσει, cujus hic fit mentio, cum ad duas vini tres aquæ mensuras adhibebant. Græci temperatum vinum vocant κεκραμένον, vel κρᾶσιν. Hodie tamen in Græcorum ἰδιωτισμῷ vinum generaliter appellatur κρᾶσις. CAS. Hoc temperamentum duarum vini, trium aquæ, portionum inprimis Plutarchus Symp. Quæst. [vii. 9. T. iii. P. ii. p. 678. ss. ed. Wytt.] laudat. VUIL. Vide omnino Eustath. ad Odyss. i. p. 1624. ed. Rom. ubi et locum hunc Comici citat et de variis vini temperandi modis, apud veteres olim receptis, ex Lexico rhetorico lectu digna affert. Conf. Nos etiam supra ad Plut. 1132. KUST. Deest πόμα, ut intelligi potest e Suida v. πόμα κεκραμένον, eoque refertur, quod est ap. Schol. ἐπιδεχόμενον, quem et ibi et in κεκραμένον descripsit Suidas, et utroque loco vitiose verba Comici, ut notavit Kust. De κράσει autem vini et aquæ apud antiquos, quæ varia erat, vid. quæ notavi ad Plut. 1132. DUCK. Scholiastes: *quod constat ex tribus aquæ portionibus, vini autem duabus*. Athen. tamen lib. x. p. 430. aliter, qui istud Philetæri κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀκράτου sic accepit: δύο ὕδατος καὶ τρεῖς ἀκράτου. BERG. Cf. Schweighäus. Anim. ad illum loc. T. v. p. 419. Scholiastæ explicatio vera est, ut sequens versus docet, ubi τὰ τρία φέρων καλῶς est, vinum quod tres aquæ partes recte admittit. DIND. ἔγχεε πιεῖν Suid. v. κεκραμένον. καὶ solum pro ἔχε καὶ Ms. PORS.

1184. Similis locus Cratini ap. Athen. i. p. 29. Οἴμ' ὡς ἁπαλὸς καὶ λευκός· ἆρ' οἴσει τρία; BERG.

1185. Τριτογενής. Varias causas adferunt poëtarum interpretes cur Minerva dicatur vel Τριτωνὶς vel Τριτογένεια. Sed poëta ludit in affinitate hujus vocis et temperamenti illius, quod modo appellavit τρία καὶ δύο. Inde fingit inauditam vocem τριτωνίζειν. CAS. ἐνετριτώνισε. Quamvis sit vox Comice conficta, nec proinde certam et definitam significationem habeat, sensus tamen totius loci suadet, ut hic reddatur, *tribus aquæ portionibus miscuit*, scil. vinum. KUST.

1188. λαγῷα. Sic dicunt Græci absolute leporinas, i. e. carnes; et quoniam in pretio erant carnes leporinæ, propterea natum proverbium: ἐν πᾶσι λαγῴοις. Proprie est invitantis, qui lautæ mensæ spem faciens leporinam affatim adfuturam dicat. CAS.

1190. Citat h. l. Eustathius ad Il. A. p. 9. KUST. Mox Cleon monstrare adversario leporem vultu irridente censendus est, ut bene Vuil. monet. DIND.

1192. Recte Elmsl. ad Acharn. p. 202. ed. Lips. ὡς ἔμ' ἔρχονταί τινες varia lectio apud Scholiasten. DIND.

1194. Dum cupide quærit Cleon et circumspicit, unde legati veniant, Allantopo-

les ei leporem aufert, et, quasi ille legatos detinere et ad se trahere velit, dicit οὐκ ἐάσεις τοὺς ξένους; nonne peregrinos s. hospites missos facies? Dind.

1195. Dum Cleo aliorsum spectat, interea leporinam ei surripit Allantopola et offert Populo. Idem iste Allantopola dicit supra 742. ἕψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην. Berg.

1197. τοὺς ἐκ Πύλου. Nempe illos trecentos Lacedæmonios, de quibus initio Notarum in hanc fabulam. Quod autem hic aperte dicit de Cleone, id de eo allegorice dicebat Demosthenes v. 55. ἐμοῦ μάζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν πανουργότατά πως περιδραμὼν ὑφαρπάσας, αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. Berg.

1199. τὸ μὲν νοήμα. Familiare fuit dictum eorum, quibus post res magnas gestas gloriæ accessionem amici gratularentur, ut minuendæ fatorum invidiæ et vitandæ Nemesi responderent: *inventum quidem deorum est, sed opera mea.* Hoc igitur facete ad fructum suum inflectit Agoracritus. Cas. Suidas, postquam hunc versum citavit v. Τὸ μὲν νόημα, hæc insuper addit: οὕτω γὰρ οἱ δημαγωγοὶ ἀστεϊζόμενοι ἔλεγον τὰς ἑαυτῶν ἐπινοίας τῆς θεοῦ, ὅτι ἡ μὲν θεὸς ὑπέβαλεν, ὁ ἐργασάμενος δ' ἐγώ. Schutz. Male omittit δὲ Suidas v. νόημα. δὲ pro μὲν Suid. Ms. νόημα et post τολύπη. δὲ om. Suid. Ms. νό. sed non in τὸ δὲ ν. Pors.

1200. F. ἐγὼ δ' ἐκυνηγέτησ'— *ego venatus fui.* Alter: *atqui ego prædam assavi.* Reisk. Videtur consulto v. κινδυνεύειν usus esse, quia simul ad captivos e Pylo adductos respicit. Dind. ὤπτησα. Quum hoc falso dicatur, jocus omni caret acumine. Neque vero id populus curat, quomodo is, qui dona præbet, ea sibi comparaverit, imo fraudem isiciarii non improbat; in quo rursus populi Ath. ingenium bene expressum est. Vuil.

1201. Leg. οὐ γὰρ ἀλλά. Bent. Mentem Bentleii non intelligo: vid. ad Ran. 103. Dobr. Varia significat παρατιθέναι, sed fere dicitur de cibis qui mensæ apponuntur, et παράθεσις est missus unus: sic hic accipitur. Sensus est autem: etsi multi circa appositum cibum laboraverint (nam exempli causa leporem alius excitavit, alius fortasse cepit, tum alius paravit, postremo aliquis mensæ apposuit), omnem gratiam cedere ei qui offerat et mensæ apponat. Cas. Abire jubet Cleonem. Dind. Ad Suidam post v. ἀπιθὴς notat; Operæ pretium est videre quantam Noster sui partem amiserit. Sequitur enim, ἄπιθ' οὐ γάρ. ἀντὶ τοῦ καὶ γάρ. in ceteris edd. quæ cum Kusterus non intelligeret, pessimo consilio omisit. Lege, ἄπιθ' οὐ γὰρ ἀλλὰ τοῦ παραθέντος ἡ χάρις. ἀντὶ τοῦ, καὶ γάρ. ex Aristoph. Eq. 1202. Vide Gaisford. ad Hephæst. p. 27. et adde Porsono monente Suidam in οὐ γὰρ μοὖστιν. Pors.

1202. ὑπεραναιδεσθήσομαι. Elegans verbum et novum. ὑπερτρέχεσθαι est, vinci in certamine cursus. Ad similitudinem hujus et similium verborum ὑπεραναιδεῖσθαι finxit poëta pro *superari impudentia.* Cas. ὑπεραναιδευθήσομαι Elmsleius ad Eurip. Heraclid. 387. Legebatur ὑπεραναιδεσθήσομαι, quod habet Suidas T. iii. p. 538. F. ὑπεραναιδισθήσομαι. Dind.

1204. Præter exspectationem additur καὶ τὴν γαστέρα (scil. σου). Nam exspectandum erat: rempublicam. διακρίνειν est dijudicare, decernere. Dind.

1207. Uterque igitur κίστην (h. e. ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται, ἢ ἱμάτιά τινα Phot. Lex. p. 124. add. Intpp. Tho. M. p. 532.) attulerat, quem explorari nunc vult Allantopoles (βασανίζειν enim est i. q. δοκιμάζειν et æque de rebus quam de hominibus dicitur, v. Zonar. i. 379.), ut populus omnino (v. Mœris in 'Αμέλει p. 66. ibique Sallier. et Zeun. ad Viger. de Idiot. p. 382. s.) recte judicare possit, ab eo nempe se magis amari cujus omnem cistam repererit vacuam. Dind.

1210. Vulgo sic legitur: φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔστ'; —ἀλλά γ' οὐχ ὁρᾷς κενήν; At membr. exhibent: φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; —ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς κενήν. Optima lectio, modo negatio eliminetur, ita ut phrasis affirmativa sit, non interrogativa: φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; ἀλλ' ὁρᾷς κενήν. Aptius est verbum ἔνεστιν et versus longe modulatior. In C. scriptum: φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔστιν; — ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς κενήν. Brunck. Præstat lectio Rav.: φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; — οὐχ ὁρᾷς κενὴν, ὦ παππ.; interrogative; ἀλλὰ ex interpretamento accessit. Dind.

1211. ὦ παππίδιον. Sunt multa vetustissimorum vocabula, quæ Gallicus sermo aut illa leviter corrupta retineat aut etiam omnino. Sic illa prima vocabula, quæ pueri balbutientes conantur eloqui, *Papa* et similia, plane sine ulla mutatione apud Græcos fuerunt, unde in usu remansit vox *Papa* aut *Pappa*, quæ ab iis usurpatur, qui blandiantur: cujus deminutivum est παππίδιον hoc loco. Cas.

1212. τὰ τοῦ δήμου φρονεῖ. Quod non esset ditatus in administratione reipubl., argumentum summum viri boni. Sic apud historicos hoc ipsum notatur, et laudatur Plotinæ, uxoris Trajani, vox [Dion. Cass. 62, 5. p. 1123. T. ii. Reim.], quæ palatium primum ingrediens: *Sic,* inquit, *dii dent exire ex hoc loco, ut nunc ingredior.* Cas.

1214. Leg. ὅσων. Bent. Sic Reisk. Dobr. ὅσων πλέα. Sic tres codd. Vulgo ὅσον. Genitivus τῶν ἀγαθῶν pendet ab admirandi adverbio οἴμοι. Brunck. Ὅσον πλ. Legendum ὅσων πλέα. Berg. Leg. νυν enclitice [nam ante Br. fuit ὁρᾷς νῦν] et ὅσων. Reisk. Adverss. p. 225. Pors. ὁρᾷς τάδ' Elmsl. ad Acharn. p. 302. ed. Lips. Dind.

1215. τὸ χρῆμα τοῦ πλακοῦντος. Phrasis Attica τὸ χρῆμα τοῦ λέοντος, *ingens leo*, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, *magnæ noctes*. Et sæpe Plautus: *Res voluptatum*, i. e. *voluptas*. Cas. Vid. ad Nub. v. 2. Berg.

1216. τυννουτονί. Sic emendate scriptum in codd. Vulgo τυνουτονί. In hac voce sæpe peccarunt typothetæ. Brunck.

1218. σμικρόν. Vulgo μικρόν. Brunck.

1221. τὺ ἐστεφάνιξα. Objicit Cleoni δωροδοκίαν, et quoniam affines sunt voces δῶρον et δωριστὶ, hoc effert verbis Doricis. Τὺ Doricum est pro σὺ, unde Latinorum *tu*. Sed Dores etiam in Accusat. casu τὺ pro σὲ dicebant, quod est ap. Theocritum. Sequens est deinde στεφανίζειν pro στεφανοῦν, Dorice. Cas. Supra 984. et 991. allusione vocis Δωριστὶ ad δωροδοκεῖν perstringebat Cleonem tanquam munerum captatorem dicebatque eum non nisi Doricam potuisse addiscere Musicam. Hic etiam verbo δωρήσασθαι alludit ad Δωρίζειν, et Dorice ad eum dicit τὺ pro σὲ, item ἐστεφάνιξα pro ἐστεφάνισα a στεφανίζω, quod est στεφανοῦν. Ex Scholiis. Berg. [Vel, quod probabilius videtur, sumtus est hic versus e poëta aliquo Dorico. Brunck.] Coronam dedisse Populus ei videtur, quam semper gestaret, in documentum suorum in remp. meritorum. Hanc ei detrahi et imponi Allantopolæ vult, qui Cleonem μαστιγίαν h. e. hominem nequam vocat v. ad Ran. 502. Dind.

1226. Lege οὗ 'δέησέ μ'. Bent. Sic Burneius in Monthly Rev. Feb. 1796. Dobr. Φράζων, ὑφ' οὗ δεήσει μ' ἡττᾶσθαι μόνον. Metrum aperte vitiosum est: nam in quarta sede spondeus est. Hoc transpositione sanari non potest, quod nulla vox in fine vocalem brevem habeat, quæ ante μ' ἡττᾶσθαι collocari possit. Non habeo quod dicam: nisi suspicari licet, φράζων esse e glossa, et post δεήσει ponendum esse δῆτα, hoc modo: ὑφ' οὗ δεήσει δῆτά μ' ἡττᾶσθαι μόνου, vel δεήσ' ἔμ' ἡττᾶσθαι. Nam diphthongus apud Aristoph. et alios sæpe per apostrophum abjicitur. Duck. Vulgo legitur, metro pessumdato: φρ. ὑφ' οὗ δεήσει μ' ἡττ. μ. Nihil variant codd., nisi quod in membr. non melius scriptum est δεήσειν ἡττᾶσθαι, omisso pronomine. Numeros, quorum depravationem non animadverterant interpretes, facile restitui: φράζων, ὑφ' οὗ με δεῖ ποθ' ἡττᾶσθαι μόνου. Brunck. Leg. ὑφ' οὗ με δεήσει ἡττᾶσθαι μόνου, ob metrum. Reisk. ὑφ' οὗ δέησε (pro ἐδέησε) μ' ἡττ. μ. infeliciter conjecit Fiorillo ad Herod. Att. Reliq. p. 76.—Forte tantum μ' ex interpretamento additum est. Dind.

1227. τοὐμόν γε φράζων ὄνομα. Scit hoc Allantopola ex prælectione Demosthenis v. 197. Berg.

1229. εἴ τι ξυνοίσεις. Schol. εἰ συμφωνήσεις, εἰ μεθέξῃ (si congrues, si participabis). Sophocl. Ajac. 430. ubi Ajax loquitur: αἰαῖ· τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς, ubi Scholia: ξυνῳδὸν ἐσόμενον, *conveniens futurum*. Berg.

1230. ἐκπειράσομαι. Prægnans verbum, pro, *interrogando periculum facere*. Cas.

1231. ἐφοίτας ἐς τίνος διδασκάλου; Ellipsis. Sic in Nub. 964. βαδίζειν εἰς κιθαριστοῦ. Mox hic ἐν παιδοτρίβου. Berg. Absolute etiam intelligi possit: *an, puer quum esses, frequentasti ludum aliquem?* Sicque scribendum esset ἔς τινος, ut est in B. sensu haud deteriori. Brunck.

1232. Antiquum verbum (εὕειν) *siccare, urere; εὖστρα* culina, locus ubi igne aliquid fit. Vulgo sic vocabatur locus ubi mortui cremabantur. Latine *bustum* et *culina*. Schol. capit pro loco ubi adolerentur hostiæ, quod minus probum. Sciendum autem hic describi abjectissimi mortalium educationem, qui quidem primos annos egerit in ustrinis mortuorum, i. e. qui tam pauper fuerit, ut calefaciendi se causa utrinas illas frequentaret, aut victum raperet e sacris parentalibus, aut e silicerniis misere viveret. Cas. Imo, quod a coquis in culinis sit alapis educatus, notat. v. 293. Dind. Loci hujus meminit Suidas v. Εὖστρα et v. Ἡρμοττόμην. Εὖστρα autem apud veteres proprie notabat locum, ubi porci depilandi vel amburebantur vel aqua ferventi perfundebantur: ab εὕειν, *urere, torrere*. Eadem tamen vox latiori significatione etiam accipiebatur pro loco, ubi quævis animalia mactabantur vel jugulabantur et excoriabantur: ut innuit Schol. ad hunc locum. Huc quoque spectat nota illa Hesychii, in qua εὔσοντας (quod est ab εὕειν, unde εὖστρα) exponit ἐκδέροντας, i. e. *excoriantes*. Kust. κονδύλοις ἡρμοττόμην. Exaggerat vilitatem hujus isiciarii [coqui, qui magister isiciarii erat], qui solitus sit juvenes ἁρμόττεσθαι, i. e. *concinnare*. Hoc verbum ponitur pro *educari*, et elegantissime quidem. Nam ἁρμόττεσθαι proprie significat, fieri concinnum et corrigi: unde *Harmostæ*, Spartanorum magistratus no-

men. Sed qui liberaliter instituuntur, illi ad virtutem *ἁρμόττονται* verbis, non verberibus, iste vero *κονδύλοις*, in quo etiam est ignominia. Nam in ædibus patris familias diversa fuit ratio castigandi liberos et servos. Cas. In Vesp. 254. *κονδύλοις νουθετήσεθ' ἡμᾶς*. Verbum autem *ἡρμοττόμην* sumsit ab arte musica; supra 985. *ἁρμόττεσθαι τὴν λύραν*. Berg. *ἡρμοττόμην* melius quam *ἡρμοζόμην* dici monet Photius Lex. p. 60. Dind.

1233. *ὥς μου ὁ χρησμὸς ἅπτεται φρενῶν*. Eurip. Rhes. 916. *Φιλάμμονος παῖ, τῆς ἐμῆς ἥψω φρενός, cruciasti animum meum*. Aliter Avv. 465. *ἔπος τι, ὅ τι τὴν τούτων θραύσει ψυχήν*. Berg.

1235. Quod versui huic vulgo præmittitur *εἶεν*, extra versum positum fuit. Unius Rav. auctoritate omisit Inv. Dind. *ἐν παιδοτρίβου*. Scilicet, *γυμνασίῳ*. Duo enim genera apud veteres erant ludorum; alterum ad animum, alterum ad corpus pertinuit. Corporis ludum Græci proprie *γυμνάσιον* appellarunt; quia in illis pudore posito nudi se exercebant, et præfectus ei ludo dictus *γυμναστὴς* vel *παιδοτρίβης*, quia pars maxima ejus curæ fuit in terendo et fricando corpore. Cas.

1236. Ald. *κλέπτων* recte. Bent. *κλέπτων ἐπιορκεῖν*. Sic B. C. Vulgo: *κλέπτειν, ἐπιορκεῖν*—Supra 426. *ὅτιὴ 'πιώρκεις θ' ἡρπακώς*. Brunck. Ita et e Rav. et *ἐναντία* pro *ἐναντίον* editum. Dind.

1237. Versus est ex Eurip. Telepho [Fragm. vi. ex ed. Musgr. Dind.] teste Scholiasta. Brunck. In *Λύκιε* alludit ad *λύπιε* et *λύπην*. Reisk. Hæc nimis quæsita sunt. Cæt. et hunc versum pro se Cleon dicit. *ἐξανδρούμενος* hinc explicat Zonar. i. 166. *τὴν ἡλικίαν ἔχων εἰς ἄνδρα*, ubi Eurip. loca laudavit Editor. *ἔχειν τέχνην* est, artem profiteri, exercere. Dind.

1239. *κᾀβινεσκόμην*. Sic scriptum oportuit. Vulgo *καὶ βινεσκόμην*. Berg. apostrophum, elisi augmenti indicem, interposuit. V. not. ad 270. Brunck. Quod Schol. annotavit supra ad v. 426. id huc magis convenit: *notare vult ejus impudicitiam, ut qui præter ætatem muliebria sit passus*. Loquitur autem ibi de eodem Allantopola. Berg. Hanc antiquam lectionem revocari et verba ita distingui vult Schäfer. ad Schol. Apoll. Rhod. ii. p. 175. *'Αλλ. ἠλλαντοπώλουν καὶ—Κλ. τί; Α. καὶ βινεσκόμην*. Nam in hac forma Imp. augmentum solet omitti. Dind.

1240. s. Hos versus pro se Cleon eloquitur. Dind.

1241. Versus sumtus ex aliquo Tragico, et quidem, ut videtur, leviter immutatus. Nam auctor primus scripserat: *λεπτὴ σανίς τις ἔστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα, tenuis quædam est tabula, qua vehimur*. Proprie dicitur de passis naufragium, qui disjecta navi tabellam miseram prehenderint, ejusque auxilio enare conentur. Cas. Aristophanes ap. Athen. xii. p. 531. *ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὀχεῖσθ' ἄρα*. Berg. Translatam esse hanc locutionem *ὀχεῖσθαι ἐπ' ἐλπίδος* ab alia *ἐπ' ἀγκύρας ὀχεῖσθαι*, monet Porson. ad Eurip. Or. 68. atque illam copiose illustrat. Dind. Hinc emendandus Phrynichus Apparat. Sophist. apud Montfaucon. Bibl. Coislin. ii. p. 467. [49, 27. Bekker.] ubi legitur *Λεπτῆτις, ἐλπίς. ἐφ' ἧς ὀχούμεθα*, ut monuit L. C. Valckenærius Diatrib. xxii. p. 240. Pors. Citat hunc versum Suidas v. *λεπτή*, additque: *ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων εἴρηται ἡ παροιμία*. Schutz.

1243. Frisch. et quidam editores vocem *Πύλαις* pro nomine proprio loci hic accipiunt, quibus non assentior. Quamvis enim non ignorem, urbem *Πύλαι* memorari a veteribus Geographis, hic tamen ea voce non notari urbem sic dictam, sed *portas urbis*, persuasum habeo. Nimirum interrogatus a Cleone Agoracritus, utrum farcimina in *foro*, an ad *portas urbis* vendidisset, respondet, *ad portas urbis;* hoc ipso pristinæ conditionis suæ vilitatem indicans. Solebant enim olim vilissimæ sortis homines merces suas frivolas ad portas urbium venum exponere: quod hodieque adhuc fieri quotidie videmus. Confer etiam v. 1395. (1409.), ubi eadem phrasis occurrit. Kust.

1244. *τάριχος*. Jungit salsamenta cum nullius pretii mercibus suis Isiciarius, quia salsamenta erant tenuiorum cibus. Cas.

1245. *πέπρακται* est: oraculum ratum factum est, eventum habet. Dind.

1246. *κυλίνδετ' εἴσω*. Animum despondens Cleo, cum videret penitus se victum, hæc profert famulos suos alloquens: *Hæc agite, deferte me domum, ut oculis hominum me eripiam*. Sed ad majorem contemtum dicit, *volvite me*. Est autem versus Euripidis ex illius Bellerophonte. Simul autem hæc dicens capiti suo coronam detrahit. Cas. [*τόνδε*. Seipsum dicit. Schol. dicit esse ex Bellerophonte Eurip. Berg. Idem Brunck. monet. v. Fragm. Eurip. Bell. 2. Dind.] Hæc intelligenda sunt cum relatione ad scenam in qua fabula hæc acta fuit. Dicit enim Cleon de se: *Intro ducite hunc infelicem*, i. e. *e scena et conspectu spectatorum me subducite; quoniam fabula mea finem nunc habet*. Neque in sequentibus persona Cleonis in scena amplius apparet. Cæterum *κυλίνδετ' εἴσω τόνδε* etc. eodem sensu hic dictum est, quo in Thesm. 265. *εἴσω τίς μ' εἰσκυκλησάτω*. Kust. *κυλίνδετ'*

εἴσω. Versus esse ex Euripidis Bellerophonte, testatur Scholiastes. SCHUTZ.

1247. καί σ' ἄκων. καὶ hic accipio pro *etsi*, cujus significationis plura exempla adfert Græv. ad Hesiod. Ἐργ. 357. Adde supra ad Nub. 1429. DUCK. Tum post ἄπιθι comma est ponendum. DIND.

1248. Parodia versuum Euripidis in Alcest. 179.: θνήσκω· σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται, | σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως. BRUNCK. Idem ex Schol. monuerant Cas. Kust. et Berg. DIND.

1249. Citat Suidas v. κλέπτης, ubi pro οὐκ ἂν habet ουχὶ, quod et exhibet v. οὐχὶ μᾶλλον. Atque ita rescribendum. οὐχὶ Suid. ed. ms. bis. PORS.

1250. νικητήριον. Sic vocant Græci præmium victoriæ. *Palma* Latinis generale nomen est. CAS. Supra 108. ὦ δαῖμον ἀγαθὲ, σὸν τὸ βούλευμ', οὐκ ἐμόν. BERG. Scenæ secundæ initium Francog. interpres hic constituit. DIND.

1251. ὦ χαῖρε. Alludit ad formulam usitatam in renuntiando victore in ludis Olympicis: τήνελλα καλλίνικε χαῖρε. CAS. Versus hi vulgo tribuuntur choro, qui, quum adjuvisset Allantopolam, dicere poterat eum per ipsum esse virum factum, et, quoniam unus (choragetes) loquitur, optare potuit ut fieret φανὸς ὑπ. δικῶν. Inv. auctoritate R. cod. Demostheni tribuit, sed mirum est, eum, ut antea, sic nec in hac scena usquam præterea conspici. Formulam ὦ χαῖρε illustrat Porson. ad Eurip. Or. 470. DIND.

1252. Supra 178. εἰπέ μοι, καὶ πῶς ἐγὼ, ἀλλαντοπώλης ὤν, ἀνὴρ γενήσομαι; BERG. βραχὺ est ὀλίγον ut Zonar. i. p. 407. DIND. γεγένησε alii in Scaligeri Excerptis. ID.

1253. Φαίνω est verbum fori, et significat *deferre aliquid:* unde φάντης *delator* est; inde et φανὸς, *laterna*, per quam lux inclusa transmittitur. Hic φανὸς est *delator.* Ὑπογραφεὺς est *subscriptor:* quomodo apud Latinos dicimus: *Subscribere in crimen alicujus.* CAS. Symmachus apud Schol.: *videtur iste fuisse scriba aliquis: est autem unus ex illis, quorum raro admodum fit mentio.* Vesp. 1220. nominatur aliquis Phanus, qui videtur parasitus fuisse. v. ibi Not. Alludit autem ad v. φαίνειν, quod pro συκοφαντεῖν usurpatur, ut Acharn. 791. τιὴ μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος. Sic etiam Avv. 1692. finxit vocem Φαναὶ, quasi nomen proprium loci alicujus, eodem sensu. BERG. Φανὸς proprium viri nomen est, quod occurrit etiam Vesp. 1220. quo ex loco conjicere possis, scribam illum fuisse Cleonis familiarem. Si nomen fictum non est, nulla hic esse possit adlusio ad v. φαίνειν, delatorum et sycophantarum proprium, cujus significationis in exemplum hunc locum citat Eustathius ad Odyss. Θ. p. 1607, 16. ed. Rom. ὅτι δὲ οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ οὐκ ἀγαθὴν λέξιν εἶχον τὸ φαίνειν, δηλοῖ καὶ ὁ συκοφάντης, καὶ ὁ παρὰ τῷ Κωμικῷ Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν. BRUNCK. Metrum redundat, cui optime succurrit Suidas v. φανὸς, qui exhibet, ὅπως ἔσομαι. Posteriorem versiculi partem citat Eustathius ad Odyss. Θ. p. 1607. In sequentibus videtur Euripidis etymologias ridere. De ὅπως cum futuro vide Valckenaer. ad Theocrit. i. 112. ἔσομαί Suid. ed. ms. φανός. Vide Opusc. pp. xci. 34-5. PORS. Vid. Mus. Crit. v. p. 123.

1254. Ἀγοράκριτος. Nomina composita in τος significationem passivam habent. Nam vetus poëta qui θεόκριτος posuit pro θεοκριτὴς, barbare usurpavit hanc vocem. Sic igitur Agoracritus is dicitur, qui novis subinde accusationibus reus semper est in foro, i. e. de cujus vita frequenter habentur comitia; quod improbi civis signum est. CAS.

1255. Ἐν τῇ ἀγορᾷ κρινόμενος ἐβοσκόμην. Hoc difficultatem nonnullam habet. Frisch.: *in foro nutritus sum pro judice.* At κρινόμενον a Græcis dici pro judice, nusquam lego: Casaub. exponit de eo, qui frequens accusatur, quod improbi civis signum est, ut ait: cui quidem expositioni non repugnat significatio vocis Græcæ, quæ compluribus locis ita sumitur, sed obstat, quod addit ἐβοσκόμην. Nam quomodo is, qui accusatur in judicio, potest dici accusationibus βόσκεσθαι, *ali?* Nec semper improbi civis signum est, crebro accusari, cum Catonem Censorium fere quinquagies apud populum accusatum tradat in ejus vita Plutarchus [c. 15. ubi vid Xyland.]. Atque ideo apud Comicum hac voce denotari puto *litigatorem, sycophantam, accusatorem,* qui accusationibus et delationibus victum sibi quærit. Nam κρινόμενος Græcis dicitur tam de accusatore quam de reo. Lucian. Anach. p. 281. ed. Amst. [Græv.] δέδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων. et de Calumn. p. 407. τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν. DUCK. ἐν τῇ 'γορᾷ. Istone modo, an ἐν τῇ ἀγορᾷ [ut ol. vulg.] sine elisione scribatur, nihil interest. Sed prava est codd. scriptura ἐν τἀγορᾷ. BRUNCK.

1256. τοίνυν ἐμαυτόν. Sic tres codd. Vulgo particula γε inseritur [τοίνυν γ' ἐμ.]. BRUNCK.

1257. τουτονί. Adhuc igitur Cleon in scena mansit. Nunc abstractus esse videtur. DIND.

1260. Ad h. l. respexit Eustath. ad

Odyss. Φ. p. 1909, 55. ubi ait: *καθὰ που καὶ ὁ Κωμικὸς Κεχηναίους ἀστείως τοὺς Ἀθηναίους παρῴδησε.* Kust. Medium præteritum *τοῦ χαίνω, κέχηνα,* unde ridiculum hoc nomen finxit poëta. Athenienses enim vocat *Κεχηναίους,* stultitiam illis exprobrans et quod vana semper spe penduli nova consilia inirent. Cas. Salse et irrisorie pro *Ἀθηναίων,* formato nomine a *κέχηνα,* quod de stultis, et imprudentibus, sæpe usurpat Comicus. Brunck. Utitur autem hoc verbo, ut aut homines qui nihil cogitant secum sed dissipati sunt, aut simplices, qui quibusvis hominibus fidem habeant seque committant, denotet. Vuil.

1261. Ex Pindaro sumtus versus, cujus est sententia, *et incipientem et absolventem aliquod suave opus esse bonos laudare.* Cæterum multi velut proverbialem hunc versum usurparunt, Aristophanes hic, Dionysius Chalcus in Elegiis et ex eo Athen. lib. ult. [extr. p. 573. T. v. Schweigh.]. Hic autem poëta Equites laudat, qui partibus suis favebant, malos contra aliquos acerbe vituperat, paupertatem et sordes aliis objiciens, aliis flagitia, aliis scelera. Cas. Sumta sunt hæc e Pindaro, teste Schol., qui Lyrici verba profert: *τί κάλλιον ἀρχομένοισιν | ἢ καταπαυομένοισιν, | ἢ βαθύζωνόν τε Λατὼ | καὶ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀεῖσαι.* Brunck. V. 1261. vulgo præfixum *Ἡμίχορος,* item v. 1289., et versui 1293. ac 1300. *Χορὸς*—Inv. omnes versus 1261—1288. Choro, 1289—1316. Semichoro tribuit, auctoritate cod. Rav., non analogiæ aliorum choricorum carminum convenienter. Verius Vuil. observat, v. 1261—1272. unam partem chori, 1289—1299. alteram cecinisse, reliqua declamasse chorageten. Præmittitur huic versui vulgo: *Ὠιδὴ καὶ στροφὴ κώλων ι'.* Dind.

1263. Æschylus Pers. 32. *ἵππων τ' ἐλατὴρ Σωσθάνης.* Berg. · ἀείσαι pro v. l. Suid. Ms. v. *προσῳδία.* Pors.

1264. *Λυσίστρατον.* Hic fuit pauper. In Acharn. 820. *Λυσίστρατός τε—ῥιγῶν καὶ πεινῶν ἀεὶ κ. τ. λ.* Berg. Ad *ἐς Λυσίστρατον* supplendum e sensu *εἰπεῖν.* Non exspectata est horum cum antecedd. conjunctio. Dind. *εἰς* Suid. Pors.

1265. *Θούμαντιν.* Et iste pauper erat, fatidicus, ut ait Schol. Macrum eum etiam fuisse patet. Athenæus xii. p. 551. citat Hermippi Comici locum:—*βοΐδια Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος* (boves Leotrophide exiliores et Thumantide). Berg. Ald. *Θόμαντιν,* sed in Schol. *Θούμαντιν* ut alibi, vid. Schol. Av. 1406. *Θούφραστος* [Vesp. 1303.] *Θουκυδίδης* [Ach. 673.] [Adde *Θουφάνης* Eq. 1099.] Bent. Lege *τὸν ἀνέστιον* ex Suida vv. *ἀνέστιος. Θούμαντις. Λυσίστρατος.* Suid. ms. om. loca in *Θούμ.* sed *Θούμ. τὸν* in *ἀνέστιον.* In *Λυσ.* habet *Θούμ. τὴν*——. Pors.

1266. *λυπεῖν* Suid. in *Λυσ*—: *λιπεῖν* in *Ἀνεσ*— et *Θουμ*— At *ἐς Λυσίστρατον* non convenit cum *λυπεῖν.* Bent. *λυπεῖν.* F. *λακεῖν* aut *ἀΰτειν profari.* Reisk. Infeliciter. Dind.

1267. Debebat certe in ed. Lips. interpungi: *οὗτοσ', ὦ φίλ' Ἀπ.* Sed non potuit *ἰ* in *οὑτοσὶ* elidi. Itaque aut *οὗτος, ὦ φ. Α.,* (ut Hotib. qui aliter hæc divisit, v. Add.) aut vulg. *οὑτοσὶ, φ. Α.* reponendum est. Dind.

1268. Lege *θαλεροῖς* et [in antistrophico] 1294. *ἂν ὅμως.* Bent. *θαλεροῖσι δακρύοισιν.* Vulgo *δακρύοις,* deficiente ad metri integritatem syllaba, ut e comparatione antitheticorum versuum liquido patet:

πεινῇ θαλε|ροῖσι δακρύ|οισιν.
τοὺς δ' ἀντιβο|λεῖν ἐᾶν ὁ|μοίως.

In A. C. etiam sine paragoge *θαλεροῖς.* Brunck. Retinuit vulgatum Inv., ratus antistrophicos versus non semper sibi respondere debere. Dind.

1269. *σᾶς ἁπτόμενος.* Erat moris in supplicando, manus vel genua vel mentum tangere vel hæc omnia. Hic ridicule dicitur vota faciens Apollini manum ad movisse ejus pharetræ. Cas. Casaub. ad Athen. l. xii. c. 13. scribit, hinc constare, Thumantin fatidicam laurum Apollinis solitum mordere. Et ita solebant vates, unde *δαφνηφάγοι.* v. ad Juven. Sat. vii. 19. ubi est, *laurumque momordit.* Videtur ergo *παρὰ προσδοκίαν* dixisse *φαρέτρας* pro *δάφνης.* Nam Apollinem iratum pharetra uti scribunt poëtæ ad lædendos mortales: cujus pharetram tangere Thumantin forte dicit, quasi fame ab irato deo enectum. Aliter exponit Casaub. ad h. l. Duck. Articulum *τὸ,* infelicis critici additamentum, recte omittit præstantissimus liber R. Præterea *Πυθῶνι ἐν* per linguæ leges dici non potuit. Accedit hiatus non facile excusandus et metri perversitas quædam, quæ qualis sit, antistrophæ comparatio docebit. Laborat etiam sensus verborum. Quare scribendum mihi olim videbatur: *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι μὴ δι- | ανεκῶς πένεσθαι.* Quod quum Reisigio meo indicassem, in aliam ille incidit emendationem, quam ut ad depravatæ scripturæ ductus propius accedentem prætuli: *σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι μὴ 'νδε-|ᾶ κακῶς πένεσθαι.* Dind.

1270. *Πυθῶνι ἐν*: lege *Πυθῶδ' ἰών*: vid. Av. 189. *ἰέναι—Πυθῶδε.* Bent. *Πυθῶνι, ἐν,* scribit Hermann. de ellipsi et pleon. in Wolfii et Buttmann. Museo antiqu. studiorum i. 1. p. 163. et antiquam fuisse

hanc rationem loquendi ait, ut nominis dativo adjungeretur adverbium, unde postea, quum adverbia in præpositiones verti inciperent, exstiterit ἐν Πυθῶνι. Dind.

1272. Vid. Pac. 57. sed λοιδορῆσαι in Lys. 1128. Bent. ὅστις εὖ λογίζεται. Sic tres codd. Nec sollicitanda videtur ista lectio, quæ sic resolvitur: ἀλλὰ τιμὴν τοῖς χρηστοῖς εἶναι λογίζεται, ὅστις λογίζεται εὖ, *quicunque recte judicat.* Dawesio Misc. Crit. p. 280. legendum videbatur εἴ τις, quod bonum, forte etiam usitatius, nec tamen ideo contra codd. fidem reponi debuit. Brunck. εἴ τις εὖ Dawes. Misc. Crit. p. 289. εἴ τις pro ὅστις Euripid. Suppl. 866. restituendum ex Athenæo iv. 15, p. 159. Vulgatum ex nostro citat Suidas v. λοιδορεῖσθαι. ἀλογίζεται pro εὖ λ. ms. Pors. Non debebat Χρηστοῖς majuscula littera initiali in ed. Lips. scribi. Versui præcedenti vulgo præmittitur: Ἐπίῤῥημα ἐκ στίχων ις'. Τετράμετροι τροχαϊκοὶ καταληκτικοί. Dind.

1273. Versum hunc et tres seqq. adducit Suidas v. εἰ μὲν οὖν. Kust. Fuit Athenis Arignotus quidam, homo malæ famæ. Filii huic duo, Ariphrades et Arignotus. Utrumque hic traducere voluit poëta, sed leviter, et tanquam aliud agens. Advertendum autem est, proprium nomen Ariphradis poni ab auctore, etiam post declarata periphrasi ejus personam. Huic autem objicit nefandum Lesbiasmi crimen. Cas. δεῖ omittit Suid. ms. εἰ μὲν οὖν. δὴ Suid. ms. λοιδ. Pors.

1274. αὐτὸς ms. pro οὗτος et om. ἀνδρός. Pors. αὐτὸς ὢν et om. ἀνδρὸς ed. Med. in εἰ μὲν οὖν. Dobr. L. ἄδηλος, aut alias legendum erit οὐδενὶ pro οὗτος [αὐτὸς]. Reisk. Sequentia docent ἔνδηλος esse retinendum. Dind.

1275. Ἀρίγνωτον. Hunc fuisse citharœdum ait Scholiastes. Comicus hic fratrem Ariphradis dicit esse. Eorum pater fuit Automenes, cui Comicus in Vesp. 1273. dicit, tres fuisse filios, unum citharœdum, qui sine dubio est iste Arignotus, alterum histrionem, tertium Ariphradem. Cæterum hunc *Arignotum* notum omnibus esse dicit, alludens ad significationem vocis ἀρίγνωτος, i. e. *valde notus* aut *notabilis.* Berg. Suid. Ὅστις οὐκ. Bent.

1276. Proverbium est de rebus notis, ut ait Scholiastes: ὅστις οἶδε τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν. Matron ap. Athen. iv. p. 135. de Sepia: ἣ μόνη ἰχθὺς ἐοῦσα τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν οἶδεν. — ἢ τὸν ὄρθιον νόμον. Erat modulatio quædam, quasi dicas *suscitatoria.* Facit autem ejus mentionem, quia etiam erat res nota et quia de Musico loquitur. Berg.

1278. Quæ Aristophanes hic de Ariphrade narrat, adeo obscura sunt et turpia, ut densissimis ea tenebris involvere præstet, quam aliis explicare. Confer interim Suidam v. Ἀριφράδης. Kust. Vitiose et confuse ex Aristoph. et Schol. multa descripsit Suidas h. v. Portus notavit eum emendandum esse e Scholiis. Kust. tantum subjicit verba Comici: de iis, quæ e Schol. prave relata sunt, nihil monet. Hanc autem fœditatem oris et linguæ alia voce λεσβιάζειν dici notat Casaubonus ad Athen. lib. v. c. ult. ubi Athenæus, Ariphradis τὴν περὶ τὰ φαῦλα σπουδὴν notans [p. 346. T. ii. Schweigh.], hoc flagitium intelligit. Laërtius Proœm. n. 5. τὰ αἰσχρουργούμενα τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ. v. ibi Kuhn. et Mericum Casaubonum. Scholiastes Luciani ad Pseudolog. p. 42. [T. iii. p. 164. ed. Reiz.] ad verbum descripsit Suidam. Duck.

1279. Fo. ἠχθόμην. Bent.

1282. Steph. Byz. Κασσώριον. lege simplici σ, non σσ: ex lege metri et ordine literarum. sequitur vocem Καστῶλου. Scribe ergo hic Ἐν Κασωρίοισι. Suid. Κάσσωρος. Idem tamen Κασαυρίοισι. Hesych. utrumque et Κασαυρεῖον et Κασωρεῖον. Bent. Suidas referens hunc locum in lemmate legit κασσαυρίοις, in verbis Comici κασαυρίοισι, ut hic. Pollux quoque vi. 188. ἐν κασαυρίοις, etsi non adferens auctoritatem Comici, sed σφόδρα ποιητικὸν esse ait. Stephanus de Urbib. in Κασώριον ex h. l. laudat ἐν κασωρίοισι λείχων. Eustathius quoque in Il. I. p. 741, 27. κασωρὶς et κασωρίτης scribit ex Antiphone et Hippocrate, et etymologiam addit a κάσαι i. e. κοσμῆσαι et ὥρα. Etymol. M. κασσωρὶς et κασσωρεύουσα e Lycophrone. Hujus locus est v. 772. ubi editum est κασωρεύουσα, lege metri postulante, ut ad Etym. notat Sylburgius, quanquam in uno Ms. legi geminato σ notat postremus editor [Potter.]. Apud eundem v. 1385. κόρη κασωρίς. Hesychius κασαύρα, κασωρὶς, πόρνη. Item κασαυρείοις, οἴκοις, ἐφ' ὧν cet. Et paulo inferius κασωρεῖς, πόρναι. κασωρεῖον, πορνεῖον. Suidas rursum: κασσωρὶς, πόρνη, ἑταίρα. Quidquid est, geminationem τοῦ σ apud Arist. et Lycophr. non admittit ratio metri. Utrum autem rectius sit, scribi per ω an per αυ, non possum dijudicare. Si tamen Eustathii etymologia vera est, præferenda est scriptura per ω. Cæterum, cum Schol. ait διχῶς, ἐν κασαλβίοις, indicatur, opinor, varians scriptura. Et sane κασαλβίοισι esse in vetustis edd., notatum est in notulis Scaligeri. Duck. Hesychius: κασαύρα, κασωρὶς, πόρνη. κασαυρείοις, οἴκοις ἐφ' ὧν αἱ ἑταῖραι ἐκαθέζοντο· ὅθεν καὶ τὴν πόρνην κασαυράδα ἔλεγον. Licet in posteriore glossa ad hunc

Comici locum respexisse videatur Grammaticus, non tamen necesse erat, ut scriberet κασαυρίοις. Utraque enim forma legitima est, κασαυρεῖον et κασαύριον, ut ὀπτανεῖον et ὀπτάνιον, de quibus supra. Brunck. λείχων — δρόσον (lambens despuendum illum rorem). De eodem isto Ariphrade in Pac. 786. τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται. Berg. Mox τὴν ὑπήνην (barbam) intell. ἑαυτοῦ. Dind.

1283. Nomen ἐσχάρα hic τὸ γυναικεῖον μόριον significat, ut Eustath. declarat ad Odyss. p. 1323, 29. δῆλον δ' ὅτι ἐσχάραν καὶ τὸ γυναικεῖον ἐκάλουν μόριον. Hancque præstabat expositionem sequi, præ illa Scholiastæ, τὰ χείλη τῶν γυναικείων αἰδοίων. Brunck.

1284. Πολυμνήστεια. Schol. μέλη Πολυμνήστου Κολοφωνίου· *carmina Polymnesti Colophonii.* De eodem affert locum Cratini: καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει, μουσικήν τε μανθάνει. Et Polymnestus et Œonichus ob eandem obscœnitatem hic notantur, ut ait Scholiastes. Berg. Nempe in Πολυμνήστεια ποιῶν inest amphibolia; significare potest: *Polymnestea carmina facit;* vel *idem facit quod Polymnestus,* h. e. eo utitur ut cinædo. Schutz.

1285-6. φυλάττεται, μή ποτ' Suid. v. Ἀριφράδης. Lege vero οὔ ποτ', ut habet Idem v. Πολύμνηστος. εἴ τις quoque Suid. v. Ἀριφρ. non Πολ. Pors. λυμαίνεται Suid. Πολύμν. ed. Ms. scil. Id. οὔποτ' Suid. ed. Ms. in Πολύμν. scil. Id. Lege οὔποτ'. Bent.

1286. οὔ ποτ' ἐκ ταυτοῦ — Sic legi debere metri lex ostendit. Vulgo: οὔτε ποτ' ἐκ τ. Melius quod ad phrasin in B. οὐδέποτ', sed utrumque perinde versus abnuit. Brunck. Loci hujus meminit Athenæus lib. x. c. 13. p. 446. [T. iv. p. 136. Schw. ubi futuri πίομαι forma illustratur, de qua vid. Tho. Mag. p. 716. et quos interpp. ibi laudant]. Kust. Οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου. In Aldino quidem exemplari et Juntino A. 1525. est οὔτέ ποτ' ἐκ —, quod pervulgatum est aliis pluribus: sed οὔποτ' in Juntinis A. 1515. et 1540., quomodo scriptum protulit Jo. Toupius Emendationibus in Pollucem, vol. iv. p. 369., repertumque videtur in Ravennate. Apud Athenæum est κοὔποτ' ἐκ —. Posset vero scribi οὐκέτ' ἐκ ταὐτοῦ: sed nihil mutandum. nam de οὐδέποτ' Ms. libri B. nihil equidem laboro. Reisig. Quæ hodie vocatur in sacris *excommunicatio,* etiam olim fuit in usu, fuereque olim in hac re varii observati ritus. Est autem species *excommunicationis,* cujus hic habetur formula. Nam de impuro homine dicebant, diis in testimonium adhibitis: *Ego et ille ex eodem poculo nunquam bibemus.* Cas. Ex eodem poculo bibere, omnino ad familiarem consuetudinem et convictum spectat; sed h. l. dictum est, quia ad spurcam ejus linguam respicitur. Dind.

1287. Præmittitur vulgo: Ἀντῳδὴ καὶ ἀντιστροφὴ κώλων ι'. Dind. In hac pericopa insectatur Cleonymum, tanquam qui soleret ægre discedere ab illis locis, ubi lautius fuisset exceptus. Poëta tamen fingit, non tam helluonem hunc fuisse, quam lentum et segnem manducatorem, quasi illi patrocinium pararet. Est elegans illa phrasis συγγίνεσθαι φροντίσιν ἐννυχίαις, pro, *noctu cogitare de aliqua re diligenter.* Cas. [vid. ad Ran. 929. Brunck.] Frischlinus obscure vel potius nullo sensu vertit: *Noctis studiis ego seris sæpius advigilavi.* Sensus est: *sæpe noctu animo meo versavi.* Vel: *noctu hac de re sæpe cum studio cogitavi.* Græci enim συγγίνεσθαι et reliqua verba ἰσοδυναμοῦντα, ut συνεῖναι, προσεῖναι, ὁμιλεῖν etc. eleganter dicere solent de iis, qui rei alicui student vel indulgent, vel qui rem aliquam tractant eaque crebro utuntur, quo sensu Lucian. in Philopseud. p. 329. dixit ξυνὼν φιλοσοφίᾳ, *qui philosophiæ studet:* Athen. p. 160. c. ὁμιλεῖν ποιηταῖς, *legere poëtas.* Pollux in præf. l. vii. πολλοῖς ὡμιληκέναι ἐμμέτροις τε καὶ ἀμέτροις λόγοις. Justinus Martyr. in Dial. c. Tryph. Jud. ὁμιλεῖν τῇ μουσικῇ. Comicus noster Nub. 1381. ὁμιλεῖν πράγμασι καινοῖς. Eurip. Androm. 792. ὁμιλῆσαι δορὶ *tractare hastam.* Alciphron in Epp. p. 367. ed. Genev. [Ep. i. 25. ubi v. Berg. et Wagner. p. 141.] ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασι, i. e. *nauta fiam.* Sed hæc forte pauci ignorant. Minus notum et obvium est, Græcos iisdem verbis interdum uti, pro, *edere* et *bibere,* ut ap. Athen. ii. 15. p. 56. ξυγγενέσθαι δρυπέπεσι, *edere druppas.* Pherecrates ap. eund. Athen. vii. p. 309. A. συνὼν μαινιδίοις, *qui mænidiis vescitur.* Huc spectat phrasis illa Æliano ii. 38. et aliis usitata, ὁμιλεῖν οἴνῳ, *vinum frequenter bibere.* Sed hæc obiter. Kust.

1289. φαύλως ἐσθίει Κλεώνυμος. Hunc tanquam voracem notat in Avibus v. 289. ἔστι γὰρ κατωφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος; sed hec in Equitibus loco allegorice per voracitatem significatur, quam avide rapiat civium bona. Vide supra ad v. 956. Berg.

1291. ἐρέπτεσθαι quadrupedibus convenit, non autem hominibus. Sed hac voce poëta tacite comparat Cleonymum cum brutis. Cas. Hunc tanquam *voracem* notat in Avv. 290. ἔστι γὰρ καταφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος. Sed hoc in Eqq. loco allegorice per voracitatem significatur, quam avide rapiat civium bona. Berg. Lege φασὶ μὲν γάρ. Bent.

1293. Proprie σιπύη est ἀρτοθήκη, *panarium;* hic pro *penu* accipit, vel etiam pro *cœnatione* vel *triclinio*. Cas.

1294. τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἀνομοίως. Ἀνομοίως non sine ratione suspectum est Kustero: nam nulla ex eo sententia effici potest. Forte ἂν ὁμοίως divisim, i. e. *pariter. omnes æque.* Duck. τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἐᾶν ὁμοίως. *At illos orare, ut sibi æque edendi veniam det.* Tum sequitur divitum oratio, quæ una est et unius modi. Vulgo legitur: τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἀνομοίως. Berglerus vertit: *At illos cum orare variis modis.* Ubinam vero sunt illi varii modi? Lectio depravata est. In membr. pro ἀνομοίως scriptum est ἀλλ' ὅμως. In C. contextus vulgatum exhibet, margo autem: γρ. ἐὰν ὁμοίως. Peccavit in accentu librarius: id, quod reposuimus, debebat scribere, ἐᾶν ὁμοίως. Brunck.

1295. ὦ ἄνα. Poëtica vox pro, ὦ ἄναξ. Hic autem ridicule parasitum vocat Regem. Cas.

1296. σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ. Pari elegantia aut etiam majore dixeris Latine: *parce huic mensæ. Parcere* enim generale verbum est et pro *ignoscere*, et pro uti minus audenter aliqua re. Cas. In trochaicis versibus Brunckius, φασὶν ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις εἰς λόγον, male convertit εἰς in ἐς. Reisig.

1297. Invehitur hac parte in Hyperbolum, cujus potentia jam tum magna succrevit. Nam illo [Cleone] dejecto altius caput extulit. Fingit naves classis Athenn. [per prosopopœiam] detrectare imperium tam vilis capitis. Hic enim minimus mercator fuerat λυχνοπώλης, lucernarum venditor, et, ut Græci solent dicere, ῥωποπώλης, Latine, *scrutarius mercator.* Fingit autem ipsas triremes loqui, quod dulcedinem orationi conciliat, cum tribuitur loquela rei inanimatæ. Cas. Præfigitur his versibus vulgo: Ἀντεπίῤῥημα ἐκ στίχων ις'. Τετράμετροι Τροχαϊκοί. Dind.

1299. παρθένοι. Proprie est *virgo intacta.* Sed Græci Latinique transferunt ad multa hoc vocabulum. Sic triremes *virgines* dicuntur, quæ ad usum adhuc adhibitæ non sunt, et, ut loquitur paulo post poëta, αἳ ἀνδρῶν ἆσσον οὐκ ἐληλύθεισαν, quæ non accesserant ad viros, h. e. quas nemo adhuc conscenderat. Cas. [Cf. Dorvill. ad Charit. p. 207. ubi illustratur illud epigramma, in quo contraria metaphora virgo primum Veneris stadium ingressa πρωτόπλοος appellatur. Dind.] Eleganter hic Comicus triremes recens fabricatas necdum mare expertas vocat παρθένους, i. e. *virgines.* Eustath. ad Odyss. B. p. 1446. ed. Rom. ὅρα ὡς τὸ νέον καὶ παλαιὸν καὶ ἐπὶ νεῶν τίθεται. Ὅθεν ὁ Κωμικὸς λαβὼν ἀρχὴν παίζει, τὰς μὲν μήπω πλευσάσας παρθένους λέγων καὶ μήπω ἀνδρῶν ἆσσον ἐλθούσας, τὰς δὲ παρ' Ὁμήρῳ παλαιάς, γραίας ἀποκαλῶν. Respexit ad hunc locum Comici. Vice versa per metaphoram a navibus petitam femina πρωτόπλοος dicitur, quæ primos toros experta est: prout vocatur in epigrammate Platonis ap. Laërt. iii. 31. Kust.

1300. Fuere urbes duæ notæ Χαλκηδὼν et Καρχηδών, i. e. *Chalcedon* et *Carthago.* Sed Carthaginiensibus nihil admodum commune fuisse invenimus cum Atheniensibus: contra frequens illis commercium, sæpe etiam bellum cum Chalcedoniis, qui Byzantio sive Constantinopoli fuerunt oppositi. Itaque legendum est hic Καλχηδόνα, neque aliter interpres legit, etsi ille corruptus est. Cas. Vulgo inepte Καρχηδόνα, eodem librarii errore, qui correctus fuit v. 174. Genuinæ scripturæ indicium exstat in scholio ad hunc versum, ubi nunc legitur Καρχηδὼν etc. Manifestum est autem, veterem enarratorem scripsisse, ut et apud Comicum legebat: Χαλκηδὼν πόλις Θρᾴκης. Brunck. Rescribendum, Χαλκηδών, et ignoscendum ei, si dixit, Chalcedonem esse Thraciæ, quæ fuit Bithyniæ; nam Bithyni olim Thraces fuerunt. Palmer. Χαλκηδόνα Palmer. Exercitat. p. 728. Pors.

1301. μοχθηρόν. Thucydides l. viii. [c. 73. ubi cf. Ducker.] καὶ Ὑπέρβολόν τέ τινα τῶν Ἀθηναίων, μοχθηρὸν ἄνθρωπον. Berg. Perperam autem, h. e. contra metri legem, e Rav. recepit Inv. πονηρὸν, glossema. Dind. ὀξίνην. Elegans jocus. Nam videtur dicere *vappam excellentem*, et tamen ipsum nomen ejus, quem traducit, ponit. Hyperbolum enim intelligit. Hunc dicit ὀξίνην, i. e. asperum, truculentum, durum; metaphora ducta a vino. Nam vinum acescens Græci vocant ὀξίνην, Latini *vappam.* Cas. Scaliger. ad Priap. Carm. 13. p. 47. ed. Blav. *vappas* a Latinis dici ostendit homines ἀχρήστους ac nihili: ac pari ratione ap. Aristoph. accipit ὀξίνης in h. l., Scholiasten autem nugari dicit. Duck.

1303. Ionica vox ἆσσον pro *prope.* Sed hac voce utuntur etiam alii scriptores. Est autem hic periphrasis navium, quas vocavit *virgines.* Cas. Quasi de virgine intacta loquitur. Berg.

1304. Ἀποτρόπαιος est cognomen Herculis; Latine *averruncus.* Cas.

1305. τερηδόνων. Est vermis genus quod ligno innascitur et id exedit: sicut et, qui vocantur σῆπες et θρίπες. Latini *cossos* nominant. Cas. καὶ καταγ. Suid. Ms. τερηδών. Pors. Phot. p. 425. τερηδών, σκώληξ ξυλοτρώκτης, οἰκῶν ἐν ξύλῳ. Cf. Camus ad Aristot. H. A. ii. 200. Hinc

σαπῆναι h. l. non esse potest, *putrescere*, sed, putridum corrodi, aut corrodi simpliciter. *corrosa et putrefacta* vertit Brunck. Dind.

1306. Ναυφάντης. Finxit navis nomen quasi hominis et ejus patris, e voce ναῦς. Berg. Ναύσωνος. De hoc nomine vid. Suidam in Ναύσων et Schottum ad Vatic. App. Prov. 2, 96. Duck. Subintelligitur ἄρξει, quod etiam monuit Vuil., qui recte censet, Comicum pro sua licentia quidlibet audendi etiam illa nomina finxisse, et prosopopœiæ antea institutæ congruere, quod navem fecerit Athen. civis filiam. Dind.

1307. ἐκ πεύκης. Homines injuria affecti exclamant: tam nobilis sum, quam tu; et mihi e lapidibus Deucalioneis genus est: quum volumus indicare, quidvis nos pati potius paratos esse quam aliquid facere. De navibus dixit: et mihi a picea et lignis genus. Cas. Ut affecti aliqua injuria dicunt: *et ego tam sum homo quam alius:* ita navis convenienter suæ naturæ dicit, se non esse deteriorem aliis nec magis injuriæ idoneam. Simul autem respicit ad aliam significationem vocis πεύκη, quæ in compositis quibusdam *amaritudinem* significat, ut in ἐχεπευκές, quod Hesychius exponit ἔχον πικρίαν. Itaque idem est ac si navis illa dixisset: εἴπερ ἔχω χολήν. Ut in Lysistr. 464. γυναιξὶν οὐκ οἴει χολὴν ἐνεῖναι; Hæc fere ex Scholiis. Berg. Citat Suidas v. εἴπερ ἐκ πεύκης. Kust. τε post γε legi jubet Reisk. Ejusdem ad v. præc. hæc est nota et conjectura: "Ναυφάντη ᾿λεγε (i. e. ἔλεγε). *Naufante* est nomen fictum navis, et hæc navis, quæ hoc versu loquens introducitur, diversa est a navi quæ in superioribus loquitur. De uno Hyperbolo sermonem esse in tota rhesi non interruptum, apparet ex v. 1307." Dind.

1308. Nota dactylum loco quinto. Quanquam autem Hephæstion hunc pedem sedibus imparibus ingredi trochaicum adfirmat: tamen, quia apud Aristoph. hoc valde infrequens est, et nulla necessitas hic dactylum exigit, malim Ἀθηναίοις. Duck. Lege Ἀθηναίοις — δοκεῖ. Bent. ἢν δ' ἀρέσκῃ ταῦτ' Ἀθηναίοις. Vulgo εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, redundante syllaba. In membr. est ἂν δ' ἀρέσκῃ: in C. εἰ δ' ἀρέσκει. Postea solœce vulgo legitur: καθῆσθαι μοι δοκῶ εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσαις. Syntaxeos ratio flagitabat πλεούσῃ, vel potius πλέουσα. Sed locum hunc corruperunt librarii. Quid Comicus scripserit, ipsemet secum collatus liquido ostendet. In Vesp. 270. Chorus senum ait: ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας ἐνθάδ' ὦ ᾿νδρες, | ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν. Ad eundem modum Triremis hic dicit: καθῆσθαί μοι δοκεῖ εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας. Pronomen μοι ad unam refertur, quæ sententiam suam effatur, πλεούσας ad ceteras omnes, quibus consilium datur. Perspicua est in versione sententia: *Videtur mihi optumum nobis esse, si in Thesei aut Eumenidum fanum navigemus, ibique supplices sedeamus.* At Berg., qui Græca intellexerit, ex ejus versione haud facile est divinare; sic enim vertit insulsissime: *Constitui sedere supplex in Theseum aut in templum Eumenidum pro navigantibus.* Hunc locum tentaverat Sam. Petitus ad Leg. Att. p. 79., vir quidem eruditus, sed in sanandis librorum corruptelis industriæ parum felicis, et post eum Dawes., qui et ipse operam lusit, acuminis tamen laude non fraudandus, ob perceptam lectionis mendam, quæ priorum interpretum Cas. et Kust. stomachum non moverat. Sic autem ille rescribendum esse censuit: εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοις, καθῆσθ' ἄν μοι δοκῶ | εἰς τὸ Θησεῖον πλέουσ' ἄν, ἢ 's τὸ τῶν Σεμνῶν θεῶν. [Misc. Crit. p. 249. s.] Vulgatam lectionem, quam codices omnes adfirmant, ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν, perite vindicavit Th. Burges., cujus notam eo minus describere mihi convenit, quo digniorem censeo illum librum, qui omnium has literas colentium manibus teratur. Brunck. Ἀθηναίοις, καθῆσθ' ἄν μοι δοκῶ Εἰς τὸ Θησεῖον πλέουσ' ἄν, ἢ 'ις τὸ τῶν Dawes. Misc. Crit. p. 252. Proximo versu ἐπὶ τὸ Θησεῖον Suid. v. Θησεῖον. Vide Opusc. pp. 25. 370. Pors. Mr. Brunck has restored from conjecture δοκεῖ πλεούσας. The emendation is ingenious and certain, nor does it the less honour to Mr. Brunck's sagacity, that Reiske had already proposed the same in the Acta Leipsiensia for July 1750. p. 419. — Porson's Review of Brunck's Aristoph. Mus. Crit. v. p. 119.

1309. Tangit morem olim usitatum. Gravi enim affecti injuria, cum propriis se viribus tueri non possent, supplices fiebant, vel deorum templa ingressi et ara prehensa, vel procerum potentiorum domum ingressi ad focum sedentes. Σεμνῶν θεῶν. Describit templum dearum venerandarum, i. e. *Furiarum*, quas Athenienses peculiari cultu colebant et Σεμνὰς vocabant, non tam honoris quam horroris gratia. v. Soph. in Œd. Col. [90. 450. etc.). Cas. L. ἢ 'πὶ τῷ (scilicet θάκῳ vel οὔδει) —. Reisk.

1310. Versum hunc et sequentem adducit Suid. v. Πλείτω. Kust. Ἐγχαίνειν est irridendi alicujus causa hiare, vel sannam illi facere. Cas.

1311. πλείτω om. Suid. Ms. Pors.

1312. In Nubb. de eodem isto v. 1048. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ εἴληφε διὰ πονηρίαν; ubi vid. Notam. Berg. καθελκύσας. i. e. *in marc*

deducens, non, ut Frisch., *secum trahat.* Kust. Iste non λυχνοποιὸς sed λυχνοπώλης, qui vendendis lucernis et luminibus magnum quæstum fecerat, post Cleonis mortem adeo potens fuit demagogus, ut Nicias aliique civitatis principes eum non nisi per ostracismum ejicere possent. Quod Plutarch. dicit [vit. Aristid. c. 7.], Athenienses ostracismum, in hoc homine veluti contaminatum, ideo abrogasse, non credibile est; desiit ille in usu esse ob mutatas temporum rationes, et casu evenit ut Hyperboli ultimum esset exemplum. Vuil.

1313. Constituitur hic Actus v. Scena prima. Vulgo tantum præmittitur Ἀγοράκριτος, Χορός, non addito nomine Δῆμος. Is enim abiisse videtur. Dind. Εὐφημεῖν χρή. Solebat in sacris imperari εὐφημία, i. e. ut ore faverent omnes. Quod duplicem vim habebat, ut vel silerent vel abstinerent a jurgiis et male ominatis verbis et ut omnia lingua comprimerentur, quod hic pluribus exprimit poëta. Cas. μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι vertitur: a testibus citandis abstinere. Dind.

1314. Non debebat, ut opinor, Elmsl. ad Acharn. p. 37. ed. Lips. corrigere ἤδ' ἐγεγήθην. Dind.

1315. Hæc manifeste probant, hoc drama prodiisse, dum feliciter cedebat bellum Atheniensibus, nec adhuc erant fracti infortuniis circa Megaram et ad Delium: unde firmatur sententia auctoris hypothesis hujus fabulæ, superius jam ex pluribus conjecturis nobis confirmata, scilicet prodiisse in scenam septimo anno belli Peloponnes., hieme in Lenæis, quo Stratocles erat archon, anno 4. Olymp. lxxxviii. Palmer. [Exercc. p. 728. s.]. παιωνίζειν τὸ θέατρον. Potest verti: *Oportet ut theatro* (i. e. populo Athenn. qui in theatro convenit) *Pæan vel carmen congratulatorium canatur.* Vel: *oportet ut Athenienses hymnos canant in honorem deorum.* Cas. Hoc verius est. Nam τὸ θέατρον sunt ipsi spectatores. Dind.

1316. Versus laborat, quem metri gratia sic legendum puto: Ὦ τ. ἱ. ν. ἐ. ἡ. κ. φέγγος Ἀθήναις. Kust. Posset etiam legi: ἐπίκουρος καὶ φέγγος ὂν ἐν Ἀθήναις [omisso ἡμῶν]. ἐπίκουρος Attice pro ἐπίκουρε. Duck. Lege ἐπίκουρ' ὦ λαμπρὸν φέγγος vel ἐπίκουρε φανεὶς καὶ — vid. 149. 456. et 833. Bent. Vulgo sic legitur hic versus: ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρ' ἡμῶν καὶ φέγγος ἐν Ἀθήναις. Numeros innumeros restituere sic periclitatus est Kusterus: ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρ' ἡμῶν καὶ φέγγος Ἀθήναις. Metro quidem tulit opem, sed lutulenta phrasis est. Alteram prætulissem, licet numeris solutam, exemta modo præpositione ἐν, quam non agnoscunt A. C. Bona Comici fortuna peritam huc admovit manum Valckenarius noster, cujus e felici conjectura ad Eurip. Hipp. 1122. prolata, quod præcipuum erat adscivi: ὦ ταῖς ἱεραῖς ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις καὶ φέγγος Ἀθήναις. Exciderat librariorum culpa participium φανεὶς, quo sic alibi Noster utitur et hac ipsa in fabula 149. ἀνάβαινε σωτὴρ τῇ πόλει καὶ νῷν φανείς, et 836. ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισι φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα. Ad quem locum Berglerus opportune citavit Æsch. Prom. 618. ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς. Brunck. *Sacras* vocat [insulas, e vulg. lect.] vel propter cultum deorum, (nam inter eas erat Delus,) vel propter summam utilitatem, quam præbebant Atheniensibus. Cas. Callim. in Del. 3. Κυκλάδες αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται. Berg. ταῖς ἡμετέραις ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις καὶ φέγγος Ἀθήναις Valckenaer. ad Eurip. Hippol. 1122. Lege, ut fere Ravennas, ὦ ταῖς ἱεραῖς φέγγος Ἀθήναις καὶ ταῖς νήσοις ἐπίκουρε. Bis mendosa est vulgata; quod τὰς νήσους præponit ταῖς Ἀθήναις, et quod epitheton his proprium illis tribuit. Pors.

1317. τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις; Sophocles Œd. Tyr. 861. τίν' ἡμῖν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων; ubi alter ἐσθλήν. In Œd. Col. 349. Νῦν δ' αὖ, τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ Φέρουσα; Berg. κνισσῶμεν ἀγυιάς. Κνισσᾶν ἀγυιὰς est, in vicis vel ante fores ædium diis sacrificare: [Κνίσσα est nidor arvinæ, aut visceris, quod adoletur in honorem deorum: unde κνισσᾶν est, nidorem illum excitare. In veteri oraculo, quod h. l. poëta imitatur, κνισσᾶν ἀγυιὰς significat, excitare nidorem per vicos et plateas. Moris olim fuit, qui et hodie servatur (ut in Anglia), ut ad nuntium rei lætæ quisque pro foribus domus suæ epularetur et genio indulgeret. Cas.] qua phrasi usus etiam est Noster in Avv. [1233. ubi v. Not.] itemque Demosthenes in Or. c. Mid. [c. 15. Spald.]: χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισσᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν. Vide etiam Polluc. i. 28. ubi ejusdem phraseos meminit. Alii tamen scribendum censet ἀγυιᾶς cum circumflexo in ultima, tanquam a Nomin. ἀγυιεὺς, inter quos est Harpocrat. v. Ἀγυιᾶς, quem vide. Kust. Ἀγυιᾶς hic est scribendum περισπωμένως, in accus. plurali, si Harpocrationem sequimur h. v., qui illud contractum ait ex ἀγυιέας a nomin. ἀγυιεύς. ἀγυιᾶς autem exponit τοὺς πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοὺς et κίονας εἰς ὀξὺ λήγοντας, οὓς ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν. v. etiam Schol. ad Vesp. 875. Scholiastes quoque ita legisse videtur h. l. cum exponit ἀγυιὰς, τοὺς ἀγυιοὺς θεοὺς, quanquam ἀγυιοὺς mihi

suspectum est, quod id nusquam alibi legi, ac pro eo malim τοὺς ἐν ταῖς ἀγυιαῖς θεοὺς, vel τοὺς ἀγυιέας θεοὺς, ut Ἀγυιεῦ ap. Arist. Vesp. 875. et Ἀπόλλων ἀγυιεὺς ap. Pherecr. in Schol. ibid. Ita κνισσᾷν ἀγυιᾶς esset *adolere aras*, vel, si hoc dici potest Latine, *deos quorum ante fores κίονες stabant*. Adfert Harpocr. testimonium Demosthenis e Midiana κνισσᾷν ἀγυιᾶς, verum ibi p. 332. legitur κνισσᾷν ἀγυιὰς, in quo ἀγυιὰς pro viis accipit Interpres: ait enim: κνισσᾷν ἀγυιάς· κνίσης καὶ θυμιαμάτων πληροῦν τὰς ὁδούς· οἱ δὲ ἀγυιας (an ἀγυιᾶς?) φασι τοὺς Ἑρμᾶς. Sed ex ipsius oraculi verbis ea voce potius ibi designari videntur viæ: ait enim: Μέμνησθαι Βάκχοιο καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς, Ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας, Καὶ κνισσᾷν βωμοῖσι κάρη στεφάνοις πυκάσαντας. In quibus ex adposito epitheto εὐρυχώρους et præpositione κατὰ manifestum est, intelligi vias. Sic mox ibid. κατ' ἀγυιὰς κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χορούς. Et rursum in Or. πρὸς Μακάρτ. p. 609. ex oraculo: καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισσᾷν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χορούς. Ubi articulus τὰς indicio est, non esse accusativum plur. ab ἀγυιεύς. Eo respexit Pollux i. 28. ἡ δὲ Πυθία καὶ κνισσᾷν ἀγυιὰς ἀνῄρει, ubi v. Jungerm. et Lucian. in Prometh. p. 183. ὅπως ἔχοιεν κνισσᾷν ἀγυιᾶς καὶ τοῦ λιβανωτοῦ θυμιᾷν· et bis accus. p. 214. ἀκνίσσωτοι δὲ αἱ ἀγυιαί. Duck.

1318. τὸν Δῆμον ἀφεψήσας. Convenienter arti suæ hoc fecit Agoracritus; erat enim fartor et coquus. Alluditur autem ad fabulam de Medea et Æsone, quem illa recoxit. Berg. ὑμῖν. Sic recte B. C. Vulgo ἡμῖν. Brunck. Corrigendum ita esse monuerat jam Reisk. ἀπεψήσας ὑμῖν — πεποίηκας Suid. ἀπεψησάμην. Pors.

1319. ποῦ 'στὶν νῦν; Male vulgo ποῦ 'στι νῦν; Brunck.

1320. ἰοστεφάνοις. V. Nostrum Acharn. 612. et Suid. v. Ἰοστέφανοι. Kust. Laudem veterum Athenarum hac voce innuit, quam a Pindaro accepit. ἰοστέφανος quasi dicas, *violis coronata*, pro, *magna laude digna*. Notandum autem est, quæ hic versu dicuntur, fuisse arte expressa in theatro. Cas. Cf. ad 1326. Dind.

1321. Forte ποίαν σκεύη [sic spatio interposito] χοῖος γεγένηται. Bent. Vulgo sic legitur hic versus: πῶς ἂν ἴδωμεν, ποίαν ἔχει σκευὴν, καὶ ποῖος γεγένηται; Corrupti sunt fœde numeri, nec forma tetrametri anapæstici apparet. Præterea solœcum est ἴδωμεν cum πῶς ἄν. Vid. not. ad Lys. 912. Pl. 374. 438. Av. 164. Certa, ni fallor, conjectura poëtæ manum restituo: πῶς ἂν ἴδοιμεν, τίν' ἔχει σκευὴν, καὶ ποῖός τις γεγένηται; Mox v. 1336. ποῖός τις ἦ; In vulg. lectione ποίαν ultimam corripit contra prosodiæ legem, et vox σκευὴν in duo commata dispertita cæsuram post quartum pedem facit, quod nullibi Comicum admisisse, fidenter nunc affirmo. V. not. ad Av. 600. Acharn. 620. Brunck. Lege πῶς ἂν ἴδοιμεν ποίαν τιν' ἔχει σκευὴν καὶ τίς γεγένηται. De primo vide Dawes. Misc. Crit. p. 207. ποῖός τις conjunguntur Plut. 349. Ran. 60. 291. Eq. 1336. Vesp. 528. 1181. Pac. 673. Av. 127. Sophocl. Antig. 42. Eurip. Bacch. 477. Pors. Ita Reisigius i. p. 151. Libri omnes: πῶς ἂν ἴδωμεν ποίαν ἔχει σκευὴν καὶ ποῖος γεγένηται. Dind. His omnibus non recte adversatus est Inv.; σκευὴ de habitu externo et ornatu dicitur. Hotib. legit: π. ἄ. ἴδοιμεν, ποίαν ἂν ἔχων σκευὴν ποῖος γεγ. Id.

1322. ξυνεσίτει. Respicit ad convivia in prytaneo agitari solita. Cas.

1323. ἀνοιγνυμένων. Hinc colligimus, in theatro machinam quandam fuisse exstructam, ubi veteris urbis erat imago. Cas. Propylæa enim propria Athenis erant et e Pnyce conspici poterant. v. Phot. Lex. p. 338. Plerique tamen intelligunt recte vestibuli fores, ita ut domus tantum in scena exhibita videatur, idque probabilius est. Dind.

1324. ὀλολύξατε. Verbum sacrorum: proprie locum habet, cum inter mactandum victimam choreæ ducuntur et omnes vocibus ominantur et deorum laudibus ac precibus templum resonat. Ponitur pro *gratulari*. Cas. De re læta, v. supra ad v. 614. Sic Æschylus Agam. 596. ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο. Tenendum tamen est, istud verbum etiam in contraria significatione occurrere, ut Soph. Electr. 752. ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν (lamentis prosecutus est adolescentem), Οἷ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά. Berg. φαινομένῃσιν. Sic optime membr. Pessime vulgo φαινομέναις. In B. superscriptum minio ιν. In C. φαινομέναισι. Venustior est Ionica forma, Atticis etiam scenicis frequentata. Brunck. Lege ταῖς φαινομέναις ταῖσδ'. Bent. Lege ob metrum φαινομέναισιν. Pors.

1326. ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι. Vid. nos infra ad Acharn. 639. Kust. λιπαραί. Et hoc epitheton Pindari est. Proprie convenit athletæ, ad luctam se paranti, qui de more fuerit unctus. Quia autem ut plurimum athletæ apparebant nudati, εὖ ἔχοντες, bono habitu, toris lacertorum eminentibus: propterea omnia, quæ laudare volebant, vocabant λιπαρά. Est, ut videtur, alicujus dithyrambici vox ἀριζήλωτος. Cas. Valde delectabantur Athenienses, si quis his epithetis eos insigniret. In Acharn. 612. πρῶτον μὲν

ἰοστεφάνους ἐκάλουν· κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴπῃ, εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε· εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας, εὗρε τὸ πᾶν ἄν. Cæterum Scholiastes ad hunc in Eqq. locum monet, illa verba esse parodiam ex Pindaro, cujus verba adducuntur in Scholl. ad Nub. 298. λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι. Æschines epist. 4. ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανίππου ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος· αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθῆναι· καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τὸ ἔπος τοῦτό ἐστι λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος· οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν, μετὰ τοῦ χαλκῇ εἰκόνι τιμῆσαι etc. Berg. Parodia e Pindaro, cujus verba profert Schol. ad Nub. 298. sic ex h. l. legenda: ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι | Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι [s. Ἀθάναι]. Voces ὦ ταὶ sunt etiam Pindari, alioquin poëtico ταὶ usus non fuisset Noster. Brunck. Hinc male Hotib. ὦ καὶ λιπ. Dind.

1327. μόναρχον. Adulatorie dictum. Nunquam enim factum, ut totius Græciæ principatum obtinerent Athenienses. Cas.

1328. τεττιγοφόρος. Apparet in simulacro veterum Athenarum fuisse effigiatos quosdam homines cum veteri Atheniensium cultu. Cicadas capillis insertas gestitasse veteres Athenienses notum est. Testabantur hoc modo non adventitium esse populum, sed indigenam et αὐτόχθονα. v. Thucyd. in procem. Cas. Procop. Epist. 18. σὲ νῦν ἐπιθυμῶν ἀρχαίῳ σχήματι τεττιγοφόρον ἰδεῖν. Prodit autem populi persona illo cultu ornata, quo prisci Athenienses usi fuerunt, de quibus inter alia Thucydides Lib. i. sub initium: καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν i. e. aureas cicadas inserendo ligantes nodum capillorum. Berg. De cicadis, quas Athenienses innectebant capillis, vid. Scholia hic et ad Nub. 971. Scalig. ad Catalect. Virg. p. 56. Duck. τῷ 'ρχαίῳ. Sic procul dubio scripserat Comicus: perperam libri omnes ἀρχαίῳ sine articulo et cum versus ruina. Brunck. Leg. τεττιγοφόρος κἀρχαίῳ vel — φορῶν ἀρχαίῳ. Bent. ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν τεττιγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός. Ita edd. Articulus, quem ante ἀρχ. inserit Brunck. rectius abest ab his dithyrambicis. Lege, antiqua forma, τεττιγοφόρας. Pors. Vide Elmslei. ad Ach. 567. Polemon antiquarius dictus est στηλοκόπας teste Herodico Athenæi vi. p. 234. D. ubi frustra στηλοκόπος conjicit Schweighæuserus. Contra idem e mss. restituit μαραθωνομάχαι vi. p. 253. F. Ex Ach. 180. μαραθωνομάχοι citat Phrynichus in Bekkeri Anecdotis p. 8. 23. consentiente Ms. olim SG. quem inspexi. [Apponam ipsius Porsoni verba, quæ debeo amicitiæ viri literatissimi, Martini Davy, S. T. P. "ἀρχαίῳ edd. mss. Cum in his versibus dithyrambicas ampullas affectet comicus, lege cum Hesychio ms. τεττιγοφόρας, ἀρχαίῳ. Vide Valckenær. ad Eurip. Phœn. 120." In Ach. 180.—χαι recte servat Bekkeri Lex. SG. p. 459. 6. Ibid. 569. lege τειχομάχας ἀνήρ. ῥιγομάχας Lucillii Ep. vi. t. ii. p. 318. Brunck. ἰθυμαχᾶν πολιητᾶν malim in Simonid. fr. xxxiii. p. 370. Gaisf. βιβλιολάθας dictus Didymus, Athen. iv. p. 139. C. βακτροφόρας, αἰθεριβόσκας, Cercidas Laertii vi. 76. ἑκατογκεφάλα Nub. 335. αὐχμηροκόμας Anaxandrid. Athen. iv. p. 131. B. ubi pro βούτυρόν φασ' egregie emendatur βουτυροφάγους (Edinb. Rev. N. v. p. 191.) nisi mavis propius ad literas, βουτυροφάγας. Γαφάγας dictus vermis quidam, dialecto Syracosia; Hesychius. ὀνοματοθήρας Athen. xiv. p. 649. B. et alibi. Dorice audit ὑδατοπότας Lamprus Musicus a Phrynicho Athenæi ii. p. 44. D. Obiter moneo, post Kidd. ad Dawes. p. 349. non obtrudendas esse has formas orationi seriæ, ut Nub. 982. Dobr.

1329. χοιρίνων ὄζων. χοιρίναι dicebantur Athenis conchulæ quædam elegantioris, ut videtur, formæ, quibus antiqui Athenienses pro calculis utebantur. Putant viri docti esse, quas nos hodie appellamus *porcellanas*, quod tamen vix puto. κατάλειπτος a λείβω, quod est Latine *libo*, *fluo*, vel *fundo*. Significat poëta, veteres Athenienses fuisse occupatos assidue in sacris procurandis, pace stabilienda, non, ut jam novi Athenienses, in litibus judicandis. Cas.

1331. Lege τοῦ Μαραθῶνι. vid. Ach. 664. Bent. Notum est, lubenter Athenienses in memoriam sibi revocari passos esse pugnam Marathoniam et gloriam ibi reportatam, unde et h. l. Comicus tropæum Marathone erectum memorat. Dind.

1335. Olim deleverat γάρ: mox adscripsit "Immo lege γὰρ et οἷ' ἕδρας." Bent.

1336. Ald. ἦν. Bent. ποιός τις ἦ; In A. C. ἦν. In B. εἶ, quod ex ἦ depravatum. v. ad Avv. 1363. Brunck. Corrupit etiam hujus optimi senarii cæsuram Invern. recipienda scriptura R., et languet in ea καί. Restituenda igitur vetus et ita distinguenda: τί δ' ἕδρων, κάτειπέ μοι, πρὸ τοῦ (προτοῦ vulg.). ποῖός τις ἦ; Id.

1339. Suid. κήδομαι. Pors. Post προβουλεύω μόνος minus plene est interpun-

gendum, colo. DIND. *μόνον* Vet. in Scaligeri Excerptis. ID.

1341. Loci hujus mentionem facit Etym. v. Ὀρταλίζειν et Suidas v. Ἀνορταλίζειν. [Suidas: Ἀνορταλίζειν, καὶ ἀνωρτάλιζες, κούφως ὤρχου, ἐπῄρου· καὶ ταχέως ἐπίστευες, πρὶν δοκιμάσαι. ὀρταλίζειν δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἀναπτεροῦσθαι ὀρνέων. Hesych. ἀνορταλίζειν, ἅλλεσθαι, ἐντεῦθεν καὶ οἱ νεοττοὶ ὀρτάλιχοι. Idem κερουτιᾷ· γαυριᾷ. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑψαυχενούντων ταύρων. BRUNCK. ὀρτάλιχοι dicebantur οἱ μηδέπω πετόμενοι νεοττοί. DIND. Veram autem ejus vocis interpretationem (saltem quæ huic loco apta est), nec hi nec Scholiastes vetus attigisse mihi videntur, quippe quam esse existimo: *aures arrigebas*, metaphora sumta a brutis, quæ aures arrigere et demittere solent. Juvant hanc interpretationem ea, quæ paulo post sequuntur: τὰ δ' ὦτα γάρ σου, νὴ Δί' ἐξεπετάννυτο. KUST. Ab ὄρω, *excito*, est verbale ὀρτὸς, unde ὀρτίζω et per pleonasmum syllabæ αλ, ὀρταλίζω, ut Schol. ait, qui addit: *hoc verbum dicitur de avibus, quæ se alis sublevare incipiunt*, unde ὀρτάλιχοι in Acharn. 836. Hesych. ὀρτάλιχοι, οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοὶ καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες. Dicit ergo Comicus, populum se extollere, si quis rhetor ei aduletur. Sic in Acharn. 613. dicit, Athenienses extolli, si quis eos laudet: ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε. Ubi v. Not. BERG. κἀκερουτίας. Pro καὶ ἐκερουτίας, a κερουτιᾶν. Schol.: *tanquam cervus, inquit, superbiebas cornibus*; nempe cervi erectam cervicem ferunt et caput alte extollunt: transit autem ab *alis* ad *cornua*, ut notat Schol. Puto potius metaphoram esse a scarabæis et bruchis quibusdam, qui *volaturi* exporrigunt *cornua* sive brachia illa, quæ fere sunt similia chelis cancrorum et scorpionum. Et sic rectius conjunguntur ἀνωρτάλιζες et ἐκερουτίας. BERG. Κέρας *cornu*: κερουτιᾶν est verbum rusticum, quod tauris convenit aut alii de bucero pecore, cum jactat caput, ut recens natorum cornuum faciat periculum. CAS. Κἀκερουτίας. Ἐκερουτίας· τὴν κεφαλὴν ἀνέτεινες δίκην τῶν κερατοφορούντων ζώων. Ὅτι ἐνειδὴ γίνεται μετεωρίζοντα τὴν κορυφήν. Δηλοῖ δὲ τὸ γαυριᾶν. Ὡς ἔλαφος, φησὶν, ἠγάλλου τοῖς κέρασιν. Ἀνωρτάλιζες, κἀκερουτίας. Idem alibi: Κἀκερουτίας· Ἀριστοφάνης· Ἀνωρτάλιζες κἀκερουτίας· ἀντὶ τοῦ ἐμετεωρίζου, μέγα ἐφρόνεις. Ἀπὸ δὲ τῶν κερατοφορούντων ζώων ἡ λέξις. SCHUTZ.

1342. Comma post τούτων delendum. ἐξαπατήσα; ᾤχετο cohærent. Reisk. legi vult: τοιαῦτ' ἔδρων με. DIND.

1343. Corrupit prorsus senarium Inv. sui cod. scriptura, quæ præterea manifesta glossemata continet: τί φῄς; ταυτί μ' ἔδρων, ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐκ ᾔδειν; debebat certe esse: ἔδρων ταυτί μ'· ἐγὼ δ' οὐκ ᾐσθόμην. Sed revocanda vetus lectio multo elegantior: τί φῄς; τοιαῦτα μ' ἔδρων, ἐγὼ δ' οὐκ ᾐσθόμην. DIND.

1344. ὦτα γάρ. Convicium in marrucinos et stupidos: *habet asininas aures*. Id convicium de populo Atheniensi palam enunciare poëta non est ausus. Figura igitur usus est. Ait populum habuisse aures umbellæ similes, i. e., admodum vastas: et, quemadmodum umbellæ modo contrahuntur, modo expanduntur, cum illis utimur: sic ait populum Atheniensem modo usum, modo non usum suis auribus. CAS.

1345. σκιάδειον. Sic membr. Vulgo σκιάδιον. Priorem nominis formam frequentat Comicus. V. Av. 1509. 1550. Thesm. 823. 829. BRUNCK. De h. l. vid. Perizon. ad Æl. V. H. vi. 1. Hemsterh. ad Poll. vii. 174. et in Add. ad eum locum. DUCK. P. 442. ed. Gronov. T. i. ubi σκιαδηφορεῖν explicat et docet, σκιάδεια fuisse instrumenta, quæ explicari et complicari poterant, et quibus virgines se adversus solis radios tuebantur (*parasols*). DIND.

1346. ἀνόητος — καὶ γέρων; Sophocles Antig. 287. μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα. Idem Œd. Col. 924. καί σ' ὁ πληθύνων χρόνος Γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν. BERG.

1347. Hoc agit poëta, ut priora peccata populo declaret. Ostendit igitur deteriora semper consilia sequi. Proponit duos, quorum alter auctor esset, ut triremes conficerentur; quod semper habitum salutare consilium Athenis; alter suadet καταμισθοφορεῖν, i. e. pecunia publica mercenarium militem alere; quod semper reip. illi fuit perniciosum. CAS. Vulgo legitur: καί, νὴ Δία γ', εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε. Satis jam inculcavi, δύω ultima longa Atticis usitatum non fuisse. Emendate scriptum est hoc vocabulum in A. C. δύο: sed versus claudicat deficiente syllaba, nec metro tantum sed sententiæ etiam aliquid deest. Expressum enim oportuit, cuinam ista dicerent, quæ sequuntur, duo oratores: *populo* scilicet, cujus personam sustinet Demus, cui Agoracritus imprudentiam exprobrat. Reponendum igitur pronomen male omissum σοι· καί, νὴ Δία γ', εἰ δύο σοι λεγοίτην ῥήτορε. Dixerat paulo ante: ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ 'κκλησίᾳ — εἶτ' ἐξαπατήσας σ' ᾤχετο. Unde liquet, quod et absque eo notissimum est, perinde esse λέγειν τῷ δήμῳ et λέγειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Emendatio ista, qua nihil certius, jam prolata

fuerat in nota ad Ran. 1405. Brunck. Si legendum sit, καὶ νὴ Δί' εἴ γε δύο —, non erit cur Marklando assentiamur, qui ad Eurip. Iph. Aul. 1247. δύω Atticis usurpatum esse credit. Sophocl. apud Scholiast. ad Æschyl. Pers. 181. ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν. Ita proculdubio legendum, et ita emendaturum fuisse Heathium crediderim, nisi menti ejus infelix istud γε obversatum esset. Vide Euripid. Ion. 1607. Vide Adverss. p. 36. Pors. Καὶ νὴ Δία γ' εἰ δύο λεγοίτην ῥήτορε, videsne, etiam metri vitium tollendum esse? ac dubitabis, scripsisse auctorem: καὶ νὴ Δί' εἰ δύο γε λεγοίτην ῥήτορε? quemadmodum Pluto loquutus ipse est, vs. 1010. καὶ νὴ Δί' εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με: Vespis, vs. 97. καὶ νὴ Δί' ἢν ἴδῃ γε που γεγραμμένον Υἱὸν Πυριλάμπους —, Ἰὼν παρέγραψε —. Porso γέ particulæ agglutinavit εἰ. Sed δύο est acuendum, non ipsa conditionis particula. Negat Brunckius sententiam plenam esse, pronomine autem adjuncto scribi oportere: καὶ, νὴ Δία γ', εἰ δύο σοι λεγοίτην ῥήτορε. At pendet versus ille a versu 1340. πρῶτον μέν, ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ 'κκλησίᾳ. Itaque verba ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ animo jam tenet Agoracritus. Istius autem rei ignoratione in Pluti versu emendando 566. peccarunt Kusterus, Hemsterhusius, Brunckius. Ille quidem voluit νὴ Δία γ', εἰ δεῖ γε λαθεῖν αὐτόν, — scribi: posteriores autem duo, alter conjecturam sequutus, alter membranis suis confirmatus: νὴ τὸν Δία γ', εἴ γε λαθεῖν αὐτὸν δεῖ, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστιν; In antiquis exemplaribus typis exaratis legitur νὴ τὸν Δί', εἴγε δεῖ λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐχὶ —: idemque scriptum est in Borgiano, et plerisque Mss. ut videtur. In Ravennate: νὴ τὸν Δί', εἰ δεῖ λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐχὶ —. Apud Suidam, νὴ τὸν Δί' εἴ γε δεῖ λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστι; Inde conjicio, Aristophanem scripsisse: εἰ νὴ Δία δεῖ γε λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐ καὶ κόσμιόν ἐστιν; Vespis, vs. 254. εἰ νὴ Δί' αὖθις κονδύλοις νουθετήσεθ' ἡμᾶς, — ἄπιμεν οἴκαδ' αὐτοί· Lysistratæ versu 360. corruptiore etiam quam in vulgatis libris apud Suidam. Vol. i. p. 448. quem tacite correxit Kusterus, εἰ νὴ Δί' ἤδη τὰς γνάθους τούτων τις ἢ δὶς ἢ τρὶς ἔκοψεν, — φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον. Nec dissimiliter Pluto, vs. 356. εἴ τι κεκλοφὼς νὴ Δία — ἥκεις — · κἄπειτ' ἴσως σοι μεταμέλει. Deinde πῶς οὐ καὶ dixit Aristophanes Ranis, vss. 786. 787. πῶς Οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου; Verum quum tamen Ms. quidam Suidæ liber, quem Porso evolvit, cum bono congruat Dorvilliano: νὴ τὸν Δί', εἴ γε λαθεῖν αὐτὸν δεῖ, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστι; in altero Pluto dixisse Aristophanem existimo: κο καὶ μὰ Δί', εἴγε λαθεῖν αὐτὸν δεῖ, πῶς οὐ κοσμιόν ἐστιν; Eandem jurandi formulam habes vs. 187. καὶ ναὶ μὰ Δία τούτων γε πολλῷ πλείονα. Acharnensibus, vs. 88. καὶ ναὶ μὰ Δί' ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου. Cæterum admiror ego, quid doctis acciderit Anglis Bentleio et Porsoni, nostratique Kustero, ut obscurum et frigidum esse hoc enthymema judicarent. Magis etiam admiror Jacobsium, elegantissimo hominem judicio, quod totum versum resecuit in Florilegio Poëtico. Porso etiam *contra morem* ait esse *et decorum, ut Chremyli rationes confutare aggrediatur Blepsidemus.* At Blepsidemus non quæ ipse cogitat ac sentit eloquitur, sed Peniæ partes aperta cum ironia agens, sophisma irridet id, quod pro argumento illam Chremylo fingit opposituram. Nominis autem κόσμιος non fugit Brunckium ambiguitas, etsi non dilucide verbis exposuit. Venit in mentem mihi finitimo nostrum significatu *artig.* Fac Blepsidemum probum atque honestum hominem dicaci severitate dicentem: *Ey, warum denn wär's nicht artig und fein, beym Stehlen verborgen zu bleiben?* Reisig.

1348. ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς. Sic optime membr. Insulsa est vulgata lectio: εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε, ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς λέγων. Putida est verbi repetitio λεγοίτην, λέγων. At vero exprimi debuit, de quibusnam navibus ageretur. Naves longæ erant illæ, quæ ad bellum parabantur, *naves bellicæ.* Infra 1363. πρῶτον μὲν, ὁπόσοι ναῦς ἐλαύνουσιν μακράς. Brunck.

1349. Leg. τοῦτ'. Bent. [aliter Elms. ad Acharn. 168. in Auctario.] Dobr. καταμισθοφορῆσαι. Scholiastes: *in mercedem consumere: mercedem dare in comitiis et judiciis, judiciariam et comitiariam.* Berg. Est, pecuniam impendere stipendio militum mercenariorum. Dind. τοῦτον ὁ τὸν μ. λ. Ordo est: ὁ τὸν μισθὸν λέγων ᾤχετο παραδραμὼν τοῦτον, τὸν τὰς τριήρεις, subintellige λέγοντα. Berg. Hæc perturbatio ordinis celeritate loquendi poterat excusari. Post hæc dicta Demi persona existimanda est se incurvasse, ut faciem præ pudore occultaret. Dind. In membranis scriptum: ὁ δ' ἕτερος αὖ | καταμισθοφορῆσαι τοῦθ'· ὁ τὸν μισθὸν λέγων —Duo alii vulgatam exhibent: sed in B. τοῦθ' superscriptum. Nescio an præferri debuerit illa lectio καταμισθοφορῆσαι τοῦτο, scilicet τὸ δαπάνημα εἰς τὰς ναῦς. Brunck.

1350. παραδραμὼν ἂν ᾤχετο. I. e. *victor discedebat;* per metaphoram sumtam a cursoribus, qui velocitate antagonistas prætereunt et sic eos vincunt. Kust.

1351. τ κύπτεις; Fingit, quod gestu

adjuvabatur in docenda fabula, populum pudefieri et caput demittere, ut solent qui pudore tanguntur. Cas. οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς; Frischlinus: *an non manebis hoc loco?* parum recte; non enim discessurus erat inde populus. Græci κατὰ χώραν ἔχειν et μένειν dicunt illa, quæ manent eodem statu, quæ non mutantur. Sic Plut. 367. is, cujus vultus mutabatur, dicitur τὸ βλέμμα οὐ κατὰ χώραν ἔχειν. Item: *rem relinquere, quo statu est*, ut Ran. 792. Hortatur ergo populum caput præ pudore submittentem, ne id faciat, sed erecto vultu, ut ante, maneat. Duck.

1352. ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις. Sic ut impressi, B. C. Male in membr. ταῖς προτέραις. Brunck. In Plut. 774. αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμαυτοῦ ξυμφοράς. Berg. προτέραις Suid. v. αἰσχύνομαι, ubi τοι om. ed. M. προτέραις Suid. ed. et Ms. in αἰσχ. et addunt, αἰσχυνόμενος περιπλέκει τὴν συμφορὰν ἐν συνουσίᾳ quæ om. ed. Kust. τοι om. Ald. Ms. Pors.

1354. νῦν δὴ φράσον. Perperam vulgo νῦν δὲ —. Brunck.

1355. Tacite docet poëta, delatoribus adimendam esse potestatem vexandorum bonorum; quæ vel præcipua semper fuit cura Imperatorum proborum. Tunc autem Athenis solitus populus a quadruplatoribus impelli ad condemnationem reorum spe publicationis bonorum. Cas. ξυνήγοροι non delatores erant, sed tum causarum patroni, tum magistratus qui in concione dicebant. v. Phot. Lex. p. 408. De voc. βωμολόχος, quod scurram proprie significat (h. l. bene Vuil. reddit: ein Schelm) v. ad Nubb. 900. Dind.

1357. Post δίκην punctum est delendum; nam vv. 1355. et 1358. conjunguntur. καταγνῶναι τὴν δίκην est, causam, h. e. reum, qui in jus vocatus est, damnare. Dind.

1359. ἐς τὸ β. Sic tres codd. Vulgo εἰς. Brunck. Suidas v. Ὑπέρβολον t. iii. p. 539. Dind. Etiam ante vidimus perstringi acriter Hyperbolum; quod et hic facit urbanissime. Vox enim ὑπέρβολος duobus hic modis exponi potest, vel de lapide grandi, ut molari; qualis lapis solitus iis de collo appendi, qui in aquas mergebantur: cujus supplicii et moris hujus appendendi lapidis, ad quem alludit Aristophanes, mentio est in Evangeliis. Ita ὑπέρβολον absolute dictum fuerit, pro λίθον ὑπέρβολον. Sed aliter etiam potest intelligi de nomine proprio Hyperboli, ut obiter significet, delatores quidem puniendos, sed ante omnia perdendum Hyperbolum. Cas.

1360. ἐκκρεμάσας Ὑπέρβολον. Vide Nos ad Suid. v. Ὑπέρβολος, ubi loci hujus mentio fit. Cæterum Frischlinus locum hunc male sic vertit: *Et Hyperbolo ipsi laqueo interstringam gulam.* Vertere debebat: *Gutturi ejus appendens* (saxi loco) *Hyperbolum.* Videtur nimirum Hyperbolus fuisse homo crassi et obesi corporis, quem proinde collo ejus, qui in barathrum præcipitandus erat, saxi loco appendendum esse, Comicus noster lepide ait. Kust. Collo rhetoris in Barathrum Hyperbolum saxi loco appendendum esse ait, ut in Ran. 1433. Cleocrito Cinesiam pro alis applicandum esse: εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ. Ridiculum Suidæ errorem in Ὑπέρβολος, correxit Kusterus. Brunck.

1364. κατάγεσθαι dicitur navis, quæ ex alto in portum venit. Etsi enim in rotundo, ex quo conficitur terra et aqua, nihil altum aut humile: tamen ad visum nostrum (imo et ad rei veritatem, ut ait Ptolemæus), qui solvunt e portu, dicuntur ἀνάγεσθαι, qui vero portum subeunt, κατάγεσθαι; quasi inferiorem locum petant. Cas. Militum classiariorum ἐντελὴς μισθὸς sive *integrum et solidum stipendium* erat drachma Attica in diem. Unde navis dicebatur ἐντελόμισθος, cujus nautis stipendium tale persolvebatur. V. Harpocr. et Suid. v. Ἀδδηφάγος, Polluc. i. 121. et ibi Kuhnium. Kust. Ita vocat remiges, quia illis sedendo quasi atterantur nates et exiliores fiant. Erant cæteroqui Athenienses plerique λεπτόπυγοι fato quodam. Berg.

1365. ὑπολίσποις πυγιδίοισιν. Periphrasis Atheniensium, sive rei veritas, sive temerarium convicium. Olim Athenienses dicti partes, quibus sedemus, exiles et quasi continuo sedendi usu attritas habere. Quod inde habuit originem, quia rei nauticæ peritissimi Athenienses, et qui diu insulis imperarint, in navibus plurimum vitam agebant, ubi necessario sedebant. Alii referunt ad fabulam de Theseo, qui saxo insidens, cum a prætereunte Hercule raperetur in comitatum, attritus ea corporis sui parte dicitur. Propter hæc igitur Athenienses dicti modo ὑπόλισποι, modo λισπόπυγες. Cas. Remiges ὑπόλισπα πυγίδια appellat, quia in transtris diu sedendo crebroque inter remigandum succussu nates eis deterebantur, ob eamque causam, nempe quia maximam vitæ partem in navibus transigebat plebs Attica, depyges erant plerique, cujus vitii originem Mythographi referunt ad Theseum, qui natium partem in saxo reliquit, unde ab Hercule abstractus fuit. Cæterum idiotismum Atticæ dialecti librariorum culpa obliteratum fuisse arbitror. Scripserat Comicus ὑπολίσφοις. Mœris [p. 145.]: λίσφους, Ἀττικῶς· ἀπύγους, Ἑλληνικῶς· ad quam notam vide Piersonum. Hesychio λίσπη exponitur λεῖα καὶ ἐκτετριμμένη καὶ ἄπυγος λίαν. Prior interpre-

tatio pertinet ad Ran. 826. ubi λίσπη γλῶσσα, neglecto Atticismo, bene in chorico cantico adhibetur. Sed in senariis alia res est, in quibus non solet Comicus ab usu suæ dialecti recedere. Brunck.

1366. ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ. In historiis Athenn. passim fuit mentio hujus catalogi, in quo descripti erant, quicunque nomen militiæ dedissent, et κατάλογον sic dixerunt, ut Latini illud album sive laterculum appellarunt *numeros*. Ibi erat descriptus quisque prout militabat. Militiæ autem multi sunt gradus, alii honestiores, alii minus; unde locus fraudi, quam hic Aristophanes tangit; cum exempli causa, qui erat centurio adscriptus, postea studio alicujus improbi inter præfectos manipulorum rescriptus fuerat, aut contra. Cas. ἔπειτα πολίτης John Seager in the *Class. Journ.* iv. p. 716. Dind.

1367. μετεγγραφήσεται. Sic tres nostri codd. ut Vatic. et Suidas in κατάλογος. Perperam vulgo, claudicante versu, μεταγραφήσεται. Brunck. [Idem reponi jussit metri causa et quia ἐγγεγράψεται sequitur, Dawes. Misc. Crit. p. 198. s. ἐγγεγράψεται pro ἐγγραφήσεται positum illustravit Coray in Schol. ad Heliod. ii. p. 68. s. Dind.] Suidas in κατάλογος duos hos versus laudans posteriorem ita legit: Οὐδ' εἷς κατασπουδὰς μετεγγραφήσεται. Sed κατασπουδὰς una voce præterea neminem scio, qui dixerit. Disjunctim vero etiam legitur ap. Ælian. V. H. iii. 8. eodem fere quo hic sensu: *per studia aliorum;* quod etiam verti potest *in gratiam alterius.* μετεγγραφήσεται vero Kuster. ad Arist. etiam in Ms. legi tradit. Nec ille autem nec Portus quidquam ad Suidam de variante apud Aristoph. scriptura monent. μετεγγράφειν etiam apud Lucian. est ad indoctum et multos ementem libros p. 380. pro *describere:* ubi tamen dubito, an non potius legendum sit μεταγεγραμμένα. Cæterum de catalogo, in quo scribebantur nomina militum, Suidas fere eadem habet, quæ Schol. nisi quod pro στρατευομένων apud eum est ἐκστρατευομένων. v. etiam Petit. ad LL. Attic. p. 549. Pollux viii. 115. eos vocat τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου. Ælian. V. H. xiii. 12. Μέτων ὁ ἀστρονόμος εἷς ἦν τοῦ καταλόγου. Duck. Ex Suida v. κατάλογος et Ms. Vatic. Pal. μετεγγραφήσεται Dawes. Misc. Crit. p. 198. μετεγγρ. Suid. ed. Ms. κατάλογος. Pors.

1369. πόρπακα. Est manubrium clypei, sed hic clypeum totum intelligit. Sensus est: si nullus sit locus gratiæ, Cleonymum, qui tam honestum locum in catalogo obtinebat, relatum iri inter probrosos. Erat enim hic ignavia insignis. Cas. Ignavus enim erat, et ῥίψασπις appellabatur. Multis in locis timiditatem ei Comicus exprobrat. Brunck. Qui tacite reposuit τοῦ Κλεωνύμου pro vulg. τὸν Κλεωνύμου. Dind.

1370. ἀγοράσει Scholiastes exponit ἐν ἀγορᾷ διατρίψει, quam significationem tradunt Eustathius in Il. B. p. 192, 14. Hesych. h. v. Ammonius in Ὠνήσασθαι et Gronov. ad Lucian. Toxar. p. 71. qui compluribus testimoniis eam confirmat. Ἀγενείους autem hic accipio impudicos, quibus non licuisse concionari tradit Schol. 876. Nam tales erant Clisthenes et Straton, ut hic Schol. Duck. δεξιὸς ex Suida Toup. in Suid. iii. p. 278. γ' om. Suid. Ms. φαίαξ. Pors.

1371. Clisthenes et Strato molles erant et impudici, qui pilos sibi vellebant et barbam radebant. Vid. Thesm. 571. Ran. 423. Ach. 117. Brunck. συνερκτικὸς Suid in v. sed συνεριστικὸς in φαίαξ ed. Ms. ut videtur. Pors.

1372. τὰ 'ν τῷ μύρῳ. Frischlinus: *unguentis illitos.* Vertere debebat: *in tabernis unguentariis versantes.* Nam ἐν τῷ μύρῳ Attice hic dictum, pro, ἐν τῷ μυροπωλείῳ; ut ap. Nostrum Vesp. 789. ἐν τοῖς ἰχθῦσι pro ἐν τῷ ἰχθυοπωλείῳ, i. e. *in foro piscario.* Plura hujus generis exempla collegit Græviu Lect. Hesiod. c. 19. ad v. 312. et Nos ipsi ad Suid. V. Δεῖγμα. Kust. Nota Attica phrasis ἐν μύρῳ pro ἐν μυροπωλείῳ, i. e. qui ibi solent dies agere, ubi res aptæ mollibus venduntur, scil. *unguenta.* Cas.

1373. στωμυλεῖται. In Ran. 1069. τῶν μειρακίων στωμυλλομένων. Berg.

1374. Vulgo sic legitur hic versus: σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. Quæ lectio vitii suspecta est, ne manifestam dicam. Ei præter Suidam, apud quem etiam aliqua varietas est, nullus antiquus suffragatur liber. In B. scriptum est: δεξιὸς ὁ Φαίαξ καὶ σοφῶς οὐκ ἀπέθανεν. In C. δεξιός γ' ὁ Φαίαξ σοφῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. Importune et insulse in hoc adolescentium sermone, quem Demus refert, injicitur mentio capitalis judicii, quod effugerit Phæax: commentum hoc esse videtur Græculorum, qui, ne nihil ad mendosam lectionem adferrent, historiolam illam excogitaverunt. Nihil tale in membr. quarum longe diversa est lectio: σοφός γ' ὁ Φαίαξ δεξιῶς ἐμάνθανε. Unde meliorem et, ni fallor, veram reconcinnavi: δεξιὸς ὁ Φαίαξ καὶ σοφῶς ἐμάνθανε. Quæ sequuntur, sunt pleraque ambiguæ significationis et ad obscœnum sensum auditorum mentem deflectebant. Brunck. Suidæ lectio [V. Φαίαξ] σοφός γ' ὁ Φαίαξ δεξιός τ' οὐκ ἀπέθανε verior atque elegantior [vulgata].

Phæax homo sapiens et ingeniosus mortem effugit. De Phæace autem isto, quem δεινὸν ῥήτορα vocat Schol., consulendus Taylor. in Lect. Lys. c. 6. Toup. Emm. in Suid. ii. p. 336. ὁ Φαίαξ. Est verissimum, quod ille ait [Propert. El. ii. 1. 43.] 'Navita de ventis, de tauris narrat arator.' Et fere hominum sermones specimen morum habent: λόγος γὰρ ψυχῆς εἰκών. Jure igitur poëta, ut mollitiem istorum notet, tribuit illis familiares sermones molles et turpes. Fingit eos loqui de Phæace quodam. Apud veteres Græcos et Latinos Phæax ponitur pro homine voluptuario, quia tales describit Homerus in Odyss. [vii. 98. ss. etc.]. Isti vero adolescentes multis epithetis laudant Phæacem, quæ omnia ejusmodi sunt, ut exponi honeste quodammodo possint: ut συνερκτικὸς Schol. deducit a συνείρειν, quod est *orationem continuare;* sed potest accipi etiam et verti, qui habet vim constringendi, ut sit allusio ad illecebras amantium. Sic περαντικὸς a περαίνω, quod est, *rem perficio.* Sed idem verbum passim apud Græcos obscœnam notionem habet. Item in cæteris obscœni aliquid latere, intelligere est. CAS. Phæacis, de quo hic agitur, meminit Plutarchus in Alcibiadis vita p. 16. De eo Eupolis Comicus dixerat: λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. In seq. v. ξυνερκτικὸς exhibent tres codd. quod ni verum est, saltem ad verum proxime accedit. Legendum enim censeo, ξυνειρκτικὸς, a ξυνείρω. Quod vero Suidas habet συνεριστικὸς, id nauci non est. BRUNCK. in Add. t. iii. p. 117.

1375. Vel scribendum est συνειρκτικὸς a συνείρω, *connecto,* (unde Schol. vocem hanc deducit), vel συνεριστικὸς, ut habet Suidas V. Φαίαξ. Deinde περαντικὸς, quod statim sequitur, idem est quod συλλογιστικός. Περαίνειν enim et συμπεραίνειν apud Græcos significat, argumentis in syllogismi formam redactis aliquid concludere vel demonstrare. Potest autem et sensus obscœnus hic latere, quoniam περαίνειν de re Venerea etiam dici constat. KUST. ξυνερκτικὸς γάρ ἐστι. Hæc et quæ sequuntur sunt pleraque ambiguæ significationis et ad obscœnum sensum auditorum mentem deflectebant. BRUNCK. Nihil mutavit Brunck. nisi quod Atticam formam ξυνερκτικὸς reposuit. Neque mutandum quidquam est. In ipsa forma horum et quæ sequuntur, vocabulorum allusio videtur esse aut ad formam orationis, qua Phæax usus est, aut ad verba juvenum ineptorum, eum laudantium. Nam loquax potius fuit quam disertus (λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, ut Eupolis ait). DIND.

1376. κρουστικὸς etc. Ad dicendi artem referuntur κροῦσις καὶ κατάληψις Nubb. 317. BERG. De voc. γνωμοτυπικὸς (sententias cudens) v. Ran. 876. θορυβητικὸν interpretantur, tumultuantes (multitudinem in concione tumultuantem). Sed proprie est, quidquid ad tumultum excitandum facit. DIND. Hæc verba veteribus peperere difficultatem. Verba quidem sunt facilia, sed mens videtur nulla. Non novum in comœdiis quædam temere effutire. Δακτυλίζειν est, digito ostendere, quod in bonam partem accipitur. Nam, ut ille ait [Pers. Sat. i. 28.] 'At pulchrum est digito monstrari et dicier: Hic est.' Sed hic vox illa propter præposit. κατὰ in malam partem accipitur. Est enim καταδακτυλίζειν digito denotare, ignominiæ causa: inde καταδακτυλικὸς, vel, quod magis ἀνάλογον sit, καταδακτυλιστικὸς, qui alium libenter digito denotat. Λαλητικὸς vero hominem *locutuleium* significat. Chorus sine dubio præcedentem versum isto risit. CAS.

1378. Est versus obscurus. Non satis enim apparet, a quo et cui dicatur, nec quomodo cum præcedentibus cohæreat, ut Schol. etiam monet. Quare alii hic lampadem trado. Illud tantum dicam, καταδακτυλίζειν esse verbum nequam: ut discimus ex Hesych. V. Σιφνιάζειν et V. Σκιμαλίσαι. KUST. Scholia: ἀντὶ τοῦ συνουσιαστικὸς κατὰ τοῦ δακτυλίου τοῦ πρωκτοῦ· λαλητικοῦ δὲ, τῶν λαλούντων ταῦτα. Quæ verba interpretationem non merentur. In Glossis δακτύλιος ἕδρας est *anus.* Τὸ λαλητικὸν accipit pro ipsis *garrientibus.* Vult autem istos tamquam cinædos perstringere, ut sæpe solet rhetores. Cæterum chorus sine dubio præcedentem versum isto risit, ut recte putat Casaubonus. BERG. Καταδακτυλίζειν verbum est nequam. Hesych. Σιφνιάζειν, καταδακτυλίζειν. διαβέβληνται γὰρ οἱ Σίφνιοι, ὡς παιδικοῖς χρώμενοι. σιφνιάσαι οὖν τὸ σκιμαλίσαι. Idem: Σκιμαλίσαι, καταδακτυλίσαι. Suidas καταδακτυλικὸς, συνουσιαστικὸς κατὰ τὸν δακτύλιον τοῦ πρωκτοῦ. Hic versus perperam vulgo choro tribuitur, ut et præcedentes omnes a 1372. Agoracrito male continuantur. BRUNCK. Scal. hunc versum obelisco jugulat. BENT. καταδακτυλικός· οὐ Suid. Ms. φαίαξ. PORS. Falsa hæc versiculorum distributio nebulam Kustero objecerat, ut hic de obscuritate quereretur. Dixerat neminem posthac imberbem juvenem in foro verba facturum, et hoc genus adolescentulorum loquacium pluribus verbis descripserat v. 1372. sqq. Jam postrema verba καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ quasi parodia quadam imitatus Agoracritus

quærit: *anne tu pædicabis istum locutuleium?* SCHUTZ.

1379. In parte futuræ felicitatis ponit, quod venationi operam dare licebit. Plurimum se hac oblectare soliti Græci veteres. Non ita apud Romanos in pretio fuit venatio. Nam ante Trajani et Hadriani tempora non videas inter assueta nobilium exercitia fuisse venationem. CAS.

1381. Homo aut camelus, cum se ingeniculat, proprie ὀκλάζειν dicitur. Inde ὀκλαδίας sella appellata est, restibus intenta eoque artificio compacta, ut intendi et laxari posset. CAS. Vulgo ἔχε νῦν — Tacite correxit Br. ἐπὶ τούτοις est *hac conditione*, ut ista, quæ promisisti, serves. DIND.

1382. Alludit ad morem Athenn., de quo Ælian. iv. V. H. 22. DUCK. Teste Schol. allusum ad consuetudinem Barbarorum, qui pro apophoretis sæpe dare soliti eunuchos; quod et Romani quidam Impp. imitati. Nam Verus Marci frater, Commodus Marci filius, Caracalla et Heliogabalus idem fecisse et vel eunuchos vel pueros dedisse leguntur. Ne videretur autem barbaros imitari, dat iste puerum ἐνόρχην, qui sit futurus διφροφόρος. CAS. In membr. ἔνορχιν. v. ad Avv. 569. BRUNCK.

1383. ὀκλαδίαν ποίει. Quasi dicat: *jube eum ingeniculare.* Latet aliquid obscœni, ut ait Schol. BERG. *Jube eum flexis innixum genubus procumbere*, ita ut figuram referat, quam Lysistrata his verbis describit: οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνηστίδος. BRUNCK.

1384. Dicit hæc Demus, dum sellam occupat: Beatus sum qui jam in antiquam sedem, conditionem, (ubi quiescere et otiosus esse poteram) restituar. Vulg. τὰ 'ρχαῖα. DIND.

1385. τριακοντούτιδας σπονδάς. Dicebant etiam Græci τριακοντούτεις σπονδαί. v. Jungerm. ad Poll. i. 56. KUST. Scholiastes: *Meretrices introducit; hinc etiam dicit:* ἔξεστιν αὐτῶν καταπριακοντουτίσαι, i. e. *ad coitum accipere?* Oporam et Theoriam quasi meretrices introducit. BERG. Impurorum olim, qui theatris præerant, mos fuit, ut interea, dum doceretur fabula, vel ea peracta, scortum in theatrum induceretur; quod in hac fabula extrema facturus poëta inducit puellas quasdam ornatas habitu Pacis easque vocat tricennales Inducias, spem populo faciens, si consilium suum sequatur, firmæ pacis aut certe longarum induciarum, quales fuere quæ olim appellatæ e re fuerant τριακοντούτιδες. Harum et Thucyd. [i. 115. ii. 2.] et Diodorus Sic. [xii. 2.] et alii meminerunt. CAS.

1386. His dictis existimandæ sunt pulcræ puellæ, haud dubie hetæræ, quæ personas Induciarum sustinerent, in scenam prodiisse. VUIL.

1387. πολυτίμητε. Pretiosum hæc vox significat, sed et venerandum. Τιμὴ enim tam pretium quam honorem significat. CAS.

1388. καταπριακοντουτίσαι. Facete fictum a Comico verbum, cujus sensum facile quivis adsequitur. BRUNCK. Comicæ licentiæ vox est, de cognomine σπονδῶν fictum. Id significat, quod diximus. CAS.

1389. Leg. ἔλαβες αὐτάς. BENT. Nempe *induciarum tricennalium* personas sub specie et ornatu meretricum introduxerat Comicus; quæritque Demus an liceat illas subagitare. Sic et in Pace v. 706. et 713. Oporam et Theoriam quasi meretrices introducit. SCHUTZ. πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν; Hanc scripturam flagitat et metrum et sententia. Male in tribus codd. ἔλαβες ταύτας, contra metrum; in impressis ἔλαβε ταύτας, contra sententiam. BRUNCK. ἐτεόν. Adverbium Atticis proprium significat *vere*. Sed accipi solet in idiotismo Atticæ plebis pro eo, quod Latini *amabo* vel *obsecro*. CAS.

1390. ἵνα μὴ σὺ λάβῃς. Metri gratia, transpositis tantum vocibus scribe: ἵνα μὴ σὺ λάβῃς, ut habet Ms. Vatic. Palat. KUST. lege σύ γε vel σὺ μὴ vel μὴ συλλάβῃς. BENT. Solœce vulgo λάβῃς. In membr. ultima syllaba ambiguo scripturæ compendio notata. Sed fœda e prioribus edd. menda me imprudente hic remansit [μὴ σὺ]. Medias voculas in ordinem repone: ἵνα σὺ μὴ λάβοις. Sic collocatæ sunt illæ in B. σὺ μὴ — Sic e Vat. cod. scribendum esse jam monuerat Kust. BRUNCK. Recte Brunck. optativum restituit λάβοις in locum conjunctivi λάβῃς. REISIG.

1395. ἐπὶ ταῖσι πύλαις. Vulgo ταῖς. Illud modulatius. BRUNCK. Supra 1239. BERG. μόνον in fine versus legi jubet Reisk. DIND.

1396. Sensus hujus versus est: pro supplicio Cleoni hæc pœna imponetur, ut in summa vilitate artem exerceat, quam ego prius; atque ille, ut est sceleratus, bonas malasque carnes ad isicia adhibebit, propterea meminit caninæ et asininæ. Quamquam sciendum est, veteres esitasse et asini et canis carnes, quarum etiam Medici mentionem faciunt. Quin et Hippocrates passim catulinam carnem commendat. CAS. Tacite Br. pro vulg. πράγμασιν dedit πράγμασι. DIND.

1397. λοιδορήσεται. Medium h. l. Coray Schol. ad Isocr. ii. p. 75. interpretatur sic, ut sit i. q. ἀντιλοιδορεῖσθαι, vicissim convicia dicere. DIND.

1398. λοῦτρον [ut ol. scriptum] πίεται. Erat moris, ut balineas frequentarent mendici, quibus aliquid erogabant, qui balneas adibant et inde exibant. Sæpe tamen soliti divites illudere mendicis, et inter cætera contumeliæ genera aquam e solio balnearum petitam illis propinabant, tanquam puram. Quod cum teterrimæ impuritatis sit, de extrema infelicitate et paupertate dicebant: ille bibit τὸ λοῦτρον, i. e. aquam e balnearum soliis. Sic ap. Plaut. in Asinar. *fullonicam bibere* et in Pseud. *fluctum fullonum*. Cas. [Imo *nauteam* (h. e. aquam de sentina) *bibere* ibi legitur v. 2. 44. s. sed *fullonicam dicere* paulo post v. 57. occurrit. Dind.] Suidas V. λοῦτρον et Eustath. in Il. O. p. 1037. λοῦτρον exponunt ἀπόλουμα, laudato h. l. Comici. Kusterus ad Suid. scribit, hoc etiam vocari λουτρεῖον, idque probat auctoritate Hesych. apud quem pro λούτριον, τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ cet. vult legi λουτρεῖον e Polluce vii. 167. καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ λουτροῦ, λουτρεῖον, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρωσι. Sed Jungermann. ibi e Ms. magis probat λούτριον, cum præsertim ipse Pollux x. 78. dicat λούτριον ὕδωρ. Et ita quoque legitur apud Lucian. Lexiph. p. 824. [t. ii. p. 326. Reiz.] καὶ δέος μὴ ἐν λουτρίῳ ἀπολουσώμεθα. Duck. λουτρὸν, seu, ut alii ad significationis differentiam scribunt, λοῦτρον, aquam sordidam a lavatione significat, quæ etiam λούτριον appellatur. vid. Heroum fragm. xi. Hesych.: λούτριον, τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ καὶ λελουμένον, ἤγουν ἀπόνιμμα. λοῦτρον, τὸ αὐτό. In A. B. scriptum λοῦτρον. Brunck. Suidas: Λοῦτρον τὸ ἀπόλουμα, τὸ ῥυπαρόν, ἢ τὸ ἀπόλουτρον, commemorato hoc loco, sed ordine verborum neglecto. Schutz.

1402. πόρναισι καὶ βαλανεῦσι διακεκραγέναι. Nescio quid sibi voluerit Frischl. dum sic vertit: *Ut cum scortis et balneatorum grege explodatur.* Sensus est: *ut cum scortis et balneatoribus clamando* (i. e. maledicendo et conviciando) *certet.* (Vel, *ut scortis et balneatoribus convicia et maledicta cum magno clamore identidem ingerat.*) Hanc enim præpositio διὰ in compositione aliquando vim habet. Sic in Epigramm. Hedyli ap. Athen. xi. c. 11. p. 488. διαπινομένη ἀνδράσι est, *bibendo certans cum viris:* ut recte vocem illam ibi exponit summus Casaubonus. Ap. Comicum nostrum quoque in Vesp. 1481. διορχεῖσθαί τινι significat, *de saltandi peritia cum aliquo contendere.* Kust. εἰς Suid. ed. καὶ Ms. ἕδρα. Pors.

1404. ὁ φαρμακός. v. in Ran. 740. Berg.

1405. τὴν βατραχίδα. Consuetudinis fuit Græcorum et Latinorum, vestes suas nominare non de materia, sed de colore, licet jure materiæ color cedere debeat. Sed ita passim multa Græca Latinaque vocabula reperies, quæ vestem denotent a colore, quo plurimum ea vestis condiri solita. Sic igitur *molochinam* appellarunt vestem coloris malvacei, κροκωτὸν Græci coloris crocei vestem. Sic βατραχὶς h. l. vestis a colore ranarum sic dicta. Ille color medius est inter φαιὸν s. pullum et viridem. Apparet autem ex h. l. vestem hanc tricliniarem fuisse, qua uterentur qui in Prytaneo epulabantur. Cas. Schol. εἶδος ἐσθῆτος ἀνθινῆς, ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἐχούσης χρῶμα. Brunck. Cf. supra 521. Dind. ὡς ἐπί. Solet ὡς cum præposit. quibusdam conjungi. In Avv. 1567. ὡς ἐπὶ δεξιᾳ. Soph. Philoct. 58. πλεῖν ὡς πρὸς οἶκον, *domum navigare,* et cum adverbiis, ut ὡς ἀληθῶς. Berg. Perperam οἷς ἐλωβᾶθ' pro vulg. οὓς e R. positum. Nam cum accus. λωβᾶσθαι construitur. Dind. Phrynichus in Bekkeri Anecdotis i. p. 50. 29. λωβᾶσθαι τόνδε καὶ τῷδε, αἰτιατικῇ καὶ δοτικῇ. Eandem hujus verbi constructionem Platoni restituit Bekk. t. i. 2. p. 153. Alia exempla habet Creuzerus ad Plotinum de pulcritudine p. 244. Id.

Ν Ε Φ Ε Λ Α Ι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ I.

P. 107. l. 1. τις post πρεσβ. olim defuit. Adjecit Brunck. Dind.

— 3. φοιτήσαντα. Ed. Ald. φοιτήσαντος. Herm.

Σωκράτην. Ita Brunck. Antea Σωκράτη, quod recte restituit Herm. Dind.

— 4. ss. εἴ πως δύναιτο — ἀποδ. Hæc, olim omissa, accesserunt e Brunck. codd. Dind.

— 6. οὐ βουλομ. κ. τ. λ. Pro his olim lectum: μὴ πειθομένου δ. τ. μειρακίου, αὐτὸς ἐλθ. μανθάνειν, μαθητὴν — διαλ. Dind.

— 8. Verba ἐκλυθ. δ. τ. διατρ. redduntur ab intpp.: *cum schola aperiretur*, et verba ἐπὶ κρεμ. αἰωρουμ. *in qualo suspensus*. Dind.

— 12. τελεῖ. Cod. C. ap. Brunck. διδάσκει. Dind.

— 17. περὶ πλειόνων. Sic Brunck. et Ald. ἐπὶ πλ. Kusteri ed. Herm.

— 21. ἄγων. Antea erat διάγων. Dind.

P. 108. l. 1. ἐξαγαγ. In Ald. et Kust. ἐξάγοντος. Dind.

— 3. Perperam vulgo pro παραλαβὼν legitur περιλαβών. Brunck.

— 5. Olim: κατωρθωκότα, ut et Ald. Dind.

— 10. s. σύγκρουσιν. Ita jam Kust. vidit, vulgatum σύγκρισιν, quod ineptum esse dixit Brunck., emendandum esse. Dind.

— 11. Σωκρατιστῶν. Ita diserte Brunck. Vulgatum Σωκρατικῶν restituit Herm. Dind.

— 12. πάνυ δυνατῶς. Sic infra in Argum. Avium: τὸ δρᾶμα τοῦτο τῶν ἄγαν δυνατῶς πεποιημένων, id est, *valde docte*, vel *ingeniose*. Δυνατὸς enim Græcis interdum idem significat quod δεινός, i. e. *peritus*, *ingeniosus*, *eloquens* etc. Schol. infra ad Ran. 892. τῶν γὰρ δυνατῶν (*ingenio pollentium*) καὶ μετὰ θάνατον ᾄδονται τὰ ποιήματα. Sic δύναμις Synesio in Dione p. 40. ed. Græcolat. est *facultas dicendi*, vel *vis eloquentiæ*. Ibi enim de hac ipsa fabula Nubium ait, nulli comœdiarum Arist. majorem eloquentiæ vim, quam huic, inesse. θαυμάσας ἔχω, inquit, εἰ μήτε κωμῳδία τῶν Νεφελῶν μᾶλλον εὐδοκιμεῖ. οὐδὲ γάρ ἐστιν, ἥντινα μετὰ τῆς ἴσης δυνάμεως Ἀριστοφάνης ἀπήγγελκε. Hæc pulchre conveniunt cum iis, quæ Anonymus hic de eadem fabula scribit. Notandum autem est, Græcismum hunc esse inferioris ævi. Nam veteres Græci dicere quidem solent, δυνατὸς λέγειν, δυνατὸς πράττειν etc. at numquam vocem δυνατὸς solam et nude positam eo, quo hic, sensu ab illis accipi videas. Latini recentiores voc. *potens* et *potenter* eodem significatu interdum utuntur. Ut Sidon. Apoll. V. epist. ult.: 'Cum cætera potenter, tum potentissime condidit versus:' qui locus huc præcipue facit. Sic alibi legas: potentissimus *orator*, *potens facundia*, *fandi potens* etc. ut pluribus exemplis demonstrat Jos. Wassius in Notis nondum editis ad locum illum Sallustii: *Memmii facundia clara pollensque*. Kust.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ II.

P. 108. l. 15. Videtur deesse διαβολὰς vel simile quid. Kust. Decantata est fabula, ab Æliano quoque V. H. ii. 13. et Eunapio in Ædes. p. 35. prodita, hoc Nubium drama conscripsisse Comicum ab Anyto et Melito, qui Socratem majestatis reum egerant, pretio precibusque inductum, ut philosophum in scena sugillaret, et maledictis judices populumque ad iram et condemnationem Socratis impelleret. At viri docti ad h. l. et Meiners in Gesch. d. Ursprungs, Fortg. und Versalls der Wissensch. in Griech. ii. p. 476. ss. satis refutarunt illam historiolam. Atque res ipsa illius falsitatem abunde declarat, qua de re in singulari comm. disserui. Harl.

P. 108. l. 16. Perperam ed. Kust. εἶχον. Nam ad Socratem refertur, inepte tamen dictum est. Dind.

— 23. Male ed. Kust. Ἀλκμαιονιδῶν. Dind.

— 25. L. vi. c. 125. ibique Valcken. et Pind. Pyth. vii. Dind.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ III.

P. 109. l. 8. Ita vulg. ἐπωφελῆ correxit Herm. Participia ad Aristophanem spectant: λέγων ὡς ἐπωφελής ἐστι. Dind.

— 10. Excidit ἔτι aut simile quid, nisi ὑπὸ τἀνθρώπου scripsit. Herm.

— 11. Legebatur ante Herm. εἰς, sed vertebatur tamen *unus*. Dind.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ IV.

P. 109. l. 19. Μέλητος B. Suid. Ms. v. καλὸς κἄ. Pors. Μέλητος 1. 2. 3. 4. Dobr. μέλητος cod. Ar. Id.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ V.

P. 110. l. 1. Ex his intelligimus, quod et aliunde, vel ex ipso Arist. in hac fabula constat, quum πρώτας tum δευτέρας seu recentatas ab eodem Comico Nubes exstitisse. Unde etiam quum e πρώταις tum e δευτέραις Νεφέλαις adducuntur ab Athenæo versus, e προτέραις l. iv. p. 171. quinque versus, qui exstant etiamnum in hac fabula 1179. πῶς οὐ δέχονται etc. e δευτέραις vii. p. 299. hujus fabulæ 551. τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων etc. Cujus elaboratæ denuo seu διασκευασθείσης, ut loquuntur ea in re vett. Critici, fabulæ hæc erat peculiaris Aristophani causa, quod earum prior editio, etsi ingeniose adeo ac solerter elaborata, quæcumque fuerit ejus rei ratio, successu caruerat, qua de re ipse, velut de insigni injuria sibi facta, quum in hujus dramatis tum in altera Vesparum parabasi, graviter queritur. Unde etiam pro more in illis elaboratis denuo fabulis recepto, retenta in his secundis Nubibus loca de Cleone tum mortuo, sed dum primæ agerentur, adhuc superstite, ut 582. ubi v. Schol. Ἐν ἄστει vero additur, nempe, et quod hic supplendum est, Διονυσίοις. Comicorum enim vel Tragicorum apud Athenn. dramata *Dionysiis*, seu sacris Bacchi festis, edebantur; quæ (præter ea, quæ dicebantur *Anthesteria* seu ἐν λίμναις) vel ἐν ἄστει seu ἀστυκὰ, vel κατ' ἀγροὺς Διονύσια, aut Λήναια vocari consueverant. Hanc Nubium fabulam Διονυσίοις ἐν ἄστει actam adstruitur insuper chori in hac fab. v. 599. Πρῶτα μὲν χαίρειν κ. τ. λ. Horum enim Dionysiorum ἐν ἄστει s. ἀστυκῶν, quæ mense Elaphebolione s. ineunte vere agebantur, tributa ab Atheniensium sociis deferri in urbem consueverant, ut alibi ab ipso Arist. tangitur, sicut Acharn. 505. κοὔπω ξένοι πάρεισιν etc. Quod firmat insuper Ælianus, a quo, dicto jam loco, agitur de hujus fabulæ editione: καὶ ἅτε ὄντων Διονυσίων, πάμπολυ τὸ χρῆμα τῶν Ἑλλήνων σπουδῇ τῆς θέας ἀφίκετο. Ad illa enim ἐν ἄστει Διονύσια seu solennes illas tum Athenis theatrales dramatum editiones conspiciendas, non Atheniensium solum eosque tributa ferentes, socios sed spectatores insuper ex universa Græcia confluxisse, constare potest ex Æschine adv. Ctesiph. p. 429. ed. Gr. Lat. Frf. Eadem vero Διονύσια non ἐν ἄστει solum vel ἀστυκά, sed μεγάλα etiam dicta, ut ap. Demosth. de Cor., tum κατ' ἐξοχὴν Διονύσια, de qua re nos alibi. Spanh.

— 2. Id est, anno primo Olymp. lxxxix. V. Schol. ad 542. Sam. Petit. Miscell. i. 6. et Casaub. ad Athen. v. 18. Kust. Quo nempe Athenis archonte Isarcho actæ sint πρῶται Νεφέλαι h. e. Ol. 89, 1. ex Diod. Athen. et Schol. ad 541. adde et ad v. 545., monuerunt jam viri docti et nuper in Annal. Thucydd. p. 161. Dodwellus: ac proinde, ut vidit jam Palmerius, ante Socratis obitum eumque ab Anyto et Melito accusatum, annis xxiv. vel xxv. Unde haud immerito suspecta eidem Palmerio, quæ paullo ante de Aristophane pecunia corrupto ab iisdem Anyto et Melito, ut hac fabula Socratem coram Atheniensibus proscinderet, sunt ab Æliano, Eunapio, priscisque aliquot, et qui in hac Προθεωρίᾳ leguntur, Criticis adserta. Spanh.

— 2. Quæ h. l. dicuntur de victo a Cratino et Amipsia, aliis Comicis Atticis, in editione hujus fabulæ, Aristophane, iis adversantur, quæ tradit (ut vidit jam Petitus Misc. i. 6.) d. l. Ælianus, ubi Atheniensibus illas Nubes ἥδιστον ἀκρόαμα exstitisse dicitur, eosque poëtam tanto plausu prosequutos, quanto numquam antea, et illo victore proclamato jussisse, ut judices Aristoph. nomen summo loco, non vero aliud, scriberent. Unde vero id hauserit Ælianus, haud liquet; cui ea in re non refragantur solum hi veteres Critici, sed ipsemet Aristoph. qui se præter fas omne victum, in secundis hisce Nebulis, et quas ideo retractavit, queritur 519. ac præterea in Vesp. 1039. πέρυσι καταπρούδοτε, *præterito anno prodidistis me*, quo nempe primas ediderat Nubes: quod etiam Scholia firmant ibid. de victo tum in fabulæ illius editione Aristophane, ac paullo ante ad ejusd. dram. v. 1007. Quod vero in hac Προθεωρίᾳ additur, quasi haud felicius

eidem Aristophani cesserit secunda hujus fabulæ editio, id una illius Critici fide hactenus nititur. Spanh.

P. 110. l. 3. Priores Edd. minus recte Κόνῳ per unum ν. Vide Casaub. ad Athen. loco laud. Kust.

— 5. Vertuntur hæc: "quare Aristophanes quum præter rationem rejectus esset, existimavit, oportere se, posterioribus Nubibus in scena repetitis, cum spectatoribus expostulare." Dind.

— 6. ἐν τοῖς ἔπειτα est simpliciter *postea* (non *deinceps*, ut vulgo est redditum), ne quis putet ἐν ταῖς ἔπ. scribendum esse. Dind.

— 7. Id est, anno secundo Olymp. lxxxix. uno tantum post priores Nubes anno. V. Sam. Petit. l. laud. Kust. Quod ab Aristoph. Schol. obiter traditum itidem ad Nub. 31. nempe: τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμυνίας. Quibus tamen repugnare videtur, quod Cleonis ut jam defuncti meminit 542. (αὐτῷ κειμένῳ.) Cleon vero non sub Aminia archonte, ut post Schol. ad Nub. 545. a Palmerio dicitur, sed ut ab alio Schol. idque ex Androtione, quum ibi ad eundem v. 545. tum ad v. 542. verius traditur, et adstruit etiam Dodwellus Ann. Thucyd. p. 162. [add. Corsini Fast. Att. iii. p. 240. s.] sub sequente demum archonte Alcæo, anno proinde Ol. lxxxix. 3. sit mortuus. Adde, ut viderunt alii, quod *Eupolidos Maricæ* in ead. fab. v. 545. meminerit, quæ tamen Cleone mortuo demum sit acta. Accedit, quod a Palmerio ad v. 543. harum Nubium adnotatur: nempe Arist. Vespas prodiisse *Dionysiis Lenæis*, sub Aminia archonte, unde non potuerint secundæ illæ Nubes agi eodem illo anno, et quidem vere, Dionysiis ἀστυκοῖς s. urbanis, et ita ante editas easdem Vespas; quum tamen, ut ab eo additur, e Scholl. ad easdem liqueat, *secundas Nubes* nec probatas nec rejectas ante Vesparum editionem. Verum quod postremum vellem Viro eruditissimo indictum, quod is ad Attici anni rationem ibi haud attendit, qui quum a xxv. Hecatombæonis s. Junii, æstivo nempe solstitio, ut aliunde notum, inciperet, *Dionysia* autem *Lenæa* s. κατ' ἀγροὺς agerentur in autumno, quibus editæ sunt Vespæ, præcederet proinde eadem editio sequens *Dionysiorum* ἐν ἄστει tempus vernum, quo actæ dicuntur in hac προθεωρίᾳ *secundæ Nubes*. Neque vero mirum aut insolitum videri potest, quod utique non novam, quod forte exemplo caruisset, sed recentatam demum fabulam, hasce nempe δευτέρας Νεφέλας, altero anno post priores et infelici successu actas ediderit denuo Aristophanes. Verum gravius hanc secundam Nubium sub archonte Aminia editionem premunt, quæ de morte Cleonis et Eupolidis Marica post ejusdem obitum edita in eadem hac fabula leguntur. Unde id omnino statuendum venit, aut sequenti demum anno, ac sub archonte Alcæo, in cujus initiis obiit in Thracia Cleon, ac Dionysiis vernis δευτέρας hasce Νεφέλας prodiisse, aut, juxta Petitum, emendatam adhuc fuisse et interpolatam denuo, etsi non productam in scenam hanc fabulam, et quod ex sequentibus in hac didascalia verbis etiam licet colligere. Spanh.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ VII.

P. 110. l. 14. Sensus est: Fabula hæc emendata ab auctore eadem est, quod scil. ad argumentum et primarias partes attinet, cum priori; unde sequitur, partim eam emendatam esse. Dind.

— 15. Obscurius et hic et in seqq. loquitur Anonymus. Videtur enim dicere velle, τὰς δευτέρας Νεφέλας non fuisse in theatrum productas: qua in re tamen non solum ipse sibi h. l. contradiceret, sed etiam Scholiastæ ad v. 546. Quare censeo verba διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους etc. intelligenda esse de *Nubibus* posterioribus, non prioribus: ut sensus sit, voluisse quidem Aristophanem Nubes posteriores quoque recentare, sive fabulam illam tertium in scenam producere, sed causis quibusdam ab incepto illo revocatum esse. Nisi enim locum hunc sic accipias, Anonymus manifestæ ἀντιλογίας reus erit. Kust. Hanc Kust. interpretationem repudiat orationis series, not. anteced. declarata. Immo videntur hic conjunctæ esse excerptæ variorum Grammaticorum observationes, et hæc τοῦτο δὲ ταυτό etc. alius esse, quam superiora. Dind.

— 17. Ed. Kust. παράπαν. Dind.

Inter Scripta Gallica politissimi auctoris Bernardi de Fontenelle exstat commentariolum, quod ille sibi olim juvenis memoriæ causa scripserat, nec luci destinaverat publicæ. Titulus est: "Remarques sur quelques Comédies d'Aristophane, sur le Théatre Grec, etc." Quæ de Comici nostri fabulis tulit judicia, non usquequaque vera sunt. Non videtur Græcæ antiquitatis et linguæ satis peritus fuisse vir inge-

niosus, diversisque variarum rerum districtus studiis, ut Dramatum scopum et allusionem, actionem scenæ, permultarumque Aristophanis facetiarum acumen percipere potuerit: in eoque minus æquum se prodit, quod pleraque e sui temporis moribus æstimet. Sunt tamen in hac commentatione nonnulla, quæ tollere velis, quæque acre viri ingenium ostendunt. Placent mihi isti quæ in Nubes observat: "Le dessein de cette pièce est fort plaisant. Strepsiade est le vrai Bourgeois Gentilhomme, par la difficulté qu'il a d'apprendre, par ses méprises continuelles, et par la naïveté avec laquelle il rend ce qu'il a appris. Il ressemble fort aussi à George Dandin, quand il se plaint d'avoir épousé une femme de la ville, lui qui étoit un homme de la campagne." Primus e scriptoribus nostris, nescio an solus, persensisse videtur Bernardus ille, novæ Comœdiæ poëtarum qui exstant ex omni ævo excellentissimum, solumque, qui ingenio et vi comica Aristophani æquiparari possit, Molierium. Comico nostro quædam debere, multaque lineamenta facetissimi illius plebeii hominis, nobilium mores æmulantis, Monsieur Jourdain, in Dramate, cui titulus, "Le Bourgeois Gentilhomme," e Strepsiade adumbrata esse; quod verissimum esse facile deprehendet, quicunque utramque fabulam diligenter leget. Brunck.

V. 1. Dici tempus, quo fabula inchoatur, est noctis pars inter gallicinium et primum diluculum, ὄρθρον βαθύν. Scena repræsentabat cubiculum Strepsiadis, hominis rustici; ipsum in grabato cubantem; servulos complures haud procul ab eo jacentes stertentesque; cernebatur etiam Phidippidis filii lectus. Strepsiades in somnis secum ipse loquitur, conquerens, ut solent, qui curis præsertim districti pervigilant, immanem noctis longitudinem. Schutz. Post leniter excitat filium, rogat eum, ut mores mutet, e fenestra ostendit ei scholam Socratis, a quo discat artem eludendorum debitorum. Filius calumniatur Socratem, spernit patris monita, et scena abit 79—126. Harl. Priora verba Streps. se extendens in lecto et hians dicere videtur. Wil. In codice quinto Brunck. deest initium fabulæ usque ad v. 251. qui primus ibi comparet. Dind. ἰοὺ ἰού. Ita et in Pac. 1157. ἰοὺ ἰού· ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθεν. Berg. Brunck. ἰού ἰού. Reisig.

2. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. Hippocrates epist. 12. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, λέγοντες, βοήθει, θεράπευσον. Ran. 1276. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον. Berg. Vide Plut. 1095. Spanh. Χρῆμα τῶν νυκτῶν. Solitus Atticis scriptoribus et huic Comico inter alios pleonasmus. [Sunt tamen qui non omnino pleonastice, sed tum poni putent, quum rei inusitata vel magnitudo vel multitudo indicatur. v. Sturz. Lex. Xenoph. iv. p. 555. Dind.] Conc. 394. χρῆμα ὄχλου, Lys. 83. χρῆμα τιτθίων, etc. Sic Athen. xv. p. 677. de ingenti leone in Africa ab Hadriano Imp. prostrato μέγα χρῆμα ὄντα, pro μέγαν ὄντα· nisi quod illa vox χρῆμα aliquid majus subinde aut præstantius intendere videatur. Ita quoque Æl. V. H. iv. 13. πάμπολυ χρῆμα τῶν Ἑλλήνων, *magna multitudo Græcorum.* Add. infra 806. τί χρῆμα πάσχεις; Spanh. Cum voc. χρῆμα modo pluralis genitivus in hac formula jungitur, ut h. l. et Ach. 150. modo singularis, ut Lys. 1031. Aliquando vox χρῆμα jungitur cum alio substantivo in eodem casu, ut Alciphr. ii. ep. ult. τῆς Αἰγύπτου χρήματος μεγάλου, ad quem locum vid. quæ notavi. Berg.

3. Legit non solum vetus Schol. sed etiam Suidas v. Ἀπέρατον. At Mss. Vat. V. et Arund. habent ἀπέραντον: quarum lectionum utraque ferri potest. Nam non solum ἀπέρατον ap. Gr. dicitur, sed etiam ἀπέραντον, quamvis posterius damnare videatur Schol. ad h. l. Kust. Infra 392. legitur ἀπέραντον, cum ν. Sic Eurip. Hipp. 881. est δυσεκπέρατον, v. autem 677. δυσεκπέραντον. Berg. ἀπέραντον quatuor codd. [Accedit cod. Elb. ἀπέραντον multo frequentius legitur apud Atticos scriptt. quam ἀπέρατον. v. Valk. ad Eur. Hipp. 678. et 883. Harl.] Sic v. 393. codd. cum impressis eamdem formam exhibent. Quod ad h. l. legitur in Scholiis, οἱ δὲ ἀπέραντον μετὰ τοῦ ν γράφοντες, ἁμαρτάνουσι, imperiti Græculi est. In Æsch. Prom. 1086. εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης Gl. οὗ τέλος οὐχ εὑρίσκεται. Utraque forma perinde bona est. Nec eam differentiam agnoscunt boni scriptores, quam ille statuit in integra nota, quam e cod. C. describo: ἀπέρατον, τὸ μὴ ἔχον πέρας· ἀπέραντον δέ, τὸ μὴ περαινόμενον, καὶ τὸ ὕπερ μὴ δύναιτ' ἄν τις ἐξελθεῖν. Brunck. Mss. R. L. ἀπέραντον quod etiam bene de tempore dicitur. v. Wetst. ad 1 Tim. i. 4. Dixit et Porphyr. de abst. anim. i. 54. Immo magis Atticum est. v. Valk. ad Eur. Hipp. p. 238. b. Ceterum ὅσον ἀπερ. pro ὡς ἀπ. in interrogatione durum videtur, nec mihi uspiam occurrit. An sic interpungendum: τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον; ut quasi cum indignatione subjiciatur: ἀπερ. *proh quam longæ sunt noctes! plane infinitæ.* Ern. Neque ὅσον pro ὡς scripsit Aristophanes, quod interdum Græci faciunt, ut Xenophon in Anabasi iv. 5. 18. et Appianus de

Bell. Civ. iii. 23. neque omnino in his verbis interrogatio inest: sed usitatissima dicendi ratione hoc dicit: *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν τόσον ἐστὶν, ὅσον ἀπέραντον.* Mirabundus, nescio hercle, inquit, qui fiat, ut noctes plane sint immensæ. Signum interrogationis etiam Brunkius omisit. Atque ita R. *ἀπέραντον*, recte, jam Brunkio e quatuor codd. probatum, quibus accedunt Mss. Vat. Arund. et Elb. Herm. [Atqui Dionysiorum ad urbem tempore agitur fabula, circa æquinoctium vernum, ubi contractiores jam noctes erant. Schutz.] Quemadmodum hic de longa nocte queritur Strepsiades, ita Sosia ap. Plaut. Amphitr. i. 1. 'Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo: Nisi item unam, verberatus quam pependi perpetem.' Nec mirum Strepsiadem hunc noctes insomnes ducere: hoc enim evenire solet iis, qui in magno ære alieno sunt. Ap. Plaut. Men. v. 5. rogat medicus Menæchmum: 'Perdormiscin' usque ad lucem? facilen' tu dormis cubans?' Cui ille respondet: 'Perdormisco, si resolvi argentum, quoi debeo.' Ex Lamb. Bos. Obss. crit. p. 61.

ν

Brunck. *ἀπέρατον* sic B. eadem m. et supra *γρ. ἀπέρατον. ἀπέραντον* Dorv. Sine *ν* Suidas diserte. Pors. *ἀπέραντον* sex Mss. Dobr. *ὅσον· ἀπέραντον.* Reisig. *οὐδέποθ' ἡμέρα γ.* Citatur hic locus, sed indicto auctore, a Simplicio ad iv. Phys. p. 167. *λέγει οὖν τις ἐν κωμῳδίᾳ· οὐδέπ. ἡμ.* etc. ubi pro *ἀλεκτρυόνος* in sequ. versu *ἀλεκτρυόνων* legitur, verum nihil mutandum. Spanh.

5. Locum hunc citat Thomas Mag. v. *Ῥέγκω*, ubi simul monet, Atticos non dicere *ῥέγχειν*, sed *ῥέγκειν* per *κ*, quod etiam Schol. Comici nostri hic monet. Kust. Docet hoc etiam Eumœris Ms. [Mœris Attic. p. 338. ed. Piers.] *Ῥέγκει ἐπὶ τῶν κοιμωμένων, Ἀττικῶς· ῥέγχει, Ἑλληνικῶς.* Spanh. *οἰκέται* int. *servuli*, immo omnes domestici. In Mss. *ῥέγχουσιν* legi testatur. Locus Suidæ in *ῥέγχουσι* non satis planus videtur: *ῥέγχουσι· τοῦτο ποιοῦσιν οἱ βαθέως καθεύδοντες, οἱ δὲ μὴ φροντίζοντες, κοιμῶνται.* Opponere videtur *τοὺς ῥέγχοντας τοῖς μὴ φροντίζουσι*, ac si hi diversi essent, quod ineptum est; sunt enim iidem; nam quod stertunt, ex eo fit, quod curarum expertes sunt. Puto delendum *δέ*: *hoc faciunt, qui altius somno sopiti sunt, qui curarum expertes dormiunt*, vel *καὶ οἱ μή*, vel *οἱ καὶ μή*. Duck. *ῥέγχουσιν* Suid. Ms. *οἰκέται. ῥέγγουσιν* in v. Pors. Sch. in 5. *ῥέγκουσι.—ἔστι δὲ Ἀττικόν. ἐπεὶ καὶ ῥέγχουσι γρ. τὸ δὲ ῥέγκουσιν ἀπὸ τῶν Ἰώνων λέγουσι λαβόντες, οἵτινες ἀεὶ τὰ δασέα εἰς ψιλὰ τρέπουσι*, etc. Dobr. *πρὸ τοῦ* divisim Brunk. supple *ἔρεγκον*, ante scil. tempus hoc, quo bellum Peloponnesiacum, quod hic notatur, non erat, non stertuissent, non licuisset illis. Harl.

6. *ἀπόλλοιο* cod. Elbing. Harl. *ὦ πόλεμε.* Bellum Peloponnesiacum homini rustico multas ob causas molestum erat, e. c. quod agro relicto in urbe esset misere vivendum, et anguste habitandum. Schutz. *Οὕνεκα* subnotat Porson. codices scilicet consentire indicans, et sic 86. *καρδίας μ' ὄντως.* 87. *πιθοῦμαι.* 251. *βούλει.* 322. *τήν.* 329. *σκιάν.* 363. *σεμνόν.* 511. *εἵνεκα.* 647. *σύ.* 731. *οὐδέν.* 745. *ἀποστερητικήν.* 811. *ἑτέρως.* 836. *καταλούει μου.* 870. *κρέμαιό γ'.* 964. *περσέπτολιν.* Dobr.

7. *ὅτι οὐδὲ κολάσαι 'ξεστι.* Vide not. ad Lys. 611. et Thesm. 217. Perperam in impressis *ὅτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστι.* In plerisque codd. scriptum est plene *κολάσαι ἔξεστι.* Mallem vero *ὅτι τ' οὐδέ*, vel *ὅτι δ' οὐδέ.* Copula enim desideratur: *ἀπόλοιο πολλῶν οὕνεκα, καὶ ὅτι* vel *ὅτι δὲ*—Sic extrema in fabula: *παῖε, πολλῶν οὕνεκα, μάλιστα δ' εἰδὼς*—In bellum imprecatur, quod non sinat servos castigare, qui, quum prope hostes [Lacedæmonii] essent, ab heris male habiti facile transfugiebant. [Ut Lacedæmoniorum Hilotes, qui aliquando catervatim transfugiebant ad Athenn. quia nimis duriter tractabantur. Berg.] Idcirco inter eos, quibus bellum commodum est, servos recenset, Pac. 451. Male hæc unus e Scholl. refert ad libertatis promissionem factam servis ante pugnam ad Arginusas, quæ contigit a. 3. Ol. xciii. diu post editam hanc fabulam. Brunck. Apud Aristophanem in *ὅτι* nuspiam *ι* eliditur. Brunck scripsit *ὅτι*, idem *κολάσαι*, quoniam diphthongus elidi non debet, sed *ε* sequentis vocis, quod jam vidit Dawes. in Miscell. Crit. p. 266. Enimvero de diphthongis nuspiam elidendis Tyrwhit. Burgess ad Dawes. p. 471. et Koen. ad Gregorium Corinth. de dialectis aliter sensisse, infra notabimus aliquoties. Harl. *κολάσ'.* R. *κολάσαι.* Ern. *Κολάσαι ἔξεστι* Borg. cum plerisque Mss. *Κολάσαι 'ξεστι*, quod recte dedit Brunk. etiam R. habet. Herm. *κολάσαι 'ξεστι* Dawes. Misc. Crit. p. 270. Liban. Ep. 144. Pors. *ἐξ. μοι κολ.* 4. Dobr.

8. Hæc dicit respiciens ad lectum, in quo filius, quem ironice *χρηστὸν* appellat, jacebat. Dind. *οὐδ' ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ νεανίας.* Callide sic loquentem inducit poëta Strepsiadem, ut jam sic suspicari debeant spectatores filium frugi non esse. Schutz. *οὐδ'* om. Dorv. si Porsoni mentem assequor. Dobr.

9. Suid. Ἐγείρεται τ. ν. Pors.

10. Pollux L. vii. sect. 70. Schol. Theocr. ad Id. v. 15. Etym. M. V. Ἐγκεκορδυλημένος et v. Σισύρα, etiam Suid. v. Ἐγκεκορδ. hunc locum laudant. Kust. Glossæ: σισύρα, *Lodex*. v. Av. 122. Eccles. 838. Berg. Hunc Comici locum adducit quoque, ut passim alii vett. Grammatici, Eumœris Ms. [Mœris Att. p. 346. Piers.] Σισύρα, αἴγειον στέγαστρον τετριχωμένον. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ τραχὺ καὶ ἄγναπτον ἱμάτιον, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· Ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. Idem vero de hac voce, quod dicatur *integumentum e pelle caprina pilis adhuc obsitum*, monent Scholia ad Ran. 1455. et ad Av. 122. in quibus locis fit σισύρας itidem mentio. Alibi vero, ut ad Vesp. 738. χλαῖναν μαλακήν, σισύραν, notant Scholia, σισύραν dici ab aliis βαίτην, quod fit quoque ab Hesych. et Schol. Theocr. iii. 25. additque non e *pelle caprina*, ut vulgo veteres Grammatici, sed e *lana ovium* constare hoc amiculum dicique σισύραν et σισύρναν. Pro *stragulo* vero, ut h. l. quo quis in lecto involvitur, adhibet alibi hoc voc. juxta alterum δαπίδων, Aristophanes Conc. 835. κλίναι τε σισυρῶν etc. *lectique stragulis pellitis et tapetibus adgesti.* Spanh. ἐγκεκορδυλημένος. Glossæ: κορδύλη, *tuber*. Suid. et Etym. οἴδημα κεφαλῆς, quod idem est. Si autem in genere pro quovis tumore et eminentia sumamus, poterit ἐγκεκορδυλ. dici, *qui quasi in acervo quodam absconditus est*, ut iste in quinque lodicibus. Est etiam κορδύλη *involucrum capitis*, ut aiunt Grammatici. Berg. ἐγκεκορδυλημένος. Gl. ἐντετυλιγμένος, ἐγκεκρυμμένος. Brunck. Tuberis notio hic prorsus aliena est. Suidas: Ἐγκεκορδυλημένος, ἐντετυλιγμένος, ἐγκεκαλυμμένος, καὶ συνεστραμμένος, ὥς τε μηδ' ἀνθρώπου σχῆμα δηλοῦν, ἀλλ' ἐξοχὴν φαίνεσθαι τῶν στρωμάτων. Κορδύλη γὰρ ἰδίως λέγεται τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐξέχον οἴδημα ὑπὸ πληγῆς εἰς ὕψος καὶ ὄγκον ἀρθέν, ὃ καλοῦμεν κόνδυλον. Κρέων δὲ ἐν τῷ ά τῶν ῥητορικῶν, κορδύλην φησὶ καλεῖσθαι παρὰ Κυπρίοις τὸ πρὸς κεφαλῆς προσείλημα· ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον· παρὰ δὲ Πέρσαις κιδάριον (κιδάριον em. Kuster.). Ὅτι δὲ νῦν παρὰ Ἀριστοφάνει ἐγκεκορδυλημένος ἀντὶ τοῦ ἐνειλημένος καὶ ἐγκρύψας ἑαυτόν, δῆλον ἐκ τῶν ἐπιφερομένων Ἀλλ' εἰ δοκεῖ ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι. Ψυχὸς γὰρ ἦν, ὡς εἰκός, καὶ περιεκαλύπτοντο. ὅθεν καὶ πέντε περιβόλαια περιβεβλῆσθαι τὸν υἱὸν εἶπεν. Hesych. ἐγκεκορδυλῆσαι, ἐνειλῆσαι. Schutz.

11. ῥέγχομεν Dorv. sed ex eadem m. em. Pors. Hæc ad se dicit Strepsiades, recumbit, seque stragulo involvit, sed, quum non possit statim obdormiscere, tempore aliquo interjecto, pergit 12. ἀλλ' οὐ δύν. etc. Dind.

12. δάκνειν (ut mox v. 37.) ap. poëtas Atticos passim pro *lædere, molestia adficere*, legitur; unde conjunguntur Eqq. 494. δάκνειν, διαβάλλειν, *damnum inferre, calumniari*, et Av. 1348. ἄγχειν καὶ δάκνειν. Sic Æsch. S. C. Th. 405. λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός, ubi vett. Critici: δάκνουσι, λυποῦσι (lædunt), et Hesych. ibidem: δάκνει, λυπεῖ. add. Soph. Philoct. 382. et 391. Eurip. Hipp. 133. 696. quæ loca φιλέλλησιν obiter indicasse sufficiet. Eodem sensu δακνάζου dixit Æschylus Pers. 572. *ægre sis*, Gallis *rongez-vous l' esprit*. Opportune vero ad hunc Strepsiadem, qui se impensis filii, debitis inde contractis et usurarum futura intra paucos dies exactione δακνόμενον queritur, occurrit forte quod ab Hebræis נֶשֶׁךְ, a Chaldæis vero נכיתא dicitur usura, quasi δάκνουσα s. *mordens*: illud a v. נָשַׁךְ, hoc a Chald. נְכַת, quod utrumque δάκνειν s. *mordere* significat. Spanh. δακνόμενος. Gl. ἐνοχλούμενος. Brunck.

13. τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης. Ob sumtus nempe filii in emendis et alendis equis. Alienus proinde parens ejus Strepsiades ab iis, de quibus ait Pindarus Isthm. iv. 49. δαπάνᾳ χαίρων ἵππων, quibus nempe decertarunt in sacris Græcorum agonibus. Adde eumdem Isthm. ii. 55. a quo Agrigentinus Xenocrates inde laudatur: ἱπποτροφίας τε νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ. Haud leves vero sumtus illos fuisse in alendis equis ad solemnes pompas et equestres vel curules agones destinatis, vel inde liquet, quod ditioribus id demum apud Athenn. adolescentibus incumberet: ut liquere potest e valde opportuno loco Demosth. adv. Phænipp. p. 592. ed. Gr. Lat. Paris. ἱππότροφός ἐστι καὶ φιλότιμος, ἅτε νέος καὶ πλούσιος καὶ ἰσχυρὸς ὤν. Unde etiam Xenophon in Ἱππαρχ. c. 1. §. 11. ostendendum juvenibus ait, ὡς ἂν ἀναγκασθήσονται μὲν ἱπποτροφεῖν, ἣν μὴ ὑπὸ σοῦ, ὑπὸ ἄλλου γοῦν διὰ τὰ χρήματα. Quibus adde, quod notat Harpocration in Ἀδδηφάγους τριήρεις, ita (*voraces triremes*) a Lysia ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν λέγεσθαι, οἵτινες εἰώθασιν ἔδμεναι ἄδδην (*affatim comedere*) κατὰ τὸν ποιητήν (Il. Ξ. 203.). Unde φάτνης etiam fit hic a Strepsiade mentio, ob sumtus in alendis filii equis. Spanh. Dictum est, populari loquendi modo, pro δαπάνης εἰς τὴν φάτνην, h. e. τοὺς ἵππους. Dind. Vid. v. 30. Reisig.

14. κόμην ἔχων. Equites nimirum apud Athenn. sive illi, qui rei equestri operam

dabant, comam ornatus gratia alebant, ut docet Comicus Eqq. 577. v. etiam Schol. Kust. Quia erat eques, comam alebat. Homines liberi comam alebant: hinc Av. 911. dicitur ad eum, qui se servum dicebat esse: ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις; quasi servis id non sit licitum; hinc κομᾶν accipitur pro *superbire* Plut. 170. 572. Nub. 537. et alibi. Etiam illi, qui incultum habent corpus et turpiter hirtum, κομᾶν dicuntur Av. 1282. ad q. l. vid. not. Hic in Nub. 825. de Socrate et ejus amicis: ὧν ἀπεκείρατ' οὐδεὶς etc. Berg. κάμην Dorv. Pors.

15. ἱππάζεται. Schol. vetus in suo codice legit ἱππεύεται. Kust. [Utrumque verbum de *equitatione*, de *rei equestris* cura et exercitatione etiam ap. Xen. legitur. Dind.] Theophyl. Epist. 65. ὁ Γοργίου παῖς ἡμᾶς ἀδικεῖ· ξυνωρικεύεται γὰρ ἱππαζόμενος, ὁ παμμίαρος. Berg. ἱππάζεται libri scripti et edd. Kusterus putat libros quosdam habuisse ἱππευέται, quod et placet Dorv. ad Char. p. 317. nempe inducti a Schol. qui ἱππεύεσθαι interpretatur; sed id argumentum idoneum non est; quia Scholiastæ interdum verbum synonymum ponunt, ut v. 28. ἁμιλλητήρια pro πολεμιστήρια. Ern. A nobilioribus et locupletioribus ap. Athenn. adolescentibus fieri hoc (ἱππάζεσθαι) potissimum solitum in solemnibus apud eos deorum pompis festisque diebus, ut e Xenoph. liquet, qui magistro equitum apud Athenn. curæ esse debere tradit in Ἱππαρχ. iii. 1. ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ, docetque dein, quæ in ejusmodi pompis diis et spectatoribus gratissimæ sint equestres id genus transvectiones: alibi autem de Re Equ. xi. 1. τοῦ πομπικοῦ s. *equi* ad ejusmodi *pompas* destinati, illiusque μετεώρου καὶ λαμπροῦ, *erigentis se ac splendidi*, meminit. Spanh. Glossæ: ἱππάζεται, ἐν ἵππῳ ὀχεῖται. ξυνωρικεύεται, ἐπὶ δίφρου φέρεται. ὀνειροπολεῖ, ἐν ὀνείρασι φαντάζεται. Brunck. ξυνωρικεύεται. Quod *aurigationis* studium Athenis itidem ditiorum fuisse et in honore habitum, ex Ælio Dionysio tradit Eustathius ad Il. Β. 576. τάγμα ἦν ἀξιόλογον οἱ ἡνίοχοι· κατελέγοντο γάρ, φησιν, οἱ εὐπορώτατοι ἅρματα τραφήσοντες. Hinc de Alcibiade (qui eadem Megaclis et inde Alcmæonidarum materna stirpe, juxta hunc Phidippidem, oriundus) ait Plutarchus: αἱ δὲ ἱπποτροφίαι περιβόητοι μὲν ἐγένοντο καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων, quod solus ille, ut ibi additur, neque ab illo rege vel alio privato factum, septem ad Olympia currus miserit. Quo referas etiam quod de Phænippo, quem ut adolescentem et divitem alendorum equorum impense studiosum dictum a Demosth. paullo ante vidimus, subdit mox eodem loco Orator, quod ille postea, ubi bellatorem equum suum vendidisset, ἀντ' ἐκείνου ὄχημα τηλικοῦτος ὢν ἐώνηται, ἵνα μὴ πεζῇ πορεύηται· τοσαύτης τρυφῆς μεστός ἐστι. Spanh. Dorv. ἵ. (om. τε) καὶ ξυνορ. Pors.

16. ὀνειροπολεῖ. Julianus epist. 40. οὐδὲν ἄλλο ἢ σὲ καὶ τὰ παρὰ σοῦ ὀνειροπολῶν γράμματα. Noster Eqq. 806. ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ. Vide mox v. 27. Berg. Dorv. ἀπολ. per λ simplex. Pors.

17. εἰκάδας. Quum non nisi decem dies restant, et reddendum est fœnus, aut summa. Nam in mensem locabant fœneratores argentum. Infra 745. et alibi. Berg. Ad menstruas usuras, quales vulgo Athenis persolvi consueverant, et inde postremo lunæ deficientis die exigi, hic respici, præter Scholia, e variis adhuc in hac fabula locis aliisque insuper scriptoribus Atticis est manifestum. Hinc infra Strepsiades de Luna, alicujus Thessalicæ veneficæ opera, e cœlo diripienda et a se occultanda cogitat, idque adeo, ut addit ibidem 745. ὁτιὴ κατὰ μῆνά γ' ἀργύριον δανείζεται· et alio adhuc loco a fœneratore Aminia 1269. τί δ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν; *nisi quod per mensem ac per diem crescit pecunia;* ubi de *menstruis* non solum, sed de *diurnis* etiam *usuris* ab illo usurario agitur. Cujus *menstruæ*, illiusque vulgo Athenis, ut aliunde notum, receptæ *usuræ*, unum, ut alia jam omittam, exemplum suppeditabit Demosth. adv. Pantæn. p. 564. ubi pro mutuo dato centum et quinque minarum additur, τοῦ γιγνομένου τόκου τῷ ἀργυρίῳ πέντε καὶ ἑκατὸν τοῦ μηνὸς ἑκάστου, drachma nempe pro mina in singulos menses data. Unde etiam τόκος ἐπὶ δραχμῇ est iste Atheniensibus appellatus. Quomodo ab illa menstrua usurarum solutione a magno Basilio dicuntur in Psalm. p. 162. μηνιαῖοι ἀπαιτηταί, dein κατὰ τὰς περιόδους τῆς Σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς, *qui juxta Lunæ periodos invadunt pauperes;* ut debitas nempe singulis Lunæ periodis seu menstruis cursibus iidem usuras solverent: sed quæ gravissimi scriptoris loca, valde opportuna, ad hæc aliaque Strepsiadis, idem sibi a creditoribus metuentis, adducta in hoc dramate verba illustranda Theodosiani Codicis interpreti Jac. Gothofredo Comment. p. 230. T. i. acceptum feret, ne hoc dissimulem, lector. Ideo vero Luna adducere hic dicitur *vicesimas*, τὰς εἰκάδας, numero nempe plurium Atticis ea in re, ut in Scholiis tangitur, familiari, quod lunares fuisse Athenn. menses

eosque triginta dierum, qua de re alibi in hac ipsa fabula, satis aliunde constet: ita ut *vigesimæ,* seu *viginti* Lunæ dies, quarum hic fit mentio, duas tertias mensis Attici, atque ita ceu ejus ad finem tendentis partes efficerent. SPANH. Heinsius ad Hesiod. Ἔργ. fin. notarum reprehendit Schol. qui parum rectam rationem reddiderit, cur Strepsiades, quum in fine mensis penderentur usuræ, non dixerit *τριακάδα,* sed *εἰκάδας.* Ipse causam dicit, quod *εἰκάδες* plures sint: nam aliam rationem in ejus verbis non invenio. Atque idem Schol. tradit: ait ideo dici *εἰκάδας,* quia post vicesimam mensis jam propinquat tricesima, qua solvendum erat fœnus, *εἰκάδας* autem dici plurali numero, eo quod vox illa non sit intelligenda solum de vicesimo die, sed etiam sequentibus. Quid his melius Heinsius adferat, ego quidem non intelligo. Quod autem Aldobrandinus ad Diog. Laërt. i. 58. vit. Solonis, Aristophanem forte *εἰκάδας* dixisse putat, quod olim ante Solonem menses absolvebantur 20. diebus, mihi parum probatur. Ita enim *εἰκάδα* dicendum fuisset, et mutata ratione mensium nil erat, cur ad antiqua illa tempora respiceret Comicus. DUCK. Ἄγουσα. DORV. PORS.

18. *τόκοι χωροῦσιν.* Quod infra dicitur hujus fab. v. 1270. *πλέον, πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίνεται, Ὑποῤῥέοντος τοῦ χρόνου.* *Τόκος* nempe idem ac *γένεσις* s. *pecuniæ partus,* unde *μῆνες τόκων πατέρας* a Basilio dicti in Psalm. p. 159. SPANH. *ἅπτε.* Ad internoscendos homines mox luna sublustris poterat sufficere; ad cognoscendas rationum tabulas non item. Idcirco a servo (*παῖς*) lucernam accendi jubet. SCHUTZ. *ἅπται παῖ τὸν λύχνον* cod. Elb. HARL. *ἅπται* (ε) B. PORS.

19. Dicta Athenis *γραμματεῖα* et *γραμματίδια* tabulæ, quibus vulgo inscribebantur pecuniæ creditæ, ac de sorte et usuris persolvendis dandisve pignoribus cavebatur: quæ vulgo *συγγραφαὶ* Atticis et quarum obvia sunt passim apud oratores Atticos, et Demosthenem inprimis in iis oratt., quibus de pecuniæ fœnore aut ære alieno agitur, exempla. Plura suppeditabit eam in rem Salmas. de modo usur. §. 10. SPANH. His verbis *κ. τ. γρ.* clarius pronuntiatis, quæ sequuntur, dum servulus lucernam accendit, loquitur submissius, ne ille exaudire possit. Sic v. 59. *φερ' ἴδε* servulo dicit, reliqua (dum ille abit) secum murmurans. SCH. *ἵνα γνῶ* in marg. cod. Bau. a manu recentiore. De forma et discrimine structuræ part. *ἵνα* cum optat. (quod esset, *ut cognoscerem*) et cum conj. quod est (*ut cognoscam, sciam*), v. Dawes. M. Cr. p. 85. ss. HARL. *ἵνα γνῶ* 2. Dorv. PORS. *γραμματεῖον* (ι) 2. (ι corr.) *ἵνα γνῶ* 3. 5. hic cum gl. *νοήσω.* DOBR.

20. *λογίσωμαι.* Gl. *λογαριάσωμαι, λογαριάσω.* BRUNCK. Ὁπόσοις ὀφ. Suid. Ms. in *ὀφείλω.* PORS. Male Bau. et Elb. *λογίσομαι.* Nam *λογίσωμαι* pendet ab *ἵνα.* DIND.

21. Citat Suid. v. *ὀφείλω.* PORS. *φέρ' ἴδω* servulo adhuc dicit, reliqua secum murmurat. HARL. *δώδ. μν.* Π. Hæc e tabulis legit Strepsiades. Tum quærit secum, cur debeat. Duodecim minæ efficiunt fere 250. impp. DIND.

22. *τοῦ.* Subintellige *ἕνεκα,* vel *ἀντί·* ut dicat Strepsiades: *τίνος ἕνεκα,* vel *ἀντὶ τίνος* — *pro qua re debeo duodecim minas Pasiæ?* Sic v. 31. per eamdem ellipsin dicitur *τρεῖς μναῖ διφρίσκου* etc. KUST. Plenius v. 1204. *τοῦ χρήματος,* ubi v. Schol. BERG. *τοῦ.* Gl. *ἕνεκεν τίνος πράγματος*—*τί ἐχρησάμην;* Gl. *ἐς τί, κατὰ τί.* BRUNCK. *τί ἐχρησάμην;* dictum est per ellipsin pro *εἰς τί ἐχρησ. ad quid usus sum* (duodecim minis, quas a Pasia accepi): vel, *quid illis enim?* Sic Eqq. 1179. *τί τούτοις χρήσομαι τοῖς ἐντέροις,* pro, *εἰς τί χρ.* Similis phrasis occurrit Plut. 941. Ach. 905. et alibi. KUST. Bene *τί* per ellipsin Atticis poëtis familiarem pro *εἰς τί* seu *ad quid,* hic dici monuit Kusterus, aut, ut hoc addere mihi liceat, per ellipsin *εἰς ὅ τι.* [Pro *κατὰ τί* accepit Schütz.] Ita enim (unde Comici hæc verba haud parum illustrantur) Demosth. adv. Timoth. p. 657. *ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι ὑμῖν τά τε ὀφειλόμενα, καὶ εἰς ὅ τι ἕκαστον αὐτῶν κατεχρήσατο.* Mox: *οἱ γὰρ τραπεζῖται εἰώθασιν ὑπομνήματα γράφεσθαι, ὧν τε διδόασι χρημάτων, καὶ εἰς ὅ τι.* Alia adhuc occurrunt apud eumdem oratorem exempla, e quibus id receptum apud Athenn. liquet, ut in tabulis s. syngraphis dati mutui continuo adnotaretur, in quem usum pecuniam quis fœneraretur. Sic ubi de syngrapha nautica ter mille drachmarum agitur adv. Lacrit. p. 548. *πρῶτον μὲν γὰρ γέγραπται, ὅτι ἐπὶ οἴνου κεραμίοις τρισχιλίοις δανείζετο παρ' ὑμῶν τὰς τριάκοντα μνᾶς.* Unde et magis debitori Strepsiadi constare debuit, quem in usum fuisset illas xii. minas (h. e. cxx. circiter Philippicos hodiernos juxta accuratiores virorum eruditorum calculos) mutuatus: qui etiam non diu hæret, quin statim subdat, factum id a se, unde emeret pro filio equum. Unde etiam quanti ille nostra moneta Athenis tum vænierit, continuo intelligimus. SPANH. Versus non

est integer in vulgatis. [Immo integerrimus est, nec deest pes. Dind.] Nos edidimus integre, addito in fine συνῆχ' e Mss. L. R. C. Ia. Ib., qui tamen adponit capiti versus seq. Elisum est α et κ in χ mutatum ob vocalem adspiratam, in capite vers. seq. cujus generis et alia exempla apud poëtas occurrunt. Ern. Etiam in Mss. Bau. Elb. et Borg. v. 22. sic incipit: συνῆχ' ὅτ' ἐπριάμην. Συνῆκα adnotatio est interpretis. Herm. Post ἐχρ. aliquantisper meditatur, cupiens reminisci causam expensæ. Schutz.

23. Parmeno ap. Athen. v. p. 221. οὐδὲ κόππα γινώσκων. Berg. συνῆκα ὅτ' A.2. συνῆκα ὅτε B. συνῆχ' ὅτ' ἐ. τ. κοπα-Dorv. Pors. συνῆχ' ὅτ' sex. sed συνῆχ' in 2. correctoris; in 3. in fine v. 22. ponitur, et ex em. ut suspicor, sed proculdubio m. pr. καππατίαν 3. κοπα- corrector 2. Dobr. συνῆκα ὅτ' ε. τόν. Cod. Ar. Id. τὸν Κοππατίαν. Nihil aliud significat, quam equum cui nota numeralis, Κόππα inusta esset. Suidas: Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακται τὸ Κόππαστοιχεῖον ὡς σαμφόρας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ Σαμπῖ. Τὸ γὰρ C καὶ τὸ Π χαρασσόμενον Σαμπῖ ἔλεγον etc. Sed de hoc loco vide notata ad Scholiasten, quem Suidas exscripsit. Schutz. Bis mendosa est vulgata; ob ὅτε sensu vacuum, et ob articulum, cui non magis est locus quam ante διφρίσκον et τροχοῖν. συνῆκα præfigunt Msti plures. Lege, συνῆκ'. ἐπριάμην κ. Pors. Notent tirones erroris progressum. Similiter in Euripid. Hippol. 1420. quum semel interpolatum esset ὤλεσ' ᾔσθημαι μία Κύπρις, alii μία, alii ᾔσθημαι omiserunt. Verum vidit Valcken., post quem nihil amplius erat quærendum. Dobr.

24. Citat Thom. Mag. V. Ἐξεκόπη. Cæterum pro ἐξεκόπην, ut omnes Edd. habent, sensus gratia scribendum est ἐξεκόπη, ut referatur ad ἵππον κοππατίαν. Nam Strepsiades non sibi oculum optabat elisum, sed equo. Kust. Interpres: *utinam prius esset a me exsculptus huic oculus.* At non hoc sonant illa verba, verum: *utinam mihi prius exsculptus esset oculus;* quemadmodum recte vertit Constant. in Lex. Nam passivum in eo verbo significationem activi ex usu linguæ Græcæ habere non potest. Hoc autem repugnat sententiæ. Neque enim ratio est, cur Strepsiades sibi excuti oculum velit, sed hoc optat, ut excussus fuisset equo oculus; quod si factum fuisset, filius ejus emturus illum non erat. Alludit autem eo verbo ad κοππατίαν, ut Schol. Mihi videtur legendum: ἐξεκόπη sc. ὁ ἵππος τὸν ὀφθαλμόν, πρὶν πριᾶσθαι. Suidas: ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν· ἐπηρώθη. Plutarchus Publicola de Horatio: ἐκκοπεὶς ὀμμάτων θάτερον. Lucian. Jov. Trag. p. 137. τὴν φωνὴν ἐξεκόπτετο ὑπὸ τῆς βοῆς. Schol. et Tho. Mag. vulgatam agnoscunt. Sed ille tamen satis ostendit ad equum referri, Thomas in principio articuli, ubi h. l. laudat ἐξεκόπη τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγων καὶ ἀνεκόπη κάλλιον ἢ ἀφῃρέθη. E quibus verbis apparet, etiam in his poëtæ, quæ laudat, legendum ἐξεκόπη et ἀνεκόπη, ut conveniant inter se personæ. Duck. Etiam Brunck. ἐξεκόπην dedit. Summa hujus sententiæ, si ἐξεκόπην legitur, hæc est: quidvis perpeti mallem, quam hunc equum emisse. Quorsum vero hæc? Num hoc uno emendo equo æs alienum contraxit? Num, si eum non emisset, salva et integra foret res familiaris? Atqui præter has 12. minas, quas a Pasia mutuas sumsit, tres minas debet Amyniæ, quas statim commemorat; quin etiam aliis alia bene multa: quod ni ita esset, tabellas non poposcisset, ut videret, quam multos haberet creditores. Accedit, quod sic omnis corrumpitur urbanitas acuminis, quod est in similitudine horum verborum κοππατίας et ἐκκοπῆναι. Nam quid hoc ἐκκοπῆναι ad κοππατίαν, nisi si hic ipse percutitur aut percutit? Quare non dubitavimus ἐξεκόπη scribere. Ita et sententia aptissima est, et lepor manet dicacitatis. Id unum optat Strepsiades, ne necessarium fuerit istum equum emere. Atqui si oculus ei antea excussus fuisset, noluisset eum emi Phidippides. Facete igitur optat Strepsiades, equum ipsum, qui κόμμα habebat, quo in hippotropheis genus equorum designatur, et quæ res haud parvum habet in emendis equis momentum, aliud ante accepisse κόμμα, quo emtores deterruisset. Herm. ἐκόπην 3. Dobr. Sensus esse potest, utinam equo, prius quam emtus fuisset, oculus fuisset elisus: filius enim illum non emturus erat. At nil mutandum est, ut recte vidit cl. Schutzius. Homini enim pauperculo et ad rem adtento levius videbatur, oculum sibi excudi, quam æs alienum conflari. In cod. Bav. et Elbing. v. 23. legitur συνῆχ' ὅτ' ἐπριάμην. Harl. Quicquid sit, si ἐξεκόπην legatur, quæ lectio in omnibus Mss. exstat, certe non est vertendum: *utinam mihi prius excussus fuisset oculus;* nam si ab alio Strepsiadi oculus excussus fuisset, nihil impediebat, quo minus flagitante filio illum equum emeret; sed potius: *utinam egomet mihi prius oculum excussissem, quam istum equum emissem,* in quo lusus verborum κοππατίας et ἐξεκόπην non perit, si sic accipias: utinam ego potius κόμμα mihi inflixissem, quam illum equum κόμματι insignitum emissem. Schutz.

25. Phidippides per somnum socium

in curuli certamine, Philonem, appellat. Schutz. *Aurigam* hoc *Philonis* nomine, somniante equos et aurigationem Phidippide, dici ab uno Schol. traditur. Constat vero non aurigis solum, sed ipsis etiam *celetibus* seu *singularibus equis* in Græcorum agonibus indita fuisse nomina; ut, quod alibi haud ita pridem vidimus φερενίκου Hieronis Syracusanorum regis equo in Olympiis victori, idque duobus ap. Pind. locis, Ol. i. 29. et Pyth. iii. 131. ne jam tangam hujus ipsius Phidippidis equos, Κοππατίαν paullo ante ac Σαμφόραν v. 123. dictos: unde ad *equum* potius, *Philonis* nomine ab ipso impenso equorum amatore appellatum, quam ad *aurigam* hæc somniantis illius verba referenda crederem. Quod firmare posset haud dissimilis in hac fab. 1280. et rursus Eqq. 601. (ὦ Σαμφόρα) locus, hic autem ἔλαυνε etc. Adde Pausan. vi. p. 302. Ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα, Φοίνιξ καὶ Κόραξ· ut de priscis inscriptt. ap. Spon. et alibi, ubi obvia equorum id genus nomina, sileam. Spanh. ἔλαυνε τὸν σ. δρόμον. Nempe quod periculosum esset in curulibus agonibus ab orbita recedere; unde proverbii vice ἔξω δρόμου, *extra orbitam*, dictum ap. Æsch. Choëph. 511. et ap. eumdem Agam. 1254. ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω. Nempe prout de aurigantibus in curuli, sed ficto ibi, Pythiorum agone, ubi e carceribus iidem erant emissi, ap. Soph. dicitur Electr. 722. ὁμοῦ γὰρ ἀμφὶ νῶτα καὶ τρόχων βάσεις Ἤφριζον, *simul enim circa terga et rotarum orbitam spumabant.* Unde etiam postea id Atheniensi in eodem scilicet agone auriganti, delapsis aliis ante eum et confractis curribus, saluti fuisse dicitur, quod in se caute ac provide. ἔξω παρασπᾷ καὶ ἀνακωχεύει, *extra declinat et frena equorum inhibet*, ejusdem dram. v. 735. Uti vero vulgo ἐλαύνειν ἵππον, *equum agitare*, sic ἐλαύνειν δρόμον de *bigarum* aut *quadrigarum cursu* dici a Græcis obvium, ut v. 28. Adde citra etiam additam δρόμου vel ἅρματος vocem, ut in eod. Soph. dramate, ubi de Oreste in illo curuli agone currum impellente dicitur, v. 737. ἤλαυνε δ' ἔσχατος μέν. Sicut alibi in hac fab. et Eqq. 601. οὐκ ἐλᾷς — Quomodo non ἐλαύνειν solum, sed ἐλᾷν quoque, non addita νηὸς vel κωπῶν s. ἐρετμῶν mentione, pro, *remigare*, remis navem impellere, dictum a Charonte ad Bacchum, scapham ejus ingressum, qua is ad inferos trajiceret, Ran. 205. ἐλᾷς προθύμως, *alacriter remigas*, et mox εἶτ' ἐλαύνεις. Ἐλᾷν nempe ab Atticis dictum pro ἐλαύνειν quod notat Helladius, ac juxta quosdam, sicut a βῶ, βαίνω, ita factum ab ἐλῶ, ἐλαύνω, a quibus tamen abit ibidem. Verum obvia jam vox ἐλάαν ap. Hom. pro, *currum agitare*, ut Od. O. 50. et alibi. Spanh. Tho. Mag. p. 293. Ἐλάω et ἐλῶ dicebant Ἕλληνες pro ἐλαύνω, Attici pro ἐλάσω. Cf. et Mœr. p. 146. Dind.

26. Fort. τουτί. Bent. Ταὐτὸ emendatur ab Elmsl. ni fallor. Burg. τοῦτο secundum om. 2. et πολλοὺς 29. ἐστὶν τὸ κακὸν ὄμμ' Dorv. Pors. τοῦτο secundum om. 5. 6. Dobr. τοῦτ' ἐστι τοῦτο τ. κ. *hoc est illud* malum, quod me miserum reddidit. Dind.

27. Ὀνειροπολεῖ. Sic Æsch. Eumen. 130. Furiarum chorus homines exagitare solitus, per somnum loquens fingitur: λάβε, λάβε, λάβε, φράζου, ad quem Clytæmnestra dicit: ὄναρ διώκεις θῆρα etc. *per somnum insectaris feram.* Cato: *dum vigilat sperans, per somnum cernit id ipsum.* Berg.

28. Pergit adolescens somniando loqui. Sic et v. 32. Schutz. δρόμους. Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 65. et Eurip. Hipp. 210. ss. Harl. Scil. δρόμοι dicebantur *loca cursibus destinata.* Dind. πολεμιστήρια. Duplex traditur in Scholl. hujus voc. explicatio: prior de quodam equestri agone apud Athenn. eo nomine appellato; altera de curribus ad usus bellicos destinatis ibi agi: nempe πολεμικὰ ἅρματα. Equidem dictus est ab Athenn. πολεμιστήριος ἵππος, qui ad equites spectaret, delectos e civium, ætate, opibus ac robore valentium, numero, qui in bellis contra hostes militarent et quorum præfectus vulgo Ἵππαρχος, *equorum magister*, Athenis dicebatur. Licet, ut Pollucem mittam, a quo πολεμιστηρίου ἵππου, *bellatoris equi*, mentio fit l. v. c. 11. §. 181. e duobus aliis auctoribus Atticis, de quibus silent Hellenismi Thesauri, id colligere. Prior erit Demosthenes, qui quum Phænippi, ut studiosi ἱπποτρόφου, et quidem tamquam juvenis divitis ac robusti meminisset, ead. p. 598. ἀποδόμενος τὸν πολεμιστήριον ἵππον καταβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἱππέων· pro nota nempe Atheniensium in Πεντακοσιομεδίμνους, Ἱππέας, et Ζευγίτας, et Θῆτας divisione. Alter, et Demosthene anterior, Xenophon de re equ. c. 3. ἐπεὶ δὲ πολεμιστήριον ἵππον ὑπεδέμεθα ὠνεῖσθαι, ληπτέον πεῖραν ἁπάντων, ὅσων περ καὶ ὁ πόλεμος πεῖραν λαμβάνει. Sicut vero singulares id genus equi ad usus bellicos ab equitibus ad id destinatis Athenis alebantur, ita etiam eam in rem, quod vel hic Comici locus satis arguit, erant πολεμιστήρια ἅρματα, s. *currus bellici*, quæ postrema vox hic subauditur, nempe quærente, qui nihil nisi equos et aurigationem somniaret, Phidippide, quot cursus iidem currus conficere tenerentur. Spanh. Glossæ: Πολ. *Equiria.* Ovid. ii. Fast. 172. *Marsque citos junctis curribus urget equos.* Ex

vero positum permansit Equiria nomen. Etiam *bellator equus* dicitur *πολεμιστήριος*. Synesius epist. 40. *οὐκ οἶδ' ὅτι μᾶλλόν ἐστι, κυνηγέτης ἢ κέλης ἐναγώνιος, ἢ πομπεύς, ἢ πολεμιστήριος.* Berg.

29. Eurip. Iph. Taur. 80. *διαδοχαῖς δ' Ἐρινύων ἠλαυνόμεσθα, δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.* Idem autem est *δρόμους* s. *δρόμοις ἐλαύνεσθαι,* quod *διωγμοῖς ἐλαύνεσθαι.* Idem Orest. 412. *οἴμοι διωγμῶν, οἷς ἐλαύνομαι τάλας.* Sic *ἐλαύνεσθαι συμφοραῖς* Soph. Trach. 1044. Noster Eqq. 884. *οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις.* Berg. *ἐλαύνεις.* Gl. *στρέφεσθαί με ποιεῖς, ἤγουν πολλὰς στροφὰς φροντίδων διεγείρεις.* Brunck. *πολλοὺς* —′ om. 1. 5. Ita 6. *ἐμὲ μὲν σὺ τὸν πρ' αὐτοῦ πολλοὺς δρ. ἐ.* Dobr.

30. Citat hunc versum Phrynichus p. 72. idque voc. *χρέος* causa; ait enim dicto loco, Atticos dicere *χρέως* per *ω*, quamvis Arist. in Nubb. dixerit *χρέος* per *ο*. Deinde *ἔβα με* hic significat: *invasit me:* quod ideo moneo, quia Frischlinus minus recte vertit: *restat.* Kust. *τί χρέος ἔβα.* Ad literam: *quodnam aliud æs alienum venit,* seu *superest?* quod præter xii. minas earumve usuras Pasiæ debitas intra paucos dies persolvere insuper teneor. Sic v. 18. *οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσι, usuræ procedunt.* *ἔβα* nempe a verbo *βῶ* ap. Atticos, unde *βαίνω,* ut notat Helladius in Chrestom. *τινὲς δὲ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ βῶ, βαίνω* etc. Spanh. Sumtum ex Euripide, ut notant Scholia. In *ἔβα* est Dorismus, [Idem monuerat Bergl. *ἔβα* pro *ἔβη* dici. Dind.] cujus quædam in dialecto Attica mansere in usu, præsertim apud poëtas, nisi hoc posuit poëta irridendi causa Euripidis, ut alia Tragicorum et propterea servavit Dorismum tragicum. Sic Eurip. Hipp. 581. *τί ποτ' ἔβα κακόν;* Ern. *ἔβα με.* Gl. *κατέλαβε.* Translata loquendi forma ex Euripidis Tragœdia, in qua erat juxta Scholiastem: *τί χρέος ἔβα δῶμα.* In Herc. Fur. legitur hic versus 531. *γύναι, τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος;* Vide Phrynichum in *χρέως,* p. 172. Brunck. *με* abest cod. Elb. Harl. *ἔβα. ἐλᾷ* Reisk. male. Vulgatum citat Suidas v. *ἔβα.* — *ἔβη* 2. *με* om. A. B. *χρέος ἔβα με* Suid. ed. Ms. *ἔβα με* et *Πασίας.* Pors. *ἔβη* η 3. 5. *ἔβα* 6. *με* om. 3. Dobr. In grandiore dialecto etsi aliquid inest in rem tenuem adhibita ridiculi, tamen maxima pars facetiarum sita est in eo, quod æs alienum cum cimice comparatur. Intelligendum est enim, qui in numorum angustiis versentur ære alieno oppressi, quum solvendum est, solere caput radere et dorsum. Quare Strepsiades æris alieni tanquam cimicum morsibus vexatus, dum corpus radit, ita loquitur: doch welche Schuld beschlich mich: quasi *τίς κόρις ἔβα με* cogitasset, cimicem venaturus. Eodem modo v. 13. *δακνόμενος,* | *ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν,* alludit sono ad *κόρεων.* Vocum illarum similitudo *δαπάνης* et *φάτνης* servanda. Reisig.

31. *διφρίσκου* i. e. *ἁρματίου δίφρου,* ut locum hunc exponit Pollux x. 47. Kust. *δίφροι* nempe Græcis tum de *curribus* et maxime *bigarum,* in quibus stantes olim aurigabantur, ut vel e numis antiquis obvium, tum de *sellis gestatoriis,* quæ nobilioribus seu *κανηφόροις* matronis vel virginibus Athenis ad Eleusinia proficiscentibus ferri ab earum pedissequis consueverant, ut ea de re infra Av. 611. *καὶ τὸν δίφρον φέρε.* Subinde vero *δίφρος* de *curru quadrigario,* qui *ἅρμα* proprie vocabatur, etiam dictus: quomodo, ut alia nunc mittam, *δίφρος* de solis quadrigis, Callim. in Dian. 182. Spanh. *τρεῖς μναῖ.* Supple *ὀφείλονται ἕνεκα* — Brunck. *μνᾶς* Cod. Elb. Harl. *διφρίσκος* nunc, quia a *rotis* duabus (*τροχοῖν*) discernitur, est ipsa sedes in curru. Tres minæ sunt 63. impp. fere. Dind.

32. *Ἄπαγε τὸν ἵππον.* Citat Etym. V. *Ἀλινδῶ.* Kust. Ad h. l. Arist. videtur etiam respexisse Hesych. in *ἀλινδήθρα.* add. Salmas. ad Solin. p. 336. b. c. Duck. *ἐξαλίσας.* Sicut athletæ soliti in gymnasiis in pulvere volutari, quod *ἀλίζειν* et *ἐξαλίζειν,* ut h. l. et *κυλινδεῖσθαι* insuper a Græcis dicebatur: ejusmodi autem *volutatio, ἀλίνδεσις,* ut sæpe ap. Hippocr. de victus ratione l. ii. c. 11. et de insomn. l. iii. c. 4. et alibi. Unde locus, *volutabrum,* non *ἀλινδήθρα* solum, ut hic in Scholl., sed *ἐξαλίστρα* etiam ab *ἐξαλίζειν,* qua voce utitur h. l. Comicus, ap. Poll. legitur i. 11. 183. additurque *ἀποσοβεῖν τὴν κόνιν.* Inde vero *ἀλινδήθρας ἐπῶν, involucra verborum* vocat Comicus Ran. 902. Ut obiter addam, quod pro *ἐπάλαισεν* lxx. Intpp. Gen. 32. 34. reddant Aqu. et Symm. *ἐκυλίετο.* Spanh. Xenophon in Œcon. xi. 18. *ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει.* Berg. Xen. de re equ. v. 3. Dind. *μέλε* Cod. Elb. Harl. *ἐξαλύσας* 2. et 33. *ἐξήληκας.* Pors. *ἐξαλύσας* 1. 5. Dobr.

33. *μέλαι'* A. B. *μέλε'* 2. Dorv. *μέλ'* Suid. Ms. *ἐξήλ.* Pors. *μέλε'* sex. *ἐξήληκας* (sed *ηκ* ex em.) 5. Dobr. *ἐξήλικας.* Sic Latini dicunt, *bonis aliquem evolvere:* qua phrasi Senecam philosophum usum esse memini. Kust. Liv. vi. 15. 'evolvi bonis.' Tacit. Ann. xiii. 15. 'sede patria rebusque summis evolvi.' Ern.

34. Cf. Mœris in ὤφειλε δίκην, ibique Pierson. p. 426. ss. Harl. Form. enim ὄφλειν δίκην significat *damnari*. H. l. damnatum esse judicum sententiis ad solvenda debita. Dind. τόκου. Subintelligitur ἕνεκα, ut supra v. 22. Berg. In al. edd. est χ' ἅτεροι scriptum. Dind.

35. ἐνεχυράσεσθαι. Bene reddit interpres: *pro usura pignus capere;* per ellipsin nempe, ut notant Scholia, præp. ὑπὲρ, prout v. 1205. τῶν δώδεκα μνῶν, ubi subauditur χάριν, vel περὶ vel ἕνεκα vel etiam ὑπέρ, *propter duodecim minas,* quas accepisti. Id vero quod hic tangitur, Athenis olim receptum aliunde constat; pignora nempe data et accepta in securitatem fœneratorum, quum sortis tum etiam usurarum: quæ quum ἐνέχυρα, ἐνεχυράσματα, tum ὑποθῆκαι et ὑποκείμενα ab iis dicebantur. Sic v. 242. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι bona mea *in pignus* cedere cogor. adde Conc. 563. μὴ 'νεχυραζόμενον φέρειν. Quum vero pignora illa ut plurimum exhibenda essent a debitoribus tempore mutui a creditoribus accepti, eaque libera et immunia, prout sæpe apud Demosth. legitur, ut adv. Euergum et adv. Lacritum, donec juxta syngrapham sors reddita fuisset cum usuris: ita multo magis id locum habuit, ubi in mora solutionis erat debitor, nec ad tempus præstitutum vel sortem cum usuris vel usuram etiam persolvisset, et ubi tum pignora non capere solum, sed vendere etiam creditoribus licuit. Quæ vel ex his verbis Demosth. liquida erunt et manifesta, nempe adv. Lacrit. p. 547. καὶ παρέξουσι τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἀνέπαφον κρατεῖν, ἕως ἂν ἀποδῶσι τὸ γιγνόμενον ἀργύριον κατὰ τὴν συγγραφήν· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσιν ἐν τῷ συγκειμένῳ χρόνῳ, τὰ ὑποκείμενα τοῖς δανείσασιν ἐξέστω ὑποθεῖναι, καὶ ἀποδόσθαι τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς. Id nunc metuit proinde Strepsiades, ne, non solutis intra præstitutum tempus usuris, bona ejus a creditoribus pignoris loco non capiantur solum, sed insuper distrahantur. Quod vero obiter hic dicendum est, Salmasius de modo Usur. p. 553. distinguit inter ἐνεχυράζειν et ἐνεχυριάζειν, ut nempe prius notet, pignus capere, quod erat *creditoris,* alterum *pignus dare,* quod erat *debitoris.* Quod tamen inter ea verba discrimen non ex priscis auctoribus et Grammaticis, sed ex recentioribus demum Jurisconsultis ac Romani juris, non Attici, interpretibus, nempe Basilicorum Synopsi ac Harmenopulo, ibidem observat; quum cæteroquin in antiquis Pollucis codicibus pro ἐνεχυράζειν legi ἐνεχυριάζειν et κατενεχυριάζειν moneant ad postremam Pollucis editionem viri docti, uti in Scholl. quoque ad hunc Comici locum aliquoties legitur: adde etiam in antiquis Glossis promiscue hæc sumi ἐνεχυράζειν et ἐνεχυριάζειν, ἐνεχυρασμὸς et ἐνεχυριασμός. Add. Harpocr. V. Δήμαρχος, in quo, et ex hoc ipso Aristophan. ἐνεχυριάζειν legitur, et Laërt. in Menippo, vi. 99. ἐξενεχυριάζειν. Spanh. ἐνεχυράσεσθαι forma media, *pignora ablaturos.* Gl. ἐνέχυρον ἐξ ἐμοῦ λαβεῖν. At infra v. 242. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι significatione passiva, *pignora a me capiuntur.* V. Salmas. de modo Usur. p. 549. Brunck. ἐνεχυράσασθαι. sic A. 2. B. Pors.—σασθαι omnes ut puto, nisi quod in 6. vix decernas inter α et ε. Dobr. idem Ed. Bas. Harl. ἐτεόν. Semper interrogationibus adhibetur ab Arist. v. not. ad 818. Berg.—σασθαί. Reisig.

36. στρέφει. Sic edidimus pro στρέφῃ ex ed. Ald. et cod. L. Sic volebat Valken. ad Eurip. Phœn. 570. p. 216. et sic noster Acharn. 363. Thesm. 230. Ern. στρέφει est in membr. et absque iis etiam repositum fuisset. Brunck. Amphis Comicus ap. Athen. l. ii. στρέφοιθ' ὅλην τὴν νύκτα. Berg. Ostenderat Ern. jam ad Hom. Il. Ω. 5. hanc Atticam formam h. l. reponendam esse. Harl. Recte στρέφει, probante Valckenærio ad Eurip. Phœniss. 576. Male στρέφῃ ed. Kuster. τρέφει Dorv. Pors.

37. Lusus ex amphibolia. δήμαρχος erat proprie is, qui a debitoribus, usuram non solventibus, pignora capiebat; h. l. autem simul ad pulices alluditur. Schutz. Cod L. τις δήμαρχος, salvo versu; sed illud melius. Ern. δήμαρχος. Scholion Ms. cod. C. δέον εἰπεῖν κόρεις. οἱ γὰρ κόρεις ἐν τοῖς στρώμασιν ὄντες τοὺς ὑπνοῦντας δάκνουσιν. ὁ δὲ μεμνημένος, ὅτι εἰς δικαστήριον ἥξει ὑπὸ τῶν δανειστῶν, δήμαρχος φησί. δήμαρχος δέ ἐστιν, ὁ τοῦ δήμου προστάτης, ὃν φασὶν ἰδιωτικῶς δοῦκαν. Brunck. δάκνει με δήμαρχος. Genuinum horum verborum sensum licet ex alio hujus Comici loco, sed ex deperdito ejus dramate, colligere, cujus Harpocr. meminit in v. Δήμαρχος ὅτι δὲ ἐνεχυρίαζον οἱ Δήμαρχοι, δηλοῖ 'Αριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. Id uno verbo enim in Schol. tangitur, ubi inter alia de Demarchis legitur: ασυνῆγόν τε τοὺς δήμους καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐπεδίδοσαν καὶ ἐνεχυρίαζον· et paullo post ubi addit: ἔδει οὖν τὸν δήμαρχον ἀγαγεῖν εἰς τοὺς οἴκους τοὺς ἐνεχυριαζομένους. Ut vel inde satis liqueat, cur post indicatas quorumdam e suis creditoribus minas, de capiendis ab eo, pro dilata usurarum solutione, pignoribus, a quodam *demarcho, pulice* nempe, morderi se et lecto expelli hic queratur Strepsiades.

Quem hujus loci sensum vidit jam ante Daceria. Spanh. Demarchus sive cogitatio de demarcho, quem metuo ne a me pignus sumat, mordet me tamquam cimex aut pulex in lecto. Berg. Acumen hujus versus in eo positum est, quod verba *ἐκ τῶν στρωμάτων* et ad *δήμαρχος* et ad *δάκνει* referri possunt. Quare hæc non cum Brunck. ita vertenda sunt: *mordet me demarchus quispiam e stragulis;* sed sic: *excitat me demarchus quispiam e stragulis.* Herm. *δάκνει μέν τις δήμαρχος ἐκ* 2. *τὶς δ.* Dorv. Pors. *δήμ. τις* 1. 2. *τις δήμ.* 3. 4. 6. *δ. μέν τις δήμ.* 5. Dobr.

38. *κατ. τί με.* Hæc loquutus Phidippides iterum se ad somnum componit. Schutz.

39. δ' abest Ed. Bas. Harl. *Σὺ δ' οὖν*, etiam Mss. R. et Borg. cum Ald. Alii *σὺ μὲν οὖν*, quod etiam Brunck. edidit. Herm. *τὰ δὲ* om. 2. Pors. *τὰ δὲ* om. 5. δ' om. 6. Dobr. Vidi, qui dubitaret de versiculi hujus numeris, sed perperam, siquidem *τὸ χρέα* contractum ex *χρέεα* posteriorem syllabam ex regula producit. Cæt. *σὺ δ' οὖν* vulgatæ, in his Juntinæ, et liber uterque Inv. recte. Delicias facit Brunck. quum duplici *δὲ* offensus, ut infra 192. Ran. 1057. et alibi sæpe duplici *γὰρ* particula, reponit *Σὺ μὲν οὖν*. Sic et aliæ particulæ frequentius inferri solent, inprimis *ἀλλά*. vid. 73, 4. Ran. 1080. Acharn. 128. 478. Hotib.

40. In hujus versus interpretatione Latina irrepsit, meane an typothetæ culpa, barbarismus (in tuum caput *recisurum*). Excudi debuit *recasurum*. Excidere hoc mihi potuit præ festinatione, ut in notis aliquoties *infercii* barbare scripsi pro *infersi:* quo verbo usus sum sæpicule, quia nullum aliud ad vim Gallici vocabuli accedit propius, *une fourrure.* Quam venuste id adhiberi possit, sciunt, qui Acta Eruditorum nostratium legunt. Brunck. Schol. *ὡς τὸ "ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες."* Callim. epigramm. 18. Pors. *ἐς* 1. Dobr. *ἐς* Reisig.

41. Versus non constat; habet enim secundo loco amphimacrum. Ap. Harpocr. v. *Ἐπαιρόμενος* et Tho. Mag. v. *Εἴθ' ὤφελεν* non legitur *φεῦ*, qua ratione consulitur versui, sed *φεῦ* agnoscit Schol. [Thomam h. l. laudare Kuster. monuit, et duo hos versus ap. Harpocr. legi. Ern.] Itaque potius *ὄφελ'* legendum. Dicunt enim sine discrimine *ὤφελον*, *ὄφελον* etc. Nisi tamen in dimetiendo *φεῦ* per synizesin perit, ut Ran. 141. Kuster. ad Suid. v. *Ὀβολὸς*, ejiciendum censet *τὸ φεῦ*, quia syllaba una abundat versus, sed quum et Suidas ibi et in *φεῦ*, et Etymol. M. in *Ὀβολὸς* hanc particulam retineant, non ausim eam delere, sed synizesin potius putem, ut in illo Hom. Il. E. 349. *ἢ οὐχ ἅλις*, ubi vid. Eustath. p. 554. qua ratione et alio loco in Il. I. *ἢ οὐκ* contrahentur, de quo idem p. 772, 42. add. eund. in I. Il. p. 11. et 12. et Hephæst. Enchir. de metr. p. 8. ubi et versus Hom. laudatus et alius: *βουκόλ' ἐπεὶ οὔτε κακῷ* — Sed et hujus ipsius particulæ *φεῦ* synizesis ap. Eurip. est frequentissima, Hec. 55. *φεῦ ὦ μῆτερ* — et aliis locis. Nec opus erat, in Suida V. *Φεῦ*, et Etym. M. eam particulam poni in fine versus et a sequente *ὡς* inchoare alium, quod videtur ab iis factum, qui poëtam quum ad manum non haberent, putarunt ibi metrum vitiosum esse, si eodem versu poneretur. Duck. Scholia bene monent, *φεῦ* non esse cum versu, i. e. ut partem versus pronunciandum. Sic sæpe est ap. Eurip. *τὸ φεῦ*, v. c. in Hipp. 1415. ut alia. v. Barnes. Ind. Eurip. h. v. Ern. *Εἴθ' ὤφελ'.* Parodia primi versus Euripidis Medeæ: *εἴθ' ὤφελ' Ἄργους μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος.* Gl. *ἡ τοῦ γάμου προξενος.* Brunck. Ran. 1378. *εἴθ' ὤφελ' Ἄργους μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος.* Quem versum ibi recitat Euripides ex Medea sua in principio. Berg. *ἡ προμνηστρί.* Eurip. Hipp. 589. *τὴν κακῶν προμνηστρίαν*, *illam malorum pronubam.* Apud Pollucem vero legitur hodie et in postrema et luculenta editione Batava iii. 41. *ἡ δὲ προμνήστρια καὶ προμνηστρία ἐκαλεῖτο*, ubi nempe una in accentu inter duas illas voces varietas indicatur. Verum in insigni hujus Pollucis Ms. quod olim fuit penes Is. Vossium, et e quo varias lectiones pridem ad meum Pollucem excerpseram, in postremo loco legitur *προμνηστηρία*, ut ex eodem Ms. monuit jam Kuhnius. Ut ita a voc. *μνηστήρ*, *procus*, apud Atticos *προμνήστρια* et *προμνηστηρία* dicta ab iis fuerit *pronuba.* Neque tamen repugnarem, quin *προμνηστρίς*, sicut ap. Xenoph. quod vidit ad eum Pollucis locum vir doctus, ibi quoque legatur: nisi altera illa vox *προμνηστρία* præstantissimi codicis fide niteretur. Spanh.

43. *ἥτις με γῆμ' ἐπῆρε.* Citat Harpocr. V. *Ἐπαιρόμενος* et Suid. V. *Γῆμ' ἐπῆρε.* *Ἐπαίρειν τινὰ* autem interdum significat, aliquem ad aliquid faciendum inducere vel impellere, ut h. l. V. Suid. v. *Ἐπάρας* et v. *Ἐπῆρε.* Eurip. Or. 287. *ὅστις μ' ἐπάρας ἔργον ἐς ἀνοσιώτατον.* Idem Suppl. 581. *οὔτοι μ' ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας.* Soph. Œd. Tyr. p. 204. ed. Henr. Steph. *τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων;* ubi Schol. *ἐπῆρε· ἔπεισε.* Kust. Unum addam, nempe a Demosthene dici aliquoties *ἐπηρμένον*, ut adv. Zenothem. p. 530. *καὶ τῷ πότ' ἐπηρμένος οὗτος*, et adv. Pantæn. p. 564.

SPANH. γῆμαι 'πῆρε. Gl. παρεκίνησε, κατέπεισε. Perperam vulgo, γῆμ' ἐπῆρε. Vide supra ad v. 7. BRUNCK. ἥτις μ' ἐπῆρε γῆμαι cod. Elb. quod cl. Trendel. minus durum videtur, salva metri ratione. γῆμαι 'πῆρε dedit Brunck. et Dawes. v. ad vers. 7. Explicat formulam et citat locum nostrum Suidas in γῆμ' ἐπῆρε, ἀντὶ τοῦ γῆμαι ἀνέπεισε, *persuasit mihi, ut uxorem ducerem*. 'Επαίρειν τινὰ interdum significat, aliquem ad aliquid faciendum inducere, vel impellere, uti h. l. vide Kust. adde Ruhnk. ad Timæi Lexic. p. 87. ducta autem est metaphora a vento, qui velis implendis, ἐπαίρων τὰ ἱστία, navem promovet. De pronuba mala conf. similem locum apud Xenoph. Mem. Socr. ii. 6. 36. vv. 43. et 44. HARL. μ' ἐπ. γῆμαι 1. μ' ἐπ. sine γῆμ' (sed agnoscit gl.) 3. DOBR.

44. Hunc et duo seqq. versus adducit Stobæus Ecl. liv. περὶ Γεωργίας p. 369. KUST. ἄγροικος. cf. Tho. Mag. p. 7. ibique intpp. HARL.

45. εὐρωτιῶν κ. τ. λ. v. Suid. V. 'Ακόρητος et V. Εὐρωτιῶν, itemque Eustath. ad Il. N. p. 951. ed Rom. KUST. εὐρωτιῶν. ἐξήγησίς ἐστι τοῦ εἰκῇ κείμενος. τοῖς γὰρ εἰκῇ καὶ ἀμελῶς κειμένοις ἱδρὼς προσίζει καὶ νοτίς. τοιοῦτος δὲ ὁ τῶν ἀγροίκων βίος· ὥσπερ αὖ ἐπιμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. διόπερ καὶ εἰς πενίαν συνεχῶς ὑπὸ τῶν ποιητῶν τύπτεται καὶ ὀνειδίζεται, ὡς φησι Μένανδρος· ὡς εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται. Suidas — ἀκόρητος Gl. ἀκαλλώπιστος. Eustath. ad Il. p. 951, 41. ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οἱ 'Αττικοὶ ἀκόρητόν φασι τὸ ἀκαλλώπιστον καὶ ἀφιλοκάλητον, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, βίον ἀκόρητον, εἰκῇ κείμενον. τοῦ δὲ τοιούτου ἀκορήτου θέμα τὸ κορῶ. ἐξ οὗ ἐκκορεῖν 'Ελλάδα ἡ κωμῳδία λέγει, τὸ ἐκκενοῦν καὶ καθαίρειν ὡσεὶ καὶ ἐσαροῦτο κατὰ τὰς φιλοκαλουμένας οἰκίας. Respicit Pac. v. 59. BRUNCK. εἰκεῖ Cod. Elb. HARL. 'Ακόρητος βίος hic significat opulentiam vitæ rusticæ, quoniam ædes hominum, ruri degentium, sordidæ quidem et parum nitidæ, sed divite rerum copia refertæ plerumque esse solent. KUST. Enimvero in ἀκόρητος non est opulentiæ rusticæ significatio, quæ versu sequente demum his verbis βρύων μελίτταις etc. describitur, sed tantum sordium et immunditiæ. SCHUTZ.

46. Βρύων μελ. Citat Tho. M. V. Στέμφυλα [p. 809.] KUST. Haud infrequens v. βρύειν ap. vett. Atticos et Æsch. inprimis usus, ut Agam. 177. θράσει βρύων, *audacia elatus*. Choëph. 62. ἄχη βρύει, *dolores germinant*, item v. 67. νόσῳ (non νόσου) βρύειν, *morbo scatere*, et Suppl. 973. ἀγαθοῖς βρύεις, *bonis abundas*. Sic Eurip. Bacch. 107. βρύετε, βρύετε χλοερᾷ σμίλακι, prout ap. Basilium de leg. Græc. lib. p. 84. ed. Grot. καρπῷ βρύειν ὡραίῳ. SPANH. στεμφύλοις. Locus huic geminus infra Eqq. 803. de illo, qui in agro itidem, ut hic quoque dicitur, parce ac tranquille vivit — καὶ στεμφύλων εἰς λόγον ἔλθῃ. SPANH. Atticos de oleo dicere tradunt Thom. Mag. et Phrynich. p. 76. ubi v. Nunnes. DUCK. Gl. τεταριχευμέναις σταφυλαῖς. Falso. Phrynichus: στέμφυλα οἱ μὲν πολλοὶ τὰ τῶν βοτρυῶν ἐκπιέσματα, ἀμαθῶς· οἱ δ' 'Αττικοί, στέμφυλα τὰ τῶν ἐλαῶν. Thom. M. στέμφυλα, οἱ πολλοί, τὰ τῶν βοτρύων μετὰ τὸ ἐκπιεσθῆναι· οἱ δ' 'Αττικοί, στέμφυλα, τὰ τῶν ἐλαῶν. BRUNCK. V. Oudend. ad Tho. M. p. 809. Timæus Lex. Plat. p. 170. cum not. Ruhnk. et Schol. ad Eqq. 803. HARL.

47. ἔγημα Μεγακλέους. Quales inter dispares genere vel divitiis nuptias veteris alicujus sapientis (Pittaci nempe) dicto improbatas tangit Oceanidum nympharum chorus ap. Æschylum, additque Prom. v. 889. ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ· et quomodo jam ante ab Achille ap. Homerum dicitur Il. O. 399. γήμαντι μνῆστιν ἄκοιτιν, εἰκυῖαν ἄλοχον. Adde solemne illud Pittaci ea de re dictum, ad quod respexit in adducto modo versu, ut notant itidem Scholia, Æschylus, de quo agit Callimachus in primo reliquorum ejus Epigrammatum, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλε, *tu tibi junge parem*, quæ nempe nec genere, ut hæc Megaclis e sorore neptis, et e stirpe Alcmæonidarum maritum Strepsiadem rus colentem, nec opibus vincat. Unde opportuniori utique conjugio hujus Megaclis filiam et inde ex Alcmæonidarum, ut ab initio hujus vitæ a Plutarcho traditur, genere duxerat Alcibiades, quippe ut a Nepote dicitur, *summo genere ac dives, splendidus non minus in vita quam in victu*, prout eadem huic Cliniæ filio a Socrate tribuuntur in Plat. Alcib. i. p. 102. t. ii. quique proinde ab hoc Strepsiade ruri squalidam et agrestem vitam, ut ipse modo de se professus est, duriter agente fuerit diversissimus. SPANH. Μεγακλέους. Illius Megaclis, qui a Megacle Alcmæonis et Cœsyræ filio, genus ducebat. BERG. τοῦ Μεγακλ. Alcmæon Cœsyram duxerat, feminam nobilissimam ac ditissimam, ex eaque Megaclem susceperat. Aliam opulentiæ ejus causam narrat Herodot. vii. 125. SCHUTZ. Megaclidarum familia, utpote stirps Alcmæonidarum, fuit antiquissima et nobilissima, e qua etiam Pericles et Alcibiades genus duxerunt. WILAND.

48. ἄγροικος. Solent Grammatici inter ἄγροικος et ἀγροῖκος sic distinguere, ut ἄγροικος cum acuto in antepenultima sit homo *rusticus, rudis, agrestis* etc. ἀγροῖ-

κος vero, cum circumflexo in penultima, ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν, *ruri habitans*. Hic tamen ἄγροικος accipitur pro *agricola*, vel *homine ruri vivente*, ut notavit etiam Thom. M. V. Ἀγροῖκος. Dind. ἄγροικος ὢν ἐξ ἄστεος. Suid. v. ἄγροικος. Pors. -δῆν 1. 4. 6. -δῆν 3. utrumque accent. 2. a m. pr. Dobr.

49. σεμνήν. Hac voce non *gravem*, *bene moratam*, pro solita voc. illius significatione, sed *fastuosam* ac *superbam* mulierem hic designari, bene in Scholl. dicitur. Quomodo Eurip. Hipp. 94. s. μισεῖν τὸ σεμνὸν (odisse *fastum*) — τίς δ' οὐ σεμνὸς (superbus) ἀχθεινὸς βροτῶν; Σεμνὸν alioquin pro *torvo* alibi sumitur apud eumdem Tragicum Alc. 779. τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπων, quod olim ad Juliani Cæsares monui, p. 346. Spanh. ἐγκεκοισυρωμένην. Citat Etym. et Suid. h. v. Vide etiam Hesych. v. Ἐγκεκοισυρωμένη (sic enim apud eum legendum est, pro Ἐγκεκριωμένη, post v. Ἐγκέκλιται) qui ad eumdem locum Comici nostri respexit. Kust. *Cœsyræ moribus imbutam*, a qua et originem trahebat. Infra 801. Phidippidem, ex hac natum, dicit esse ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων τῶν Κοισύρας. In Acharn. 614. ὁ Κοισύρας, notante Schol. est *Megacles*, et perstringitur a Comico tamquam qui aliquando pauper fuerit, dilapidatis nimirum paternis bonis. Itaque non sine causa puellam ex nobili familia, sed ad paupertatem redacta, collocarunt rustico diviti. Berg. σεμνήν. Gl. σοβαρὰν τὸ ἦθος. ἐγκεκοισυρωμένην. Schol. Ms. περισσῶς κεκοσμημένην, κεκαλλωπισμένην, ὁμοίως τῇ Κοισύρᾳ. αὕτη δὲ ἦν γυνή τις πάνυ ἑαυτὴν κοσμοῦσα ἱματίοις καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ, ὡς τοὺς ὁρῶντας ἐκπλήττεσθαι. Suidas ex antiquis scholiis Cœsyram Pisistrati uxorem fuisse dicit; juxta alios, Alcmæonis, quod probabilius est. Namque in Acharn. 614. ὁ Κοισύρας Megacles appellatur. Brunck. ἐγκεκοισ. Hemsterh. ad Luciani Timon. t. i. p. 134. "Megacles," ait, "non unus in Alcmæonidarum gente Athenis nobilissima: Comici hominem primarium, qui multum splendori generis arroget, aliosque præ se fastidiat, ita vocant, quemadmodum κοισύραν feminam potentem: Aristoph. Nub. 48. ubi ἐγκεκοισυρωμ. intelligo *longa Cœsyrarum serie superbam*." Bergler explicat *Cœsyræ moribus imbutam*. adde Schol. ad Acharn. v. 614. Harl.

51. Quum dicit: ὄζων τρυγὸς, τρασιᾶς, et ὄζουσα (quæ vox in sequ. versu subauditur) μύρου, κρόκου, proprie loquitur, utpote de rebus odorem habentibus; quum autem addit καταγλωττισμάτων δαπάνης etc. metaphorice. Berg. τρυγός. Bene Schol. νέου οἴνου. Hesych. τρύγα. οἶνον ἀδιήθητον ἀπὸ ληνοῦ.—τρασιᾶς. Gl. ξύλου ἐν ᾧ τὰς ὀπώρας ἐξήραινον. Brunck. Reisk. post ἐρίων comma ponendum censet, nec improbat Schutz., accipit vero περιουσίαν de tota re rustica: et sic jam distinxit Frischlin. in edit. et versione sua. ἐρέω Cod. Elb. Harl. τρασιᾶς. R. πρασιᾶς, male. Ern. Πρασιᾶς, ἐριῶν, Borg. Herm. ὄζων τρυγός, | τρασιᾶς, ἐρίων περιουσίας· summa versatur elegantia metri: copia et affluentia rerum, quam narrat Strepsiades, quasi specie adumbratur, syllabis ad numerum libere et effuse profluentibus. Reisig.

52. Schol. Ms. καταγλώττισμά ἐστιν, ὅταν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνουσίας ὁ ἀνὴρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐμβάλλῃ στόματι. ἔστι δὲ καὶ ὁ λαφυγμὸς κατὰ μέν τινας τὸ αὐτό· κατὰ δέ τινας, ἡ ἄλογος καὶ καθ' ὑπερβολὴν δαπάνη. ἔστι γὰρ λάπτω καὶ λαφύσσω τὸ ῥοφῶ, κυρίως ἐπὶ κυνῶν καὶ χοίρων. ὅθεν παράγεται καὶ ὁ λαφυγμός. εἰκότως δὲ ταῦτα καταλέγει, δεικνὺς ὅτι αἱ εὐγενεῖς γυναῖκες ὑπὸ τῆς λίαν τρυφῆς τοιαῦτα πράττουσι. Brunck. καταγλωττισμάτων. Cf. Thom. Mag. h. v. ibique Witter. p. 500. Mœrin p. 224. ibique Pierson. Harl.

53. Λαφυγμοῦ. Haud male λαφυγμὸν per *crapulam* reddit interpres, modo ea voce tam in cibo intemperantia quam in potu intelligatur. De priori utique idem voc. explicant Scholia, quomodo λαφύστιοι γνάθοι, *voraces maxillæ*, ut ad h. l. pridem notaveram, dicuntur ap. Lycophr. 215. et alibi v. 291. κτῆσιν θοίναις λαφυστίαν, *bona epulis devorata*, idem dicit. Nihil tamen obstat, ut hic duplex istud intemperantiæ genus denotetur, prout appellati, qui utrique indulgebant, λαφυκταί, teste Athenæo xi. p. 485. Cas. τοῦτο δὲ ποτήριον (nempe λεπαστῆ) ὠνομάσθη ἀπὸ τῶν εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων, οὓς λαφυκτὰς καλοῦμεν. Quod adstruunt vett. Glossæ: Λαφυκτής· Helluo. Spanh. Κωλιάδος. v. Meurs. in Piræeo, cap. ult. Kust. Utrumque (Κωλ. et Γενετ.) et Veneris quidem ap. Athenn. cognomen legitur ab initio Lysistr. v. 2. ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 's Γενετυλλίδος. De templo quidem Veneris Κωλιάδος in ora Atticæ maritima, et qua occasione sit illud ibi erectum inditumque ei nomen, quod hic in Scholl. traditur, legitur quum ap. Suid. tum etiam ap. Tzetz. ad Lycophr., nisi quod id v. 267. non ad Venerem Κωλιάδα in Attica, sed ad eamdem deam Κολεῶτιν in Cypro dictam ibidem referatur. Hic vero, uti etiam in adducto Lysistr. loco de Veneris Κωλιάδος, in Atticæ cognomine promontorio, æde vel signo, cujus

meminit Pausan. i. p. 2. agi omnino, sat liquet. Spanh. V. Suid. h. v. add. etiam Steph. de Urb. ibique Holsten. Rursum Suid. Κολία· ἐπιθαλασσία (melius ἐπιθαλάσσιος) ἄκρα τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ κόλου ὠνομασμένη, vitiosa esse puto; neque enim κολιὰν dici, sed κωλιάδα, eamque vocem, ut et κῶλον, per ω scribi invenio. Hesychius ibi etiam Cereris templum, multas columnas habens, esse tradit. Duck. Κολιάδος. B. Pors. κωλιάδος 1. 2. 3. 5. 6. κωλῦ. primo 4. Dobr. Γενετυλλίδος. Quo utique nomine *Venerem*, ut *generationis præsidem* dici notant hic Scholia: Hesych. vero ac Suidas vocari deam, quæ ceu generationis causa, festo muliebri eodem nomine appellato præfuerit. Verum numero plurium invocantur alibi ap. hunc Comicum Thesmoph. 137. ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες, nempe quas ap. Suid. vocari legimus, et quidem masculino genere, περὶ τὴν Ἄρτεμιν τοὺς τῶν τοκετῶν ἐφόρους, *partus circa Dianam præsides*. Quum tamen ap. Pausan. in adducto loco dicantur similiter Γενετυλλίδες ὀνομαζομέναι θεαί, quare nempe ibidem, uti et Veneris Κωλιάδος, signa exstarent: additurque, easdem videri cum iis, quæ a Phocæensibus in Ionia deæ Γεννάδες appellantur. Romæ vero ædem exstitisse *Veneris Genitricis*, et primum quidem, velut a qua genus per Æneam duceret (neque enim virum doctum inauditarum antea et incredibilium adsertionum proventu hac ætate celebrem, id non *Juliæ*, sed *Octaviæ* genti tribuentem hic moramur), a Julio Cæsare consecratam constat. Adde prout non Juliæ tantum gentis, sed velut Romanorum in genere procreatrix dicta inde eadem dea ab initio Lucretiani de rerum natura seu generatione poëmatis *Æneadum Genetrix*. Inscripti vero dein ab ætate Julii Cæsaris varii Cæsarum et Augustorum numi, cum deæ illius signo, et quæ infantem quoque in gremio fovet, et epigraphe: VENERI GENETRICI. Spanh. Pausan. Attic. c. 1. ἀπέχει δὲ (τοῦ Φαλήρου) σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. Κωλιάδος δέ ἐστιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. v. Suid. et Hesych. Lucianus Pseudolog. p. 438. εἰπέ μοι, πρὸς Πανδήμου καὶ Γενετυλλίδος καὶ Κυβήβης· notat Græv. in Ms. esse Γενετυλλίδων, sed tamen h. l. in singulari quoque legi. Et ita etiam ap. Suid. legitur et ap. Hesych. etsi apud hunc corrupte Γενετευλὶς. Interpr. et *Venerem et genium suum*. forte rectius *Genetyllidem*. Duck. Γενετυλίδος Mss. L. Ia. 2. Ern.

54. ἀργός. Hunc locum Arist. plures Grammatici citant, ut probent, voc ἀργὸς ap. Atticos tam feminini quam masculini generis esse. Suid. Καὶ ἀργὸς ἐπὶ θηλυκοῦ. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· οὐ μὴν ἐρῶ γ' etc. Thom. Mag. ἀργὸς ἡμέρα καὶ ἀργὸς γυνὴ κρεῖττον ἢ ἀργή. Ἀριστ. ε. Νεφ. etc. Schol. Eurip. ad Hec. 150. ὀρφανὸν ἀντὶ τοῦ ὀρφανήν, Ἀττικῶς. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· οὐ μὴν ἐρῶ γ' ὡς ἀργὸς ἦν. Non solum autem hic ap. Arist. sed etiam apud alios scriptores Atticos ἀργὸς pro ἀργὴ positum reperitur. Epicrates Comicus ap. Athen. xiii. p. 570. b. αὕτη δὲ Λαῒς ἀργός ἐστι καὶ πότις. Alexis apud eumdem xiv. p. 642. d. Κἀργοὺς ἔχειν μηδέποτε τὰς σιαγόνας, pro ἀργάς. Soph. Philoct. p. 381. ed. Henr. Steph. γλῶσσαν μὲν ἀργὸν χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν. Eurip. Ion. 337. ἀργὸς ἡ θεός. Lucian. de gymnas. p. 287. ed. Amst. οὐ πολυσαρκίαν ἀργὸν καὶ λευκήν. Minus Attice ergo locutus est Origenes c. Cels. iv. p. 214. ed. Cantabr. ubi σύνεσις ἀργὴ dixit: et Hesych. v. Κηφήν, ubi ait: μυῖα ἄκεντρος, ἀργή. Item Philostratus Icon. L. i. in Olympo, ἡ κόμη δὲ οὐκ ἀργή, οὔτε κεῖται etc. Cæterum uti hic Aristoph. ἀργὸς dixit pro ἀργή, ita Eurip. Hec. 296. στεῤῥὸς φύσις pro στεῤῥά (quamvis idem Med. 1031. dixerit στεῤῥὰς ἀλγηδόνας et Hecub. v. ult. στεῤῥὰ ἀνάγκη), Epicrates ap. Athen. p. 570. d. τιθασσὸς pro τιθασσή· Homerus: κλυτὸς Ἱπποδάμεια· ἀλὸς πολιοῖο· ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον etc. v. Eustath. ad Hom. p. 287. 333. et 694. ed. Rom., ubi plura hujus constructionis affert exempla. Kust. Cæt. magis analogicum est ἀργὸς quam ἀργή, quia est compositum in ος, quæ sunt communia. Berg. Citat Suid. v. ἀργός. ἀργὸς fœminine usurpat Agatho apud Athen. xiii. 6. p. 584. γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν | ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ. Vulgo τὸ σῶμα. ἐρῶν γ' Dorv. Pors. ἐσπάθα. Citat Suidas v. Ἐσπάθα. Kust. Nempe quod nobiles et summo genere apud Græcos ortas mulieres non dedecebat, neque proinde hanc ex Alcmæonidarum stirpe Strepsiadis conjugem. Insignis est eam in rem et ad illustrationem horum Comici verborum ap. Æschylum locus, ubi Orestes ad sororem Electram eamdemque regis regum filiam ait Choëph. 229. ἰδοὺ δὲ ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερὸς, | Σπάθης (spathæ, instrumenti textorii) τε πληγάς· εἰς δὲ θηρίων γραφή. Ita senex ad eamdem Electram in cognomine ap. Eurip. dramate 539. κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς; Hinc illud Helenæ, regiæ itidem virginis ac sponsæ encomium apud Theocritum, quod nulla alia in quasillo talia opera conglomeraret, neque in tela picta majore arte stamen radio intextum scinderet, Id. xviii. 32. ss. A σπάθῃ vero, noto, ut dixi, instrumento

textorio factum σπαθᾷν, pro, telam instrumento id genus densare, præter alia et qui utriusque vocis simul meminit, docebit apud Pollucem Aristias, sed cujus ea de re verba in priore hactenus et in postrema etiam ejus apud Batavos editione desunt, ex optimo autem codice Vossiano supplenda ibidem. Nempe l. vii. c. 10. § 31. ubi post verba νήματα Ἡρόδοτος, sequitur in Ms. Ἀριστίας (quod nomen in Ms. etiam legi notant ibi viri docti, sed nihil præterea) δὲ ὑφαντικὴν σπάθην καὶ τὸ σπαθᾷν. Quo verbo usus itidem Diphilus ap. Athen. et Demosth. ut in sequ. nota videbitur. Vestes autem id genus *spatha textæ*, ob densitatem, quam inde consequebantur, πυκνώματα dictæ ap. Æsch. Suppl. 244. Πέπλοις βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι: quod nempe σπάθης illius crebris ictibus, s. πληγαῖς, ut paullo ante apud eumdem Æsch., subtemen texeretur ac *densum* inde fieret. Hinc Hesychio, qui ad postremum hunc Tragici locum ibi omnino respicit: Σπάθημα· πύκνωμα, ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὕφη. Quibus adde Schol. infra ad Acharn. 179. Στιπτοὶ γέροντες, ἀντὶ τοῦ πυκνοί· εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν ἐσθήτων, αἵ τινες ὑφανθεῖσαι εἰς πυκνότητα συνάπτονται. Spanh. ἐσπάθα, *telam texebat*: proprie *telam spatha densabat*. In ambiguitate hujus verbi ludit, quod significat etiam *prodigere*. Hesych. σπαθᾷ· τρυφᾷ, ἀναλίσκει, ἀσώτως καὶ ἀφειδῶς ἀλαζονεύεται. Brunck. Recte. Sed θοιμάτιον τοδὶ Schol. interpretatur laceram Strepsiadis ipsius vestem. Verum ubi hic lateat πρόφασις illa, qua se usum fuisse rusticus ait, equidem non assequor. Itaque præstat, ut opinor, de veste, in qua texenda elaborabat uxor, intelligere. Schutz. Sic Suid. v. ἐσπάθα, i. e. ut ed.
β α γ
1532. Pors. δεικνὺς θοιμ. τοδὶ 1. Dobr.

56. ἔφασκον. ἔλεγον liber Borg. Profecta lectio hæc est a metricis, qui κατὰ πρόφασιν scriptum invenissent, quemadmodum schol. hunc versum affert. Herm. Mihi in nullo libro κατὰ πρ. inventum in textis videtur, sed κατὰ et ἔλεγον interpretamenta esse. Dind. ἔφασκον 2. m. pr. Corrector, γρ. εὕρισκον. Gl. ἔλεγον in 4. 6. Dobr. λίαν σπαθᾷς. Lusum in hoc verbo, quod tum *spathæ ictibus* telam densare, tum prodigaliter ac dissolute vivere significare, idque in Scholl. monitum, vidit jam Kusterus. Neque certe aliud acumen in iis Comici verbis quærendum, uti factum in Gallicis, egregiis alioquin ad hanc fabulam notis [Daceriæ]. Optimus etiam hujus rei interpres Hesychius Σπαθᾷ, τρυφᾷ etc. Sic Diphilus ap. Athen. vii. p. 292. Μειράκιον ἐρῶν πάλιν τὰ πατρῷα βρύκει καὶ σπαθᾷ, *rursus adolescens amori indulgens patrimonium deglutit ac prodige dissipat*. Immo quo spectant etiam ap. Demosth. verba de f. legat. p. 206. διὰ ταῦτ' ἐσπαθᾶτο ταῦτα καὶ διὰ ταῦτ' ἐδημηγορεῖτο, *hæc erant propter quæ delicias ageret* etc. Neque hærere debuit, qui ad hunc oratoris locum respexit in V. Ἐσπαθᾶτο Harpocration, an illud reddi debuerit ἀπώλλυτο, *perdebatur*, ut a σπάθη, ensis, deductum; an vero per translationem a textoribus desumtum sit, ut ap. Arist. in hoc Nubb., qui ibi adducitur, loco. Ad quæ cæteroquin Demosth. verba eamdem postremam vocem tuetur Ulpianus firmatque itidem his Comici verbis, ἐσπαθᾶτο dici per translationem a *textorum spatha*, additque: κατεσκευάζετο, ἢ ἐπεδαψιλεύετο· ἐκ τοῦ σπαθᾷν καὶ πολλὴν κρόκην ἐμβάλλειν τῇ ἐσθῆτι· ὡς ἔχομεν τὴν χρῆσιν παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει ἐν ταῖς Νεφέλαις· ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς. Unde discimus, a multa trama in texenda veste stamini inserta σπαθᾷν inde pro, *sumtus extra modum facere* ac *deliciari* a Græcis, ut hoc Arist. loco dictum. Spanh. Citat locum hunc Harpocr. V. Ἐσπαθᾶτο, itemque suavissimus et vere melleus, Aristænetus l. ii. ep. xii. cujus hæc sunt verba: Ἐγὼ δὲ θοιμάτιον αὐτῇ δεικνὺς, ὅπερ ἂν τύχω φορῶν, κωμικῶς τὴν ἄσωτον ὑπαινίττομαι φάσκων· ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς. Cæterum jocus loci hujus latet in ambiguitate vocis σπαθᾷν, quæ tam *texere* vel *telam densare*, quam *dilapidare* et *prodigere* ap. Græcos significat, ut Schol. recte monet. Kust.

57. ἔλαιον. In Av. 1588. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ. Berg. Dicit hæc servus sentiens lampadem non amplius lucere. Dind.

58. τὸν πότην ἧπτες λύχνον. Lucernam, quæ multum olei bibit propter crassa ellychnia. Lucianus dixit ex contrario, *siticulosum ellychnium*, cui non satis olei affunditur: πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις, in Timone. Berg. Ad h. l. respexit Pollux vi. 20. Vide etiam Harpocr. V. Ἀδδηφάγους, Suid. eadem v. et V. Πότης λύχνος. Kust. Suidas t. i. p. 52. tradit, Alcæum λύχνον πότην dixisse ἀδηφάγον, sed in Trago-Comœdia. At idem de Lysia tradit Eustath. ad Odyss. p. 1394, 38. ubi et hunc versum memorat. Ern. Suidas: πότης λύχνος, παρὰ Ἀττικοῖς, πολὺ ἔλαιον ἀναλίσκων. Cf. Herodiani Philet. p. 432. Brunck. τί γάρ μοι om. 3. Dobr.

59. Pro δεῦρ' ἔλθ' Herm. et Schutz. ediderunt δεῦρ' ἴθ' ex Suid. cod. L. ap.

Ern. et Borg. quo etiam fortassis alludit, quod in cod. Elb. est, ἔθ', atque ἴθ' etiam reponi voluerat Bentl. "Nec dubium nobis videtur, ait Herm., quin ἐλθὲ ex interpretatione natum sit. Ita alibi, ut Eccles. 1084. δευρὶ μὲν οὖν ἴθ' ὡς ἐμέ." Dind. κλάῃς. Attice nempe pro κλαίῃς. Eumœris Ms. Κλᾴειν, Ἀττικῶς· κλαίειν, Ἑλληνικῶς. Spanh. Duriusculum hic est et aures offendit, quod να in ἵνα ob geminam sequentem producitur. Non paulo sane rotundius corriperetur, et eo pacto Strepsiadæ verba cæsura finirentur, quod venustius. Adde quod pro ἔλθ' reponendum est ἴθ', auctore Suida, qui in V. Δεῦρο locum sic citat: Δεῦρ' ἴθ' ἵνα κλάῃς. Quare omnino reponendum: Δεῦρ' ἴθ' ἵνα κλάῃς. Διατί δὴ κεκλαύσομαι; Nimirum κεκλαύσομαι pro κλαύσομαι ab Atticis dictum; ut infra in hac fab. 1418. κεκλαύσεται. Bent. Atqui hic locus viri Cl. conjecturam non firmat, sed repudiandam plane esse clamat. Quippe hic tam certum est, quam quod certissimum, verbum κεκλαύσεται notione passiva adhiberi: quæ tamen si in altero loco τῷ κεκλαύσομαι tribuatur, nulla prorsus habebitur sententia. Jamdudum est, quod sic emendandum conjeci: Δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλάῃς. διὰ τί δῆτα κλαύσομαι; Atque hanc quidem lectionem in Ms. Barocc. 127. repræsentari nuper cognovi. Dawes. διατί δῆτα κλαύσομαι. Sic recte codd. A. B. [quibuscum faciunt R. L. ap. Ern. et Barocc. ap. Dawes. et Rav.]. Vulgo διατί δὴ κλαύσομαι, claudicante metro. Brunck. Quum olim δὴ legeretur, Bentl. κεκλαύσομαι scribendum censuit, refutatus a Dawes. M. Crit. p. 95. Herm. qui cum Schutz. sequutus est Brunckium. Dind. κραύσομαι Cod. Bav. Harl. δεῦρ' ἴθ' ἵνα κλάῃς et gl. ὅπως 2. κλάῃς etiam A. δεῦρ' ἴθ' Suid. in v. ed. et Ms. δῆτα A. 2. B. ἴθ' ἵνα κλάεις. (η supr. ex em.) θερ. διὰ τί δῆτα κ. Dorv. Pors. ἔλθ' 1. 2. 3. 4. ἴθ' 5. δὴ 1. 2. 3. 4. 6. δῆτα 5. Dobr.

60. ὅτι τῶν. Suid. τῶν γὰρ, in θρυαλλίς. θρυαλίδων. Ib. Ern. Ista dicens puero alapam infligit. Schutz. Ad genitt. illos subint. τινά. Crassa autem ellychnia plus olei imbibunt, quam tenuia. Post hæc servus abit. Dind.

61. νῷν. R. νῶϊν. Ern. Bav. νῶϊν. Harl. οὑτοσὶν hic et alibi 1. 5. Dobr. Vere interpunxit verba Fr. Aug. Wolfius: ὅπως νῷν ἐγένεθ' υἱός, οὑτοσί, id est, *ubi nobis filius natus est, hicce nequam.* Recte Scholiastes, οὐ μὴν συναπτέον, inquit, πάντα τὸν στίχον, ἀλλ' ἀναπαυστέον μέχρι τοῦ υἱός· εἶτα διαστήσαντα χρὴ μεθ' ὑποκρίσεως ἐπάγειν οὑτοσί, ὡς ἀχθομένου αὐτοῦ τῇ γενέσει. Reisig.

62. τῇ 'γαθῇ. Ironice, ut supra v. 8. ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ νεανίας. Berg. Male in A. C. τἀγαθῇ. Brunck. τἀγαθῇ A. B. τ' ἀγαθῇ Dorv. et om. δή. Pors. τἀγαθῇ (vel τ' ἀ.) 6. et primo 3. 4. Dobr.

63. Vulgo περὶ τοὐνόματος δὴ ταῦτ'. In δὴ ταῦτ' latet participium duale, notans præterpropter *rixantes nos duo.* An διαστάντ' i. e. διαστάντε, *in diversa abeuntes?* Reisk. Cod. Leid. περὶ τοῦ ὀνόματος δῆτ' ἐλ. quod non malum. Sic corr. Eldik. Spec. Suspic. p. 36. Ad ἐλοίδορ. v. Suid. Ern. Languent verba δὴ ταῦτα. Sed lectio, quæ Ernestio non displicet, maxime hiulca est. Reizius volebat: δῆτ' αὖτ' ἐλοιδορούμεθα, *tunc rursus altercatio orta.* Nos reposuimus optimam atque unice veram Rav. libri lectionem: δὴ 'ντεῦθεν. Herm. περὶ in cod. Bav. additur adhuc versui superiori. et δῆτ' pro δὴ ταῦτ' habet. δὴ abest cod. Elb. Harl. δῆτ' pro δὴ ταῦτ' Suid. ed. omittit Ms. v. ἐλοιδ. Pors. Were ταῦτ' the right reading, some specimens of abuse would have followed: now, since there is nothing contumelious to which that word can refer, a slight alteration is requisite: περὶ τοὐνόματος δὴ 'νταῦθ' ἐλοιδορούμεθα. "*Then* we quarrelled and abused each other about his name." John Seager. δὴ ταῦτ' 1. 2. et primo 4. ut videtur, cum gl. μετὰ, sed nunc δὴ 'ντεῦθεν quam proxime; forsan ab alia m. δὴ 'ντεῦθεν 3. ab initio. Dobr. δὴ ταῦτ' Cod. Ar. Id. Lis hæc inter virum et uxorem orta de nomine, quod nato filio imponeretur, illius uxoris, ob generis nobilitatem, superbiam et arrogantiam notat; quum vulgo id a patribus fieri soleret apud Græcos. Unde Iphigenia ab Oreste, ignara quis esset, quærit ap. Eurip. Or. 499. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθετ' ὁ γεννήσας πατήρ; Sic ap. Plat. in Theage Socrates p. 122. t. i. καλόν γε, ὦ Δημόδοκε, τῷ υἱεῖ τὸ ὄνομα ἔθου καὶ ἱεροπρεπές. Quamquam subinde et extra ordinem id a matribus etiam factum, quum in veteri Fœdere tum alibi legatur, et quidem post inditum etiam prius a parente et a consanguineis nomen, uti noto Joannis Baptistæ exemplo factum constat, qui quum Zacharias parentis nomine fuisset primum appellatus, *Joannis* dein nomen a matre consequutus est et obtinuit, Luc. i. 59. s. Spanh.

65. Apte ea nomina fingit poëta, quod Megacles olim ἱπποτροφίᾳ nobilis fuerat, ii autem qui ea excellerent, libenter nomina ab equis imponebant liberis, ut Calliæ exemplo docet Scholiastes. Ern. Nomina ab equis derivata tantum nobilioribus familiis, non plebeiis, erant usitata. Wiland. Ξάνθιππον. Ex familia illa, unde erat hæc muliercula, duxerat Xanthippus

uxorem Agaristen, filiam Megaclis III., si primum numeres Alcmæonis patrem, ex quo connubio natus est Pericles: inde petitum nomen volebat indere filiolo suo, hoc omine forte, ut ipsa etiam olim fieret Periclis alicujus avia. De hac familia vid. Herodotus in Eratone. Erat et alius Xanthippus, Periclis filius. Berg.

66. *τοῦ πάππου.* Intelligendus est avus pueri. Nam ipse Strepsiades erat *Φείδωνος υἱός*, ut dicit v. 135. Berg. Pro recepto ap. Athenn. more filiis avorum nomina imponendi. Uno autem nomine usos tantum, juxta alios Græcos, Athenienses constat, non duplici aut triplici, ut a Romanis factum. Illius vero Athenn. consuetudinis, avorum nominibus filios nuncupandi, crebra occurrunt apud auctores Atticos et in aliis quoque monumentis antiquis exempla. Sic Plato in Lachete p. 179. *ὅδε μὲν τοῦδε, πάππου ἔχων ὄνομα, Θουκυδίδης*· et similiter de alio Thucydide in Theage p. 130. 'Thucydides Milesiæ filius Thucydidis nepos.' In Lyside p. 211. 'Aristides Lysimachi filius Aristidis nepos;' et: 'Lysis Democriti filius Lysidis nepos;' de quo postremo addit, eum Socrati ideo fuisse ignotum, quod non tam proprio quam parentis nomine vocaretur, ob parentum claritatem. Quem morem multis adhuc post sæculis apud Græcos aut e Græcis ortis obtinuisse, ut filii avorum ac proavorum nominibus vocarentur, video notantem alicubi et improbantem Chrysostomum in Genes. Hom. 21. t. i. p. 147. Savil. *καὶ καθάπερ οἱ νῦν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὰς προσηγορίας ποιοῦνται, εἰς τὸ ὄνομα, φασὶ, τοῦ πάππου καὶ τοῦ ἐπιπάππου καλείσθω τὸ παιδίον.* Spanh. *'τιθέμην.* augmentum ab Atticis poëtis nunquam omitti monuit Dawes. Misc. Crit. p. 267. 346. Ephippus apud Athen. x. 6. p. 423. E. *ἔδωκε κεράσας.* Pors. *Φειδωνίδην.* Nomen, a parsimonia desumtum, erat plebeium. Nomen Pheidippidæ, de quo convenit tandem Strepsiadi cum uxore, medium fuit inter nobile et plebeium nomen, ideoque ridiculum. Wiland.

67. *τέως.* Gl. *μέχρι τινός. τῷ χρόνῳ, μόλις.* Brunck. *τέως* est h. l. i. q. *ἕως* s. *μέχρι τινός*, aliquamdiu, v. Phot. Lex. p. 409. et *κρίνεσθαι disceptare*, altercari. Dind. *τῷ χρόνῳ.* Eurip. Med. 1220. *χρόνῳ δ' ἀπέστη, tandem abscessit.* Idem Herc. Fur. 607. *χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν.* Berg. L. *συνέβημεν.* Ern.

68. *κᾳθέμεθα* scil. *ὄνομα.* Est autem *θέσθαι* verbum propr. hac in re, *imponere nomen.* Dind.

69. *'Εκορίζετο.* Meminit hujus loci Suidas v. *'Εκορίζετο.* Kust. Est autem i. q. *ὑποκορίζεσθαι*, blande et infantum more balbutiendo alloqui. Sequenti orationi deest apodosis; *lætabor*, aut tale quid, est supplendum. Hinc conjunctivus *ἐλαύνῃς*, qui inde pendet, recte se habet, neque cum nonnullis codd. in Indic. est mutandus. Dind. Gl. *ἐκολάκευε.* Brunck. *ἐκορύζετο* 1. Dobr.

70. *ἐλαύνῃς.* L. *ἐλαύνεις.* Ern. Ita etiam Elb. Herm. *ἐλαύνεις* 5. Dobr.

71. *ξυστίδ' ἐ. ξυστὶς* mulierum alias indumentum, ut Theocr. Id. ii. 74. *Κὰμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τὰν Κλεαρίστας.* Eadem vero non levis solum ac versicolor Tragicorum aut Comicorum etiam vestis eaque ferme deaurata, seu cum aureis lembis, qua vulgo amicti erant in tragœdiis reges, sed aurigantium quoque in solemnibus pompis, ut hic in Scholl. dicitur, et simul a Theocriti Schol. ad dictum modo poëtæ locum: *καὶ οἱ ἁρμηλάται χρῶνται.* Quod itidem a Megacle factum hic tradit, qui ex nepte ejus seu sororis filia natus erat Phidippides. De eadem et quidem ut veste muliebri, mentio fit a Lysistrata, a qua fabulæ illi nomen, v. 1189. *στρωμάτων δὲ ποικίλων καὶ χλανιδίων καὶ ξυστίδων καὶ χρυσίων ὅσ' ἐστὶν ἐμοὶ* — ut de splendido vestis genere ibi ea *ξυστίδος* voce agi liqueat. Spanh. Hesych. dicit, secundum quosdam esse *tenuem* vestem, *παρὰ τὸ ξύειν, radere.* Itaque *ralla* possit dici Latine; nam et Plautus in Epidico [iv. 2. 46.] videtur opponere *tunicam rallam* et *tunicam spissam*, et *ralla* similiter a *rado* videtur dicta esse. Berg. Quod Schol. ait, *ξύστις λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες*, Casaub. ad Theophr. Char. p. 331. refert ad transvectionem equitum Athenis, de quibus Schol. alibi: *ἐν πορφυροῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον.* Sane Suidas et Harpocr. v. *Ξυστὶς* dicunt *ἱππικὸν* esse *ἔνδυμα, τὴν ξυστίδα*: ita enim Harpocr. Suidas *ξύστιδα*, ut Schol. Sed tamen non credo de transvectione equitum hic sentire Schol. Neque enim *ἡνίοχοι* sunt *equites*, sed *qui currus agunt;* quod forte accipiendum de his, qui victores ludorum sacrorum in patriam reversi per urbem *ἐπόμπευον.* Sane priorem notam de his accipiendam apparet ex verbis *οἱ εἰσελαύνοντες ἀθληταί.* Nam *εἰσελαύνειν* de his proprie dicitur, qui victores eorum ludorum in patriam revertebantur, sive athletæ, sive *ἡνίοχοι*, i. e. qui quadrigis vel bigis vicerant. Interpr. Suidæ verba illa, *ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι πομπεύοντες, quod aurigæ gestant in pompa Circensi.* Nec multum refragor, si quis ita intelligat: nam Schol. Theocr. in Id. ii. 74. *ξυστὶς* (ita enim ibi legitur) *περιβόλαιον λεπτὸν, ᾧ χρῶνται καὶ οἱ ἁρμη-*

λάται. Sed priorem notam plane accipiendam puto de victoribus certaminum, quum præsertim Megaclem, cujus in hoc versu fit mentio, ter vicisse Olympia ad v. 74. prodat Schol. ξυστίδος porro variis hominibus erat usus. v. Ruben. de Re Vest. p. 119. Duck. ξυστίδ'. Schol. Ms. ξυστὶς εἶδος ἱματίου πορφυροῦ. ἄλλοι δέ φασι τὸ ἰδιωτικῶς λεγόμενον σωσάνιον καὶ σῶζον τοὺς ἄνδρας. Brunck. ξίστιδ' B. Pors.

72. Φελλεὺς mons in Attica, teste Steph. Byz. et Schol. Comici ad Acharnn. 71. Berg. εἶγας scil. ἐλαύνῃς, quod e v. 69. repetendum. Observari velim ridiculum ex imitatione et perversione verborum uxoris. Schutz. Citat Suid. v. Φελλέα. Kust. Φελέως L. Ia. et scholion: τόπος τῆς Ἀττικῆς τραχὺς καὶ δύσβατος. Ern. R. Φυλλέως. Herm. οὖν om. Suid. Ms. in φελλέα (sic) μὲν om. Dorv. et 73. σου. Pors. φελέως 3. 6. Dobr.

73. διφθέραν. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. p. 147. Victor. ad Varron. de R. Rust. p. 58. Suidas: διφθέρα· ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐκ δερμάτων· quod e Schol. sumtum videtur. Duck. In Eccles. 80. τὴν τοῦ πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος. In Ran. 428. ἐνημμένος λεοντῆν· Avv. 1250. ἐνημμένοι παρδαλᾶς. Berg. ἐνειμένος cod. Bavar. sed vulgatum est bonum, ab ἐνάπτομαι, *apto mihi*, h. e. *induo*. de διφθέρᾳ s. *veste* seu *saga pellicea*, ex pellibus facta, contra pluviam, item de *tunica*, quali rustici apud Atticos, aut servi ac tenuioris ac vilissimæ conditionis homines utebantur. v. Isaac. Casaubon. ad Theophrasti Charact. c. iv. p. 56. ed. Fischeri, ubi etiam de voce posterioris ætatis ἰσάλη depravata ab antiqua voce ἰξαλῆ, proprie capræ pellem significante agitur; Valesii Emendatt. lib. v. cap. 7. ibique Burmanni ii. not. p. 127. Hemsterh. ad Luciani Timon. vi. p. 110. t. i. adde Kuster. Harles. ἐνημμένος 2. 3. 5. 6. Dobr.

74. Ἐπίθετο. Mollior et numerosior erit versus, si legeris ἐπίθετο. Sic alibi passim habet πιθοῦ et πιθοίμην potius, quam πείθω. Bent. Ei obsequuti sunt Brunck. (quamquam codd. non addicentibus), Inv. Schutz. et Herm. Dind. ἐπίθετο 3. et primo 5. sed statim mut. Mox 77. πίσω 3. Dobr. Recte Wolfius, spreto aoristo Bentleii, ex antiquis libris imperfectum reduxit ἐπείθετο. Reisig.

75. Ἵππερον. Hesych. hic legit ἱππάερον. Eum vide h. v. Kust. Præterea Suid. laudat Duck. Ap. Zonar. Lex. ii. 1116. est ἵππερως· ἵππων ἔρως. In Hesych. non modo Ἱππάερον sed etiam Ἵππερον· ἱππικῆς ἔρωτα legitur. In Photii Lex. est ἱππέρων. Est i. q. νόσος ἱππική, 233. Dind. Curandum ut in textu τὸ ν finale semper opponatur ubi syllaba longa est. Edatur κατέχεεν. Bent. Ἵππερον. Gl. ἱππικὸν ἔρωτα, ἀφανισμόν. Recte in membr. scriptum est κατέχειν, quod absque iis etiam ob versum reponi debebat. Male vulgo κατέχεε. Brunck. Κατέχεεν pro κατέχεε reposui e Ms. R. nam alias versus non constat. Ern. κατέχεεν B. a m. pr. Pors. ὕπερον 1. et ex em. corr. 2. ubi gl. γυμνότητα. Dobr. ἵππερον κατέχεέ μου. Reisig.

76. φροντίζων ὁδοῦ. Interpungebatur φροντίζων, ὁδοῦ μίαν εὗρον ἀτραπόν. Nos Reizii et Schutzii sententiam sequuti φροντίζων ὁδοῦ, μίαν εὗρον ἄτραπον. Atque hanc interpunctionem habent Ms. Bav. edd. Ald. Junt. Frischlin. Leviora quidem hæc sunt, et quæ sensu facilius, quam rationis aliqua pervestigatione dijudicari queant: sed multa ex hoc genere conjuncta insignem carmini aut addunt venustatem, aut detrahunt. Frigidius enim dixisset: *quum diu sollicitus fuissem, tandem aliquam viam reperi*. Illa longe alacriora et ad pellendos spectatorum animos aptiora, *quum diu viam* circumspexissem, tandem *unam inveni plane planissimam*. Major est enim exspectatio, si clarum et compertum habemus, quid quæratur, quam si secus est. Herm. Addere poterat vir acutissimus, sic vitari inanem pleonasmum in ὁδοῦ ἄτραπον. Schutz. φροντίζων, ὁδοῦ. Reisig. οὖν om. 3. 6. Dobr.

77. δαιμονίως in bonam partem, ut plerumque. v. Spanh. ad Plut. 674. Gl. Cod. ἐπιτηδείως. Est tamen et in malam partem ap. Lysiam p. 442. ed. Tayl. Ern. ὑπερφιᾶ. Cod. Elb. Harl. Supra μίαν supr. μόλις in 3. a recentiore proculdubio. Dobr. μίαν Cod. Ar. Id.

78. ἢν — ἀναπείσω est: quam ut ingrediatur, si huicce (filium monstrat) persuasero. Dind. ἀποίσω (sic) 1. Dobr.

79. Hæc pronuncians senex surgit et ad filii lectum pergit; excitaturus eum e somno blande appellat, simulque manibus mulcet. Schutz. πρότερον. A. B. Pors. βούλ. αὖ. 4. Dobr. Deest in Cod. Elb. librarii vitio. Harl.

80. ἥδιστ' αὐτόν. Inverso ordine, et salvo versu, cod. L. Ern. Immo vitiato. Herm. αὐτὸν ἥδιστ' 2. πῶς δ' ἂν Dorv. Pors. αὐτὸν ἥδ. 5. ἀνεγείρ. 3. Dobr.

82. κύσον με. Perperam vulgo κῦσόν με. Prima in κύω, κυνῶ corripitur semper. Vide Ran. 755. 788. Æschylus Prom. 944. οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν, σοφοί. Confer not. ad Apollonium i. 1238. — τὴν δεξιάν. Schol. Ms. ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις

εἰς βεβαίωσιν τῶν συνθηκῶν. καὶ Ὅμηρος· (Ἰλ. Ζ. 233.) χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο. Brunck. Sequuti sunt Schutz. et Herm. Dind. Κύσομαι Dorv. Pors.

83. Recte Brunckius pro ἰδοῦ [ut olim legebatur] edidit ἰδού, quo significatur, factum esse, quod fieri postulabatur. Sic Ran. 1378. 1390. Pac. 762. Herm. Dextram porrigit adolescens. Schutz.

84. νὴ τὸν Ποσ. τουτονὶ τὸν Ἵππιον. Quomodo ap. Æsch. S. C. Th. 132. ὁ ἵππιος ποντομέδων ἄναξ· immo solo etiam ἱππείου θεοῦ, *equestris dei*, nomine designatus in Eurip. Phœn. 1701. Cujus appellationis huic deo tributæ, præter notum ea de re Maronis locum Georg. i. 12. 'tuque o, cui prima frementem Fudit equum,' causam seu fabulam tradunt præter Pausan. viii. p. 435. brevia ad Hom. Scholia Iliad. Ψ. 346. Hinc ap. Pindarum Ποσειδώνιοι ἵπποι vocantur Olymp. v. 49. s. Diomedis equi, qui victoriam bigis et quadrigis in curulibus apud Olympiam agonibus retulerant. Spanh. Eqq. 547. ἵππι' ἄναξ Πόσειδον, ubi vid. not. Videri etiam possunt, quæ ad Plut. notavi 396. Berg. τουτονί. Nisi de statua Neptuni equestris intelligere velis, quam simul monstraverit Phidippides, quod tamen scenæ parum convenit, restat ut cum Schol. statuas, eum instrumentum aliquod aurigationis digitis ostendisse, quod Neptuni equestris quasi quoddam insigne esset. Schutz. In v. sequ. subint. λέγῃς. Dind.

85. Abest hic versus in cod. Elb. sed infra subrufo atramento adscriptus est. Herm. μηδαμῶς τοῦτον Dorv. Pors.

86. οὗτος. Αὐτός, C. Ern.

87. Quod Invern. ex Ran. recepit: ἀλλ' εἴπερ μ' ἐκ τῆς καρδίας ὄντως φιλεῖς, metrum in secundo pede violat; retinendum igitur est antiquum: ἀ. εἴπερ ἐκ τ. κ. μ' ὄ. φ. Non rectius ex eodem libro v. seq. recepit: ὦ παῖ, πιθοῦ μοι. Φ. τ' οὖν —. Non ι in τί elidi potest. Restituendum est antiquum: ὦ παῖ, πιθοῦ (non opus est pronomine μοι). τί οὖν —. Dind.

88. Istud πιθοῦμαι tinnientibus librarii auribus acceptum refero, qui utique πιθοῦ jam recens a dictante audiisset, mirum ni venditent Grammatici tamquam futuri secundi medii exemplum, de me fortassis, qui istiusmodi futura nulla esse docuerim, serio triumphaturi. Hi quidem quin suo se judicio beare pergant, nullam hic libet operam insumere. Interim vero humaniores quosque Aristoph. manum sic potius agnituros confido: τί οὖν πίθωμαι δ. σοι. Av. 164. τί σοι πιθώμεθ'; Dawes. M. Crit. p. 217. πίθωμαι recte Dawesius, cujus emendationi favet cod. C. in quo πίθομαι. Vulgo πιθοῦμαι. In meo πειθοῦμαι. Brunck. Elb. atque ed. Bas. πειθοῦμαι. R. πιθοῦ μοι. τ' οὖν. πίθωμαι emendavit, allato ex Avibus v. 164. τί σοι πιθώμεσθ'; ὅ τι πίθησθε; Sic in Thesmoph. 70. τί οὖν ἐγὼ δρῶ; 243. τί θαῤῥῶ; 252. τί οὖν λαβῶ; 635. τί οὖν ποιῶ; 868. τί οὖν ἔτι ζῶ; Versu 939. autem, ubi Brunckius τί σοι χαριοῦμαι edidit, quum in libris omnibus legatur χαρίσομαι, scribendum est, τί σοι χαρίσωμαι; Multo pejus autem in Vespis v. 760. sic legitur: ἴθ', ὦ πάτερ, πρὸς τῶν θεῶν, ἐμοὶ πιθοῦ. τί πείθομαί σοι; Liber R. τί σοι πείθομαι. Scribe, τί σοι πίθωμαι. Herm. Πειθοῦ — πειθοῦμαι Dorv. Pors. Aristoph. quidem expetente persona obsequium non videtur dixisse πείθου sed πιθοῦ semper — πιθοῦ τί μοι. ΦΕΙ. τί πίθωμαι. Reisig.

89. ἔκστρεψον. Citat Suid. V. Ἔκστρεψον. Kust. et Ern. τὸν σαυτοῦ (σαυτῆς Ms.) τρόπον Suid. ed. Ms. ἔκστρεψον. Pors. ἔκτρεψον 1. Dobr.

90. ἂν σ' ἐγὼ A. B. ἂν σ' ἐγὼ Dorv. Pors. ἃ ἂν ἐγώ σε 1. σε postea del. sed forsan ab alio. σ' ἐγὼ 3. 4. 6. Dobr. ἃ ἂν σ' ἐγὼ cod. Bav. et Elb. Harl.

91. καί τι πείσ. Reiske conjecit κᾆτα *etiamne?* πείσῃ; cod. Bav. et Elb. Harl. L. C. I. male πείσῃ. v. ad v. 36. Ern. πείθῃ; Dorv. Pors.

92. Reisk. legi jussit: δεῦρό νυν κἀπόβλεπε (καὶ ἀπόβλ.). — Nempe per fenestram eum prospicere jubet. Itaque filius cum patre ad fenestram abit. Schutz. δ. νῦν ἀ. A. 2. B. Dorv. Pors. νῦν ἀ. 3. 5. Dobr.

93. θυρίδιον — et vers. sq. ἐστὶν ἐτέον τοῦτ' cod. Bav. Harl. ὁρᾷς τὸ θυρ. τ. In Thesm. 26. eadem verba. Berg. τῴκίδιον. τὸ οἰκίδιον. Ad hanc formam in Thesm. 349. scribi debuit κῴκίαν, non ut ibi reliquimus, κοἰκίαν. Sic Ran. 511. κῷνον pro καὶ οἶνον. Brunck. τὸ κίδιον; Dorv. Pors. θυρίδιον 4. 6. τουτὶ 6. Dobr.

94. τοῦτ' om. Pors. ἐστὶν ἐτ. τοῦτ' 4. Dobr.

95. φροντιστήριον. φροντίζειν aliquando significat *meditari*, quod philosophorum præcipue est. Huic φροντιστήριον hic dicitur schola Socratis. Hesych. φροντιστήριον· διατριβὴ καὶ οἴκημα Σωκράτους, καὶ τὸ σχολεῖον. Ad hunc, credo, locum Comici respexit. Ob eamdem causam et Socrates dictus fuit φροντιστής, teste Xenoph. et Galeno: ut bene monuit Lamb. Bos. Observv. Misc. c. 12. Kust. Sic infra 1128. de hac Socratis schola similiter κόψας τὸ φροντιστήριον. Eamdem vero vocem de *schola sophistarum* adhibet in eorum Vitis Philostratus l. i. p. 509. ubi de Æschine,

Rhodi agente, ait: *καὶ σοφιστῶν φροντιστήριον ἀποφήνας τὴν Ῥόδον ἐκεῖ διητᾶτο.* Adde, quod alibi ab eodem Philostrato non philosophorum, sed rhetorum, quales erant illi sophistæ, orationes *φροντίσματα* dicuntur, ut Isocratis, de Vit. Soph. p. 507. *ἄριστα δὲ τῶν Ἰσοκράτους φροντισμάτων.* Vocem vero *φροντιστοῦ* et *φροντιστῶν* de Socrate et ejus discipulis, unde *φροντιστήριον* hic dicitur *Socratis schola*, a Xenoph. Symp. c. vi. § 6. et Laërtio ii. § 27. ut viderunt jam alii, adde et a Platone, de quo mox, adhibitam usurpaverat jam ante aliquot in hac fabula locis Comicus, ut mox v. 101. 267. 413. Apud Hesych. veto *φροντισταὶ φιλόσοφοι.* Sic *φροντίζει, μεριμνᾷ·* alibi *μεριμνηταί, οἱ φιλόσοφοι·* quomodo una voce *μεριμνοσοφισταὶ* mox de Socrate ejusque discipulis dicitur v. 102. Quarum Socratis eorumque qui ei operam dabant ea fuit ratio, quod illi in investigandis iis, quæ sunt in cœlo aut sub terra perpetuo defixi crederentur, prout id Socrati a Melito crimini inter alia versum in Platonis Apol. Socr. c. 3. legitur: *καὶ περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆν καὶ τὰ ἐπουράνια·* immo de quo paullo ante *Σωκράτης, ἀνὴρ σοφὸς τά τε μετέωρα φροντιστής.* Hinc de Metone astronomo, qui a Phrynicho *φροντίζων* sit dictus, consuli possunt hujus Comici Scholia ad Avv. 998. Spanh. *φροντιστήριον* dicitur schola Socratis, quod philosophi ibi *φροντίζουσι*, h. e. *meditantur*. Copiosa est Wilandi in Mus. Attic. ii. iii. p. 35. 47. de his vocabb. disputatio, cujus summa huc redit: *φροντὶς* non proprie, ut Gualtherus ad Pollucis Onomast. censuit, *commentationem* aut *elaboratam de rebus dubiis disquisitionem*, sed *curam*, *cogitationem*, *meditationem* significavit, et *φροντίζειν* idem valuit quod *μεριμνᾷν*, ap. Xen. Mem. iii. 2. etiam *studiosum* esse *alicujus* signif., apud Comicum, quæ rarior est significatio, *meditari*, cum mentis contentione et labore cogitare de re quadam, in primis de re levi. *φροντιστὴς* non quivis philosophus olim simpliciter appellatus est, etsi Hesych. et Pollux iv. p. 368. auctores sunt, imo per Aristoph. qui primus Socratem, ludibrii causa, hoc nomine appellavit, factum est, ut idem nomen Socrati maneret, quod e Xenoph. Symp. l. l. colligitur. Vocabulum igitur illud eum denotavit, quatenus operam et studium poneret in quærendo de rebus levissimis. Hinc *φροντιστήριον* non scholam philosophi omnino, aut sophistæ, qui quidem non dici poterant nugis et inanibus quæstionibus occupari, sed locum, in quo *ὁ φροντιστὴς* (Socrates) habitat, indicavit, unde et ab Hes. explicatur *οἴκημα Σωκράτους.* Nullo enim loco veteris scriptoris doceri potest, voc. *φροντιστήριον* ante tempora Aristoph. fuisse usitatum, aut scholam omnino significasse. Lucianus enim Ner. c. 1. hoc voc. de Musonio tantum ita usurpavit, ut ad Aristoph. locum alluderet. Dacieria reddidit *observatoire*, recens francog. int. *lieu de meditation*. Sed Wiland. maluit Græcum voc. retinere, quoniam nullo vernaculo exprimi posse videtur. Idem monuit, Socratis domum videri admodum exiguam et tenuem fuisse. Dind. Socrates junior studio rerum naturalium deditus, de natura cœli, siderum, terræque more aliorum philosophorum disserens cœlum esse dixit concameratum seu convexum et terram tegere. Comicus risus caussa cœlum fornacem et homines carbones fingit. Harl.

96. *ἐνταῦθ᾽ ἐνοικοῦσιν.* In Thesm. 29. *ἐνταῦθ᾽ Ἀγάθων ὁ κλεινὸς οἰκῶν τυγχάνει.* Berg. *οἱ τὸν οὐρανὸν λέγοντες.* Accusativus pro nominativo [*ὡς ἔστιν ὁ οὐρανὸς πνιγεὺς*]; de qua constructione Atticorum v. ad Plut. 55. Kust. Pro *περὶ τοῦ οὐρανοῦ λέγ.* Berg. *οἰκοῦσ᾽.* Pors.

97. *ὡς ἔστιν πνιγεύς.* Sic ad metri legem scribendum fuit. Perperam vulgo *ἔστι.* Gl. *πνιγεὺς, κάμινος.* Brunck. Primum est, quod Socrati hic adfingitur, quasi *cœlum fornacis* instar esse dixerit, qui terram ambiat, *homines* vero instar *carbonum*. Quod infra Avv. 1001. de *aere*, ceu *fornace*, similiter a Geometra dicitur. Id vero, quod Socrati hic adfingitur, velut ab Hippone philosopho jam ante dictum, sugillasse Cratetem in comœdia *Πανόπταις*, tradunt Scholia. Quod tamen non obstat, quidquid alii in iisdem Scholl. obtendere in contrarium dicuntur, quin ad traducendum Socratem et inter alia velut primum rei longe ridiculæ adsertorem, hoc ab Aristoph. drama fuerit concinnatum. Aliam quidem Socratis de *cœlo* sententiam fuisse, e Platone ejus discipulo sat licet percipere, qui cœlum etiam deum esse, omniumque bonorum causam nobis exstitisse tradiderit in Epinomide t. iii. p. 977. Mitto, quod non *πνιγέα* quidem s. *fornacem*, sed *fornicem* s. *καμάραν* cœlum esse dixerunt e priscæ ecclesiæ Christ. doctoribus nonnulli, nempe cœlum in fornicis similitudinem terræ imminere, et undequaque velut muris firmissimis terræ inniti, et quidem ex Esai. xl. 22. *ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὥσπερ καμάραν.* Quam in rem videri potest Eusebius in Commentario nuper in hunc prophetam edito p. 511. et in eodem volumine divulgatum simul Cosmam [Topographiæ Christ.] lib. viii. p. 306. et eam in rem editoris B. de Montfaucon Præf. in Euseb. Comm. in Esaiam p. 356. Spanh.

98. *ἄνθρακες.* In editione Farrei est *ἄνδρακες*, quæ etsi non sit vox bona, tamen non omnino debet rejici; potuit enim forte *ἄνδρακες* dixisse, voce corrupta, ut simul intelligantur *ἄνδρες* homines, qui sunt in fornace. Cœlum autem fornaci simile esse dicit. Sed etiam in Lysistrata v. 342. eadem editio habet *ἀνδρακεύειν* pro *ἀνθρακεύειν*, ubi itidem data opera, videtur fecisse Comicus confusionem harum vocum; nam mulieres ibi referunt viros dixisse, *ὡς χρὴ ἀνδρακεύειν τὰς γυναῖκας πυρί·* igne cogendas esse, ut redeant ad viros aut misceantur viris, ubi minus attentus auditor putaret: ***in carbones redigendas esse igni***, ut ipsæ etiam mulieres putabant. Sic etiam in Pace v. 414. finxit vocem corruptam *ἁρματωλίας*, in qua et vox *ἅρμα* latet et *ἁμαρτυλία*, ut significet *vitiosam currus agitationem.* Vide quæ notavi ad Acharn. v. 36. Berg. At hic nihil inficetius est, ista *διλογία*, quam Berglerus ex mero vitio typographico editionis Farreanæ exsculpsit. Schutz. *ἡμᾶς.* C. *ἡμῶν.* mox *ἄνθρακες* Gl. C. *κάρβουνες*, ut v. 96. *πνιγεὺς* et ipse et l. *φοῦρνος.* Ern. *κᾆστι* Pors.

99. *διδάσκουσ᾽ ἀργύριον ἤν τις διδῷ.* Quod similiter præter omnem veri speciem, ut in Scholl. etiam dicitur, Socrati tribuitur; quasi ille mercenariam scholam aperuisset, in qua, accepta demum pecunia, discipulos edoceret, qua dicendi arte, ut mox videbitur, causas justas vel injustas iidem obtinerent. Quo nihil utique magis alienum a Socratis moribus et institutis legitur, qui hanc *μισθαρνικὴν*, s. *artem mercenariam,* Sophistis illius et sequentium ætatum propriam apud Platonem haud uno loco exagitat, ut in Soph. p. 223. t. i. ubi eo præsente inducitur artis illius, quæ ad docendam virtutem, *μισθὸν δὲ νόμισμα, pro mercede pecuniam* exigit, propola; ipsa vero sophistica *μισθαρνικῆς, νομισματοπωλικῆς, mercenariæ et pecuniæ conflandæ ergo institutæ* nominibus ibi indigitatur, et inde juvenum divitum ac nobilium præda. Adde in Euthyd. p. 304. t. i. ubi ab ipso Socrate de iisdem sophistis et iisdem verbis, quibus h. l. id Socrati tribuit Comicus, *διδάξαι τὸν ἐθέλοντα ἀργύριον· δοῦναι*, quod ad Calliam similiter dicit in Xenoph. Sympos. i. 5. *σὺ μὲν Πρωταγόρᾳ τε πολὺ ἀργύριον δέδωκας ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ Γοργίᾳ καὶ Προδίκῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς.* Adde eumdem in Mem. Socr. i. 2. 7. dicentem *ἐθαύμαζε δὲ εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος, ἀργύριον πράττοιτο.* Unde nominatim de eo tradit in ejus vita Laërtius l. ii. § 27. p. 96. ult. edit. [Meibom. t. i.] *μισθόν τε οὐδένα εἰσεπράξατο*, nempe a discipulis; quem antea, et dum in officina lapidaria adhuc ageret, stipes ad usum vitæ necessarias cepisse dixerat idem Laërt. p. 92. Spanh. [Add. Bos. Obss. Critt. p. 63. s. Dind.] Sophistæ *ἐρασιχρήματοι* non nisi pro pecunia docebant illam artem, qua quis dicendo quidlibet posset perficere: quæ dicitur rhetorica et ars persuadendi; cujus maximam esse potentiam in rebus humanis Hecuba dicit ap. Eurip.: ac proinde operæ pretium esse, ut quis ante omnia eam addiscat, sumtibus non parcens, in cognomine dramate v. 803. Berg. Socrates numquam ab auditoribus mercedem accepit. Idem a vanitate plurimum aberat. Valetudini quoque inserviebat, adeo ut pallidus minime dici posset. Verum Aristoph. omnia Sophistarum vitia in Socratem transtulit, qui tragœdiis, Euripideis præsertim, delectabatur, Comicos vero poëtas aspernabatur. Itaque eum Aristophanes, quod et Eupolis aliique fecerunt, hac ratione ulciscitur, ut ejus nomen falsis opprobriis obruat. Callide autem hic ibi quædam intermiscet, quæ Socrati proprie erant; v. c. *ἀνυπόδητος* s. *discalceatus*, ambulabat philosophus. Schutz. Falsa esse hæc crimina, jam Xenophon M. Socr. i. 2. 4. ss. testatus est. At in persona Socratis omnium philosophorum vitia irrisit Comicus. Sophistas pro pecunia artem docentes irridet Socrates ap. Plat. in Menone p. 371. ss. vol. iv. ed. Bip. Harl. De Socrate vere hoc dici non potuit, qui numquam ab auditoribus suis mercedem accepit. Sed hoc faciebant plerique alii sophistæ. Hac autem fabula sub persona Socratis philosophos omnes traducit Aristophanes, et quæ singulis in ratione vitæ et doctrina inerant ridicula, ea simul omnia in Socratem confert. Sic solent etiamnum Comici nostri, qui in personam aliquam fictam vitia et ridicula congerunt in multis hominibus observata. Hoc non ignorabant Athenienses, quorum nulli non notus erat Socrates. Hujus observationis meminisse lectorem velim ad omnes locos, ubi Socrati, qui philosophorum omnium personam sustinet, vel dogmata vel actiones tribuuntur, a quibus eum scimus fuisse alienissimum. Brunck. Verum nec in Sophistas omnia cadunt, quæ comica licentia effudit. Dind. *διδάσκουσιν* B. Pors.

100. *λέγοντα νικᾷν κ. τ. λ.* Tertium calumniæ genus, qua hic adficitur Socrates, quasi artis illius et quidem proposita prius pecuniæ mercede, foret magister, quam edoctus quis, sive justam sive injustam causam coram judicibus ageret, posset eam ex æquo vincere. Quod rhetorum quidem vel sophistarum proprium exsti-

tit, non vero Socratis; de quibus ab eo dicitur ap. Plat. in Euthyd. p. 272. *οὕτω δεινὼ γεγονάτον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον ὁμοίως, ἐάν τε ψεῦδος ἐάν τ' ἀληθὲς ᾖ*, ac proinde, quod hic a Comico dicitur, *causam seu justam seu injustam*, ex æquo *vincere*. Quum contra de Socrate tradat Xenophon Mem. i. 1. 16. illum semper de rebus humanis disseruisse *τί δίκαιον, τί ἄδικον κ. τ. λ.* Socratem cæteroquin antequam se philosophiæ totum addiceret, cum Æschine discipulo artem dicendi docuisse (*ῥητορεύειν ἐδίδαξεν*), eamdem vero a triginta tyrannis docere vetitum tradit Laërtius d. l. p. 91. et postremum etiam Xenophon Mem. i. 2. 31. De hoc orationis genere, quo, ut hic a comico dicitur, causæ injustæ vincerentur, agitur paullo post v. 114. et 115. et pluribus infra Act. iii. sc. ii. ubi mutuæ *Justi* et *Injusti* concertationes leguntur. SPANH. *καὶ* ante *δίκ.* om. 4. DOBR.

101. Εἰσὶ edd. vett. HERM. εἰσὶ Dorv. PORS. δὲ om. 3. DOBR.

102. Μεριμνοφροντισταί. Eumœris Ms. [Mœris p. 264. Piers.] *μεριμνῶν· Ἀττικῶς. φροντίζων, Ξενοφῶν.* Una vero hic vox e duabus illis, et utraque Attica, vocibus composita. Quamquam voc. *μέριμνα* quod attinet, eadem Ionibus etiam, quippe Athenn. colonis, erat familiaris; ut vel ex Anacreonte colligas, apud quem in Odario xxv. eoque decem versuum, ter vox *μέριμνα* et *μέριμναι* legitur, et bis ap. Æsch. S. C. Th. 84. et 113. Hesychius vero opportune ad hunc Comici locum: *Μεριμνηταί, οἱ φιλόσοφοι.* Apud Chrysost. vero lib. de Virgin. p. 252. t. vi. Savil. dicitur *οἱ τῆς οἰκουμένης μεριμνηταὶ*, *orbis curatores*, seu, qui de hominum communitate, ne illa intereat, sunt solliciti. SPANH. Euripides philosophos vocat *μεριμνητὰς λόγων* Med. 1228. quos ibi notat, quia statuant aliquam beatitudinem in hac vita sive summum bonum. BERG. *καλοί τε κἀγαθοί.* Et hoc videtur comice dici: *satis boni homines et probi*. Locutionem hanc *καλός τε κἀγαθὸς* illustrat Dawes M. Cr. p. 243. DIND.

103. Reisk. distingui maluit: *πονηροί γ'. οἶδα τοὺς ἀλαζ.* DIND. Sic quoque Reisig.

104. *τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυπ.* Versum hunc et sequentem absque nomine auctoris citat Athen. L. v. c. 3. p. 188. Eodem respexisse videtur Theocritus Id. xiv. 3.—*ἀφίκετο Πυθαγοριστής, Ὠχρός, ἀνυπόδητος* etc. Color nempe pallidus in philosophis præcipue notari solebat. Hinc Lucianus init. Jov. Tragœd. *ὠχρὸς περιπατῶν, φιλοσόφου τὸ χρῶμ' ἔχων.* Ecce! pallorem dicit esse *colorem philosophi*. Idem in Icaro-Menippo philosophis tribuit *προσώπου τε σκυθρωπότητα καὶ χρόας ὠχρότητα.* Vide eumdem in Bis Accus. p. 224. Cum pallore philosophorum Comicus noster hic conjungit *ἀνυποδησίαν*. Solebant enim philosophi austeriores et adstrictioris vitæ discalceati incedere: [*ἀνυποδήτους* intell. non omnino *discalceatos*, sed qui non utuntur calceis cavis, quæ proprie sunt *ὑποδήματα*, quibus elegantiores utebantur, quum severiores *soleis*. v. Salmas. ad Tert. de pall. p. 386. ERN. Dubitari tamen potest, utrum h. l. ita accipiendum sit. Cf. Sturz. Lex. Xen. i. p. 276. s. DIND.] quod Socratem fecisse discimus ex v. 362. itemque ex Xen. Mem. i. 6, 2. Sic ap. Athen. iv. p. 163. E. Diodorus Aspendius, philosophus, dicitur *ῥυπῶν καὶ ἀνυποδητῶν.* Alciphron Epist. 3. [Lib. i.] *ἤκουσά τινος τῶν ἐν τῇ Ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων.* Intelligit philosophos Stoicos. Lucianus in Icaro-Menippo p. 209. philosophum describens, præter alia ait: *αὐχμῶ καὶ ψυχρολουτῶ καὶ ἀνυπόδητος τοῦ χειμῶνος περιέρχομαι.* Cynici præcipue, qui aliis philosophis austeriores videri volebant, nudis pedibus incedere solebant. Hinc apud Lucianum in Dialogo Cynici et Lycini p. 717. Lycinus alteri inter alia objicit *τὸ ἀνυποδητεῖν.* Lucillius in Epigr. Anthol. 1. ii. c. 52. Menestratum Cynicum vocat *ἀνυπόδητον καὶ ῥιγοῦντα.* Interdum tamen viros etiam splendidioris fortunæ et dignitate conspicuos, discalceatos incessisse legimus, ut aliis patientiæ et adstrictioris vitæ exemplum præberent. Sic de Catone Uticensi testatur Plutarchus in ejus vita p. 780. eum, etiam quum prætor esset, *sine calceis et tunica* sæpe ad tribunal accessisse: *ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προσερχόμενος.* Idem de Phocione in ejus vita p. 743. tradit: *ὅτι κατά γε τὴν χώραν καὶ τὰς στρατείας ἀνυπόδητος ἀεὶ καὶ γυμνὸς ἐβάδιζεν.* Photius in Bibliotheca p. 1485. de Lycurgo oratore: *ἀνυπόδετος τὰ πολλὰ διῆγε, εἰ μὴ τὸ πρέπον αὐτὸν ἐβιάζετο πρὸς τὴν τῶν ὑποδημάτων κατελθεῖν χρείαν.* Vide etiam Philostratum in epist. ad *μειράκιον ἀνυπόδητον* p. 384. Collect. epist. Græcan. ed. Genev. ubi *τὴν ἀνυποδησίαν* laudat, eamque heroibus et philosophis convenire ait. Agesilaus jam senex *ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ ἀχίτων προῄει* teste Æliano V. H. vii. 13. ubi vide Periz. KUST. De quo *ἀνυποδησίας* apud veteres Ethnicos ritu, a philosophis aliisque adstrictioris vitæ hominibus quum in sacris etiam et solennibus deorum pompis, tum in luctu et gravi calamitate usurpato, ad Callim.

Obss. p. 728. nec de Gentilium solum, sed de Hebræorum quoque ea in re institutis notavimus. Spanh. Hoc philosophorum erat, præsertim qui austeriorem quamdam ἄσκησιν profitebantur. v. Salmas. ad Tert. de pall. p. 417. Spanh. ad Call. h. in Cer. 125. Meminit etiam Brod. V. Misc. 18. Duck. -δέτους 3. -δύτους 4. 5. 6. Dobr.

105. κακοδαίμων Frischlin. vertit *genius;* quod miror, quum hic notet, ut vulgo notare solet, *infelix*. Kust. Σωκράτης. Iste ergo est unus illorum, qui nudis pedibus ambulant et qui rhetoricam docent. Nudis pedibus eum ambulasse etiam v. 362. dicitur, et ipse de se fatetur epist. vi. quum scribit: ὑποδήμασι πάμπαν οὐ χρῶμαι. Alii ex veteribus multi idem testantur, ut abunde ostensum a viris eruditissimis; artem autem dicendi eum etiam docuisse aliquando, probat Spanhem. ex Laërt. p. 91. et Xen. Mem. i. 2. 31. Berg. Χαιρεφῶν. Inde ille cum Socrate hic conjungitur, quod Chærephon, ut ab eodem ap. Plat. in Apol. Socr. p. 21. t. i. dicitur, ἐμὸς ἑταῖρος ἦν ἐκ νέων. Spanh. Hic versus abest in Lib. R. Herm. καὶ om. 1. Dobr.

106. εἴπῃς. Sic Suid. Ms. ἥ. Pors. νήπιον. Gl. μωρόν. Brunck.

107. εἴ τι κήδει. Acharn. 992. Berg. Κήδῃ, L. Ern.

108. σχασάμενος τὴν ἱππικήν. Synesius Ep. 128. τοῖς Φυκουντίων κωπεῦσι διείλεγμαι, σχασάμενος ἱππικήν. De verbo autem σχάσασθαι sive σχάσαι Scholiastes adducit Euripidis locum v. 411. σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς. Ubi docet metaphoram esse sumptam a remigantibus, nam σχάσαι κώπας esse inhibere remigium tonsorum. Atque ita usurpavit hoc verbum Pindarus, ut idem testatur: κώπαν ἤδη μοι σχάσαι. Etiam Euripides in Troad. v. 810. πλάταν ἔσχασε ποντοπόρον; et Callimachus: οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσαντες ἐρετμά. Berg. σχασάμ. Gl. Brunck. ἀφείς. σχάσαι, *cohibere, desistere,* metaphora sumta a remigibus, qui σχάσαι dicuntur τὰς κώπας, dum remigare desinunt, notante Schol. ad Pindar. Nem. Od. iv. 103. Confer Schol. ad Euripid. Phœn. 411. et V. D. in Miscell. Obss. Belg. vol. iii. t. i. p. 106. Harl. σχάσας 1. τὴν in text. om. et pro gl. habet 6. Dobr.

109. Recte Brunck. et ed. Lips. [etiam Schutz.] γ' ἐμοὶ pro vulg. γέ μοι. Herm. v. ad Plut. 925. Berg.

110. τοὺς φασιανούς. Dubitarunt jam olim eruditi, utrum vox φασιανοὺς in h. l. Arist. de avibus, an vero equis ita dictis intelligenda sit. Schol. vetus varias tantum aliorum de h. l. opiniones recenset, nihil ipse definit. Athenæus l. ix. c. 9. aves vel gallinas phasianas a Comico hic intelligi putat. Contra Thomas M. p. 885. [ubi vid. Oudend.] φασιανοὶ ἵπποι· Ἀριστοφάνης ἐν Νεφ. κ. τ. λ. Φασιανικοὶ δὲ ὄρνεις. At sequor hic potius sententiam Athenæi. Quoniam enim Leogoras, teste Schol. nostro, erat homo luxuriosus et gulæ deditus, et proinde probabile admodum est, eum gallinas phasianas quoque aluisse (quippe quæ hodieque a principibus et magnatibus in deliciis habentur): apparet, Aristophanem de industria hujus rei mentionem fecisse, ut luxuriam Leogoræ obiter et quasi aliud agendo perstringeret. Præterea minime verisimile mihi videtur, equos ex Colchide, regione tam dissita, Athenas adductos fuisse; præsertim quum Thessalia, Græciæ vicina, equis generosis minime careret. Hæc est mea de h. l. Comici sententia, quam etiam Annæ Fabri, illi Musarum delicio, in notis Gallicis ad drama Nubium probari video. Kust. φασιανοὺς Leogoræ recte interpretatur Kust. *aves,* — non *equos*. Bent. Nulla est hic ambiguitas: de phasianis gallinis hoc intelligendum. Enimvero absurdum esset, adolescentem dicere, *equitandi studium non abjicerem, etiamsi mihi dares pulcherrimos equos.* Præterea notæ gulositatis Leogoras gallinas phasianas saginabat; nihil illi cum equis fuit rei. V. not. ad Phrynich. p. 204. Brunck. Fallitur Brunck.; nam quod absurdum esse censet, adolescentem ne tum quidem ab equitandi studio se recessurum dicere, si sibi pulcerrimi darentur equi, id recte monuit Wilandius risus excitandi causa consulto scripsisse Aristophanem. Homo enim, qui nihil equis nosset præstantius, non poterat aliam sibi legem et conditionem dari velle, quam quæ summam ipsi vim habere videretur. Quæ conditio quo est ineptior, eo magis ostendit, quam ille penitus sit equorum amore imbutus. Herm. Assentior Brunckio, etsi Wielandus, quem Herman. sequitur, de equis intelligit, absurditatemque sic respondendi risus causa quæsitam ab Aristophane putat. Schutz.

111. ἀνδρῶν pro ἀνθρώπων 2. ἴσθ' Dorv. Pors. ἀνδρῶν 5. Dobr. ὦ φίλτατ' ἀνθρώπων, ἐμοὶ ε. δ. Reisig.

112. τί σοί. Reisig. Vide ad Schol. v. 128. δικάσου cod. Elb. Harl.

113. ἄμφω τὼ λόγω. Isocrates in Encomio Helenæ sub initium δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν. Vid. not. infra 872. Berg. Personas posthac om. supplem. 1. Schol. 3. ψεύδεται κἀνταῦθα ὁ κωμικὸς λέγων παρὰ Σωκράτει εἶ-

ναι τὸν ἄδικον λόγον. οὐ γὰρ Σωκράτης ἀλλὰ Πρωταγόρας ὁ Αὐδηρήτης (sic) *ἐφεῦρε αὐτὸν καὶ ἐδίδασκεν*:—Dobr.

114. Ad h. l. respicere potuit Laërtius l. ii. sect. 20. ubi ait: *καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν* (*Σωκράτη*) *κομῳδεῖ, ὡς τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντα.* Kust. Alii adhuc sunt in hac fabula loci, ubi id velut a Socrate haustum sugillat Comicus; ut quis inferiorem sermonem s. causam dicendo superiorem efficeret, sicut quum de hujus Strepsiadis filio a Socrate jam edocto dicitur: unde, in quibus tota ejus rei ratio fuerit sita, liquido declaratur, v. 1296. *γνώμας τ' ἐναντίας λέγειν τοῖσι δικαίοις, ὥστε νικᾷν ἅπαντας κ. τ. λ.* Adde, ubi idem Phidippides inducitur, qui parenti Strepsiadi probare adgreditur, jure patrem a filio posse verberari, et quidem data patri optione v. 1219. quem eligeret e duobus sermonibus *τὸν κρείττον' ἢ τὸν ἥττονα.* Hinc præter Laërtium, qui ad hæc Comici loca omnino respexit iis verbis, quæ jam adtulit Kuster., aut in adducto ad hujus fabulæ *προθεωρίαν* c. 13. l. 2. Ælianus, et, quem ibi memorat Perizonius, Maximus Tyrius diss. viii., addendum est, in memorata paullo ante Meliti accusatione Socrati in judicio Athenn. adtentata, id inter alia ei objectum, ut in Apol. Socr. ap. Plat. legitur p. 19. *καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν καὶ ἄλλους διδάσκων.* Istud autem non in philosophorum quidem, sed in rhetorum scholis agitatum, et quid proprie denotet, ab Aristotele traditur Rhetor. ii. 24. Ibi enim duo adponit verisimilia: unum quidem vere tale, alterum vero non simpliciter; ut, si quis de illatis verberibus accusatus, paratam habeat defensionem, quod sit debilis nec proinde illo crimine teneatur; seu, si sit robustus, non esse verisimile, eum esse illi culpæ obnoxium, quia verisimile futurum erat, ut videretur. Quibus addit continuo philosophus: *καὶ τὸ, τὸν ἥττω δὲ λόγον κρείττω ποιεῖν, τοῦτ' ἐστι.* Nec dissimulat, moleste tulisse homines *illam Protagoræ professionem*, seu *τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα.* Hic enim *Protagoras* (non autem Socrates ejusque discipuli) *Sophistarum acerrimus*, ingenti pecunia, ut de eo Gellius N. A. v. 3. extr. docere pollicebatur, *quanam verborum industria causa inferior fieret potior. Quam rem Græce ita dicebat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.* Quæ quidem adducta modo philosophi verba insigniter illustrant indeque etiam illustrantur. Prout cæteroquin, ut hoc addam, idem *ἥττων λόγος* s. *inferior causa, χείρων λόγος* s. *pejor causa* dicitur ap. Lucian. Vit. Auct. p. 388. ubi nempe mercator ademtum modo a se servum ait, eum a se mox in pistrinum conjectum iri, *quo illum sat certum reddam, me herum ejus esse secundum pejorem causam, πείσω εἶναι δεσπότης, κατὰ τὸν χείρω λόγον.* Quod proinde haud alius sit ille *κρείττων*, vel alter *ἥττων* s. *χείρων λόγος*, quam *causa* s. *defensio justa* vel *injusta*, abunde e modo dictis liquet, et ex ipso hujus fabulæ contextu, maxime autem e memoratis paulo ante, quæque postea sequuntur *Δικαίου* et *Ἀδίκου* in hoc dramate scenis. Spanh. Difficultas loci recte vertendi existit inde, quod, quam notionem utriusque *λόγου* indoctus Strepsiades conceperit, non satis intelligitur. Quum Protagoras docere se profiteretur, *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*, artem indicavit argumentis infirmis speciem veritatis et gravitatis conciliandi, quæ ars ad forenses causas applicata, periculo carere non potuit, etsi videri poterat certis quibusdam modis et prodesse et cum honestate non pugnare. cf. Quintil. xii. 1. Protagoras autem abusum suæ artis non magnopere curasse videtur. Inde factum est, ut ea apud Athenn. male audiret, et existimaretur, nullam esse ita malam causam quæ non per *ἄμφω τὼ λόγω* obtineri possit. Qui autem illi *λόγω* essent, non satis clare intellexisse Strepsiades videtur, unde de iis interdum tamquam de magicis quibusdam artibus et formulis loquitur. Ea autem obscuritas ex ambiguitate voc. *λόγος*, cui tam multi sunt significatus, quodque nec vernaculo nomine satis potest exprimi, exorta est. Wiland.

115. In fine hujus versus *τὸν ἥττονα* scribi debuit, ut in superioris fine, et sic est in iv. codd. Perperam vulgo *ἥσσονα.* Brunck. Ita etiam Ern. e codd. R. L. se rescripsisse ait, atque sic Bav., codd. Inv. edd. Bas. Harl. et Herm. Dind. Formulam ipsam explicat A. Gellius v. 3. Harl. *ἥττονα* B. 2. Dorv. Pors. *τούτοιν—ἥττονα* primo om. sed repos. m. pr. 3. (*ἥττονα* 3. 4. 5. et a corr. 2.) Dobr.

116. *Νικᾷν κ. τ. λ.* Nempe ut infra ab eodem Strepsiade dicitur v. 1156. *καὶ δοκεῖν ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι κ. τ. λ.* A qua tamen sophistica vel adulterina *πειθανάγκῃ*, præter ea quæ ad v. 100. eamdem in rem notavimus, valde alienum se profitetur Socrates ap. Plat. in Gorgia. Ibi enim necesse quidem esse agnoscit, virum dicendi peritum justa nosse et injusta; sed ita, ut sit justus, velitque res justas agere, numquam vero injustas; nempe p. 460. *ἀνάγκη αὐτὸν* (*ῥητορικὸν* quod præcedit) *εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τἄδικα.* Dein: *οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράττειν*· tum: *οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὅγε δίκαιος*

ἀδικεῖν. SPANH. τἀδικώτερα. Sic tres Regii. Vulgo τἀδικώτατα. Comparativus sic eleganter adhibetur vice superlativi. BRUNCK. Ita etiam R. L. auctore Ern. et codd. Inv. Itaque recentt. edd. omnes receperunt. DIND. τἀδικώτερα A. 2. PORS. τἀδικώτερα solus 5. DOBR. τἀδικώτατα cod. Ar. ID.

117. Ἢν οὖν μάθῃς. In Vesp. 1261. μαθητέον γ' ἄρ' ἐστὶ πολλοὺς τῶν λόγων, εἴπερ γ' ἀποτίσω μηδέν, ἤν τι δρῶ κακόν. Etiam hic in Nubb. infra 433. Strepsiades dicit, se propterea velle discere sophisticam, ut elabi possit ex manibus creditorum. BERG.

119. οὐδ' ἂν ἀπ. Dorv. PORS.

120. In meo, licet reclamante metro, πειθοίμην. Frequentissima horum permutatio. BRUNCK. Ita etiam cod. C. ap. Ern. et Bav. DIND. At contra metrum. HARL.

120. 121. Suid. διακεκναισμένη. Pro τλαίην, Suid. Ms. παλαίειν. διακεκναισμένους Suid. Ms. διακεκν. PORS. πειθοίμην 2. 4. DOBR.

121. Citat Thom. M. V. Διακεκναισμένος. KUST. Haud male hæc vox ab interprete redditur *macer*. Glossæ utique veteres: Διακναίω, *macio*, et in Latinis glossis similiter. Usurpatur vero alibi hoc verbum ap. hunc Comicum Ran. 1259. Pac. 250. et sæpe ap. vett. Tragicos, ut Æsch. Prom. 94. Agam. 65. Eurip. Alc. 108. Cycl. 484. Heracl. 297. ubi pro, *extenuari, disperire, adfligi* et *adimere* sumitur. Quæ obiter indicasse sufficiat, quod ea haud tangant Hellenismi Thesauri. SPANH. Non erat, cur probaret Spanhem. διακεκναισμένος h. l. *macer* Latine redditum. Id enim valeret, si Comicus simpliciter διακεκναισμένος dixisset. At χρῶμα διακεκναισμένος non de *macie*, sed de *pallido colore* accipiendum. Eum jam supra in Socrate ejusque discipulis culpaverat Phidippides ὠχριῶντας eos appellans; v. 104. eum sibi timet Strepsiades, v. 500. eundem vero Phidippidæ filio, e Socratis schola redeunti, jam contigisse lætatur v. 1177. Glossa a Brunckio exscripta: βεβλαμμένος, ἐφθαρμένος (τὸ χρῶμα) ὠχρὸς, οἷόν ἐστι τὸ τῶν φιλοσόφων. SCHUTZ.

122. ἔδει est secunda persona Attici futuri v. ἔδομαι. cf. Phrynich. v. Βρώσομαι. ἔδῃ cod. Elb. HARL. cf. not. ad Conc. 595. BRUNCK. ἐδεῖ scribi voluit Reisk. qui vertit: *de meis nihil quidquam comedes*. DIND. τῶν ἐμῶν γ' A. B. δήμητραν Dorv. PORS. δήμητραν 1. 3. et primo 5. et corr. 2. ἐμῶν γ' 6. DOBR.

123. ὁ ζύγιος. Quod ante omnia hic monendum est, adducitur hic versus ab Athenæo, sed occasione sequentis voc. ὁ σαμφόρας. Dictus vero hic ζύγιος de *jugali equo*, quales duo vocabantur in medio juncti, sicut σειραφόροι qui utrimque ad exteriorem partem erant loris vincti. Quod utrumque docet Eurip. Iph. A. 220. ss. — τοὺς | Μὲν μέσους ζυγίους λευ-|κοστίκτῳ τριχὶ βαλιοὺς, | τοὺς δὲ ἔξω σειραφόρους. Quo postremo voc. σειρασφόρος usus erat jam ante Æschylus Agam. 851. litera *s* in media voce ob metrum inserta: ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειρασφόρος· et in eodem dram. 1649. σειρασφόρον κριθῶντα πῶλον, *funalem lascivientem pullum*, qui locus a Polluce adducitur vii. 5. 24. immo cujus σειραφόρου fit adhuc mentio in hac fab. 1282. E quibus duobus σειραφόροις s. *funalibus equis* dictus δεξιόσειρος, qui in dextra jugi parte, ut Soph. Antig. 144. Ἄρης δὲ δεξιόσειρος. Et de eodem alibi apud eumdem Tragicum Electr. 724. δεξιὸν σειραῖον ἵππον, *dextrum funalem* (non, ut ubi interpres *Siræum*) *equum*. Παράσειροι vero dicti itidem *funales equi*, s. σειραφόροι, Eurip. Orest. 1019. ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρον, de Pylade nempe qui Orestis, *pede sollicito funalis equi instar junctus*, seu officiosus et assiduus comes. Sic ἡμιόνων ζυγίων et παρασείρων, *jugalium et funalium mularum*, meminit Themistius Or. iv. p. 50. ed. ult. Ad alium vero ejusdem Themistii locum, nempe Or. xxiv. ab Harduino horum ζυγίων et παρασείρων s. σειραφόρων, aut etiam σειραίων, *jugalium et funalium equorum* fit quoque mentio, adductis eam in rem Soph. in Electra, et Hesych. præterea ac Suidæ testimoniis. SPANH. Οὐδ' ὁ σαμφόρας. Adducitur hic versus ab Athenæo xi. p. 467. ubi ad explicationem postremæ vocis præmittitur itidem: καὶ τοὺς ἵππους τοὺς τὸ s ἐγκεχαραγμένον ἔχοντας σαμφόρας καλοῦσιν. Quod firmant alia duo Comici hujus loca, et supra ad v. 25. iam adducta, de alio equo *Samphora* itidem dicto, nempe hujus fab. v. 1280. et Eqq. 600. οὐκ ἐλᾷς ὦ σαμφόρα, ubi in Scholl. additur, literam *s* s. sigma, σὰμ a Doribus dici: in Scholiis vero ad hæc verba scribi hanc vocem per *s* et per π, h. e. Σαμφόρας et Σαπφόρας· [R. L. I. σαπφόρας, quæ scriptura et alibi occurrit in libris: σαμφόρας, σαμπφόρας et σαπφόρας. ERN. Etiam Elb. σαπφόρας. HARL.] sed prius, ut modo vidimus, quum altero illo Comici loco tum Athenæi præterea auctoritate nititur. Non vero σὰμ quod in prioribus ad Eqq. Scholiis dicitur, sed σὰν vulgo a Doribus dictam literam, quæ ab Ionibus σίγμα vocaretur, observat quum d. l. Athenæus, tum Herodotus i. 139. nec præteriit in nupero et erudito de Græcæ linguæ dialectis opere illius linguæ apprime peritus, Mich. Maittaire. SPANH.

Scholiastes ait, non eos equos, quibus Σὰν vel Σὰμ, h. e. Sigma, sed eos, quibus nota *Sampi* inusta esset, Σαμφόρας vocatos esse. SCHUTZ. σαπφόρας A. 2. B.
π
σαμφόρας Dorv. PORS. σαμφ. 1. σαπφ.
επ
3. 4. 5. 6. σαμφόρας 2. (επ correctoris). DOBR.

124. Thom. M. V. Ἐλάω. KUST. Infra 792. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ 'κ τῆς οἰκίας. BERG. ἐξελῶ etiam futurum esse Atticum contendit Dawes. M. Crit. p. 78. v. Thom. Mag. p. 293. ἐξολῶ cod. Elb. HARL.

125. περιόψεται. In futuro utuntur hoc verbo, alias verbis περιδεῖν et περιορᾶν. Significant autem *despicere, negligere, sinere, pati et permittere ut aliquid fiat.* BERG.

126. Suid. ἄνιππον. PORS. εἴσειμι nempe ad avunculum [θεῖον], Megaclem. SCHUTZ.

127. Scenæ figura repente mutatur. Proscenium plateam, postscenium scholam Socratis, in quam, foribus apertis, licebat spectatoribus introspicere, referebat. Arcana, actiones et disciplinam Socratis ejusque adseclarum lepide perstringit Comicus, et stuporem rustici antea nondum visa primum cognoscentis et semper cogitantis de decipiendis creditoribus, facete et ad risum apte depingit. — In cod. Elbing. scenæ secundæ initio a vulgari ratione abhorrens versuum est distinctio. Versus primus clauditur voc. εὐξάμενος, secundus βαδίζων, tertius ὤν, quartus σκινδαλμοὺς, quintus denique στραγγεύομαι. HARL. Constituitur hic vulgo secunda primi actus scena. Sed Wilandus secundæ initium constituit v. 134. DIND. Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ — Citat Suidas V. Ἀλλ' οὐκ ἐγώ. Alio autem, et quidem proprio sensu καταπεσὼν κείσομαι dicitur Eccles. 956. ubi nos vide. KUST. πεσών γε κείσομαι. Quod ap. Theocr. iii. v. penult. κεισεῦμαι δὲ πεσών. Id vero proverbii vice a Græcis dictum de iis, quibus nulla spes erat reliqua, re, quam expetebant, potiundi, observat itidem adductis quum his Comici tum aliis ejus Conc. 956. verbis in notis ad Syracusanum vatem D. Heinsius. SPANH. Metaphora videtur ducta a luctatoribus, qui victi jacent. Æsch. Eumen. 592. ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον. Apud Comicum Eccl. 959. τὴν θύραν ἄνοιξον τήνδ'· εἰ δὲ μή, καταπεσὼν κείσομαι κ. τ. λ. Nempe ibi adolescens dicit, se desiderio quidem puellæ dudum vinci, et fore ut prostratus jaceat; interim tamen si intromittatur, ait, se velle adhuc luctari in certamine Veneris, ut Lucianus cum palæstra sua paullo ante, quam asinus fieret. BERG. Metaphora sumta a luctatoribus, qui nisi ter dejecti fuissent, pro victis non habebantur. Semel dejectus iterumque surgebat certamenque integrabat. V. Lucillii epigr. xx. in Milonem. Summo cum judicio nuperus Sophoclis commentator hunc Comici versum Euripidi admovit, apud quem Orestis initio Electra de fratre suo ait juxta Musgravii emendationem, quam, licet codd. aliquot auctoritate suffultam, probandam non censui: νοσεῖ Τλήμων Ὀρέστης· οὐδὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις Κεῖται. Quod, ut huic Comici loco assimiletur, significare necesse est: *Neque cum morbo conflictatus, postquam in lecto cecidit, jacendo se victum profitetur, sed exsurgit et cum morbo denuo colluctatur.* Bella mehercule sententia! BRUNCK. Filius negans se obtemperaturum et proterve superbeque respondens abierat. Pater vero nondum desperat, necdum victum se oppressumque ratus colligit vires et a Socrate ipso artem eludendi creditores vult edoceri, qua postea imbuatur quoque filius. κεῖσθαι frequenter usurpatur, ut Lat. *jacere,* de victis, cæsis, mortuis. V. Staveren. ad Corn. Nep. viii. 2. 6. et quæ scripsi ad Ovid. Trist. iii. 1. 50. HARL. κατακείσομαι Suid. i. p. 122. PORS. κατακείσομαι gl. 5. DOBR.

128. τοῖσιν. R. male τοῖσι et contra versum. Servat v. 141. quod sæpe restitutum est a Kust. et Hemst. ERN. διδάξομαι, i. e. *ipse me docendum alteri præbebo.* Verba enim media plerumque passionem significant cum actione conjunctam: veluti λούσομαι, *lavabor*, i. e. *me ipsum lavabo*, vel, *me lavandum aliis præbebo:* κείρομαι, *me ipse tondeo*, vel, *tondendum me alteri præbeo:* et similia. Solent enim Græci de hominibus, qui vel a se ipsi, vel ab aliis volentes quid patiuntur, loquentes adhibere verba media, quæ ideo etiam ἀντιπεπονθότα, vel αὐτοπεπονθότα vocant. Egregius est hanc in rem locus ap. Philon. de Caino, ubi de verbo κείρεσθαι agens, in significatione ejus sic distinguit, ut dicat, oves, pelles et alia inanimata, sive actione carentia, sensu passivo dici κείρεσθαι; at hominem, qui sponte se tondendum præbeat, et sic actionem aliquam passioni admisceat, sensu medio κείρεσθαι. Ὥσπερ γὰρ, inquit, τὸ κείρεσθαι διττόν, τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς κατὰ ἀντέρεισιν, τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον καθ' ὑπόπτωσιν. Πρόβατον μὲν γὰρ ἢ δέρμα ἢ τὸ λεγόμενον κώδιον, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν καὶ σχηματίζων καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτόν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ

ποιεῖν. Vide etiam Menagium ad Laërt. vii. 64. Hæc autem monere volui, quia Scholiastes nescio quid de voc. διδάξομαι hic muginatur, nec satis clare rem explicat. V. nos etiam infra ad v. 1320. Kust. Suid. διδάξομαι τοῖς Dorv. Pors. De v. διδάσκεσθαι autem v. Ammon. p. 43. et 46. Valck. Tho. Mag. in ἐδίδαξα, Kuster. de Verb. Med. ii. 3. Wolle de Verb. Med. p. 181. ss. Fischer. Ind. Æsch. Socr. V. Διδάσκειν, Intpp. Hesych. i. p. 1306. Dind.

129. αὐτός. scite Brunck. commate hic distinxit. Schutz.

130. Suid. βραδύς. γ. ὢν ἀνὴρ κ. Dorv. Pors.

131. Σκινδαλάμους L. et σκιδαλάμους R. Sed v. Toup. ad Theocr. p. 402. qui vulgatum servat, pronunciandumque putat σκινδάμους, ut alia similia. Ern. Suidas legit σκινδαλάμους: quomodo etiam vocem hanc scriptam reperio ap. Lucian. in Διαλέξει πρὸς Ἡσίοδον p. 488. ubi ait: σκινδαλάμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς λέγεις, i. e. *festucas vero quasdam et spinas excerpis.* At σκινδαλμὸς [fuit olim h. l. σκινδαλμοὺς] legitur etiam Ran. 819. Hesychius utramque lectionem agnoscit. Kust. Glossæ: σκινδάλαμος, *scrupulum, scrupulus.* Eadem: σκινδαλμὸς, *scindulum, assula.* Latinæ: *Scrupulum*, μέριμνα, φροντίς, σκινδάλαμος. Eædem: *Scrupulus*, σκινδάλαμος, ψηφίς. Schol. — ἀπὸ τῆς σχίσεως τῶν καλάμων. Berg. Metrum videtur poscere, ut legatur σκινδαλάμους, quemadmodum ap. Suid. legitur, item ap. Schol. Lucian. l. d. ubi h. l. laudat. Errat Soping. qui putat leg. σκίνδυλος. Ap. Suidam: ἡ ἐπεξεργασία τῶν ἀκριβῶν. Σκινδάλαμοι. Puto hæc conjunctim legenda, ut ap. Schol. Interpr. vertit *curiosa circa res leves diligentia.* Non video, quomodo ἐπεξεργασία hoc notare possit. Est enim figura rhetorica, quam *consummationem, expolitionem, cumulum quendam ex abundanti* dicere possis. Videtur esse sententia Schol. et Suidæ, poëtam uti voc. σκινδαλμοί, tamquam explanatione quadam et expositione verborum λόγων ἀκριβῶν, quæ voc. σκινδαλμοὶ præcedunt. Ap. Schol. Lucian. d. l. legitur ἢ ἐπεξεργασία, pro ἡ, ut videtur. Duck. Versus hic loco quarto habet spondeum (σκινδαλμούς): quod ferri omnino nequit. Repone ergo ex Suida et Hesych. σκινδαλάμους. Anapæstus enim facile admitti potest eo loco, spondeus, ut dixi, minime. Bent. Perperam vulgo σκινδαλμούς, corruptis numeris. Ex usu Atticæ dialecti litera asperata pro tenui reponenda fuit. V. not. ad Ran. 819. Productiorem formam σχινδαλάμους sola metri necessitas tuetur. Accedit etiam codicis auctoritas: in B. scriptum σκινδαλάμους. Hesych. σκινδάλαμος, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ του χ, σχινδάλαμοι. ἄλλοι σκινδαλμός. Quæ ad hanc glossam voci explicandæ affert Lamb. Bos, sunt bonæ notæ. Sed senariorum leges nec prosodiam Græcam noverat, si δαλμους pro iambo habuit, aut si spondeum ibi stare posse credidit. Brunck. σχινδαλάμους cum Br. dederunt Sch. Inv. Herm. Dind. Liber Borg. σκινδαλμούς, R. et Brunckii B. σκινδαλάμους. Herm. σκινδαλάμους 2. et Schol. Dorv. Suid. ed. Ms. Pors. V. Mœris in Σχινδαλμὸς p. 360. ibique Piers. laudatus jam Burgessio in App. ad Dawes. p. 385. et Harl. Dind. Σκινδαλάμους Reisig. Σκινδαλάμους quinque Mss. In 3. σκαδαλάμους (sic) text. sed σκινδαλάμους Schol. In 2. δάλμους (sic) supr. corrector. Scholion, σκινδαλμὸς — τοῦτο δὲ ἐπὶ μὲν τῆς εὐθείας ὀξύνεται, ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων δασύνεται (voluit βαρύνεται.) Dobr. σκινδαλάμους cod. Ar. Id. Post μαθήσ. paululum hæsitasse Strepsiades videtur, tum perrexisse: ἰτητέον — Dind.

132. τί ταῦτ' ἔχων — Thesm. 480. τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα; ubi participium manente eodem sensu abesse potest: nam in Acharn. 513. idem plane dicit omisso participio: τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα; utitur autem lubenter hoc participio, quum *moram esse* vult significare; Eccles. 1146. τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; ib. 450. οὐκοῦν βαδιοῦμαι δῆτα· τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων; Nub. 501. τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; Berg. *quid cesso pulsare ostium?* ἔχων est elegans pleonasmus, idque participium additur verbis morandi, ineptiendi, nugandi, ludendi. v. Ruhnk. ad Timæi Lex. Plat. p. 184. Harl. Add. qui subtiliter de hoc pleonasmo disputavit, Weisk. de pleon. Gr. p. 106. s. Dind. στραγγεύομαι i. e. *cunctor, tergiversor*, non, ut Frischlinus, sollicitor. Pollux ix. 136. ubi de verbis *cunctandi* et *morandi* agit: στραγγεύεσθαι δὲ ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Νεφέλαις. Respexit procul dubio ad h. l. Cæterum de v. στραγγεύεσθαι vide quæ notavimus ad Suid. V. Ἧ δεῖ χελώνης, ubi pluribus exemplis probamus, vocem hanc ap. scriptt. Grr. sæpe ab imperitis librariis mutatam fuisse in στρατεύομαι. Kust. στραγγεύομαι. Gl. ἀναβάλλω, καὶ διατρίβω. βραδύνω. In C. atramento scriptum στρατ. reliqua vocis pars minio scripta ηγεύομαι. Primo librarius scribere voluit στρατεύομαι, quod verbum sæpe cum στραγγεύομαι commutatum. Vide Hesychii interpretes ad glossam στρατεύομαι, διατρίβω. in primis vero elegantissimum Valckenarium ad Ammon.

L. ii. cap. 13. Brunck. A *στράγξ, στραγγὸς stillicidium*, descendit *στραγγεύω stillatim cado*, s, propius ad originem, *stringo*, hinc metaphor. *στραγγεύειν* sive media potius potestate, *στραγγεύεσθαι cessare, commorari, laborare*, docente Valcken. Anim. ad Ammon. p. 130. Harl. De v. *στραγγεύεσθαι morari*, cf. Toup. Em. in Suid. iii. p. 324. Dind. *ἰτέον* 2. *στρατεύομαι* Suid. Ms. v. *ἰτητέον*. Pors. *ἰτέον* 1. 5. *ταῦτ'* 2. *στραγκ*. 6. et gl. *καὶ συσφίγγομαι*. Dobr.

133. Puerum vocans, quem a janua servare putat, vehementissime simul, ut rusticus, fores pulsat calcibusque impetit. Schutz. *κόπτων* Dorv. Pors.

134. Prodit quidam Socratis discipulus et ante ædes cum Strepsiade confabulatur. Schutz. v. ad Plut. 1097. Harl. Ex foribus dimidia tantum parte apertis hæc Βάλλ' ε. κ. proclamare hominem censet Wil. *βάλ'* Dorv. Pors. *βάλ'* 1. Dobr.

135. *Κικυννόθεν*. Infra 211. dicit Strepsiades: *καὶ ποῦ Κικυννεῖς εἰσὶν οἱ 'μοὶ δημόται;* Berg. Fuit igitur hic pagus Atticæ. Dind. *κυκυνόθεν* Dorv. Pors. *κικύνοθεν* 1. 3. 4. 6. et 2. in linea, sed alterum *ν* sup. a m. pr. Dobr.

136. *οὑτωσὶ σφόδρα*. In Plut. 1101. *σὺ τὴν θύραν ἔκοπτες οὑτωσὶ σφόδρα;* Berg. *ἀμαθὴς* h. l. non tam est *inductus* quam *rusticus, rudis* homo. Dind.

137. Citat Thom. M. V. *'Αφροντιστεῖν*. V. etiam Henr. Stephanum Schediasm. l. v. c. 27. qui putat vocem hanc per jocum a Comico nostro confictam esse, ut alluderet nempe ad *μεριμνοφροντιστῶν* appellationem, quam philosophis indit supra 101. Kust. Duck. præterea addit, Stephanum monere, vocab. exponi debere, non ut Schol. *ἀμαθῶς*, sed *ἀνοήτως, ἀπερισκέπτως*. Tho. M. *ἀσκόπως*. Dind. *λελάκτικας*. Ran. 38. *τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς Κενταυρικῶς ἐνήλατο*. Berg. Alia metaphora Plautus Truc. ii. 2. Quis illic est, qui tam proterve nostras ædes arietat? Brunck.

138. Citat Etym. v. *'Αμβλῶσαι* eodemque respexit Suidas V. *'Εξήμβλωκας*. Kust. Haud prætereunda mihi videtur Schol. ad h. l. adnotatio, nempe ideo quod Socrati solemne esset, profiteri, se callere artem obstetriciam, cuius beneficio procuraret, ut juvenes cogitationes suas in mente possint parere, inde sugillari eum ab Aristoph. *quod meditationem quamdam mente conceptam abortiri fecerit*, dum ædium januam vehementius pulsat Strepsiades. Haud ignota utique, quæ de *τέχνῃ* illa sua *μαιευτικῇ*, seu, ut ipse eam vocat, *τῆς μαιεύσεως, arte obstetricia*, ut qui esset obstetricis filius, disserit ap. Plat. in Theæt. Socrates p. 149. ss. t. i. traditque inter alia, id se efficere, p. 151. ut parturiant ac dubitatione repleantur noctes ac dies: *ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας*. Spanh. Valde probat hoc verbum [*ἐξαμβλοῦν*] Phrynichus. Id frequentant Plato et imitatores, sensu tropico; hi non semper bene, ut opinor. Nam est forma comica, qua Plato potuit per jocum in dialogo uti, non alii in sermone serio et disputatione gravi. Sed in hoc sæpe peccatum a studiosis orationis ornatioris. Ern. *ἐξήμβλωκας*. Gl. *ἡμιτελῆ ἐποίησας διαφθείρας*. Allusio ad Socratis matrem quæ obstetrix erat: ipse autem dicere solebat se eandem artem exercere, *ὅτι τέχνην ἔχω τὴν μαιευτικὴν, καὶ διὰ ταύτης ποιῶ τοὺς νέους ἀποτίκτειν τὰ νοήματα ἐν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ*. Schol. Brunck. Ipse Socrates dicere solebat, se illam artem exercere, educentem fœtus ingenii in cerebro conceptos; increpat igitur discipulus rusticum, quod nimio strepitu excussisset conceptam cogitationem ex animo, veluti abortum aliquem, adnotante jam Berg.; conf. Timæi Lexicon v. *ἐξαμβλοῦν* ibique Ruhnken. p. 78. Harl. Restitue *ἐξηυρημένην* ex Etymologo Magno p. 808. Pors.

139. *Ξύγγνωθι* Brunck. Schutz. Herm. ediderunt. Dind. *Συγ*. Harl. et Reisig. *τηλοῦ κ. τ. λ.* Rustici plerumque sunt rustici et rudes: unde et Hector, in Rheso Eurip. 266. ad rusticum, minus opportuno, ut videbatur, tempore venientem dicit: *ἦ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί*, *multa ruditas inest animis rusticorum*. Berg. Pro *οἰκῶ* Reizio placebat *ἥκω*. Herm. *πρᾶγμα, rem*, negotium, ut rusticus appellat mox Streps. illam cogitationem. Wiland. *τηλῶ — ἀνδρῶν* Dorv. Pors. *ἥκω* 1. Dobr.

140. Citat Suidas v. *ἐξημβλωμένον*. Pors. *τοὔξυμ*. 6. Dobr.

141. *'Αλλ' οὐ θέμις*. Citat Suidas V. *'Αλλ' οὐ θέμις*. Kust. Subint. *τινί, cuidam*. Dind. Suid. i. p. 122. Versum om. 2. deinde incipit alia manus. *μαθηταῖσιν* Dorv. Pors. *μαθηταῖς σοι λ*. 6. Dobr.

142. Cod. L. *οὑτωσίν*, non bene qua *ω*, sed non male ob *ν*, quod verbum cum sequente melius jungit, ut 173. 74. Ern. [At nec necessarium nec usitatum in hoc pron. est. Dind.] *οὑτοσὶ* cum emphasi quadam. Schutz. Brunckius pro *λέγε νῦν* edidit *λέγε νυν*, quo robur et elegantia numeri frangitur. *Νὺν* enclitica brevis est, nec quidquam interest ad significationem, utrum *νὺν* an *νῦν* dicatur. Utrumque enim et de tempore et in ratiocinationibus, ut ap. Romanos *nunc* adhibetur.

[Usu tamen invaluisse videtur, ut breviter pronunciaretur, ubi pro δὴ ponebatur. Dind.] Eodem modo errant, qui partic. ἄρα non nisi in interrogationibus circumflecti volunt, quam accentuum ratio ubicumque ἆρα scribi postulat, ubi longa est, etiamsi interrogatio nulla sit. Ita contra sæpe ἄρα, prima brevi, quod respuit circumflexum, in interrogationibus est. Herm. θαρῶν οὑτωσὶ Dorv. Pors.

144. μυστήρια. Aristænetus L. ii. ep. 5. μυστήριά σοι ταῦτα γεγράφθω (hæc ad te scripta sint tamquam arcana quædam). Ælianus ep. i. ταῦτά σοι, πρὸς τοῦ Πανός, μυστήρια τὰ μεγάλα ἔστω. Berg. χρὴ ταῦτα B. δὲ χρὴ ταῦτα μ. Dorv. Pors. ν. δέ σε ταῦτα 1. 2. ν. σε δὲ χρὴ ταῦτα (sic) 3. ν. δὲ χ. τ. 5. ν. δὲ τ. χ. 6. Dobr. δέ σε τ. χ. Cod. Ar. Id.

145. De oraculo Chærephonti dato [quod Schol. memorat] vide etiam Laërt. ii. 37. ubi ἁπάντων pro δὲ πάντων, ut et ap. Justin. Mart. cujus locum ibi laudat Menagius. Schol. Lucian. Hermot. p. 515. ἀνδρῶν πάντων Σωκράτης σοφώτερος. Meminit iterum Lucian. Rhet. præcept. p. 316. Saltat. p. 795. Amor. p. 908. ubi etiam ἁπάντων. Duck. Suid. ἄρτι. Pors.

146. Ad h. l. Aristoph. procul dubio respexit Lucianus t. i. p. 18. ed. Amst. ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσαι καὶ Νεφέλαις ξυνόντας· ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας κ. τ. λ. Item in Philopatr. p. 770. σίγα τὰ νέρθε καὶ τὰ σιγῆς ἄξια· οὐκ ἔσθ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. Et Xenophon Symp. p. 892. E. ubi Syracusanus sic ad Socratem: ταῦτα μὲν ἔα· ἀλλ' εἰπέ μοι, πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει. ταῦτα γάρ σε φασὶ γεωμετρεῖν. Kust. Adducitur quoque hic versus in Scholl. ad Soph. Electr. 1204. et ideo quidem, ut Αἴγισθον ibi a Soph. pro Αἴγισθος dictum, illo exemplo, ψύλλαν, nempe in hoc Comici versu, inter alia tueatur. Cujusmodi quarti casus, loco primi usurpati, occurrit in hac fab. exemplum v. 1099. τοὺς κριτὰς etc. ut monent ibidem Scholia. Quod vero notat hic Schol. ψύλλαν ab Atticis dici, quod reliqui Græci ψύλλον vocant, firmat Hesych. qui ψύλλαν ab aliis ἀρρενικῶς, ut ab Epicharmo, ac proinde ψύλλον dici notat; et quomodo usurpari a lxx. interpretibus monet ibidem vir doctus. Quæ firmat insuper Eumœris Ms. Ψύλλα, θηλυκῶς, Ἀττικῶς· ἀρρενικῶς, Ἕλληνες. Spanh. Lege αὑτῆς. Bent. αὑτῆς recte jam emendavit Frischlin. in vers. *pedes suos:* in Græco enim textu ed. Frf. 1597. qua utor, caret vocabulum spiritu. Brunck. e tribus Mss. sic edidit pro vulg. αὐτῆς. Harl. Nempe quærebatur, quantus esset pulicis saltus, si intervallo metiendo non humani, sed ipsius pulicis pedes adhiberentur. Male igitur Reisk. correxit ὁπόσους ἂν θοῖτο τοὺς αὐτῆς π., *quantos putaret ejus pedes.* Cæterum in his et quæ sequuntur, mera Socratis calumnia. Si quis enim umquam philosophorum ab ineptis frivolisque disputationibus abhorruit, is certe fuit Socrates. Schutz. Fieri tamen potuit, ut Socrates per jocum aliquando, inter convivas potissimum, talem quæstionem proponeret, quo doceret magna et parva relative dici; sed Comicus, quæ philosophus jocose dixerat, tamquam serio disputata perstringit. Wiland. ἅλοιτο A. B. et ἀφήλατο 147. ἅλοιτο — ἀφείλατο Dorv. Pors. ἅλοιτο 1. 5. Dobr.

147. Non displicet, quod Schol. monet, h. l. simul Chærephontis crassum supercilium, Socratisque calvitiem rideri. Schutz.

148. Athenæus l. xi. p. 507. commemorat Socratis quoddam insomnium de Platone: δοκεῖν γὰρ ἔφη Πλάτωνα κορώνην γενόμενον ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἀναπηδήσαντα, τὸ φαλακρόν μου κατασκαριφᾷν. Nempe quia calvus erat Socrates, et Chærephon hirsuta habebat supercilia, Comicus ridiculi causa istum saltum pulicis commentus est, et præterea vult traducere inanes et futiles nugas philosophorum. Berg. Ἀφήλλατο Edd. Vett. Harl. ἀφήλατο 1. 3. 5. 6. λλ 2. Dobr.

149. πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε. Ms. Vat. V. πῶς δῆτα διεμέτρησε. Kust. τοῦτ' ἐμέτρησε. Διεμέτρησε sine τοῦτο R. at cum τοῦτο L. Illud non displicet. Ern. Δὴ ταῦτ' ἐμέτρησε Elb. Διεμέτρησε, omisso τοῦτο, est etiam in libro Urbinate. Borg. et R., τοῦτο διεμέτρησε. Διεμέτρησε, omisso τοῦτο, edendum putavimus. Recte enim multis in locis observavit Brunck. simplicia vocabula pro compositis scripta reperiri. v. ad v. 974. Herm. Ἐμέρισε edd. Ald. Brubach. ἐμέρησε Cratand. Farr. Raphel. Frischl. ἐμέτρησε Junt. Basil. Port. et recentiores. Harl. π. δ. τοῦτ' ἐμέρϊσε (sic) 2. π. δ. διεμέτρησε A. B. πῶς δ. διεμέτρησεν Dorv. Pors. Etiam Schutz. non monito lectore nuper edidit: πῶς δῆτα διεμέτρησε; Sed potuit compositum per librariorum incuriam e sequ. διατήξας oriri, et quod τοῦτο additur, sermoni huic apprime convenit. Dind. τοῦτο διεμέτρησε 5. In 2. supr. διεμετ. quasi gl. Dobr. τοῦτ' ἐμέτρ. Cod. Ar. Id. Strepsiades certam quandam Socratis mensuram propter difficultatem operis admirans, quærit, πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε; hæc enim retinenda sunt, neque commutanda cum iis, quæ hujus memoriæ editores induxerunt, πῶς δῆτα διεμέτρησε; Neque enim de dimetiendi facultate miratur, sed de conatu dime-

tiendi tali, tam arduo tamque impedito. Atque τοῦτο quidem plurimorum nititur librorum testimoniis, idemque a Grammatico profertur Hermanni in libello de constructione verborum, p. 383. similiter Pluto, v. 48. τῷ τοῦτο κρίνεις; Contra in Avibus, v. 1130. nuncius de urbis magnitudine ab avibus conditæ, ut sibi, quanta sit ambitu, narranti fidem conciliet, se esse eam accurate dimensum ait, καὶ γὰρ ἐμέτρησ' αὔτ' ἐγώ. Sic dicere αὐτὰ potuit, quoniam summa sententiæ in ἐμέτρησα versatur. Reisig.

150. Versum hunc cum tribus sequentibus citat Synesius in Dione p. 40. edit. Paris. Græco-Lat. ubi eos στρογγύλως καὶ σὺν εὐροίᾳ, i. e. *rotunde et numerose decurrere* ait. Kust. κηρὸν γὰρ δ. A. B. et ex em. 2. Pors. γὰρ post κηρὸν insert. ex em. m. pr. 5. Dobr.

151. ἐνέβλαψεν cod. Elb. Harl. ἀνέβαψεν primo 1. Dobr.

152. ψυγείσῃ scil. κατὰ τοὺς πόδας. Pedes enim tantum pulicis cera liquefacta tinxerat. Schutz. Περσικαὶ vulgo *calceamenti muliebris* genus, ut hic in Scholl. et a Polluce similiter l. vii. c. 22. dicitur: et quomodo etiam sumuntur infra Conc. 329. Thesm. 741. Lysistr. 230. Id genus calceamenti meminit insuper Clemens Alex. Pædag. ii. 11. ubi *Atticas, Sicyonias, Persicas* et *Tyrrhenicas crepidas* s. calceamenta memorat. Ad quod proinde *Persici calceamenti* genus referendum videtur, quod a Persarum choro de Dario, defuncto eorum rege, ap. Æschylum dicitur Pers. 662. κροκόβαπτον ποδὸς εὔμαριν ἀείρων, *croco tinctam pedis attollens crepidam.* Εὐμαρίδες utique de *barbaris* itidem *crepidis* vel *sandalis* dictæ ap. Eurip. Or. 1372. βαρβάροις ἐν εὐμαρίσι. Præmisso vero a Comico hic verbo περιέφυσαν, *adnatæ sunt,* adluditur ad ambiguitatem voc. Περσικαί, qua *arbor Persica* et *calceus Persicus* vocabatur. E quo loco, ut hoc obiter moneam, licet colligere, Aristoph. ætate, qua fabula hæc primum acta, cognitam fuisse in Græcia appellatam arborem, aut certe malum ejus, seu de *citro,* seu de *vulgari Persica,* Περσικὴν dictam, ac proinde jam ante Theophrastum et Alexandri Magni tempora: qua de re videri potest perplexa viri summi [Salmasii] Homonym. Hyl. Iatr. c. 67. commentatio. Spanh. Primum aptissime Περσικαί· sunt enim calcei muliebres, cavi, albi et tenues; quæ omnia conveniunt calceis ψύλλης e cera: deinde verbum περιέφυσαν apte exprimit habilitatem calceorum. Sic περίποδα s. περὶ πόδα ὑποδ. sunt ἁρμόζοντα, Poll. vii. 84. ubi v. Intpp. Cæterum simile huic loco, et forte spectatum a poëta est Homeri Od. Ξ. 477. σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος. Ern. Quod Spanhemius adjecit h. l. præmisso verbo περίεφυσαν alludi ad ambiguitatem voc. Περσικαί, qua *arbor Persica* et *calceus Persicus* vocabatur, id minime admittendum. Esset enim allusio ineptissima. Schutz. ψυχείσῃ Suid. Ms. Περσικαί. sed alterum in ordine. ψυγεῖσι, περιέφυσεν Περσικά Dorv. Pors. ψυχείσῃ 3. Dobr. ψυγείσῃ Cod. Ar. Id. Περσικά Reisig.

153. ἀνεμέτρει τὸ χωρίον. Loci hujus meminit Schol. Eurip. ad Orest. 14. Kust. ὑπολύειν est verbum propr. de iis, qui calceos, solutis vinculis, detrahunt. Dind. Ἀναμέτρει Cod. Elb. Harl. ἀναμέτρει (sic) 3. Dobr.

157. ἀνήρετ'. Reisk. conjecit ἀντήρετ'. Quia scil. antea Socrates Chærephontem interrogaverat. Dind. Χαιρεφῶν ὁ Σφ. Strepsiades Cicynniensis est tribulis Chærephontis Sphettii; nam Cicynna et Sphettus erant ambo pagi Acamantidis tribus. v. Schol. ad 135. et ad h. l. Stephanes Byz. Σφηττὸς δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Berg. Σφήτιος cod. Elb. Ms. Bav. quatuor versus continet tribus lineis, n. v. 157—9. Harl.

158. τὴν γνώμην ἔχοι, *quam sententiam foveat;* quæ phrasis Attica et a qua incipit Periclis oratio ap. Thuc. i. 140. τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι. Kust. ὁποτέραν 2. ἔχει B. Dorv. Suid. ed. et a pr. m. Ms. sed οι ex em. in ὁπότερος. Pors. Recte ἔχοι legitur, non ut in nonn. libris, ἔχει, quoniam quæstio ad rem, quæ incerta cogitari potest, pertinet. Dind. ἔχει 1. 5. et a correctore 2. a m. pr. 4. ἔχειν 6. et gl. κεκτῆσθαι. Dobr.

159. κατὰ τοὐῤῥοπύγιον. L. κατ' οὐροπύγιον. I. uterque κατ' οὐῤῥοπύγιον. Ern. Elb. in principio κατὰ στόμ' ᾄδειν. Herm. κατὰ στόμ' Dorv. Pors. κατὰ στ. 1. 2. 3. (sed sch. 3. agn. τὸ) κατ' οὐρρ. 5. Dobr.

161. τ' οὔντερον εἶναι. Pors.

162. διαλεπτοῦ 2. διὰ λεπτοῦ δ' Dorv. Pors. Reisk. scribi maluit διὰ λεπτοῦ— Ita structura parum commoda existit. Dind. διαλέπτου sex Mss. sed -οῦ primo 2. proculdubio, i. e. διὰ λεπτοῦ ut e Dorv. legendum. Dobr. διὰ λεπτοῦ (οὐ in οῦ statim mut. ut videtur). Cod. Ar. Id.

163. εὐθὺ τοὐῤῥοπ. *recte versus*—v. Valk. ad Ammon. p. 90. et Hemsterh. ad Luc. t. i. p. 437. Ern. Εὐθὺς Dorv. Pors.

164. κοῖλον πρὸς στενῷ προσκ. Nominativus pro genitivo absoluto. V. nos ad Plut. 277. Kust. Oratio est supplenda hoc modo: κοῖλον τὸν πρωκτὸν πρὸς στενῷ τῷ ἐντέρῳ· nam ampliorem vult esse po-

dicem contiguo intestino, ut fiat quasi tuba. Berg. Duck. comma post προσκειμ. tollit et κοῖλον refert ad πρωκτόν. Sic accipit et vertit Berg. Ern. Ita Dawes. quoque in Misc. Crit. p. 125. s. et Brunck. recte. Herm.

165. τῆς βίας cod. Elb. Harl.

166. In præf. ad Hom. Odyss. p. 19. Berg. putat, hinc ductum esse locum Batrach. 199. Ern.

167. διεντερεύματος. Eustathius ad Il. Υ. p. 1205. respicit ad h. l.: ἐντερεύειν ἔφη παρὰ τὸ ἔντερον· ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ διεντέρευμα ἐλέχθη τῷ κωμικῷ· οἶδεν ὁ περιτυχὼν αὐτοῖς. Spanh. An τρισμακάριαι? Bent. τοῦ διεντερεύματος. Gl. τῆς περὶ τοῦ ἐντέρου λεπτολογίας καὶ φυσιολογίας. Brunck. Dubitari potest, an præferenda sit scriptura codd. Elb. et Bav. τρισμακάριοι, ut ad Socratem et discipulos referatur. Dind. τρισμακάριοι primo 4. plane 6. Dobr.

168. φεύγων, *reus*, quoniam fugit persequentem in foro: ἀποφύγοι, *absolvetur*, v. Tho. M. p. 892. ibique intpp. Senis autem animo oculisque semper observantur creditores, quos effugere et eludere cupit. Harl. Illustrat formulam φεύγοντα ἀποφυγεῖν Porson. ad Eurip. Phœn. 1231. ita, ut simplici verbo conatum, composito effectum indicari ostendat. Dind.

169. ὅστις διοῖδε. Venit in mentem: ὅστις δὴ εἶδε, Ern. metro non favente. Dind.

170. γε om. ed. Med. Suidæ γνώμη. et Ms. Pors.

171. ὑπ' ἀσκαλαβώτου. Id est, *a stellione.* Frischlin. male: *a fele.* Aliud est enim *felis* ap. Latt., aliud ἀσκαλαβώτης ap. Græcos: ut jamdudum docuerunt Salmas. ad Solin. p. 532. ed. Ultrai. et Bochartus Hieroz. i. 4. 6. et 7. ubi plura de hoc animali videri possunt. Kust. *Stellio lacerti genus est, quo Galli, Germani, Anglique carent; cujus proinde nomen illi nullum habent.* Harduin. ad Plin. t. i. p. 606. Quin juxta Plin. t. ii. p. 508. stellio, quem Græci colotem vocant et ascalaboten et galeoten, in Italia non nascitur. Brunck. Stellio, animal venenatum, nitens in dorso maculis quibusdam ad modum stellarum. Harl. Schneid. V. C. in lex. Gr. et ind. ad ecl. phys. existimat esse speciem lacertæ, quæ a Linnæo *lacerta gecko* appellatur. Schutz.

174. γαλεώτης. Hunc paulo ante 171. ἀσκαλαβώτην vocavit. Utraque enim vox ejusdem est significationis, et *stellionem* notat, non *felem*, ut iterum hic male interpres Latinus. V. Salmas. et Bochart. ll. ll. qui et locum hunc Arist. non prætermiserunt intactum. Kust.

176. Cf. Ruhnk. ad Mem. Socr. i. 2. 31. p. 220. Harl. δ' ἡμῖν Dorv. Pors.

177. εἶεν delet male C. nam perit versus. Est autem verbum concedentis, frequentatum Platoni, Isocrati, Demostheni, eoque hic facete utitur poëta. Ern. Nullæ hic facetiæ, quas quærit Ern. εἶεν hic properantis est, qui quam celerrime cognoscere cupit, quo pacto cœnam paraverit Socrates. Nam simili artificio sibi quoque propediem opus fore intelligit. Herm. εἶεν om. 1. Dobr. τἄλφιτ'. Infra 638. τί δέ μ' ὠφελήσουσιν οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα; Berg. παλαμᾶσθαι est *moliri, excogitare aliquid.* Dind.

178. sqq. κατὰ τῆς — ὑφείλετο. Socrates fingitur, quasi geometricas figuras delineaturus, in mensa pulverem dispersisse (notum est enim Geometras in area vel pulvere figuras describere solitos), et veru quoddam, quod ad manum esset, incurvasse, ut uncum referret, tum altera manu circinum tenens, quo figuras descripturus videbatur, altera autem veru illo s. unco in vestem, quæ prope eum in palæstra esset reposita immisso ad se pertractam surripuisse. ὀβελίσκος non semper diminutive pro parvo verunculo accipitur. Schutz. τέφραν. Sermo est de pulvere [cinere] in abaco geometrico, qui debet esse tenuis, ut sit aptior ad descriptiones figurarum aut linearum. Harl.

179. διαβήτην. Pollux ii. 200. voc. διαβήτης ex Aristoph. mentionem facit, ad hunc, ut credo, locum respiciens. Kust. Cujus, ut geometrici instrumenti, meminit quoque Comicus Av. 1004. ἐνθεὶς διαβήτην, *imponens circinum.* Eumdem vero διαβήτην architecturæ quoque tribuit Plato in Phileb. p. 56. t. ii. κανόνι γάρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται καὶ διαβήτῃ καὶ στάθμῃ. Spanh. Suidas fere eadem, quæ Schol. Solebant autem geometræ in abaco pulvere consperso lineas describere. v. Brod. i. Miscell. 1. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 469. Duck. κάμψας ὀβελίσκον. E Scholiastis Gr. unus recte hoc sic accepit, Socratem hoc veru, tanquam unco, ad recipiendam vestem usum esse. Schutz. διαβήτην λαβών. Scholiastarum alter hoc eodem sensu, quem versio Latina reddidit, accepit, διαβήτην scil. esse ipsum illud veru incurvatum, quo Socrates pro circino usus sit. Schutz. ὡς atramento script. in 5. supra διαβ. quasi gl. et supra ὡς, περίγραν rubr. Dobr. εἶτα διαβήτην λαβών, ubi ὡς optime gl. Harlei. 5. quum sensus sit, διαβήτῃ χρώμενος. Anaxandrides Stobæi xxxix=xl. ὅστις λόγους παρακαταθήκην γὰρ λαβών. Pors.

180. Monui ad Plut. 985. legendum esse: ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο.

Brunck. Si θοιμάτιον scripsit Aristophanes, intelligendum, *quod ibi erat repositum*, vel aliquid simile. Schutz. Inv. ad hunc versum sic scribit: 'in libro Rav. scriptum fuerat ἐκ τραπέζης, cujus deinde loco παλαίστρας substitutum est. Atque ejus quidem libri grammaticus ad vocem τραπέζης suum commentarium facit.' Quæ propterea adscripsi, quia fortasse hinc aliquis lectionem omnium librorum θοιμάτιον defendere posset. Nam in altera lectione, ἐκ τῆς παλαίστρας, manifesto vitiosum est θοιμάτιον, quia non de certa quadam veste agitur. Itaque Brunck. ad Plutum v. 985. omisso articulo ἱμάτιον scribendum censuit. Cui etsi de articulo omittendo nemo non potest accedere, mirum tamen est, in libris ad unum omnibus id, quod jam scholiastes habuit, θοιμάτιον legi. Quare ego, sicut in indicato illo Pluti loco θοιματίδιον pro θ' ἱματίδιον legebatur, ita hic quoque scribendum arbitror, ἐκ τῆς παλαίστρας θ' ἱμάτιον ὑφείλετο. Quæ correctio si cui forte paullo audacior videatur, observandum est, copulam eodem modo post participium adhibitam esse, quo εἶτα et κᾆτα usurpari solet. Vide Kœn. ad Gregor. Cor. p. 62. et Dawes. in Misc. crit. p. 279. et nostram notam infra ad v. 846. Nimirum hic Socratis discipulus, oratione in verbo λαβὼν interrupta, gestu imitatur argutam magistri vafritiam, vestem clanculum subripientis: deinde illa addit, ἐκ τῆς παλαίστρας θ' ἱμάτιον ὑφείλετο. Ita insignis huic loco comica vis atque elegantia accedit, quæ nulla plane est in ea, quam Brunckius reposuit, lectione. Quin, ut hoc obiter moneam, Æschylus etiam verbum addita copula junxit participio in Agamemnone, v. 97. seqq. τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατόν, | καὶ θέμις αἰνεῖν, | παιών τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης, | ἣ νῦν τότε μὲν κακόφρων τελέθει, | τότε δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ' | ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον | τῆς θυμοβόρου φρενὶ λύπης. Ita hic locus legendus est. Eadem dicendi ratione, si bene memini, etiam alibi usus est Æschylus. Herm. Is tamen per literas mihi significavit, nunc se nolle mutari θοιμάτιον. θ' ἱμάτιον recepit Schutz. Dind. ἱμάτιον Demetr. 152. p. 560, 22. Ald. Pors. Satis acerba insectatio, si quidem Socrates philosophus, non vulgarem alias gravitatem præ se ferens, in palæstra, ubi pueri exercentur nudi, vestem furatus est. Comicus autem noster hic etiam videtur, ut alibi sæpe, sequutus Eupolin, qui et ipse furantem introduxit Socratem, ut testatur Schol. ad v. 91., citans etiam Eupolidis verba: δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν Στησιχόρου οἰνοχόην ἔκλεψεν. Berg. Ridiculum est præter exspectationem. Socrates geometrarum more tabulam pulvere conspergit, circinum parat; exspectat igitur spectator, dum figuras describat; ecce autem vestem e palæstra surripit. Schutz. et Harl. Dacieriam, quæ duo ab Arist. Socrati objici putabat, quod surripuerit vestem et quod frequenter, pulcrorum puerorum visendorum gratia, adierit palæstram, Wil. reprehendit; nam hujus quidem postremi criminis nullum est in textis vestigium, nec solet Comicus ita tecte ullum vitium notare. Idem hac ipsa de causa Harlesii, s. Schutzii, quem ille sequutus est, interpretationem repudiat, quoniam eos quoque putat nimium tribuere *palæstræ*, in qua Socrates fuerit. Ipse censet voluisse discipulum, garrulum hominem, multis verbis enarrare, quomodo Socrates, tabula pulvere conspergenda spectatores a furto, quod meditabatur, avertere studuerit, sed eum mox sermonem abrupisse, atque hinc obscurius loquutum esse, neque in facto ipso, sed in ratione qua hæc in scena dicebantur et agebantur, vim quærendam esse; incertum etiam esse, utrum Socrates e veruculo inflexò circinum sibi paraverit, ut Harl. putabat, an veruculum inflexum secum attulerit, et interea dum circinum tractabat, veruculo clam pallium attraxerit, quod absportatum venderet. Dind. θοιμάτιον servant sex Mss. Dobr. θοιμ. cod. Ar. Id.

181. Citat Etym. V. Θαλῆς. Kust. Plautus Capt. ii. 2. 24. 'Eugepæ! Thalem talento non emam Milesium: Nam ad hujus sapientiam ille nimius nugator fuit.' Contra Av. 1010. ille, qui se simulat admirari sapientiam Metonis, dicit: ἅνθρωπος Θαλῆς. Berg.

182. ἀνύσας gl. Cod. R. σπεύσας, bene, ut in Plut. 975. ubi opponitur τῷ μέλλειν. Est autem ab ἀνύτω Attico, ut metrum docet. Nam ab ἀνύω media esset longa. Ern. De prosodia fallitur Ernestius. Herm. In cod. Bav. additur ὡς τάχιστα, quæ glossa est ad vim verbi significandam. ἀνύσας enim cum alio verbo junctum indicat celeritatem, promtitudinem, et supplendum est δρόμον, *perficiens cursum aperi* h. e. *cito aperi*. v. Plut. 229. Bos Ellips. Gr. l. p. 229. ed. Schweb. et quæ notavi in Anthol. Gr. poet. ad Tyrt. ii. 15. Ortum esse quoque potuit hoc glossema e v. seq. Versus enim 181. primum in cod. Bav. omissus fuit, dein margini adscriptus. Harl. ἄνοιγ' semel 1. 2. 6. sed in 2. altera vice suprasc. a m. pr. Dobr.

183. Ms. Vat. V. Σωκράτην. Et sic passim alibi vocem hanc et similes alias, ut Ἀριστοφάνης, Δημοσθένης etc. ap.

scriptt. Att. inflecti videas. Kust. Codd. τὸν Σωκράτην. Hanc formam præfero, ubi vitando hiatui servit: illa magis Attica est, ut Κλεισθένη, Ἀντισθένη, aliaque: proinde hic relinqui debuit. V. not. ad Conc. 366. Brunck. Σωκράτην L. C. I. uterque. Ern. Id ex Reizii etiam sententia reposuit Herm. Dind. Σωκράτην A. B. Dorv. Pors. Σωκράτην quinque minimum Mss. Dobr. Σωκράτην Reisig.

184. μαθητιῶ. Est verbum desiderii. Synesius ep. 103. καί τισιν ἀπὸ τούτου ἔδοξέ τις εἶναι· καὶ τήν γε φύσιν ἐμακάριζον καὶ ἐμαθητίων πολλοί. Tale est φονᾶν. Soph. Philoct. 1205. φονᾷ, φονᾷ νόος ἤδη. Ubi Schol. θανατοιᾷ, θανάτου ἐπιθυμεῖ. βινητιᾷν Lysist. 717. Sic κουρειᾷν in Hippocr. Epist. 2. et σιβυλλιᾷν in Eqq. 61. ubi v. Not. Est et alia forma verborum voluntatem significantium, ut δρασείω Pac. 61. Berg.

185. Cod. Ib. ποταπά. Ern. Hic versus novam scenam incipit. Apertis enim a Socratis discipulo foribus ostenditur spectatoribus φροντιστήριον ejus s. schola, ubi primum magistrum sublimem in corbe pendentem, deinde complures discipulos studiis intentos, postremo varia literarum instrumenta hic ibi disposita videbant. Nondum autem introire audet Strepsiades, sed in limine hærens introspicit, deque his, quæ ibi videt, discipulum interrogat. Schutz. ποδαπά. H. e. ἐκ ποίου γένους, ut jam explicuit Thom. Magist. h. v. p. 724. sq. nostrum locum, ubi v. interpretes. Ποδαπὸς enim dicimus, quando rogamus de *genere* s. *ratione* alicujus: ποταπὸς vero, quando de *moribus*. Apertis scholæ januis, nova quasi scena incipit. Spectatores tamen vident Socratem sublimem in corbe pendentem ejusque discipulos intentos studiis, variaque litterarum instrumenta. Strepsiades nondum audet illam introire scholam, sed de iis, quæ ibi aguntur, interrogat discipulum. Ad risum movendum hæc quidem facere poterant; et ignorantia rustici depingitur naturali pulcritudine, sed bonus Socrates a multis ineptiis erat alienus: Astronomiæ tamen et Geometriæ studiosus. Harl.

186. δοκοῦσιν. Lege δοκοῦσ. Bent. [Ob rationem fortasse quam aperuit Elmsl. ad Acharn. 178. in Auctario. Burges. εἰκέναι. Perperam vulgo ἐοικέναι. Mœris p. 148. ubi v. Piers. εἰκὼς Ἀττικῶς· ἐοικὼς Ἑλληνικῶς. In Conc. impressi etiam exhibebant v. 1161. προσεικέναι. In Vesp. 1321. εἰκότας. Quibus in locis altera forma metro non repugnabat. Sic etiam Av. 1298. καὶ γὰρ εἶκεν ὄρτυγι. Ad hæc aliaque exempla εἰκέναι, εἰκότες ubique scribendum, ni metri lex obstet, ut Vesp. 1309. ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ τρυγί. 1413. γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίνῃ. Eamdem medelam feci Euripidi in Bacch. 1273. μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεικέναι; Sic Soph. Philoct. 903. δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα. Brunck. Receperunt εἰκέναι etiam Sch. Herm. et Reisig. Dind.

187. V. Suid. v. Ἐοίκασι, ubi loci hujus meminit. Kust. Proprie non in Pylo capti sunt isti Lacedæmonii, sed in Sphacteria; in qua insula, jacente prope Pylum, in continente sitam et ab Athenn. munitam, plusquam quadringentos Lacedæmoniorum Athenienses obsidione cinxerant tandemque expugnaverant, et ex iis fere trecentos captivos abduxerant. His autem Lacedæmoniis similes dicit esse philosophos illos, quos apertis foribus intus conspicabatur, nempe squalidos et macie confectos; tales autem reddiderat Lacedæmonios in insula illa deserta fames diutina. Rem omnem accurate narrat Thucydides lib. iv. Berg. Λακωνικοῖς possessivum est, ut Steph. Λακεδαίμων, nec video qua ratione Lacedæmonii Λακωνικοὶ dici possint. Forte τῆς Λακωνικῆς, *quam tenebant Lacedæmonii, quæ eorum terræ annumerabatur*. Sed Suidas v. Ἐοίκασι vulgatum servat. Duck. τῆς Λακωνικῆς. Hoc reposuimus pro τοῖς Λακωνικοῖς e Ms. R. re etiam et ratione postulante, ut docet Duk. ad h. l. Est Pylus Laconica, quæ distinguitur ab alia urbe cognomine. Ern. Ita Reiz. etiam volebat. At vero recte cæteri libri, τοῖς Λακωνικοῖς, quod non solum possessivum est, sed æque de hominibus Lacedæmoniis dicitur, ac Λάκωνες, ut in Lysistr. 628. in Ecclesiaz. 356. in Pace 212. Herm. τῆς Λακωνικῆς A. B. vulg. Suid. ed. Ms. ἐοίκασι. (Ms. Λακωνικοῦ. Dind.) λειφθεῖσιν Dorv. Pors.

188. Conf. Hom. Il. Γ. 217. ibique Clark. Harl. αὐτὰρ A. B. ante οὑτοιΐ inserit μαθ. [i. e. μαθηταί. Dobr.] ex em. 2. Pors.

189. βολβοὺς bulbos, reddidit Schutz. Mox Streps. illos discipulos, fortassis propius adstantes foribus alloquitur, neque enim, quod Sch. conjecit, plures ex iis jam exiisse videntur. Dind.

190. τοῦτ' ἔτι. Sic A. C. recte. [Ita etiam Elb. Bav. et R. ap. Ern. sed L. τούτου γε. Dind.] In B. τοῦτο φρ. In meo τούτου φρ. Vulgo τοῦτό γε. Brunck. Probant Schutz. et Herm., sed Schutz. præterea μή νυν scribi vult; *nolite igitur hoc amplius quærere*, quod et Reizio placebat, non Hermanno. Sed Porson. ad Eurip. Hec. 1214. memorata Br. emendatione: "Debebat saltem τοῦτό γ' ἔτι φρ., sed verum est τουτογί, quod nunc in τοῦτό γε,

nunc in τοῦτο τί corruptum his turbis ortum dedit." Porsono nunc adsentitur Herm. Recte. Dind. τοῦτ' ἔτι φ. A. B. τοῦτο φ. Dorv. Pors. Vide Pors. ad Hec. 1206. Dobr. τοῦτο γε φ. 1. 2. et ita proculdubio 5. 6. etsi non diserte notavi. τοῦτ' ἔτι φ. 3. τοῦτο φ. 4. Dobr. τοῦτο φρ. cod. Ar. Id. μὴ νῦν τοῦτό γ' ἔτι φροντίζετε: eodem plane numerorum modo versus exit 216. τοῦτο πάνυ φροντίζετε. Reisig.

191. εἰσὶ μεγάλοι καί. R. εἰσὶν οὗτοι καὶ καλοί. Ern. Reprehendendi forsitan multis videbimur, quod unius codicis auctoritate cæterorum librorum omnium lectionem, ἵν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί, mutare ausi simus. Quamquam vocabulum μεγάλοι etiam scholiasten ignorasse conjicias, qui nihil aliud, quam hæc, adnotaverit: ὡς ἀγροῖκος φησὶν εἰδέναι τῶν περὶ Σωκράτην ἀκριβέστερον, ἔνθα οἱ βολβοὶ φύονται. Ac μεγάλοι quidem nec vitio ullo laborat, et vere etiam ac docte dictum est. Etsi enim Athenæus ii. 23. ubi de bulbis agit, nihil de eorum magnitudine dicit, Plinius tamen, xix. 30. 'vetustiores,' inquit, 'improbant; item parvos et longos: contra rubicundis rotundioribusque laus, et grandissimis.' Sed hic locus etiam hanc vim habere poterit, ut ad καλοὶ interpretationis caussa μεγάλοι adscriptum fuisse putemus, quum, qui essent optimi bulbi, aliquis indicare vellet. Quod si quis elegantiam et comicam virtutem utriusque lectionis diligenter expendat, vulgata facile superatur a scriptura codicis Regii. In vulgata enim nihil est, quod placere possit, præter simplicitatem Strepsiadæ: in altera lectione ad simplicitatem senis et major vis orationis et facetior quidam comicæ dictionis lepor accedit. Neque enim, ubi meliores bulbi inveniantur, scire se dicit, quod in vulgata lectione est: ex quo consequitur, aliquos tamen hic inveniri posse, ubi isti eos quærant: sed, quo magis illos a quærendis bulbis deterreat, ubi omnino inveniantur, scire se dicit, quo significat, nullos hic inventum iri. Deinde hæc, ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶν οὗτοι, vel per se plus valent ad risum excitandum, quam vulgata lectio. Nam non solum simplicitatem, verum etiam rusticam et ineptam superbiam vocabulo οὗτοι prodit Strepsiades, qui hanc scilicet rem a tantis philosophis quæri miratus, id nimirum se quoque scire lætatur. Quæ stultitia hominis magis etiam ridetur; quum illa addit, καὶ καλοί: quibus verbis, duplicata sententia, non modo confirmat stuporem suum, sed auget etiam. Herm. οὗτοι ut inter εἰσὶ et μεγ. reponendum suprasc. a correctore in 2. Dobr.

192. τί δ' ἄρ' οἵδε. Male vulgo τί γὰρ οἵδε. Vocula γὰρ, quæ hic locum non habet, e superiore versu repetita fuit. Brunck. Falluntur, qui γὰρ non putant in interrogatione poni posse, nisi ubi aut e præcedentibus aut e sequentibus verbis aliqua ratio erui possit, quare γὰρ significet *igitur*. Nam quævis interrogatio ita est comparata, ut recte in ea γὰρ adhibeatur, quemadmodum Romani etiam *quisnam*, *ubinam*, vel *nam quis*, *nam ubi* dicunt. Sic Hom. Il. xviii. 182. Ἶρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν—ubi nec præcedit quidquam nec sequitur, quare γὰρ sit *igitur*. Nimirum in quavis interrogatione hoc potest intelligi, *incertus sum*, vel *miror*, vel *dic mihi*. [Integram sententiam suppleri nonnulli jusserunt. v. Lamb. Bos. de Ell. Gr. p. 810. ed. Schæf. Dind.] Unde quum ipsa sequitur interrogatio, recte γὰρ aut *nam* adhibetur, ut quo causa indicetur et ratio, quare quis incertus sit, aut miretur, aut dici sibi aliquid velit. Ita hic: τί γὰρ οἵδε δρῶσιν, est stupentis novo aliorum discipulorum adspectu, rationemque reddentis, quare eos miretur. Similiter infra 201. pariter re nova conspecta: πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἐστίν; et 219. ubi nominari sibi jubet eum, de quo interrogat: φέρε, τίς γὰρ οὗτος κ. τ. λ. Herm. Comicus philosophos cogitabundos, non Homeri locum Il. iii. 216. s. uti Clark. ibi opinatus est, ludit. Harl. τι γὰρ Schutz. Harl. et Reisig.

193. οὗτοι γ' ἐρεβοδιφῶσιν. Sic tres Regii. Vulgo οὗτοι δ'—Gl. ἐρευνῶσι τὰ ὑπὸ—. Brunck. Quem secuti sunt Schutz. Harl. et Herm. οὗτοί γ' A. B. Vid. Suid. ἐρ. Sic Dorv. i. e. ut ed. ad quam collatus est; quam esse Kusterianam liquet. Hic οὗτοι δ'—Kust. Vide Porson. ad Hec. 1206. Pors. οὗτοί γ' 3. 5. Dobr. δ' cod. Ar. Id. οὗτοι δ' Reisig. ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον. Æsch. Prom. 152. Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γᾶν· mox εἰς ἀπέραντον Τάρταρον· alias τὰ τάρταρα, ut Eurip. Hipp. 1290. ὑπὸ γῆς τάρταρα. Ut vero trita omnia ac pueris nota de Erebo, ceu ima et profunda, juxta Serv. ad Virg. Geo. iv. 46. inferorum parte: ita minus forte obvium, quod de profundo mari ap. Soph. legitur Antig. 597. ἁλὸς οἶδμα δυσπνόοις Θρῄσσαις ὅταν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς, *sicut maris tumor adversis Thraciis flatibus profundus incurrit*, s. juxta Schol. *niger incurrit*. Scholia nempe ibidem: ἔρεβος· μέλαν. Spanh. Theophylactus Simocatta epist. 12. οὔτε φλέβας χρυσοῦ μεταλλουργοὶ ἀνιχνεύοντες, οὔτε φρεωρύχοι τὰ τῆς γῆς ἐρεβοδιφῶντες ἀπόρρητα ὀφθαλμοὺς ὑδάτων ἀναζητοῦντες θεάσασθαι,

οὕτω περὶ τὴν ἑαυτῶν ἐσπουδάκασι τέχνην, ὡς ἐγὼ ἐσκινδαλάβιζον ἅπασαν εἴ πω τὸν Ἀγησίλαον ἤν με θεάσασθαι. In isto autem loco videtur ἐσκινδαλάμιζον legendum, ut sit a σκινδάλαμος, de quo supra v. 131. Quam autem sit facilis literæ μ in β mutatio, norunt, qui legunt Msta. Berg. Post Τάρταρον, hos duos versus habet Reisig. Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν | τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι, τὰς σοφάς. Discipulo sane enunciatos, qui tamen absunt in exemplaribus reliquis. F.

194. εἰς Dorvill. Tum 194. ἀστρονομεῖ καὶ δ. Pors.

196. εἴσιθ' pro εἴσιτε. Loquitur ad condiscipulos, qui κατὰ τὸ σιωπώμενον foras prodierant. Berg. 'κεῖνος, ἐκεῖνος i. e. *magister*. Solebant enim discipuli et servi honoris gratia, αὐτὸς et ἐκεῖνος dicere, quum *dominum* vel *magistrum* significare vellent. Vid. nos etiam ad 212. Kust. Colloquentibus inter se discipulo et Strepsiade, complures alii se ex φροντιστηρίῳ proripuerant, visuri, quid rerum ante fores gereretur. Hos ille summovet et redire in scholam jubet. ὑμῖν dedi pro vulg. ἡμῖν· illud enim consequentibus magis convenit. Schutz. ὑμῖν recepit Herm. et sic est in cod. Bav. Nunc tamen ἡμῖν retineri vult. Nam se quoque discipulus includit. Dind. περιτύχῃ Dorv. Pors. Melius vulgatum ἐπιτύχῃ, quam Dorvilliani περιτύχῃ, quum dicatur ἐπιτυχεῖν homini, περιτυχεῖν rei. Hoc me olim monuit Porsonus. Dobr. Περιτύχῃ pro ἐπιτύχῃ ex Ms. Dorv., quo ad Plutum est usus Hemsterhusius, ego excerptis ex eo nonnullis ad Nubes utor. Hoc enim περιτυγχάνειν egregie cadit in summum magistri imperium atque obedientiam discipulorum: ἐπιτυγχάνειν, obviam fieri, convenientius esset obambulanti Socrati, quam ei, qui sua sponte ad inspectandum de corbe pensili descendisset. Reisig. Περιτύχῃ recte prætulit Reisig. Conf. Platon. Sympos. p. 221. A. HSt. Dind. Supra ἐπιτύχῃ scr. rub. περι 2. m. pr. sed pro gl. Dobr.

197. γε. Delet Ib. ut 200. L. γ'. Ern. ἐπιμεινάντων pro ἐπιμεινάτωσαν, ut infra 455. παραθέντων, 452. δρώντων et alibi sæpe. Berg. Add. Pierson. ad Mœr. p. 15. Kœn. ad Greg. Cor. p. 74. Fisch. ad Well. ii. p. 343. Vim structuræ ἵνα cum κοινώσω illustrat Dawes. M. Cr. p. 87. Dind. In codd. Elb. et Bav. ἵνα hoc versu abest: insequens vero habet ἵνα αὐτοῖσι. Harl.

199. αὐτοῦ pro αὐτοῖσι et gl. ἐνταῦθα 5. Dobr.

200. ἄγαν ἐστὶν χρόνον. Vulgo ἄγαν γ' ἐστὶ χρόνον. Primo istud γ' recte abest a tribus Regiis. Tum ἐστὶν ob metrum scribi oportuit. Insertum fuit γε ab inepto librario prosodiæ imperito. Ultima in ἄγαν poëtis Atticis semper producitur. V. quæ notavi ad Eurip. Androm. 364. Quæ ibi proposita fuit Sophoclei versus in Ajac. 965. emendatio, quam suo loco adseram, *clarissimi Professoris regii* [Vauvilliersii] suffragio comprobata non fuit. Tamen *certi satis nihil videt.* Huic ergo dico, ut Dicæopolis agricolæ illi, qui flendo morbum oculorum contraxerat, κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου. At ego medico solvam mercedem, si mihi lippus ille unicum e poëtis Atticis versum indubiæ lectionis ostendat, in quo ἄγαν ultimam corripiat. Quod Eustathius ait ad Odyss. B. 49. i. e. p. 1433, 64. cujus loci indicium Heathio debet; ὅρα δὲ καὶ τὸ πάμπαν συσταλὲν ὡς τὸ ἄγαν καὶ λίαν· illud scribens humani quid passus est. Quod ad πάμπαν adtinet, ultimam istius adverbii corripi, ipse agnoscit auctor Etym. M., quem laudavi, sed hoc de ἄγαν et λίαν diserte negat: ἄγαν, τὸ γαν μακρόν. τὰ εἰς αν λήγοντα ἐπιρρήματα μακρὸν ἔχουσι τὸ α, οἷον πέραν, λίαν, εὐάν· πλὴν τοῦ ὅταν καὶ πάμπαν. Nullibi apud poëtas Atticos λίαν occurrit ultima brevi. Primam modo producunt modo corripiunt. Producitur in Antisthenis versibus, quos profero aliter ac leguntur in Floril. Grot. p. 321. τί φῄς; λαθεῖν ζητῶν τι, πρὸς γυναῖκ' ἐρεῖς | τὸ πρᾶγμα; καὶ τί τοῦτο λίαν διαφέρει, | ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φράσαι; V. quæ notavi ad Andr. 860. et Med. 928. Adverbium μακρὰν ultimam etiam semper producit, ut dixi ad Ran. 434. Incerti Tragici versus ap. Stob. de R. N. ed. Grot. p. 127. sic legendus est: καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπῳκίσθαι βροτῶν. Si legas που μακρὰν pes vel tertius vel quartus creticus erit. Brunck. ἐστὶ refertur ad οἷόν τε, ut sit: οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν αὐτοῖς. Berg. Scilicet ut tanto pallidiores atque doctiores videantur, inclusi ædibus tenentur. Wiland. Cum Brunckio scripsimus πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον, quod est etiam in Mss. R. et Borg. Ac γὲ etiam ab Ern. L. abest. v. ad v. 197. Herm. γ' om. A. B. Dorv. Pors. πολὺν om. 3. γ' om. 1. 3. 5. Dobr.

201. Brunck. tacite pro vulg. εἰπέ μοι, quod Schutz. et Herm. recte retinuerunt, dedit: εἶπ' ἐμοί, unde venit in ed. Inv. Dind.

202. Pertinet ad reprehendendum Socratem, qui studium geometriæ et astronomiæ commendabat suis. Ern. ἀστρονομία μὲν αὑτηΐ. [Tabula aut sphæra, ubi sidera erant descripta. Berg.] Quod ad visam ibi a Strepsiade sphæram vel Zodi-

aci tabulam et quærente, quænam eædem forent, hic a Socratis discipulo dicitur. *Astronomiæ* vero deditum fuisse Socratem, vel ex his quæ ap. Plat. de Rep. vii. p. 517. etc. de scientiæ illius a juvenibus addiscendæ præstantia disserit, liquere sat potest. Adde ex iis insuper, quod a Xenoph. Mem. iv. 7. traditur, hortari solitum Socratem, *καὶ ἀστρονομίας ἐμπείρους γίγνεσθαι*, et quidem, quod addit, ut noctis et mensis et anni tempora cognoscere possent, seu, ut idem Plato tangit de Legg. vii. p. 809. ut astrorum, solis et lunæ cursus, atque ita ordinem dierum in mensium curriculo, et mensium anni cursum, tum stata et convenientia festis ac sacrificiis tempora haud ignorarent: non vero, quod docet rursus d. l. Xenophon, ut ea quæ non sunt in eodem ambitu sidera, eaque vaga et errantia, aut ipsorum a terra intervalla et circuitus cognoscerent. Etsi aliquid amplius ea in re, nempe de solis, lunæ et errantium siderum cursu edoceri juvenes concedit Plato de Legg. vii. p. 818. Spanh. *ἀστρονομία μὲν αὑτηΐ.* Gl. *σφαῖραν δείκνυσι.* Brunck.

203. **Γεωμετρία.** Jam quoque de geometria, eaque a tenera ætate ex scito Socratis, addiscenda tradunt, in dictis modo libris Xenophon et Plato; ille Memorab. l. iv. § 3. hic in Philebo p. 51. et de Rep. vii. p. 527. ubi quum ad rei bellicæ administrationem tum ad omnes artes, Geometriæ utilitatem prædicat. Apud Xenophontem vero, quousque incumbendum Geometriæ et a quibus abstinendum docet, ut mox dicetur, Socrates. Spanh. Ceterum discipuli stultitiam Aristophanes ridendam præbet, qui quæ instrumenta Astronomiæ et Geometriæ appellare debebat, ea Astronomiæ et Geometriæ ipsius nomine venditat. Schutz.

204. *γῆν ἀναμετρεῖσθαι.* Nempe quod, ut palmarium geometriæ opus, *terram metiri* s. terram recta metiendi ratione accipere, vel tradere, vel distribuere, juveni addiscendum in eoque ei acquiescendum, docet ap. Xen. d. l. Socrates. Quibus continuo subdit, haud debere illum in eo geometriæ studio progredi ad quæstiones inutiles: quod non videat (etsi Socrates sit rerum, quod ibi additur, haud imperitus), quem usum illæ sint habituræ, illæque præterea a multis aliis utilibusque disciplinis avocent. Quæ memorabilia utique vel Socratis vel gravissimi simul imperatoris, historici et philosophi verba haud omittenda hic mihi videbantur. Spanh. Ambiguitas est in v. *ἀναμ.*, quod significare potest *metiri* et *mensura dividere*, ut simplex *μετρεῖσθαι*, quod passive est, *mensura accipere*. Hac ambiguitate captatur risus et irridentur philosophi non populariter loquentes. Ern. Fallitur Ern. philosophos irrideri putans. Nam *ἀναμετρεῖσθαι* pro *μετρεῖν* nequaquam proprium est philosophorum aut a populari sermone alienum. Ita Eurip. Ion. 1271. *ἀνεμετρησάμην φρένας τὰς σάς·* Electr. 52. *γνώμης πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος τὸ σῶφρον ἴστω.* Herm. *τὴν κληρουχικήν.* Terra nempe *κληρουχικὴ* hic dicitur, ut viderunt Schol. et Harpocr. V. Κληροῦχοι, de agris captarum urbium, qui sorte dein Atheniensibus a *κληρούχοις* ad id electis distribuebantur. *Κλῆροι* proinde agri seu fundi captarum id genus urbium appellati, *sorte*, unde iis nomen, adsignati; quomodo, captis ab Athenn., quæ ab iis defecerant, Mitylenis, decretum inter alia dicitur ap. Thuc. iii. 50. *κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς, πλὴν Μηθυμναίων, τρισχιλίους.* Inde *κληρουχίαι* dictæ *coloniæ*, quæ in eas urbes, quarum agri erant sorte novis Athenn. colonis distribuendi, mittebantur, et *κληροῦχοι* præfecti, seu dicti apud Romanos ***Duumviri*** vel ***Triumviri coloniis deducendis***, quibus hoc munus distribuendorum sorte agrorum incumbebat. Præter adductam ab Harpocr. ex Isocratis Paneg. illam voc. *κληρουχίας* significationem, eam adstruit quoque in Pericle Plutarchus p. 170. ubi docet, eumdem Periclem, quo plebem ob bellum Peloponnesiacum iratam demulceret, eam pecuniarum largitionibus placasse, *καὶ κληρουχίαν ἀνέγραφεν.* Cujusmodi *κληρουχίας* Samum, eadem insula similiter post defectionem capta ab Athenn. deductæ meminit Aristoteles Rhet. ii. 6. *ὥσπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησε.* Quod similiter ***Hestiæensium*** in Eubœa fatum, docebit rursus Thucyd. i. 114. Unde audita, quæ terram metiri doceret, Geographia, quærit continuo Strepsiades, an sit terra illa *κληρουχική*, seu in qua agri sint sorte Athenn. e quorum numero ipse erat, civibus distribuendi. Ut nunc addam, quod in decreto Smyrnæorum in Marmorr. Oxonn. p. 16. dicatur, priscis Magnesiæ incolis et qui ad Smyrnæos transierant, *ὑπάρχειν αὐτοῖς τοὺς τρεῖς κλήρους δωρεάν, καὶ ὅσοι αὐτῶν ἀκληρούχητοι, δοθῆναι αὐτοῖς κλῆρον ἱππικὸν δωρεὰν τῶν παρακειμένων τῷ χωρίῳ, fore iis agros* deinceps seu ***fundos gratis, et quotquot sunt eorum, quibus agri nondum sunt adsignati, traditum iis iri fundum equestrem*** (ad equites nempe alendos) *gratis* (seu sine onere, juxta Seldenum) *ex iis qui castello adjacent.* Et hæc obiter ad hunc Comici locum, qui aliqua pleniore luce indigere videbatur. Spanh. De *κληρουχίαις* vide quæ ha-

bent Harpocr. et Suid. Locus Demosth. laudatus ap. Suid. et expositio σώματα, quam adfert Kusterus, est Valesii ad Harpocr. Quid sit γῆ τελοῦσα ap. Schol. non scio. Quod κληρούχους γεωργοὺς exponit, est etiam ap. Suid. et Hesych. Hinc κληρουχικὴ γῆ est heredium rusticum. v. Spanh. ad Callim. h. in Del. 781. et ad Julian. p. 187. Duck. Inde a Periclis temporibus inprimis agri hostium occupati inter cives inopes sorte dividebantur, unde κληρουχίαι dictæ sunt. Wiland. ποτέρα 2. (ρου corr.) Dobr.

205. ἀστεῖον λέγεις. Fatuitas ridetur hominis rustici, qui totum orbem terrarum divisum iri pauperibus putat. Idemque *pulcrum* hoc dicit et *lepidum* inventum, quod sit populare et ad ditandos cives utilissimum. Schutz. Recte, ut arbitror, Brunck. edidit ξύμπασαν. Reisig.

207. Venustam emphasin habet σοι abundans. V. ad Ran. 1119. Brunck. σοι om. 2. Pors. σοι om. 6. π. ἐστὶ πά. 5. Dobr.

208. σὺ τί 3. Dobr.

209. ἐπεὶ δικαστὰς — Quasi hoc præcipuum sit signum, unde Athenn. urbs a cæteris dignosci possit, si nempe judices in foro sedeant; perstringit autem hic etiam τὸ φιλόδικον eorum: de qua re ex professo edidit Vespas. Berg. Tanta enim fuit judicum Athenis multitudo, ut fere quartam civium partem efficerent. Wiland.

210. ἀληθὲς Ἀττικὸν Cod. Ar. Dobr.

211. Κικυννῆς. Perperam vulgo Κικυνεῖς. In A. C. Κικυννεῖς. Genuinam terminationem Atticam meus exhibet Κικυνῆς, sed ν geminari debuit. Pagi nomen est Κίκυννα, unde Κικυννόθεν supra 134. Pessime in B. καὶ ποῦ Κυνεῖς. Depravatæ etiam sunt Hesychii glossæ: Κικίνης. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Κικίννα, τριχόπλαστος. Scripserat: Κίκυννα, δῆμος τ. Ἀ. φ. δημόται, Κικυννῆς. Tum nomen, ad quod pertinet explicatio τριχόπλαστος epitomatoris culpa omissum fuit. Dicitur autem Κικυννῆς, ut Ἀχαρνῆς, Κεραμῆς, κωπῆς, ἀμφορῆς, γναφῆς, ἱππῆς, quæ forma est nominativi pluralis nominum omnium in ευς desinentium. V. Gregor. de dial. Att. § 43. In priore Hesych. glossa Atticam terminationem non animadverterunt interpretes. Κικίνης depravatum a Κικυννῆς. His nominativis ι olim non subscribebant. Brunck. κικυνεῖς quinque certe Mss. Dobr. κικυννεῖς A. B. κυκϋνεις ε. οἱ ἐμοὶ Dorv. Pors. Antiquissimi quique ac probatissimi libri ad οὔ μοί et id genus alia tuenda conclamant. Quo magis mirandum est, Porsonem in οἵ 'μοί propensum fuisse, veluti in Hecuba, v. 338. Phœnissis, v. 641. præeunte Brunckio, quum aliis in locis, tum ad Ranas, v. 461. et ad Œdipum Tyrannum, v. 939. quo quamvis universis repugnantibus libris suo Brunckius arbitrio οἱ 'πιχώριοι in locum scripti οὐ 'πιχώριοι intrusit. Enimvero ubi casus dominatur, non certa ratio, nihil potest quicquam constanter geri. Quamobrem illud in hac caussa Porsoni accidit, ut ne superiori instituto suo congruenter ageret, quia summam rei non perspexerat. Contra laudandus est Elmsleius ob judicii firmitatem, quod a Porsonis auctoritate discessit in Museo Critico Cantabrigiensi, Vol. v. p. 26. A. 1815. οὔ'ν scribens pro οἵ 'ν. Hoc in loco, οὔ μοὶ spectatissimi fide Ms. stabilitur Veneti penes Seidlerum. Reisig.

212. Εὔβοι' cod. Elb. Brunck. Εὔβοια cod. Bav. Harl.

213. ἡδί· παρατέταται. v. de h. l. Spanhem. ad Call. p. 336. Kust. μακρά. Eubœa erat oblonga insula, unde et Μάκρις dicebatur, teste Steph. Byz. et Schol. Berg. Unde Μακρὶς etiam dicta hæc insula Eubœa, et ap. Callim. h. in Del. 20. Μακρὶς Ἀβαντιάς, ad quod ejus nomen respicit h. l. ab Aristoph. ibidem vidimus. Hanc vero vocem παρατέταται non de extensa in longitudinem Eubœa intellexerat Strepsiades, sed de eadem ab Athenn. duce Pericle subacta, dum ab eo dicitur: ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους, *a nobis enim et a Pericle tributis*, ut hic innuunt Scholia, *est oppressa*. Ap. Hesych. Παρατενεῖς, ἀπολεῖς. Eubœam certe totam, quæ ab initio belli Peloponnes. ab Athenn. defecerat, mox a Pericle subactam, ita ut reliquæ ejus partes certis conditionibus in deditionem reciperentur, Hestiæensibus vero sede sua pulsis, eorum agrum retinuisse Athenienses, docet Thucydides, ad quem distribuendum κληροῦχοι, de quibus modo egimus, fuerunt ab iis missi. Spanh. ἥδ' ἡ 3. 5. ἡδ' ἡ 4. Gl. 5. αὕτη ἐστὶν ἥτις. Dobr. Reiz. e Schol. ἤγουν ἰδοὺ conjicit alios olim, sed repugnante metro, ἠνὶ pro ἡδὶ legisse. Herm. ἥδ' ἡ A. ἡ δὴ B. ἤδη primo volebat sed statim fecit ἡ δὴ Dorv. Tum πόρρω om. Pors. ἡδὶ corruptum est in ἥδ' ἡ in Ms. b. Seidleri. ἡ δέ γ' Εὔβοι', ὡς ὁρᾷς, ἡδί. παρατ. &c. punctum post ἡδί. Reisig.

214. ὑπὸ γὰρ ὑμῶν. Sic etiam edd. vett. Ald. et Flor. At quædam recentiorum, ἡμῶν. Kust. ὑμῶν, quod in Mss. et edd. Paris. Bas. etc. etiam legitur, servat Kust. Vellem explicasset. Intellige dictum ad populum, conversa repente oratione, non ad Socratis discipulum. Ern. ὑπὸ γὰρ ἡμῶν. *A nobis*, Atheniensibus, ut sibi quo-

que ejus laudis partem quandam arroget. Schutz. ὑπὸ γὰρ ἡμῶν. Sic bene duo Regii. Perperam vulgo ὑμῶν. In scholio Ms. est etiam ἡμῶν. Scholii ultima verba apponam. παραστησάμενος γὰρ Περικλῆς τὴν Εὔβοιαν ἐξέτεινε τοὺς αὐτῆς φόρους ἐπιπολύ. τοῦτο οὖν ἔδοξε τῷ Στρεψιάδῃ νοεῖν τὸ, παρατέταται μακρὰ πόῤῥω πάνυ. καὶ διὰ τοῦτο φησίν· οἶδα, ὑπὸ γὰρ ἡμῶν καὶ Περικλέους παρετάθη. Brunck. ἡμῶν Herm. Sic quoque Ed. Lugd. et Amstel. Harl. ἡμῶν A. B. Dorv. Suid. Ms. παρατεῖναι. ubi κωμικός. ὑμῶν 2. παρετάθην Suid. Ms. Pors.

215. Rotundius fuerit: — ποῦ 'σθ'; ὅπου 'στιν; Bent. ποῦ 'σθ' R. quod non displicet. Ern. Receperunt Schutz. et Herm. Brunckius ποῦ 'στιν retinuit. Dind. ποῦ ἔστιν; ὅπου ἔστιν; Reisig.

216. πάνυ φροντίζετε. Ia. πάνυ μέγα φροντίζετε. Glossa τοῦ πάνυ irrepsit in textum. Ern. τοῦτο μέγα φροντίζετε. Sic olim Scholiastes legebat et Suidas in v. μέγα, ubi τὸ μέγα interpretatur πάνυ. Nimirum illud πάνυ, quod vulgo hic legitur, e glossemate irrepsit, et invenuste profecto, quum mox sequatur πόῤῥω πάνυ. Bent. In B. scriptum τοῦτο πάνυ μέγα φροντίζετε. Brunck. μέγα φροντ. Schutz. et Herm. πάνυ Harl. et Reisig. Inv. e suis πάνυ restituit, quod tamen etiam Herm. recte judicavit invenustum esse. Dind. ὑμῶν A. Pors. ὑμῶν 5. 6. πάνυ sex Mss. Dobr.

217. ἀπ. ἀφ' ἡ. 5. Gl. ἀπάξαι. Dobr. fere ut Kust. Cod. Ar. Id.

218. οἰμώξεσθ' ἄρα. L. οἰμώξασθ' ἄρα. Ern. οἰμώξεσθ' ἄρα. Gl. συνεχῶς ὑπ' αὐτῶν ληϊζόμενοι. Brunck. οἰμώζ. 4. primo. Dobr.

219. κρεμάθρας. Pollux in h. l. olim legit κρεμάστρας. V. eum lib. x. sect. 156. Kust. Præter Pollucem occurrit etiam ap. Aristot. κρεμάστρα, Rhetor. iii. 11. ἢ εἴ τις φαίη, ἄγκυραν καὶ κρεμάστραν τὸ αὐτὸ εἶναι. Adde veteres glossas: Κρεμάστρα, *Carnalium*. Κρεμαστὰ vero hæc eadem ab uno Schol. dicitur. Spanh. Per machinam ostenditur Socrates, ridiculi causa, sublimis, in corbe pensili. Glossæ: κρεμάστρα. Schol. dicit esse *vas, in quo reliquias obsoniorum solemus reponere*. Comicus ipse mox ταῤῥὸν vocat. Glossæ: Ταῤῥός. Berg. ἐπὶ sine ὁ 4. ὁ 'πὶ 6. Dobr.

220. αὐτός. Ad loci hujus illustrationem non gravabor describere, quæ notavit Casaubonus ad Theophr. Char. cap. περὶ κολακείας ad verba illa ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ. " Ut in lingua sancta, inquit, הוא *ipse* pro Deo aut Christo absolute ponitur: sic apud Græcos honoris est appellatio Αὐτὸς h. e. *ille*, et, ut hodie loquuntur homines κολακευτικοί, *dominus sine adjectione.* Ita semper in hoc cap. designatur ὁ κολακευόμενος, qui est adulatori instar domini. Sunt enim αὐτὸς et ἐκεῖνος voces servorum, quas honoris causa propriorum nominum loco usurpabant. Aristoph. Ran. 513. ἴθι νῦν, φράσον πρώτιστα ταῖς αὐλητρίσι Ταῖς ἔνδον οὔσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι. Schol. αὐτὸς ἀντὶ τοῦ ὁ δεσπότης. Sic apud Latinos. Plautus Casina, ubi Stalino et ancilla colloquuntur. ' St. Quid tu hic agis? An. Ego eo, quo me Ipsa misit.' (*Ipsa* h. e. hera mea.) Terentius Hecyra: 'Sed Pamphilum ipsum video stare ante ædes.' Donatus: *Ipsum, a quo missus sum: vel dominum, ut Græci αὐτόν.* Idem notat Asconius in quemdam Verrinarum locum. Erat et discipulorum vox, quum de præceptore loquerentur: unde illud, Αὐτὸς ἔφα. Aristophanes Nebulis Φέρε κ. τ. λ. Αὐτός. Scholiastes ibi, *honoris causa,* inquit, *non statim Socratis nomen profert.* Idem notatur ab eodem etiam alibi et a Donato non uno loco. Apud Platonem in Protagora pulsantibus fores Calliæ sophistæ respondet janitor: οὐ σχολὴ αὐτῷ, i. e. *doctori non vacat.*" Hæc Casaubonus. Vide etiam supra v. 196. Kust. Ad hæc quæ ad illustrationem voc. αὐτὸς pro *hero* s. *magistro* dicti a Casaub. adtulit Kust., addam, αὐτὸν pro *cive* etiam Atheniensi subinde dictum, et quidem quum intuitu μετοίκων, tum ξυμμάχων, qui Atheniensibus annua pendebant tributa. Cujus rei exemplum suppeditat in Acharnn. Aristophanes, qui postquam dixerat, non se ideo a Cleone perstrictum iri, quasi præsentibus sociis, urbi Athenarum male diceret, addit continuo v. 503. Αὐτοὶ (*soli,* nempe cives Athenn.) γάρ ἐσμεν, οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών, | Κοὔπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι | Ἥκουσιν, οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι· | Ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ (cives) νῦν γε περιεπτισμένοι. | Τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω. Agebatur nempe illud Acharnn. drama *Dionysiorum* s. *Liberalium* κατ' ἀγροὺς dictorum tempore autumnali, non autem verno *Dionysiorum* ἐν ἄστει, quo Atheniensium socii soliti tum Athenas confluere, et annua, quæ iis pendere tenebantur, tributa deferre. Unde αὐτοὶ ibi respectu quum eorumdem sociorum, tum eorum qui agebant quidem Athenis, μετοίκων, sed haud minus a civibus erant distincti et eodem ferme loco, quo ξένοι habiti, ut de iis μετοίκοις haud unus occurrat, quum ad postrema hæc in Acharnn. verba, tum alibi in his fabulis dicendi locus. Quibus adde, de hoc voc. αὐτοὶ pro *civibus Athenn.*, Demosth. I. Philipp. p. 26. καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦν-

τας· εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν. Spanh. Quæ Spanhemius hic adjecit, ut αὐτοὶ doceret etiam pro *civibus* dictum; usus loco Acharn. v. 503. ea hic prorsus aliena sunt, nec satis accurate dicta. Schutz. In hoc versu [e vulg. lect.] deficit syllaba. Forte aliquis inserendam putet voculam ὦ, ut legatur, ὦ Σώκρατες: et sane Schol. lectionem istam clare agnoscit. Sed frustra. Nam præterquam quod adversus τὸ ἦθος peccat, apparet ex versu abhinc tertio, αὐτὸς σὺ κάλεσον etc. nondum tum Strepsiadem compellasse Socratem. Lego itaque: Αὐτός. τίς αὐτός; Σωκράτης. Τί; Σωκράτης. Nimirum τί hic est particula admirantis, ut ap. Lat. *quid*, vel *hem*. Bent. ὦ Σώκρατες. τὸ ὦ, quod Mss. nostri servant omnes, est insititium ad complendum versum. Nec est in edd. antiquis meis, estque alienum. Nam Strepsiades demum v. 122. alloquitur Socratem. Bent. corrigit: τί; Σωκράτης; Cur autem non ὁ Σωκράτης; Ern. ὦ Σώκρατες. Sic iv. codd. ut Kust. edidit. In prioribus editt. adverbium ὦ omissum erat. Est autem illud admirantis, non vocantis. Ut hic Socratem Comicus in corbe suspensum exhibet, sic Acharn. Euripidem in machina theatrali. Brunck. Articulus hic vehementer frigeret. Reizius probabat Bent. correctionem. Nam sane Brunck. fallitur in eo, quod hæc verba non vocantis, sed admirantis esse putat. Admirantis foret ὦ Ζεῦ, non ὦ Σώκρατες. Nihilo tamen minus retinendam existimavi librorum Mss. lectionem, quæ si recte intelligitur, egregiam in movendo risu vim habet. Etenim Strepsiades, Socratis nomine audito, pro ea, qua ardet, discendi cupiditate, illico hunc vocat. Socrates autem, superbi homo supercilii, et cælestia magis quam humana curans, animum non advertit, quid ἐφήμερος iste, quem dicit, strepat. Igitur Strepsiades reverentia ductus, metuit, ne ipsi nefas sit illum vocare, ob eamque rem discipulum id facere jubet. Herm. Hinc etiam Schutz. et Wiland. in verss. post hæc verba recte posuerunt lineolam, quæ spatium quoddam interjectum indicet. Dind. ὦ Σώκρατες A. 2. B. Pors. ὦ Σώκ. sex. Dobr.

221. αὐτός μοι Dorv. Pors.

222. Quoniam nunc magister adest, discipulus, cui antea multum erat otii ad nugandum, se occupatum fingit. Wiland.

223. Constituitur hic vulgo tertiæ scenæ actus primi initium. Verba ὦ Σώκρ. extra versum sunt posita. Dind. ὦ Σώκρατες lin. rub. transversa damn. 3. Dobr.

224. ὦ 'φήμερε. *O homo*, quasi Socrates ipse non sit homo; duplici sensu: vel quia res humanas contemnat scilicet, *ut nec humana videatur sorte creatus*, sed deus aliquis: hinc etiam per machinam, ut dii solent, in tragœdiis, apparebat, sed ridicule in corbe pensili. Alexis ap. Athen. vi. εἶτ' ἐς νέωτά φησι γράψειν κρεμαμένους· καὶ θᾶττον ἀποπέμψουσι τοὺς ὠνουμένους, ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες ὥσπερ οἱ θεοί· *deinde proxime sequenti anno dicit se legem laturum, ut* (piscatores) *pendentes vendant: et sic citius dimittent emtores suos, si e machina, tamquam dii, vendant;* quia machina subito apparere solet. Vel quia Sileno similior videatur, quam homini, utpote calvus et simius; quare et in Symposio Platonis adolescentulus aliquis in eum jocatur et turpiorem dicit Silenis. Itaque Comicus facit eum loquentem talibus verbis, qualibus Pindarus fecit loquentem Silenum, cujus hæc sunt verba ap. Schol. ὦ τάλας ἐφήμερε, νήπιε, βαδίζεις χρήματά μοι κομπεύων. Homines ἐφημέρους vocat Æschylus substantive Prom. 82. θεῶν γέρα συλῶν ἐφημέροισι προστίθει, et v. 253. et v. 944. Euripides Orest. 973. v. not. ad Avv. 688. Berg.

226. Quæ hic Socrati affinguntur, de aliis sophistis, quos sub persona Socratis universos irridet Comicus, vera sunt: at ille, ut ait Cicero Acad. I. a rebus occultis et ab ipsa natura involutis avocavit philosophiam et ad vitam communem adduxit, ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quæreret. Cælestia autem vel procul esse a nostra cognitione censebat, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum. Brunck. Non Socrates, sed Sophistæ multi, quos universos sub persona Socratis irridet comicus, negarunt aut spreverunt deos. Senex implorat fidem et disciplinam Socratis, per aerem incedere visi; hic, spretis diis vulgaribus, initiationis facit initium. Harl. 'Αεροβατῶ κ. τ. λ. Hieronymus in epist. Pauli ad Titum c. 2. (ubi verba illa apostoli explicat, μηδείς σου περιφρονείτω) locum hunc Arist. non solum citat, sed etiam sic Latine reddit: *scando per aerem, et pluris me esse novi quam Solem.* Sed non videtur Patrum suæ ætatis facile doctissimus veram Comici mentem et vim voc. περιφρονῶ satis perspexisse. Duplex enim verbo illi, (ut et Schol. recte monuit) hic inest significatio, aperta et latens. Aperta est ea, quæ convenit personæ loquenti, i. e. Socrati, secundum quam nimirum philosophus ille dicit, *per aerem incedo et solem accurate contemplor.* Latens est ea, quæ ex mente poëtæ, risum ex ambiguitate vocum aucupantis, subintelligenda est: secundum quam scilicet Socrates dicere videtur, *per aerem incedo*

et Solem despicio vel *contemno*: quo sensu Strepsiades verba philosophi illius accipit, ut ex v. sequ. patet, in quo τὸ ὑπερφρονεῖν ponitur ἐκ παραλλήλου τῷ περιφρονεῖν. Sed omnem joci elegantiam perire necesse est in quavis alia lingua, quæ eamdem voc. ambiguitatem servare non potest. Cæterum non video, verbum περιφρονῶ ab aliis Græcis auctoribus usurpari priori significatione, quam proinde poëta noster comica quadam licentia ei affinxisse videtur, ut nimirum ambiguitate sensus, prout diximus, ludere posset. Kust. Ad h. l. respexit omnino in Prometheo Lucianus iis verbis, quæ ad v. 145. adtulit jam Kust. Usum vero minus usitatum verbi περιφρονῶ pro *contemplari* adhibuit rursus Comicus in hac fab. 731. κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα. Ap. Hesych. vero περίφρων, σωφρονέστατος, item συνετώτατος· quæ vox alioquin, solita verbi περιφρονεῖν significatione pro *contemtoribus* usurpatur Æsch. Suppl. 765. περίφρονες δὲ θεῶν, ubi vett. Critici, περίφρονες, ἀντὶ τοῦ ὑπέρφρονες. ὑπερφρονεῖς vero a Strepsiade dicitur hic in seq. versu eodem sensu, quo περιφρονεῖν τὸν Ἥλιον dixerat Socrates; nempe τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, *deos despicis*. Spanh. Hunc versum sarcastice infra repetit Strepsiades 1486. Berg. Suid. v. ἀεροβατῶ. Pors.

227. Citat locum hunc Thom. Mag. v. Ὑπερορῶ et Eustath. ad Il. A. p. 843. ed. Rom. Ἔπειτα autem h. l. notat *itane*: de qua voc. significatione plura diximus ad Plut. 79. Kust. ἔπειτ'. *Enimvero*, Attice, ut in v. 1230. non aliter ac εἶτα, v. 1195. de quo v. Kust. ad Plut. 77. ἀπὸ ταροῦ Ja. b. Ern. ταροῦ 4. 5. Dobr.

228. Scholiastes verba hæc Socrati tribuere videtur. Nam secundum ejus interpretationem personæ Strepsiadis minime conveniunt. Sed vellem idem magister nos docuisset, quid statuendum sit de vocula εἴπερ, quæ obscuritate et difficultate non caret. Quodsi modo dicta verba, secundum codd. hodiernorum fidem, Strepsiadi adsignanda sunt, (uti illi satis commode adsignari possunt) locum hunc per ellipsin sententiæ ita intelligendum puto, ac si Strepsiades diceret: ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς (sc. ὑπερφρονεῖς τοὺς θεούς) εἴπερ ὑπερφρονεῖν δεῖ τοὺς θεούς. Kust. Sic glossa Ms. R. σ' ἔξεστι περιφρ. τοὺς θεοὺς δηλονότι. Me part. εἴπερ non moveret: quæ cum ellipsi rursus est et v. 252. ubi glossa addit δυνατόν, quod et in altera ratione locum habet. Et Schol. editus hoc intellexit et h. l. Ego propterea non tribuam Socrati, quia τὸ περιφρονεῖν, quærere res divinas, non est ἀδύνατον. Itaque et Schol. permutat cum διαγνῶναι. γὰρ refertur ad negationem respondentis Socratis, quæ intelligitur. Ern. Leg. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς. Socr. οὐ γὰρ εἴπερ ἄν ποτε, *non enim, si umquam, invenero*. Vel pro εἴπερ poterit legi οὐ γάρ, sic ut primum οὐ γὰρ sit pro *nequaquam, nullo modo* ὑπερφρονῶ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ταῤῥοῦ. Reisk. Strepsiadis sermonem abrumpit Socrates: dicturus erat ille εἴπερ ἔξεστι περιφρονεῖν τοὺς θεοὺς δηλονότι. Sic sententiam supplet Scholion Ms. in membr. Brunck. Subintelligitur: εἰ δεῖ ὑπερφρονεῖν. Ut in Ran. 74. τοῦτό γάρ τοι καὶ μόνον ἔτ' ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα. Nam ibi manifeste subauditur ἔστιν ἀγαθόν. Sic Lucian. de conscr. historia φορτικὸν ἔδοξέ μοι — τὸ εἰπεῖν· ὡς ἐξαίρετον τοῦτο ἕξει ὁ ἡμέτερος ἄρχων, οὗ γε τὰς πράξεις καὶ φιλόσοφοι ἤδη συγγράφειν ἀξιοῦσι· τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴπερ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, ἢ αὐτὸν εἰπεῖν. Berg. Rusticus pervertit id, quod Socrates dixerat. Ille se *contemplari* solem affirmaverat, hic intelligit *contemnere*. Schutz. Οὐ γὰρ ἂν ἐξεῦρον et 232. οὐκ ἄν ποθ' εὗρον vertendum est *numquam possem indagare*. Nam ἂν cum aor. sec. junctum reddi debet per imperfectum conjunctivi. v. Hoogev. de part. l. Gr. t. i. p. 79. 7. et not. meam ad Callim. h. in Cer. 27. in Anthol. Gr. poët. Harl. τῆς punctis damn. a corr. 2. Dobr. εἴπερ Cod. Ar. Id.

229. ἐξεῦρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα. Unde non φροντιστὰς sed insuper μετεωρολέσχας s. *vanos sublimium rerum disceptatores* hic a Comico appellari, tangit in dicto Prometheo Lucianus t. i. p. 17. ed. Amst. Immo unde μετεωροφροντισταὶ de Socrate et ejus discipulis supra dicuntur v. 102. Ac Socrates nominatim τά τε μετέωρα φροντιστὴς ap. Platonem in ejus Apol. qua de re jam ante ad v. 94. et ap. Xenoph. in Symp. c. 6. τῶν μετεώρων φροντιστής. Alibi vero ἄνδρας μετεωροφένακας v. 332. et v. 359. μετεωροσοφιστῶν de iis in hoc dramate dicitur. Spanh.

231. C. καμίξας pro καμμίξας vel per compendium pro καταμ. τὸν ὅμοιον ἀέρα pertinet ad opinionem Ionicorum de anima, quam inde ab Anaximene dicebant ἀεροειδῆ, auctore Plut. de plac. phil. iv. 3. Ern. Imo pertinet eo, quod ita subtilis et tenuis sit meditatio, ut aëri similis habeatur. Dind. εἰς A. 2. B. Dorv. Pors. εἰ δ' ὢν χ. Ern. (1753.) edidit εἰ δ' ἂν χ. et in Not. e cod. L. adfert ὤν, quod tamen, monente etiam Herm. est in aliis edd. omnibus. Nec e Mss. ἂν memoratur. Dind.

233. οὐ γὰρ ἀλλ'. C. οὐ γὰρ ἂν ἄλλ' salvo quidem versu, sed non e forma At-

tica. v. Ran. 192. Eccl. 386. add. Bentl. ad Callim. fr. 92. et Jens. ad Luc. t. i. p. 595. qui tamen fallitur divisim legendum quum putat. Ern. Schol. hic dicit pro καὶ γὰρ poni Attice. Berg. πόθεν Dorv. Pors.

234. Suid. ἀεροβατῶ. Pors.

235. πάσχει δὲ ταυτὸ τοῦτο, i. e. *eadem prorsus natura est cardami.* [Aristophanes alludit ad consuetudinem Socratis decreta sua exemplis vitæ communis illustrandi. Wiland.] Hoc enim sensu τὸ πάσχειν apud Atticos interdum adhiberi et alibi monuimus. Schol. dicit τὸ πάσχειν hic adhiberi pro ποιεῖν, quod eodem redit. Sive enim dicam, *nasturtium hoc facere solet;* sive, *hæc nasturtii natura est;* sensus idem est. Cæteroqui verum est, τὸ πάσχειν apud Atticos interdum poni pro πράττειν vel ποιεῖν, ut apud nostrum Plut. 603. τί πάθω; *quid faciam?* Vesp. 1008. τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν ἐστι πάσχειν. *Hoc enim inepti et imperiti spectatores facere solent.* Atticismum hunc expressit Horatius, venerum Græcarum amantissimus poëta, i. Od. 3. *Audax* omnia *perpeti* gens humana ruit per vetitum nefas, i. e. *audax* omnia *facere* vel *aggredi* vel *tentare.* Uti autem πάσχειν pro πράττειν vel ποιεῖν, sic contra πράττειν pro πάσχειν apud Græcos interdum ponitur, qua de re vid. ad Plut. 485. Kust. Ad usum Atticis familiarem verbi πάσχω pro ποιῶ vel πράττω addi possunt duo alia ap. hunc Comicum loca, Eqq. 187. οἷον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ πράγματα, et 512. Οὐχ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθὼς διατρίβειν. Sic Eurip. Hec. 614. τί γὰρ πάθω; *quid enim agam?* Καρδάμων vero, seu *nasturtii,* quod ea natura hic dicitur, ut terræ humorem et ita vicinarum plantarum sibi adtrahat, inde fit, quod *nasturtium* peculiarem vim exsiccandi omniumque humorem superfluum tollendi habere crederetur. Unde etiam Persis familiarem fuisse *nasturtii* usum, e Xenoph. Cicer. Strab. viderunt jam alii, qui de hac planta egerunt viri docti, atque inde, quod urinam, sputa et emunctiones narium illud comprimeret, quæ singula a Persis turpia ducebantur, ut id a Xenoph. Cyrop. I. et inde a Suida traditur. Quo spectat etiam, qui viros eruditos fugit, Comici locus Thesm. 622. ss. Κλ. πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ. Μον. νὴ Δί', ὦ μέλε, Στραγγουριῶ γάρ· ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα. Κλ. Τί καρδαμίζεις; Illud vero ἔφαγον κάρδαμα ibi dictum, juxta receptum ap. Grr. proverbium, ἔσθιε κάρδαμον, de quo Parœmiographi. Mitto alium hujus voc. usum apud hunc Comicum Vesp. 453. βλεπόντων κάρδαμα de iis, qui *acerba* vel *aspera* vident, et Conc. 291. βλέπων ὑπότριμμα, juxta Tan. Fabrum, *acerbe tuens:* sed de quibus id genus, quæ in his Comici fabulis sunt obviæ, locutionibus, dicetur infra ad v. 1158. Spanh. τοῦτ' αὐτὸ L. non bene. Ern.

236. Τί φῄς; Non patitur versus, qui hoc sublato rectus est, quod est a glossa interlineari. Ern. Immo hoc inter versus ἐπιφώνημα adjectum est. Herm. Pervertit rustici stupor etiam hic dicta Socratis. Dind.

238. κατάβηθι cod. Elb. ὡς ἐμὲ pro ὡς πρὸς ἐμέ. de qua loquendi ratione infra disseremus. Harl. ὡς ἐμέ. L. ἐμ' male. De forma ὡς ἐμὲ v. ad Xenoph. M. S. ii. 7. Ern.

239. μ' ἐκδιδάξῃς. L. με διδάξῃς, ut v. 245. Ern. Ita etiam Rav. et Borg. atque Elb. et Bav. Herm. Lege ἕνεκ'. Bent. με διδάξῃς 1. 3. 4. 5. et primo 6. sed hic statim fecit μ' ἐκ. quod 2. ab initio. εἵνεκ' 5. Dobr. με δ. Cod. Ar. Id. ὧν περ ἕνεκ'. Reisig. ἵνα με διδ. A. B. Dorv. Pors. His dictis Socrates e corbe descendit. Schutz.

240. ἦλθες δὲ κατὰ τί; Similiter Pac. 192. ἥκεις δὲ κατὰ τί; et Av. 917. ἀτὰρ ὦ ποιητὰ κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης; Scholiastes etiam monet, ita locutum esse Comicum in Pace, nempe 191. Berg.

241. χρήστης ap. Græcos tam significat fœneratorem, quam eum, qui pecuniam fœnori ab alio accipit. H. l. designat fœneratorem, ut præter Scholiastem et ex eo Suidam monuerunt etiam Harpocr. V. Χρῆσται Thom. Mag. V. Χρήστης et Eustath. Od. M. p. 1729. 43. ed. Rom. Kust. τε καὶ δ. Dorv. Pors. τε καὶ δ. 2. Dobr.

242. Ἄγομαι κ. τ. λ. i. e. *bona mea diripiuntur et pignori capiuntur a creditoribus.* Frischlinus non recte hæc Latine reddidit. Kust. Euripides Troad. 1310. ἀγόμεσθα, φερόμεσθα. Demosthenes de Syntaxi τοὺς μὲν συμμάχους ἄγωσι καὶ φέρωσι, τοὺς δὲ πολεμίους μηδὲ ὁρῶσιν. Idem contra Timocr. καταθέων (incursiones faciens) καὶ ἄγων καὶ φέρων ὑμᾶς. Ita usurpant et Latini hanc proverbialem formulam, pro *vexare, populari.* v. Gellium N. A. ii. 6. Berg. ἐνεχυράζομαι. Bene ac melius, quam Latinus interpres, eadem explicat Schol. ut nempe ἐνεχυράζεσθαι non sit *oppignerare,* sed *oppignerari.* vid. quæ ad v. 55. notavimus. Spanh. Hesychius ἄγειν καὶ φέρειν, τὸ λῃστεύειν καὶ ἁρπάζειν. conf. Demosthen. or. de corona c. 67. p. m. 464. in primis J. Fr. Gronov. lib. iii. Observation. cap. 22. Harl. Citat Eustath. ad Iliad. A. p. 57. Pors.

243. πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος; Frischlinus: *At obæratus*

quum esses, te ipsum quomodo ignorasti? Inepte; sensus enim est, *At qui non animadvertisti* (vel, *quomodo te latere potuit*) *te fieri obæratum?* Kust. In Pac. 32. ἕως λάθῃς σαυτὸν διαῤῥαγείς. Ælianus Epist. 13. μηδέ σε ὁ θυμὸς εἰς λήθην προαγέτω· μὴ καὶ μανεὶς σεαυτὸν λάθῃς. Quod si quis ejusmodi orationes invertat, idem erit sensus hoc modo: πῶς σεαυτὸν λαθὼν γέγονας ὑπόχρεως; ἕως λαθὼν σεαυτὸν διαῤῥαγῇς· μὴ λαθὼν σεαυτὸν μανῇς. Ita Ælian. V. H. i. 7. ὅταν αὐτοὺς λαθόντες (imprudentes) ὑοσκυάμου φάγωσι. Berg. De hoc Atticismo, quem Bergl. bene expressit in versione, *quomodo non animadvertisti te obæratum factum?* vid. ad Juliani Cæs. p. 166. a me notata. Harl. δ' om. A. B. γενόμενος ἔλαθες Dorv. Pors.

244. Ex allusione ad γαγγραίνας et φαγεδαίνας facta pendent omnes Aristoph. argutiæ in h. l., de qua re nihil videtur suspicatus Scholiastes, ut fortassis nec editores ipsi: νόσος ἔμ' ἐπέτριψεν ἱππική, δεινὴ φαγεῖν. Vel quod aures musicæ facile prætulerint: Νόσος ἐπέτριψ' ἔμ' ἱππική, δεινὴ φαγεῖν. Wakefield.

245. Τὸν ἕτερον τ. σ. λ. Inferiorem nempe sermonem, s. causæ injustæ patrocinium, quod superiorem s. causæ justæ defensionem vinceret, de quo supra Comicus 114. et nos ibidem. Spanh.

246. μισθὸν ὅντιν' ἂν πράττῃ μ'. Apud Xenoph. Mem. i. c. 6. § 11. aliquis ad Socratem dicit, οὐδένα γοῦν τῆς συνουσίας ἀργύριον πράττῃ. De eodem ibid. i. 2. 5. τοὺς δ' ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα. V. Ran. 569. Machon ap. Athen. xiii. p. 581. ἐπυνθάνετο μίσθωμα πράσσεται πόσον. Ranis 563. Berg.

247. ὀμοῦμαι σοι καταθήσειν. Sic infra 1208. ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς. Berg. Sic et Thucyd. i. 27. Demosth. c. Midiam p. 40. ed. Taylor. Ern. Suid. agnoscit ὀμῇ in voce ea, sed ὀμεῖ Atticum est. v. Schol. Plut. 40. Duck.

248. ὀμεῖ. Attice pro ὀμόσεις. v. Mœr. p. 276. et schol. ad Plutum, 40. Male autem arguitur Socrates, mercedem postulasse. v. Xenoph. Mem. Socr. i. 11. 7. Platon. Apol. 24. C. et alibi. Sophistæ, in quorum classe aut societate Socratem fuisse, populus facile ad credendum adduci potuit, exegerunt mercedem, suamque sapientiam pro pecunia quasi vendiderunt. v. Xenoph. Sympos. i. 6. Platon. Menon. p. 371. sqq. vol. iv. ed. Bipont. ὀμῇ codd. Elb. et Bavar. Harl. πρῶτον μὲν γὰρ Suid. ed. νόμισμα, sed πρ. γὰρ θ. om. Ms. θεὸν Dorv. pro θεοὶ opinor. Pors. θεοῖς Reisig.

249. νόμισμα, *numus*, et aliud, quodcumque *lege receptum est*. [Νόμισμα h. l. esse νόμιμον ἔθος, existimat Leopard. xvii. Emendd. c. 15. Sed hæc sunt obscura. Duck.] Itaque bifariam potest accipi: vel, *nos numos non habemus, quibus impressa sit dei alicujus imago*; vel, *nos nullos statuimus deos*: ut atheum se prodat Socrates, nam illo se crimine quam maxime oneraverat. Berg. Quam calumniam pridem ante Socrati impactam, quasi peregrinos et ignotos Atheniensibus, non vero patrios urbis deos coleret, haud omisit in ejus accusatione Melitus; quamque adfert ac diluit in Apol. Socrates ap. Plat. p. 26. θεοὺς διδάσκοντα μὴ νομίζειν, οὓς ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά. Unde illud Comici, ἡμῖν νόμισμ' de diis, quorum cultus Athenis erat legibus et statutis inductus. Quam calumniam ab illo quoque amolitur Xenophon Mem. i. 2. 64. Spanh. Sic Euripides, qui philosophus etiam erat et insuper poëta bonus, in Ran. ait v. 889. ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἷσιν εὔχομαι, θεοί. Philosophorum de diis opiniones exagitat Comicus, absque ullo religionis studio. Nam et ipse deos passim in fabulis suis irridet. Qui autem deos ita ridicule traduxit, ægre ferre non potuit, si quis eos nihil esse doceret. Quod autem Socrates ait νόμισμα, id alio sensu accipit Strepsiades, nimirum pro *numo*. Brunck. νόμισμα. H. l. *quod lege receptum est*. Senex vero intelligit *nummum*. An scripserat poëta ὑμῶν, *primum dii vestri*, quos vos colitis, nobis *non sunt lege recepti*, a nobis non agnoscuntur? et interpres quidam adscripserat ἡμῖν, quod postea in textum venit, extrusa vetere lectione. Nam Socrates interrogaverat ποίους θεοὺς, exclusis diis popularibus, quod ad invidiam et irrisionem philosophorum, præcipue Socratis, plene dictum est a poëta, et conf. vers. 251 sq. Harl. τῷ δ' ἄρ' cum Brunck. dedit Inv., sine codd. pro vulg. τῷ γὰρ — quod recte Schutz. et Herm. restituerunt. V. ad v. 191. Dind. ὠμνεῖτ'. Cod. Elb. Harl. ἔνεστιν. Dorv. Pors. ᾗ. R. omittit male et adjungit ᾗ versui seq. in principio. Ern. V. ad v. 192. Herm.

η
ὄμνυτε l. ᾗ σ. 3. 5. σιδαρ. 2. (η m. pr. pro v. l. vel emend.) Dobr.

250. σιδαρέοισι pro σιδηρέοισι, Dorice. Plato Comicus ap. Schol. χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις, ὅπου σιδαρέοισι νομίσμασι χρῶνται. Berg. Respicit Comicus ad ferreos numos, quibus olim Byzantii usi fuerunt, ut præter vet. Schol. recte etiam monuit Hesychius, v. Σιδάρεοι, ubi sic dicit: Σιδάρεοι. Παρὰ 'Αριστοφάνει ἐν Νεφέλαις, σιδάρεοι θεοί, ὡς ἐν Βυζαντίῳ

ἔτι εἰσὶν ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι. Ejusdem rei mentionem etiam facit Pollux ix. 78. ubi vid. intpp. KUST. De ferreis hisce *Byzantiorum nummis* quæ ad hunc et corruptum antea Pollucis de iis locum ix. 6. 78. ex optimo cod. Vossiano pridem ad oram hujus ap. Comicum loci emendata notaveram, occuparunt jam in nupera et præclara Pollucis editione quum Kuhnius ex eodem præstantissimo codice, tum qui singulari diligentia nec vulgari eruditione bonam illius operis partem illustravit, Tib. Hemsterhusius. Numum vero horum Byzantiorum, sed non ferreum, quod attinet, quem ibidem e cimeliis i. de Wilde profert vir eruditissimus, et ad cujus explicationem me humaniter itidem compellat, ea opportuniori forte loco defungemur: etsi ingenue fatear, nihil adhuc melius eam in rem occurrisse iis, quæ ibidem obiter tangit vir eximius. Addam hic obiter, quæ sub finem Orat. adv. Timocr. tangit Demosthenes: multas esse civitates, quæ aperte argento utantur, quod sit ære et plumbo contemperatum. SPANH. L. ἅτ' ut infra 344. ERN.

252. καὶ νὴ δ. 6. DOBR.

253. νεφέλαις Cod. Elb. HARL. ἐς B. PORS. L. συγγενέσθαι ERN. Male Brunckius εἰς in ἐς mutavit. REISIG.

254. ταῖς ἡμετέραις δαίμοσι. Inde Nubes Socratis et ejus discipulorum deæ hic dicuntur, ut inanis omnino et sollicita eorum contemplatio sugilletur, quod scilicet, qui sublimia tantum ac cœlestia se contemplando adsequi profiteantur, tantum *nubes et inania captent:* quibus proinde pauca illa ac trita poëtæ lyrici verba commentarii ferme vicem fœnerantur. Quomodo etiam per νεφέλας juxta et per καπνούς, σκιάς, *nubes, fumos, umbras, res nihili* a Græcis dici observant hic Scholia. Ita hasce duas postremas voces pro *re nauci* conjungi a Sophocle videas Antig. 1184. ἀλλὰ ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. Huc autem referas, quod infra Socrates, ubi hæ Nubes quales essent deæ et quæ earum vis, Strepsiadi indicassent, ille continuo v. 319. regerit, quod, ex quo Socratem ea de re loquentem audiverit, animus ipsius καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. SPANH. ἐμετέραις Cod. Elb. HARL. ἡμετέραις Dorv. PORS. δαίμοσι R. ERN.

255. σκίμποδα per *grabatum* s. *lectulum*, uti quoque Hesych. et in quo non quidem κατακλίνεσθαι s. *accumbere*, sed καθῆσθαι *sedere*, opportune hic a Comico dicitur. Quam in rem similis exstat ap. Athen. de σκιμποδίῳ de exiguo id genus grabato locus l. iv. p. 340., ubi in Epiclis, solemni apud Lacedæmonios festo, tradit esse qui doceat, ubi δεῖ πρῶτον κατακλίνεσθαι ἢ δεύτερον ἢ ἐπὶ τοῦ σκιμποδίου καθῆσθαι, *aut in lectulo* (ad mensam nempe) *sedere.* Sicut vero a Socrate jubetur h. l. Strepsiades in grabato id genus sedens exspectare, quomodo sit cum duabus Nubibus in colloquium venturus, ita infra Socrates eum jubet ibi non *sedere* sed *accumbere,* v. 590. ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρί· ita similiter in Vespis 1208. κατακλινεὶς προσμάνθανε. Mos erat alioquin veterum, doctrinarum studiis incumbentium, cruribus librum imponendi, de quo agit Galenus de usu part. l. iii. c. 11. n. 122. SPANH.

257. ἐπὶ τὸν στ. Dorv. PORS.

258. Oratio est perturbatior ad exprimendum metum. Ordo est ὅπως μή με, ὥσπερ τ. 'Α. θύσετε. ERN. τὸν 'Αθάμαντα. Respicit ad Sophoclis Athamantem, qui in dramate cognomine introductus fuerat *coronatus* a poëta, quum deberet immolari, ex responso Apollinis, quia Phrixum filium, instigatus ab ejus noverca, voluerat occidere. Hæc ex Schol. ad h. l. et ex Herodoto in Polymnia. Sic etiam Demonactem philosophum Lucianus in ejus vita dicit *coronatum* prodiisse in concionem Athenn., et se tamquam victimam dedisse immolandum, quum inique esset impietatis accusatus, ubi eum hæc verba dixisse refert: ἄνδρες 'Αθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε· τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε. Intelligit autem Socratis mortem ab Athenn. interfecti. Lucretius i. de Iphigenia mactanda: Cui simul infula virgineos circumdata comtus Ex utraque pari parte malarum profusa est: Et mœstum simul ante aras adstare parentum Sensit. Et apud Virg. ii. Æn. Sinon itidem immolandus dicit: Jamque dies infanda aderat: mihi sacra parari Et salsæ fruges et circum tempora vittæ. BERG. Allusio est in hoc versu ad Sophoclis *Athamantem coronatum,* quo in dramate introducebatur Athamas caput corona redimitus, aræque admovebatur Jovis, ut immolaretur, Phryxoque, qui mortuus esse credebatur, pœnas lueret; at interventu Herculis nuntiantis Phryxum vivere et apud Colchos esse, liberabatur. BRUNCK. θύσητε cod. Bavar. at esset solœcismus ὅπως μὴ cum aor. i. conjunct. v. Dawes Misc. crit. p. 227. coll. p. 459. HARL. με om. A. B. PORS. με om. 4. 256-92. ex alius supplemento habet 3. θύσητε 1. 5. DOBR.

259. πάντα ταῦτα. L. ταῦτα πάντα. Vereor ne Aristophanes scripserit πάντας ταῦτα. Nam πάντα sane, meo sensu, hic friget. ERN. ταῦτα πάντα etiam INV.

editio habet, nihil tamen monito lectore. Ernestii conjectura sane peracuta est, eademque et Reizii fuit et Schutzii sententia, qui id ipsum in versione expressit. Verum tamen nihil in vulgata lectione mutandum videtur. Nam non solum satis est, Socratem *τοὺς τελουμένους ταῦτα ποιοῦμεν*, respondere, sed egregia etiam vis ad deridendum philosophum in verbis *πάντα ταῦτα* inest. Spectant hæc verba ad illa, quæ ante commemoraverat, *ἱερὸν σκίμποδα* et *στέφανον*. Quibus quum deinde addit, hæc omnia perpeti oportere eos qui initientur, insigne quoddam momentum magnamque vim his nugis tribuit, quasi nulla earum sine magno detrimento omitti possit. HERM. *ταῦτα πάντα* Cod. Elb. HARL. *ταῦτα πάντα* B. Dorv. *οὐκ* om. Dorv. PORS. A small change appears necessary: *οὔκ· ἀλλὰ πάντας ταῦτα τοὺς τελουμένους ἡμεῖς ποιοῦμεν*. It was not so proper, for the encouragement of Strepsiades, to say that *all* those ceremonies were performed upon novices, as that *all novices* were initiated in the same manner as himself. JOHN SEAGER. *ταῦτα πάντα* 3. 4. 5. DOBR.

260. *ποοῦμεν* A. B. *ποιῶμεν* Dorv. PORS. *ἡμεῖς* Cod. Ar. DOBR.

261. *τρίμμα κ. τ. λ.* Sic Avv. 432. *τρίμμα, παιπάλημ' ὅλον, rabula, pollen totum:* ac hujus fab. v. 446. *περίτριμμα δικῶν*. SPANH. In Avv. 431. vocat hominem *callidum πυκνότατον κίναδος*—*τρίμμα* etc. Idem autem est *τρίβων*, de quo infra 867. In Rheso Eurip. 625. ad Ulyssem dicitur, *τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός*. Apud Synesium epist. 120. ad eumdem Ulyssem dicitur paullo aliter: *δριμύτατον μὲν ἀνθρώπιον ἔοικας εἶναι καὶ ἐγκατατετριμμένον ἐν πράγμασιν*, i. e. *veterator*. BERG. Schol. *κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος κ. τ. λ.* Intelligit, opinor, *calamum fissum* ad fistulam faciendam. Theocr. viii. Id. 23. *ὅτι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγῶ Τοῦτον, ἐπεὶ κάλαμός με διασχισθεὶς διέτμαξεν*. v. Heins. c. 15. Lect. Theocr. Verba Schol. leguntur itidem ap. Suid. v. *Κρόταλον*. *Παίπαλος* idem exponit *τραχύς, δυσκατάληπτος, acer, invictus dicendo*. DUCK. *κρόταλον*. Proprie *crepitaculum*. Hic autem ponitur pro homine loquace, et multum quasi tinniente inanisque verborum soni pleno, et per consequentiam, pro homine fallace et callido. Tales enim homines verbis abundare solent linguamque habere volubilem. Hoc sensu vox illa etiam accipitur ap. Eurip. Cycl. 104. *Οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος*. Ejusdem significationis est *κρότημα* apud eumd. Eurip. Rhes. 498. *ἔστι δ' αἱμυλώτατον Κρότημ'* (fraude instructissimum crepitaculum) *Ὀδυσσεύς*. Pari metaphora Juvenalis Sat. vi. 441. feminas loquaces et verbosas comparat cum pelvibus et tintinnabulis, quæ pulsantur: *Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas Pulsari*. Huc etiam pertinet proverbium, *Δωδωναῖον χαλκεῖον*, *Dodonæum æs*, de quo vide Erasmum et alios. KUST. Addam eamdem vocem in hac fabula eodemque sensu repeti v. 447. Citatur vero hic locus ab Eustathio ad Iliad. Ψ. p. 1337. *λέγειν γενήσῃ τρίμμα, κρόταλον*. SPANH. Ulyssem *κρόταλον* dicit Cyclops ap. Eurip. Cycl. 104. Idem Ulysses *κρότημα* dicitur Rhes. Eurip. 499. Ita vox *κροῦσις* usurpatur de *fallacia* infra 317. et *κρουσιδημῶν* qui *plebem decipit*, Eqq. 855. BERG. *τρίμμα tritus*, h. e. *callidus*, (conf. Aves v. 431) *κρόταλον* proprie *crepitaculum*, tum, homo nimium tinniens, tamquam cymbalum, quod levi impulsu sonitum ingentem edit, i. e. *homo agilis, versutus, vafer, fallax*. conf. Valckenar. ad Theocrit. Adon. 49. p. 357 sq. HARL. *κρόταλον* Cod. Ar. DOBR. *γενήσει*. L. C. I. *γενήσῃ*. ERN. *γενήσει* 2. PORS. *παιπάλη*. Homer. Od. O. 418. *Φοίνικες πολυπαίπαλοι*, ubi Eustath. h. l. memorat. ERN.

262. *Ἔχ' ἀτρέμας*. Ita Attici, et infra 733. *ἔχ' ἀτρέμα* et Av. 1244. *ἔχ' ἀτρέμας·* (promiscue enim postrema hæc vox ab iisdem Atticis dicta *ἀτρέμας* et *ἀτρέμα*) Acharn. 861. *ἀτρέμας quiete*. Apud Antiphont. vero Or. ix. p. 68. *ἀτρέμα σὺν τοῖς θεωμένοις ἑστῶτα*. Idem nempe *ἔχ' ἀτρέμας* vel *ἀτρέμα* quod *ἔχ' ἥσυχος*. Plut. 127. Adde Lucian. Contempl. p. 346. t. i. *ἔχ' ἀτρέμας, quietus esto*. SPANH. Brunckius *γ' ἐμὲ* edidit pro *γέ με*. HERM. *ψεύσῃ* Cod. Elb. HARL. *ψεύσῃ* C. ERN.

263. Loci hujus meminit Eustath. ad Il. E. p. 527. ed. Rom. KUST. *παιπάλη*. Cur se *pollinem* brevi *futurum* dicat hic Strepsiades, docebunt Scholia. Nota quæ ibi tangunt de usu voc. *παίπαλα* pro *locis asperis* ac *præruptis*, ut Callim. hymn. in Dian. 194. *παίπαλα κρημνούς τε, loca prærupta et scopulos*, de quo voc. et inde *δυσπαίπαλα* Æsch. Eumen. 390. ibidem egimus. Quibus obiter solum addam posteriorem hanc vocem exstare apud Nicandrum v. 145. et usurpari ab Archilocho ap. Hephæst. p. 50. *καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους*. SPANH. *παιπάλη*. Fies *pollen* s. *tenuissima farina*, i. e. *subtilissimus orator* s. *λόγων τι παιπάλημα*, ut Æschrion loquitur, cujus locum adducam ad Avv. 430. Dum autem hæc dicit, comminuit super Strepsiadis capite lapides friabiles, aut eum farina conspergit, ut victimæ solebant *mola* conspergi; nam et iste tam-

quam victima coronatus erat. Berg. Ita Berglerus e Scholiaste. Sed aliter hæc acceperunt veteres magistri. Glossa καταπαττόμενος ὑπὸ σοῦ ταῖς πληγαῖς διὰ τὰ μαθήματα, παιπάλη γενήσομαι. *Ita me pugnis comminues, ut facile pollen fiam.* Brunck. Vid. interpp. et Pierson. ad Mœr. p. 330. παττάλη Cod. Elb. Harl. L. C. καταπατώμενος Ern. -πατῶ. 1. 5. -πατό. 3. Dobr. Recte accepit Schol. ut Bergl. Male autem Auctor Glossæ a Brunckio editæ; nondum enim erat, cur sibi rusticus de verberibus metueret. Schutz.

264. Εὐφημεῖν χρή. Eqq. 1310. εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλείειν. Berg. Socrates invocat Nubes, ut opem ferant et sint præsentes. De voc. εὐφημεῖν, *lingua favere*, v. ad Mœrin p. 160. Harl. Duo priora verba (εὐφ. χ.) leguntur itidem ab initio Eqq. Act. iv. sc. 1. *favere oportet et os occludere.* Quo sensu etiam hæc ad Strepsiadem a Socrate hic dici, docent quæ sequuntur in eodem versu: καὶ τῆς εὐχῆς ὑπακούειν, *ut adtente preces audiat*, quas ad Nubes deas facit ibidem Socrates. De qua harum vocum εὐφημεῖν, εὐφημία et εὔφημον στόμα apud Græcos auctores, Tragicos inprimis, solita significatione, nempe tam de indicto in sacris gentilium *religioso silentio* quam de *faustis acclamationibus*, quum aliunde, tum ex adductis hujus Comici versibus, egimus ad Callim. p. 58. Quibus adde Acharn. 236. εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε· σῖγα πᾶς. De *silentio* addendus Eumœris Ms. in dictionibus Att. εὐφήμει, Ἀττικῶς· σίγα, Ἑλληνικῶς καὶ κοινόν. De altera vero significatione Plato in Alcib. ii. p. 199. ubi ceu a deo Ammone dictum traditur βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. Spanh.

265. ἀμέτρητ' ἀήρ. Aërem et ætherem Socrates invocat tamquam Jovem. Hinc et Euripides, qui solebat Σωκράτει παρακαθήμενος λαλεῖν, ut cum Comico dicam ex Ran. 1532. alicubi dixit: ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον ἀέρα, καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις, τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Quod ita vertitur ap. Cic. de N. D. ii. 25. 'vides sublime fusum immoderatum æthera, qui tenero terram circumjectu amplectitur? hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.' Berg. Fragmentum hoc Euripidis est inter ea, quæ ex incertis tragœdiis petita sunt ed. Lips. t. ii. p. 480. ubi veterum scriptorum illud citantium loci afferuntur. Schutz. ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον. Terram nempe in medio universi sitam undique cœlo et aëre circumfundi, neque terram opus habere, ut aëre, quem hic invocat Socrates, fulciatur, tradit disserens cum Socrate Simmias in Phædone p. 107. t. i. Adde Philosophum Aristot. de Cœlo ii. 13. Spanh. τὴν γῆν τὴν μ. 2. Pors.

266. βροντισηκ. Dorv. Pors. λαμπρότατός τ' α. σ. τε νεφ. θ. β. 6. Dobr.

267. δέσποιν' (sic) τ. φ. μετέωρον. Pors.

268. Quia Socrates invocabat Nubes, iste timens, ne compluatur, vestem conduplicatam imponit capiti. Berg. πτύξωμαι κ. τ. λ. Apud Suid. h. v. non recte in hoc versu legitur καταβραχῶ. Notat Thom. M. veteres simplex βρέχω de pluvia non dixisse, sed in compositis a perfecto passivo et omnibus temporibus inde formatis, etiam de pluvia dici. Salmas. ad Pall. Tertull. p. 400. laudans h. l. observat, Cynicos semper duplicatum gestasse pallium, ceteros per pluviam, ejus arcendæ causa. Duck. μήπωγε, μήπωγε, Cod. Elb. et Bav. uti quoque Schol. in Eld. Ald. et Junt. Harl. καταβραχῶ A. B.—εχθῶ Suid. Ms. πτύξωμαι. μήπωγε μήπωγε et πτύξομαι Dorv. Pors. C. καταβραχθῶ. de verbo v. Thom. M. Ern. μήπωγε pro μήπω 1. 4. 6. μήπω 2. m. pr. sed γε supr. a corr. -αχθῶ primo 4. 6. nunc εχθῶ 4. αχῶ 6. Dobr.

269. τὸ δὲ μή. Ellipsis, v. ad Plut. 593. Ita Ran. 747. τὸ δὲ μὴ πατάξαι σε. Berg. De ea forma v. Eustath. ad Odyss. p. 1542. qui interpretatur: ὡς κακόδαιμόν ἐστί μοι τό. melius, ὡς κακοδαίμων εἰμί, ὅτι μὴ ἦλθον. Ern. Hoc non est interpretari. Melius Eustathius: ne pileum quidem, inquit, me attulisse: id nimirum, puta, male factum. Herm. Loci hujus meminit Schol. supra ad Plut. 469. infra ad Vesp. 443. et ad Av. 7. itemque Eustath. ad Od. E. p. 1542, 42. ed. Rom. Cæterum metri gratia scribendum est, τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν, ut habet Ms. Vat. Urb. Syllaba enim prima in κυνῆν brevis est. Kust. Repone metri gratia, τὸ δὲ μὴ κυνέην. Nam vox κυνῆ priorem corripit. Bent. Sed μηδὲ friget. Nam simplex negatio requiritur; et omnes Grammatici vett. commemorant h. l. sic, ut sit μὴ κυνῆν. Rectius Bent. μὴ κυνέην. Sic recitat locum Salmas. ad Tertull. p. 400. et favet Ms. Coisl. Ern. Grammatici, qui h. l. commemorant, exiguæ auctoritatis sunt, ut Eustath. h. l. qui adeo neglexit numeros, ut pro κακοδαίμονα, quod Scholiastæ tamen isti habent, ταπεινὸν scribere non dubitaret. Herm. κυνῆν. quale capitis tegmen, κρατὶ δὲ ἡλιοστερὴς κυνῆ, *latus pileus caput a sole protegens*, a Sophocle dicitur Œd. Col. 318. Spanh. κυνέην ob metrum scribi debuit. Vulgo κυνῆν, corruptis numeris. Prima hujus nominis syllaba semper corripitur, V. Lysistr.

751. 754. 757. Brunck. Reizius dubitabat, utrum Bentleii correctionem, quam Br. etiam [cumque eo Inv. Dind.] sequutus est, an lectionem libri Vat. probaret. Hanc ego præferendam ratus sum. Nam, quantum equidem meminerim, forma κυνέη nusquam ap. Arist. invenitur, sed semper Attica, κυνῆ. Μηδὲ autem tantum abest, ut frigere arbitrer, ut potius elegantius dictum putem. Nam quis nescit, quum repente in aliquod discrimen incidimus, ita rerum omnium rationem commutatam videri, quasi, quæ eventura essent, prævideri potuissent. Sic deinde quum alia nos neglexisse, tum ne hoc aut illud quidem curasse conquerimur. Ita hic Strepsiades, quasi aliquid tamen in hunc casum afferendum fuerit, pessime, inquit, factum, quod ne pileum quidem meum attuli. Herm. Cæterum loqui hæc pro se et aversus a Socrate videtur. Wil. μηδὲ κυνῆν. Schutz. Schol. Paullum mutata mutuo sumpsit Suidas v. Κυνέη. μὴ δὲ B. a m. pr. ut videtur. Pors. κακοδαίμονα. Ms. Vatic. U. legit δύστηνον· quod est ταυτόσημον. At Eustath. loco laud. ταπεινόν, quod est corruptum et in metrum peccat. Kust. κακοδαίμονα non minus ex interpretatione natum, quam ταπεινὸν Eustathii. Quare e libro Urb. δύστηνον reposui. Herm. Idem tacite recepit Schutz. Dind. μὴ κοινὴν cod. Ar. Dobr.

270. δῆτ' ὦ. In A, C, δὴ ὦ. Alibi δὴ pro δῆτ' male positum servare memini. Brunck.

271. χιονοβλήτησι 5. Dobr.

272. Ὠκεανοῦ πατρός. Ex diversis locis vocat Nubes. Similiter Æsch. Eumen. 292. Orestes invocat Palladem. Vocat autem *Oceanum patrem* Nubium, quia inde maxime oriuntur; proinde nemo putet hoc ita accipiendum esse, ut illud Homericum Il. xiv. 276. Ὠκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. Berg. Quo sensu *Oceani hortos* dixerit h. l. Comicus, docebunt Scholia. Spanh. χορὸν ἵστατε Νύμφαις. De phrasi χορὸν ἱστάναι, *saltare in orbem*, v. quæ diximus obiter ad Plut. 761. Kust. Dicuntur hic Nubes sacram illam choream ducere cum nymphis Oceani, ellipsi familiari præp. σὺν νύμφαις. Easdem vero χορήτιδας Ὠκεανίνας, *choream ducentes aut saltantes Oceaninas*, vocat Callim. h. in Dian. 13. ubi inter alia idem hic Comici locus haud est a nobis prætermissus Obss. p. 139. Spanh. ἵστατ' ἐν νύμφαις Cod. Elb. Harl. ἵσταντε Dorv. Pors. Lege ἵστατε, νύμφαι. Pors. Similem errorem eximit infra Ach. 487. Mox, ni me fallit memoria, legebat προχοῖσιν cum Hermanno, seu potius πρόχοισιν cum Mss. πρόχουσιν ex Euripidis Ion. 447. defendit Piersonus ad Mœrin p. 296. χρυσέοις—πρόχουσι citat H. Stephanus Thes. iv. 477. B. sed de loci sanitate dubitasse videtur. Equidem puto scribis imposuisse χουσὶν, unde derivatum πρόχουσιν credebant. Nisi forte fluxerit barbarismus e recentiori lingua. Auctor Etymol. M. v. λήκυθος p. 563, 39. ἢ τὸ προχούδιον, i. e. 'antiqui vocabant λήκυθος id quod nos nunc προχούδιον.' Attici προχοΐδιον, ut notum est. Dobr. ἵστατ' ἐν v. 4. Id. νύμφαις Cod. Ar. Id.

273. Νείλου προχοαῖς. Æsch. Suppl. 1031. μήδ' ἔτι Νείλου προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις. Grammatici volunt προχοὰς esse *ostia fluviorum*. Homer. Il. xvii. 263. ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι διϊπέτεος ποταμοῖο. v. Schol. Apoll. Rhod. ad i. 11. Berg. Intelligendum ante N. προχ. esse ἐν s. ἐπὶ, et ante ὑδάτων, ἐξ, monet Wakefield. ad Eurip. Ion. 446. quem locum Comico obversatum esse putat. Dind. χρυσέῃς ἀρύτεσθε πρόχουσιν. Thomas Mag. (V. χοὴ) hunc locum sic legit: χρυσέαις ἀρύεσθε προχόησι· a nomin. προχοή. Kust. Lege, χρυσοῖς ἀρύτεσθε πρόχουσιν. v. Suid. V. Ἀρύτεσθε. Bent. Vulgo χρυσέοις ἀρύεσθε πρ. Feminini generis est nomen πρόχους. Vide Piersonum ad Mœrin p. 296. In duobus Regiis scriptum est χρυσέαις. Euphoniæ gratia præferri debuit Ionica forma poëtis Atticis frequentata, quam adfirmat Thomas M. in χοή. Atticam formam ἀρύτεσθε reposui e Suida in ἀρύτεσθαι. Conferatur Kœnius ad Corinthum p. 28. Ordo est, εἶτ' ἄρα ἐν ταῖς προχοαῖς ὑδάτων Νείλου ἀρύτεσθε χρυσέῃς πρόχουσιν. Scriptura codicis est, χρυσέαις ἀρύεσθε προχόησιν. Glossa postremæ voci superscripta, ἀγγείοις. Brunck. χρυσέοις—προχοαῖσιν 1. χρυσέοις—πρόχουσιν 2. 4. (in quo alius γρ. προχόησιν) χρυσέαις—προχόοις 3. χρυσέοις—προχόοις sed ex em. utrumque 5. πρόχουσιν vel potius πρόχοισιν primo 6. nunc προχόοις ex em. alius. Dobr. χρυσέοις ἀρύεσθε πρόχουσιν Cod. Ar. Id. πρόχουσιν. Haud utique admittenda est Thomæ M. lectio προχοῇσι nempe a nomin. προχοή, quum postrema hæc vox in eodem versu præcedat, nec proinde loci ratio patiatur, ut bis eamdem nec uno sensu proximis verbis adhibuerit Comicus. Priori nempe loco Νείλου προχοαί, *Nili ostia* dicuntur, uti pridem ab Hom. Il. xvii. 263. Quod Porphyrius in Schol. Mss. ad Iliada, olim penes Is. Vossium, quæ ejus beneficio mihi pridem evolvere licuit, observat, Solonem, qui in reliquis omnibus Homeri poema fuerat æmulatus, quum ad hunc versum pervenisset, illius

et duorum sequentium, quibus de hisce Nili ostiis a poëta agitur, admiratione motum combussisse sua poemata; idem quoque fecisse Platonem; id vero haud prætereundum videbatur, quod alibi haud putem legi. Spanh. A πρόχους, quod est a πρόχοος, ut νοῦς a νόος. Eurip. Ion. 434. ἀλλὰ χρυσέαις προχόοισιν ἐλθὼν εἰς ἀποῤῥαντήρια δρόσον καθήσω. Antimachus ap. Athen. xi. p. 468. καὶ ἐς λοιβὴν χέον εἶθαρ χρυσείῃ προχόῳ. Philoxenus ap. eumdem xv. p. 685. κατὰ χειρὸς δ' ἤλυθ' ὕδωρ ἁπαλὸς παιδίσκος ἐν ἀργυρέᾳ προχόῳ φέρων· ἐπέχευεν. Berg. Thom. Mag. in χοή, reposuit χρυσέῃς, uti jam Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 917. ex codd. Leidd. rescripserat et illustrarat egregie. V. quoque Thom. Mag. voc. ἀρύτομαι, ibique interpr. pag. 115. sq. et Davis. ad Maxim. Tyr. p. 511. ed. 2dæ. Harl. πρόχουσιν. R. πρόχοις. I. L. πρόχοισιν. Ern. Rav. et Borg. προχόοισιν. Brunckius cum plerisque edd. πρόχουσιν reliquit, formam dativi inauditam. Itaque προχοῖσιν restituimus. Rav. χρύσαις. Herm. Nunc tamen ille V. D. πρόχουσιν præfert, quod etiam Sch. retinuit. Dind. χρυσέοις Dorv. ἀρυτέσθαι Suid. v. εἶτ' ἄρ' ἂν εἷλον προχοὰς . . . πρόχυσιν (ut ὑφεῖ in v. ἄριστα. Dobr.) Suid. Ms. In Platone, ὅθεν τε δὴ καὶ ὁπόσα καὶ ὁπότε. [ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπόσα καὶ ὁπότε ed. Med. et Ms. L. Bat. apud Gronov. ad Suid. p. 74. Hinc igitur corrige Porsoni notam ad Phœn. 463. Dobr.] χρυσέαις — προχόοις A. B. Pors.

274. λύμην Cod. Elb. Harl.

275. ἱερεῖσι φανεῖσαι et gl. ὑπηρέταις 3. φανεῖσαι etiam 5. τοῖς θεοῖσι χ. 6. Dobr. Huic versiculo stellam addidit Caninius. Vir doctus in exemplo meo Canin. adscripsit ὑπακούσατε. Sic Ms. R. Ern. χαρεῖσαι. Cod. quintus φανεῖσαι cum gl. παραγενόμεναι. Brunck. Ita Mss. R. L. quam lectionem etiam memorant Scholia. Ern. Mimas, antea memoratus, Thraciæ mons est, Homero quoque dictus. Dind. In edd. omnibus legitur ἐπακούσατε, recte. Quod Inv. e Rav. dedit οὐπακούσατε, non ex ὦ ἐπ. contractum esse potest, et versum pessumdat. Restituendum ἐπακ. Dind. ὑπακούσατε A. Dorv. φανεῖσαι (pro χαρεῖσαι. Dobr.) A. B. hic quidem post rasuram, sed ex eadem m. ut videtur. Pors. ὑπακούσατε. Reisig.

276. Jam e longinquo Chorus Nubium apparet per aërem vectus. Schutz. Audiri simul tonitru, atque non nisi nubila informia cerni, e quibus edatur canticum, quod sequitur, censet Wiland. Incipit hic in vulgg. edd. Act. 1. Sc. quarta. Dind. Pedes sedecim versuum hujus strophæ sigillatim a Schol. continuo tanguntur, illudque præterea in seqq. indicat, hos chori versus dici περιόδους, ubi legendum παρόδους. Πάροδος enim dictus primus chori in scenam ingressus, ut h. l. Firmant id Scholia ad Vesp. 270. adductis duobus primis hujus chori versibus: τῶν μὲν χορικῶν μελῶν τὰ μέν ἐστι παροδικά, ὥς τό· Ἀέναοι Νεφέλαι, Ἀρθῶμεν φανεραί· ac Hephæst. p. 69. ἐν ταῖς παρῴδοις (in Scholiis ad eumdem et ad Comicum παρόδοις) τῶν χορῶν, ad quæ verba notant Scholia p. 73. οὕτως καλεῖται ἡ πρώτη τῶν χορῶν ἐπὶ τὴν σκηνὴν εἴσοδος, qua de re adiri insuper possunt Scholia ad Eqq. 247. Spanh. De voc. et scriptura ἀέναοι [in R. Ia. ap. Ein. male ἀένναοι. Dind.] v. Mœrin ibique Piers. p. 23. s. et Davis. ad Max. Tyr. p. 511. ed. sec. Harl. ἀένναοι A. B. Pors. Numeralia singulis vocibus suprasc. 4, βας ζδγε θη ad constructionem scil. indicandam. Dobr.

278. δροσεράν, Subauditur κατά. Berg. εὐάγητον. Ordo constructionis est: ἀρθῶμεν ἀπ' Ὠκεανοῦ ἐπὶ κορυφὰς ὀρέων. Quid igitur sibi volunt ista, δρ. φ. εὐάγητον? Primum nulla hic syntaxis est, neque ullum verbum, cui adhærere possint. Neque enim hic dixeris, aut ἀρθῶμεν φύσιν, aut φανερὰ φύσιν. Deinde quid est εὐάγητον? Suidas exponit, καθαράν, λαμπράν. Schol. πανταχοῦ φερομένην ἢ λαμπράν. Quæ hariolationes sunt hominum ad incitas redactorum. Ex antistropha, εὔανδρον γᾶν, scire licet, εὐάγητον secundam producere. Ergo Doricum est pro εὐήγητον. Quid hoc ad λαμπράν? Neque erit πανταχοῦ, sed ῥαδίως φερομένην. Quæ si arridet interpretatio, tum legas licet, δροσ. φύσιν εὐάγητοι. Sed languet, meo judicio, hæc oratio, et potius legerim δρ. φ. εὐγάθητοι, *jucundæ, delectabiles:* vel, εὐάντητοι. Nimirum nubes, ubi roribus fœtæ, sunt εὐάντητοι; ubi tonitrubus et procellis, δυσάντητοι merito dicantur. Sed absque ductu Mstorum nihil hic certi statui potest. Berg. δροσεραὶ et εὐάγητοι leg. nisi malis φανεραὶ sumere pro φαίνουσαι, ἐκφαίνουσαι, δεικνύουσαι. Possit huc trahi illud Ælian. H. A. i. 24. de vipera: τίκτει οὐκ ᾠά, ἀλλὰ βρέφη, καί ἐστιν ἔνεργα (i. e. ἐνεργοῦντα, ἐς ἔργον καθιστάντα vel ἄγοντα) ἤδη τὴν αὐτῶν φύσιν τὴν κακίστην. Quamvis obloqui nolim, si quis κατὰ subintelligere velit. Reisk. Dor. pro εὐήγητον· nam alias esset iambus, quem non fert anapæsticum genus. Bent. autem malebat εὐάγητοι vel εὐγάθητοι, L. Bos εὐάχητον, quo verbo utitur Eurip. Hipp. 1272. vel εὐοίχητοι pro εὐηχ. [In

Animadv. ad scr. quosd. Gr. p. 83. ss. ubi contra Bent. monet, in syntaxi nihil esse, quod vulgatæ adversetur, quum κατὰ suppleri possit, sed ob sensum putat εὐάγ. vitiosum esse, et corrigit εὐάχητον *bene sonans* (ut Eurip. l. l. πόντου εὐάχητον) et Nubes suam naturam ita dicere, quod tonitrua producant. Alterum, quod Ern. adfert, εὐοίχητοι, ibi non reperi, nec εὐάχητοι. Dind.] Accusativus consentit dithyrambicæ rationi, quæ epitheta sine copulis jungit. Sed et Toup. Em. ad Suid. iii. p. 305. ed. Lond. [Ducit ille voc. εὐάγητοι ab antiquo verbo ἡγεῖν. *agiles* reddit Harl. Dind.] Vulgo εὐάγητον. Glossæ: πάντη φερόμενον. εὐκίνητον· τοιοῦτον γὰρ τὸ ὕδωρ. Sed vera est lectio εὐάγητοι, quam ex emendatione Jo. Toupii reposui, ad Suidam iii. 305. Brunck. Equidem non video, quare ab librorum lectione recedendum sit. Nam verba sic jungenda sunt: φανεραὶ δροσερὰν φύσιν εὐάγητον, quod quare fieri posse Bent. neget, nullo pacto intelligo. Imo sic toti loco consulitur. Nam quid hoc est, ἀρθῶμεν φανεραί? Quorsum φανεραὶ addidit? Quo nihil profecto potest fingi languidius. Id enim per se intelligitur. Herm. Qui recte comma post ἀρθῶμεν posuit, et post φανεραὶ sustulit. Dind. εὐάγητον Suid. in v. ed. Ms. Pors. Sch. in 2. et 3. damnans lectionem εὐάγητον ἀφεῖσαι. Dobr. εὐάγητον Cod. Ar. Id.

279. βαρυαχέος. Ms. L. et Suid. βαρυηχέος male. Nam debet esse forma Dorica, quæ a librariis sæpe neglecta est. Ern. βαρυηχ. 3. 5. Dobr.

281. Suid. δενδροκόμους. Pors.

283. ἀρδομένην ἱ. A. B. Pors. καρπούς (η) ἀρδομένην ἱ. 3. -μέναν (η corrector) 2. τ' et θ' utrumque habent 1. 2. 6. certe. Dobr. τ' ἀρδομέναν θ' Cod. Ar. Id. Vulgo legitur, καρπούς τ', ἀρδομέναν θ' ἱερὰν χθόνα, i. e. Berg. interprete, *fructusque et sacram tellurem, dum irrigatur.* Quod profecto ineptissimum est. In membr. copula post ἀρδομέναν non comparet. Unius itaque literæ mutatione, λ pro ρ posito, genuinam elegantemque lectionem restitui. Brunck. Brunckius, quod in membr. copula post ἀρδομέναν non inveniretur, ita edidit: καρπούς τ' ἀλδομέναν ἱερὰν χθόνα. Cod. Bavar. χθόνα θ' ἱεράν. Ἀρδομέναν tamen non debebat mutari. Id enim interdum simpliciter nutrire significat, ut apud Pindarum Ol. v. 53. ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ubi apte commemoravit Heynius interpretes ad Eurip. Suppl. 207. Herm. Copulam θ' ante ἱερὰν deleverunt etiam Inv. Herm. Sch. sed ἀρδ. retinuerunt, neque Inv. debebat ἀρδομένην reponere. Nam Dorica forma legi debet. Dind. καρπούς τ' ἀρδομέναν θ' ἱ. Wil. καρποὺς ἀρδομέναν θ' ἱεράν. Reisig.

285. κελάδειν proprium est fluviorum. v. Warton. ad Theocr. Id. xvii. 92. Harl. Hunc versum, quod Viros doctos fugit, citat Suidas. v. Βαρύβρομος. Pors.

286. Hic versus, ad metrici scholiastæ sententiam, in duos divisus olim legebatur: ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀ-|κάματον σελαγεῖται, ut etiam antistrophicus, 308. εὐστέφανοί τε θεῶν | θυσίαι, θαλίαι τε. Nos conjunximus, diligente permoti consuetudinis poetarum observatione. Id enim jam certe videmur nobis luce clarius in libro de metris poetarum ostendisse, scholiastas metricos omnemque grammaticorum in hoc genere doctrinam nauci non esse faciendam. Herm. "Citat Suidas v. ὄμμα." Toup. in Suid. ii. p. 173. Pors. ἀκάμαντον 2. (ν scil. insert. a corr.) Dobr.

287. μαρμαρέαις ἐν A. B. Dorv. Pors. -αισιν ἐν 1. 2. -οισιν ἐν 4. 6. -αις ἐν 5. In 6. repetuntur 275-89. ita; ὦ μέγα σ. ν. ἀρθῶμεν—ὄμματι γαῖαν, tum 290. Ibi -αισιν. Dobr. μαρμαρέαισιν αὐγαῖς. Sic B. In duobus aliis Regiis μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς. Alterutra lectio recipienda fuit. Nam vulgatæ μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς metrum repugnat. Cod. μαρμαραίῃσιν αὐγαῖς, omissa præpositione. Inde lucrifacere possimus formam Ionicam μαρμαρέῃσιν. Brunck. Nos e duobus Mss. Regg. et Rav. ac Borg. μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς scribendum duximus, quæ doctior lectio est. Ita Pindarus sæpe ἐν adhibet. Herm. Laudat Suidas in Μαρμαρέην, sed omisso τῷ ἐν. Interpretes non notarunt. Exponit autem λαμπραῖς, et addit: μαρμαίρειν γὰρ τὸ λάμπειν καὶ καταυγάζειν. Similiter usus est τῷ ἐν Plut. 765. ἀναδῆσαι βούλομαι σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ. Duck. ἐν omittunt Ms. L. Suid. male. Ern.

288. νέφος ὄμβριον. Prout ap. Pind. Ol. xi. 3. ὑδάτων ὀμβρίων παίδων Νεφέλαις. Mox v. 298. πάρθενοι ὀμβροφόροι. Spanh. L. Ia. ὄμβριμον νέφος. Ern. ὄμβριμον νέφος 5. Gl. τὸ ὑδατῶδες. Dobr.

289. Quid hoc est, ἀθανάταις ἰδέαις ἐπιδώμεθα τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν? In scholiis commemoratur alia lectio, ἀθανάτης ἰδέας, ut hæc verba cum præcedentibus conjungenda sint. Idque etiam Reizio placebat, ac merito. Quin clare liber Ravennas ἀθανάτας ἰδέας exhibet. Ἰδέα de specie corporis adhibetur in Pluto v. 559. et a Pindaro Olymp. x. 122. ἐπιδώμεθα. Sic dixit ἐπιδεῖν Lysias c. Poliuchum p. 321. Ern. ἀθανάταις 2. (οις corr.) ὀψόμεθα 3. Dobr.

290-1. Omittit cod. Ar. Dobr.

291. καλέσαντος. Del. L. I. male. Ern. καλέσαντος addit Suid. Ms. v. φανερῶ. καλέσαντος Pors. μου δηλ. Ita 5. (ista supr. rubr.) Dobr.

292. βροντῆς μυκησαμένης. Æsch. Prom. 1081. Βρυχία δὲ ἠχὼ παραμυκᾶται βροντῆς. Spanh. Virg. *tonitru cœlum omne remugit*. Berg. Dici hæc ad Strepsiadem in promtu est. Dind. φανεὶς Dorv. et θεοσεπτ. Pors.

293. Ἀνταποπαρδεῖν. V. Erasmum in Adag. *Oppedere* [p. m. 141. ubi male Ἀνταποπερδεῖν legitur. Dind.] Kust. Ap. Eurip. Cyclops periphrastice idem dicit in cognomine dramate 326. ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέπλον κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν. Hic in Nubb. 385. simili ratione dicitur fieri tonitru et crepitus ventris. Berg. Verba K. σ. γ' ὦ πολ. Strepsiaden venerabundum ad Nubes, sequentia ad Socratem dicere existimat Wiland. Dind. βούλομαι | πρὸς τ. β. ἀντ. 5. Dobr. Ceterum quod Wielandus putat in verbis καὶ βούλομαι Strepsiadem non Nubes, ut in proxime antecedentibus, sed Socratem allocutum fuisse, ei cur assentiamur causam non video. Schutz. πολυτίμητῖ βούλομαι Dorv. Pors.

294. τετρεμαίνω. Hesych. τετρεμένει. τρομεῖ, φοβεῖται, ubi male Salmasius τετραμένει vel τιτρεμαίνει legendum credit. Reponendum vero ibi τετρεμαίνει, quod ex hoc Comici loco, ad quem procul dubio respexit Hesychius. Spanh. Ad trepidationem signantius exprimendam τετρ. et πεφοβ. adhibita esse, docet Bos. Obss. Crit. p. 71. s. Dind.

295. ἐστὶν νυνί. Sic bene membr. ut ex metri lege correxit Berglerus. [Etiam codd. Inv. atque ita etiam Herm. et Sch. ediderunt. Dind.] In aliis edd. et in codd. plerisque ἐστὶ νυνί. Prius ν a sequente absorptum fuit. Brunck. χεσείω. Ut δρασείω Pac. 62., i. e. μέλλω s. βούλομαι δρᾷν. Berg. ἐστὶν Dorv. Pors. νῦν ἤδη 3. κεἰ θέμις ἐστι χ. pro versu 4. Ita 6. κεἰ θ. ἐστὶ χ. νυνί γ' ἤδη κεἰ μὴ θ. Dobr. λεσείω (et μὴ om.) cet. ut Kust. Cod. Ar. Id. νυνί. Ib. νῦν, et delet ἐστὶ, male. Ern. Pro vulgato ἐστὶ νυνὶ scriptum oportebat ἐστὶν νυνί. Et ita Rav. et Borg. Herm.

296. οὐ μὴ σκώψεις, μηδὲ ποιήσεις. Solœce vulgo σκώψῃς—ποιήσῃς. Vide not. ad Lys. 704. Ran. 202. 298. 524. οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι. Id est οἱ κακοδαίμονες οὗτοι τρυγῳδοί. Comœdia olim τρυγῳδία appellabatur, nec unquam isto nomine tragœdia appellata fuit, quod videbimus ad Acharn. 400. Perperam in B. C. τραγοδαίμονες. Cod. recte τρυγοδαίμονες. Schol. marg. οἱ ἄλλοι κωμικοί. οὗτοι γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῶν ἀνθρώπους εἰσῆγον χέζοντάς τε καὶ ἕτερα αἰσχρὰ ποιοῦντας. λέγει δὲ δι' Εὔπολιν καὶ Κρατῖνον, καὶ τοὺς ἄλλους. τρυγοδαίμονας δὲ τούτους καλεῖ, διότι πάντες οἱ κωμῳδοὶ τρυγὶ ἀνηλείφοντο. Brunck. Dawes. in M. Crit. p. 221. ss. 227. ss. demonstravit, οὐ μή, ὅπως μή, vel cum futuro indic. vel cum aoristo altero formæ subjunctivæ, numquam cum aor. primo subjunct. verbi sive activi sive medii construi. cfr. tamen Burgess. ad illum p. 459. Harl. Cum Br. e Dawesii observatione, quam etiam Valcken. ad Eurip. Hipp. 607. probare videtur, σκώψεις et ποιήσεις scripsi. In his formis sæpe erratum a librariis esse, passim ad Arist. ostendit Br. Vid. etiam v. 366. Particulam γε e libro Borg. addidimus (ποιήσεις γ') quæ, ut sæpe inepte addita a librariis fuit, ita nonnumquam male etiam omissa reperitur. Hic quidem ea recte nobis videtur et apte adhibita esse. Perinde enim est, ac si diceret, οὐ μὴ τοῦτό γε ποιήσεις· ne tu, inquit, irriseris, nec pol feceris, quod isti solent in comœdiis. B. C. male τραγοδαίμονες. Herm. τρυγοδαίμονες i. e. *Comici*. Nam et τρυγῳδία dicitur comœdia ap. nostrum Acharn. 399. et alibi, et τρυγῳδὸς *Comicus* Vesp. 648. Kust. Adde Athen. ii. p. 40. ubi dicitur, tragœdiam esse in Attica repertam, κατ' αὐτὸν τῆς τρύγης καιρόν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία. Unde etiam infra τρυγῳδῶν in fine Vesp. et τρυγῳδίαν ποιῶν Acharn. 498. et τρυγῳδοῖς Vesp. 648. dicitur. Spanh. Pro κακοδαίμονες τρυγῳδοί, qui sunt κωμῳδοί, ut Vesp. 647. μείζονος ἢ ἐπὶ τρυγῳδοῖς. Sic τρυγῳδία Ach. 498. Ibidem tamen 349. quum dicit de Euripide: ἀναβάδην ποιεῖ τρυγῳδίαν· non loquitur de comœdia. Berg. *Comœdiam* enim, numquam vero *Tragœdiam*, olim nominatam fuisse τρυγῳδίαν, pluribus ostendit Bentleius in responsione ad Boyle, ex Latina Lennepii versione, subjuncta ejus editioni Epistol. Phalaridis, pag. 166. sqq. et 171. sqq. Hinc perperam legitur τραγοδαίμονες in duobus codd. apud Brunck.—Harl. τρυγοδαίμονες. Suid. σκώψεις μὴ δὲ ποιήσεις Dorv. Pors. τραγοδ. 3. 5. t. et sch. uterque. Dobr.

297. σμῆνος proprie apum examen, h. l. simpl. *catervam, multitudinem* significat. Sic Statius Sylv. v. 3. 284. 'Grajum examina vatum' dixit. Schutz. Cod. Elb. μέγα γάρ τοι. Harl. τοι 6. Dobr.

298. Nubes pedetentim adpropinquant, canentes, quod festivum et magnificum fuisse videtur spectaculum. Cogita illas

e longinquo adventantes cum tonitru s. murmure aëris, ita ut senex pavesceret 292. ss. sed illis cognitis mira adficeretur lætitia cantuque illarum, tamquam heroinarum, delectaretur. Primum senex audit illas, sed nondum videt. In postscenio enim e longinquo illæ sensim descendunt per montem, cava densaque loca in theatro vel picta vel facta, et demum juxta ingressum in scenam adventantes 325. visuntur a sene; qui quod illarum formam miratur, Aristophanes arripit occasionem, sophistas et poëtas tumidos, quorum scribendi genus imitatur, aliosque homines famosos, lepide acriterque exagitandi atque irridendi. Harl.

299-300. Ἐς addit R. v. 299. ἐσέλθωμεν, et v. 300. χθόνα ἐς, per glossam. Ern. Borg. εὐχθόνα, Rav. ἐς χθόνα, in quo verba Παλλάδος, εὔανδρον γᾶν, omissa sunt. Cod. Bav. γαῖαν. Herm. Hermann. Sch. aliique reliquerunt vulgatam scripturam: ἔλθωμεν λιπαράν | χθόνα Παλλάδος, εὔανδρον γᾶν | Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον, quam non debebat unius cod. in quo librarius aberravit, auctoritate corrumpere Inv., quum et strophæ 277. ss. eam postulent, et tragicæ dictionis ratio defendat. ἐς χθ. Bav. quæ varia sedes præp. ἐς glossema etiam certius monstrat. Dind. ἐς χθόνα A. 2. B. Pors. ἔλθωμεν λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, | εὔανδρον γᾶν | Κέκροπος ο. π. Sæpe miratus sum, versus 275. et 298. tam diu parœmiacos fuisse traditos, quum nihil possit languidius esse ad chori incessum et carminis motum retardandum. Maxime autem enervatur orationis vis, in antistropha 298. si verba εὔανδρον γᾶν arctissime cum proximis Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον cohærentia catalexi parœmiaca terminentur. Reisig. λιπαρὰν χθ. nempe *splendidam terram*, non vero, juxta interpretem, *gravida loca Palladis* h. e. *Athenarum* vel *Atticæ*. Sic λιπαραὶ Ἀθῆναι Eqq. 1327. et Pind. Isthm. ii. 30. λιπαραῖς ἐν Ἀθήναις, ac Nem. iv. 29. λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν. Sic de Attica Eurip. Iph. T. 1131. λιπαρὰν γᾶν, in quibus locis ea λιπαρᾶς vel λιπαρῶν voce *splendida urbs* vel *regio* vel *terra* dicitur, non *pinguis;* qualis utique non erat Attica, quæ contra λεπτόγεως ob *agri tenuitatem* a Thucyd. i. 2. dicitur, et similiter a Galeno Protrept. c. 7. non celebrata quidem Attica διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετήν· λεπτόγεως γάρ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ φύντας. Cujus proinde postremæ, non vero prioris causæ intuitu dictæ sunt λιπαραὶ Athenæ, *splendidæ* vel *illustres*, et h. l. λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, *splendidam terram Palladis*, vocat Comicus. Spanh. Adsentitur Spanhemio Harl. Add. de hoc epitheto λιπαραὶ Wyttenbach. Anim. ad Or. Juliani i. p. 145. ut de vocc. εὔανδρος et εὐανδρία id. ib. p. 203. γῆν Dind. ἐς χθ. 3. 4. 5. γαῖαν 4. 6. γαν 2. γῆν correctoris. Dobr.

301. ὔψομαι Dorv. Pors.

302. οὗ σέβας — cf. Lysiam Or. c. Andoc. p. 196. ss. ibique Taylor. ed. Reisk. Harl. Respicitur ad Eleusinia mysteria. Wil.

303. μυστοδόκος δόμος. Sacellum templi Eleusinii, in quo initiatio fiebat. cf. Meursii Eleusinia c. 9. Schutz. δόμοις Dorv. Pors.

305. ὑψιρεφεῖς. Sic recte ed. Ald. At quædam Edd. ὑψιφερεῖς. ὑψιρεφεῖς autem idem est, quod ὑψερεφεῖς, de quo voc. v. Lexicographos. Kust. ὑψιρεφεῖς edd. nostræ et Cod. R. Hoc l. firmatur hæc scriptura, quam damnavit Barnesius. v. Alb. ad Hesych. h. v. at L. I. ὑψηρεφεῖς male, et contra metrum. Ern. Pro ὑψιφερεῖς leg. ὑψιρεφεῖς, quemadmodum ap. Hom. pluribus locis, vel potius ὑψερεφεῖς, ab ἐρέφω, *tego*, quod et magis videtur probare Eust., qui scripturæ prioris per ι nusquam meminit. Duck. Formam ὑψερεφῆς etiam Heyn. ad Il. v. 213. prætulit. Dind. ὑψερεφεῖς. Sic A. C. Duo alii ὑψηρεφεῖς. Vulgo ὑψιρεφεῖς. Gl. ὑψηλοί. Brunck. ὑψιρ. sic Ald. Junt. earumque sequaces, it. Küster, Berg. ὑψιφερεῖς edd. Basil. Port. Frischl. Lugd. et Amstel. Ducker tamen maluit ὑψερεφεῖς, ab ἐρέφω *tego*, et sic dedit Brunck. e duobus codd. Harl. ἀγάλματα. Donaria numini cuidam consecrata, *deorum simulacra*. proprie omne ornamentum, decus, quo quis exhilaratur et lætatur: (v. schol. ad Equit. v. 398.) ab ἀγάλλειν, quod proprie est *nitidum reddere, sic aliquid exornare, ut oculos grata sui specie exhilaret:* quoniam vero *statuæ* præcipuum faciebant ornamentum, ἄγαλμα proprie de his usurpari cœptum est. vide de h. v. docte copioseque disserentes Hemsterh. ad Th. Mag. h. v. et Ruhnken. ad Timæi Lexic. p. 3. sq. Harl. Ed. Bas. ὑψιφερεῖς. Rav. et Borg. ὑψηρεφεῖς, Brunck. recte ex A. C. edidit ὑψερεφεῖς. Herm. ὑψερεφεῖς A. B. ὑψηρεφεῖς 2. ὑψερεφοῖς Dorv. Pors. ὑψηρ. 1. 3. 4. 5. 6. ὑψιρ. 2. Dobr.

307. πρόσοδοι, *sacrificia publica et solemnes pompæ ad delubra deorum.* In Pac. 396. καί σε θυσίασιν ἱεραῖσι προσόδοις τε μεγάλαισι διαπαντὸς, ὦ δέσποτ', ἀγαλοῦμεν. Av. 854. προσόδια μεγάλα, σεμνὰ προσιέναι θεοῖσιν, ἅμα δὲ — πρόβατόν τι θύειν· ubi de eadem re paullo ante loquens, dicebat, ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι και-

νοῖσι θεοῖς τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ, ut idem sit πομπὴ quod πρόσοδος s. προσόδιον. Herodotus in Euterpe [ii. 58. ubi tamen προσαγωγὰς Wesseling. in Ind. reddit *oblationes*. DIND.] conjungit πανηγύρεις, πομπὰς et προσαγωγάς, ubi etiam dicit, hos ritus ab Ægyptiis, primis eorum inventoribus, ad Græcos manasse. Πανηγύρις δὲ ἄρα, inquit, καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοι εἰσὶ οἱ ποιησάμενοι· καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. BERG.

309. παντοδαπαῖς. Sic tres Regii. Vulgo παντοδαπαῖσιν. παντοδάπαις ἐν ὥραις. Sic etiam hic cod. BRUNCK. παντοδαπαῖς R. male. ERN. παντοδαπαῖς ἐν A. B. PORS. -παῖς 3. DOBR.

310. Ἦρι τ' ἐπερχ. Βρομία χάρις. Βρομία χάρις festum Bromii s. Bacchi. BERG. Memorabilis locus, qui, ut vidit etiam Schol., respexit ad *Dionysia* s. *Liberalia*, quæ ineunte vere Athenis celebrabantur, et quo tempore agones tragici et comici peragi consueverant; qui etiam his postremis vocibus Βρομία χάρις (non *charitas dei*, ut hic interpres, sed *Bacchi festivitas*) designantur. Quum vero duo essent illa et nota apud Athenn. (ut Dionysia κατ' ἀγροὺς s. *Lenæa*, autumnale festum, nunc mittam), *Anthesteria* nempe s. *Limnæa*, et *Dionysia* ἐν ἄστει s. ἀστυκά, *in urbe*, vel *urbana*, quæ *exeunte hyeme* et, ut h. l. *ineunte vere*, agi dicuntur a priscis auctoribus: quænam proinde e duobus illis *vernis Dionysiis* intelligantur, moneri obiter ab eodem Schol. debuit. Equidem *Anthesteria*, s. *Dionysia Limnæa*, Ἀνθεστηριῶνι μηνὶ μετὰ χειμῶνα, *Anthesterione mense post hyemem* et proinde *ineunte vere* acta tradit Plutarch. Qu. Symp. viii. 10. p. 735. Sic Aristides de Smyrna loquens, Athenn. colonia, in Smyrn. p. 402. t. i. καλοῦσι γάρ σε ἦρος ὥρᾳ πρώτῃ, Διονυσίοις. Hæc autem de *Anthesteriis* intelligenda, coloniarum more, de quo nos alibi, constare potest e Philostrato Vit. Soph. i. p. 350. ubi mense Anthesterione Smyrnæ acta docet, quæ ibi ab Aristide de sacra triremi eorum Dionysiorum tempore per forum Smyrnæ circumlata dicuntur. Altera vero illa, quæ dicebantur *Dionysia* ἐν ἄστει s. ἀστυκά, haud procul ab æquinoctio verno, mense Elaphebolione Athenis agebantur; inde de his quoque et frequentius dictum legimus, quod illa, ut h. l. ἦρι τε ἐρχομένῳ, *ineunte vere*, fierent. Cujus rei unum hic, sed gravissimum adducemus Thucyd. testimonium v. 20. αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστυκῶν. Quorum etiam *Dionysiorum in urbe* tempore actum Athenis hoc drama liquet ex v. 599. quo salvere jubentur a poëta ejusdem spectatores, quum Athenienses, tum socii, qui postremi, ut aliunde vel ex hoc Comico constat, de quo obiter jam ante, eo demum Dionysiorum tempore Athenas tributa ferre consuerant. Accedit hujus fabulæ didascalia, quæ idem tradit. Quod vero utraque illa Dionysia, *Anthesteria* et *urbana*, ex æquo, ineunte vere, acta dicuntur a priscis, ut vidimus, auctoribus, id (ut obiter hoc et paucis hic dicam, quo plenius et accurate alibi defungimur) factum ob diversum veris initium; quod alii ex antiquis ab *æquinoctio verno*, ut subinde Hippocrates et Galenus, alii vero ab *ortu Zephyri*, vel *ortu Accturi vespertini*, s. ἀκρονύχου, vel ab *hirundinis adventu*, ut Comicus ab initio Thesmoph. atque ita vel a VII. VIII. aut IX. vel XIV. aut XVI. ut Græci mathematici, Eudoxus, Hipparchus, Cratippus, Euctemon, Geminus, Aëtius, Theophrastus insuper, immo alibi etiam Galenus: aut ab æquinoctio quandoque, atque ita aliquanto adhuc serius repetunt. Ne Romanos jam tangam, Varronem, Ovidium, Columellam, Plinium. Qua ratione etiam modo unius fere mensis, modo sesquimensis, vel XLVIII. aut L. dierum spatium, modo etiam quatuor mensium, *veri* ab iis adsignatur, sicut ea de re pluribus alibi agimus. SPANH. Spanhemius Lenæa et rustica Dionysia unum idemque fuisse festum censet, eique Odericus in Ep. de marm. didasc. assentitur. Alii, ut Seldenus et Corsinus, τὰ Λήναια et τὰ κατ' ἀγροὺς distinguunt; sed Lenæa a rusticis diversa fuisse atque eadem quæ Anthesteria, et tria diversis mensibus fuisse Liberalia Athenis, *rustica*, Posideone, *Lenæa*, Anthesterione, et *urbana* s. *magna*, Elaphebolione (exeunte hyeme et ineunte vere) esse acta, quamquam ante inductos in urbem ludos, Lenæa et rustica eadem fuisse et plaustris acta videntur, post Ruhnken. docuit Wyttenbach. Bibl. Crit. vii. p. 66. ss. xii. p. 58. s. Adde supra p. 15. laudd. Inde refingenda est Spanhemii adnotatio. DIND. ἦρι. Gl. ἔαρι. τότε γὰρ ἐτελοῦντο τὰ Διονύσια. BRUNCK.

311. εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα. Frischlinus male, *Frondicomique chori certamina*. Verte, *et suaviter resonantium chororum cantus*. Nam ἐρέθισμα ap. Græcos dicitur cantus vel vocis vel fidium aliorumque instrumentorum musicorum, quo animus proprie *irritatur*, i. e. excitatur et ad lætitiam provocatur. [v. Theocr. v. 110. s. xxi. 21. ibique not. HARL. qui Kustero adsentitur. DIND.] Hinc Anacreon, propter suavitatem carminum, a

Critia dictus est συμποσίων ἐρέθισμα, i. e. *conviviorum oblectamentum*, teste Athenæo xiii. p. 600. E. Cæterum existimabam aliquando, legi hic etiam posse τερετίσματα (i. e. secundum Hesych. ᾠδαὶ ἀπατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα etc. sed nunc nihil mutandum censeo. KUST. Eurip. Bacch. 160. λῶτος ὅταν εὐκέλαδος, *quando suaviter sonans tibia*, non, ut ibi interpres, *fistula*, qui error et alibi ab eodem committitur: et Oppian. Cyneg. iii. 283. τύμπανον εὐκέλαδον, *tympanum lene resonans*. Cui opponitur δυσκέλαδος Æsch. S. C. Th. 873. δυσκέλαδον ὕμνον Ἐριννύος. SPANH. εὐκελάδων χορῶν ἐρεθίσματα videtur Arist. dixisse pro, εὐκέλαδα χορῶν ἐρεθ. *sonora chori incitamenta*, ut intelligatur *cantus tibiarum*, et ut, quod sequitur, μοῦσα αὐλῶν βαρύβρομος sit explicatio horum verborum, ut Pac. 155. χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων, pro, χρυσοχαλίνων π. ψ. Ita et Lucretius dixit iii. 372. v. 621. 'Democriti quod sancti viri sententia suadet,' pro, Democriti q. *sancti viri* s. etc. Cujusmodi plura exempla inveniri possunt ap. vett. Possunt tamen εὐκέλαδοι χοροὶ dici *scite cantantes et pedibus plaudentes*: vel etiam, *qui ad suavem tibiæ cantum saltant*, ut αὐλούμενος, *cui canitur tibiis, qui audit tibiarum cantum*, ut dixi ad Æliani epist. 9. BERG. Kusterus accipit per hypallagen, ut referatur ad ἐρεθίσματα· nam intelligit *bene sonantium*, et κελαδεῖν de *cantu* dici vel Lexica docent. Potest tamen et de strepitu saltantium cum Schol. ἐρεθίσματα *cantus* bene interpretatur Kust. Nempe cantu incenditur et incitatur saltatio, ut sit cantus irritamentum saltationis. ERN. ἐρεθίσματα, *instigationes*. Eurip. Bacch. 148. δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων. BERG. Designatur *cantus cum saltatione*, quæ fit ad tibiæ, quæ sequenti versiculo memoratur, sonum. Sic χορῶν εὔφημοι κέλαδοι ap. Eurip. Troad. v. 1072. Bergleri annotationes ad Æliani epist. lucem haud viderunt. SCHUTZ. χωρῶν Dorv. PORS.

312. Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν, i. e. *gravem sonum edentes tibiæ*. Pari modo Eurip. Hel. 1367. βαρύβρομον αὐλὸν dixit. KUST. *Gravis cantus* s. *sonitus tibiarum*. Eurip. Bacch. 160. λωτὸς βρέμει. Idem in eodem dramate 156. βαρύβρομα τύμπανα dixit: in Hel. 1367. βαρύβρομον αὐλόν. Ut autem hic μοῦσα βαρύβρομος, ita Acharn. 666. μοῦσα ἔντονος. BERG. Salmasium ad Vopisci Carin. laudat Ern. Addi hic locus iis potest quæ Bottigerus in Comm. de inventione tibiæ habet. DIND. εἰσὶν σ. PORS.

314. ἡρῷναι Attice pro ἡρωΐναι, ut in Schol. dicitur. Sic in inscriptione Regillæ Herodis Attici conjugis: Οὐδέ μιν ἡρῴνῃσι παλαίῃσιν μεδέουσα. Sic ἥρῳ Attice in tertio casu, pro ἥρωϊ. Eumœris Ms. Ἥρῳ χωρὶς τοῦ ι, Ἀττικῶς, ὡς Ὅμηρος· ἥρῳ Δημοδόκῳ· ἥρωϊ δὲ, μετὰ τοῦ ί, Ἑλληνικῶς. [Pierson. tamen p. 176. edidit ἥρω sine iota subscr. eamque formam illustravit p. 177. DIND.] Dictæ alioqui a poëtis ἡρωΐναι, ut a Call. h. in Del. 101. Theocr. Id. 26. 36. aut ἡρωΐδες, vel etiam ἡρῷσσαι, ut Apoll. Rhod. iv. 1309. de quibus olim egi ad Juliani Cæs. p. 450. ac haud ita pridem ad Callim. p. 254. SPANH.

315. ἀνδράσιν ἀργοῖς. Sophistis scilicet, in quibus se ipsum quoque Socrates numerare fingitur, hominibus otiosis et a re publ. gerenda abhorrentibus. SCHUTZ. ἀνδράσιν ἀργοῖς. Gl. τοῖς φιλοσόφοις καὶ ποιηταῖς, οἳ μηδὲν ἄλλο μεταχειρίζονται, ἢ περὶ λόγων σχολάζουσιν. BRUNCK. Deest pes versui, quem addit Ms. L. μεγάλαι θεαὶ ἀ. ἀ. Scholiastes habuerit necesse est epitheton tale: nam interpretatur ὠφέλιμοι τοῖς ἀνθρώπων ἀπράκτοις. ERN. Nimirum in Ern. ed. μεγάλαι exciderat. HERM.

316. γνώμην. Gl. ἐνθυμήματα. διάλεξιν, εὐπορίαν εἰς τὸ διαλέγεσθαι. τερατείαν, παραδοξολογίαν. περίλεξιν, εὐπορίαν καὶ περιττότητα λόγων. κροῦσιν, ποικιλίαν καὶ στροφὰς λόγων, δι' ὧν τοὺς διαλεγομένους σοφιζόμεθα, καὶ ἀπατῶμεν. BRUNCK. παρέχουσιν. Arbitror ν delendum. ERN. Id fecit Brunckius. Nobis aliter videtur. Nam etsi ultima horum versuum syllaba numeri lege brevis est, tamen ad id ipsum inventa est κατάληξις, ut debilitatis numeri viribus vox requiescat. Cui rei bene consulitur augenda in pronunciatione syllabæ mora. Hoc semel dixisse satis est, ne idem repeti necesse sit, quoties in hoc genere nostra recensio a Brunckii atque aliorum consuetudine discrepat. HERM. Mirabiliter coacervat Socrates, ut ad stuporem det Strepsiadem, dona illa a Nubibus in Sophistas collata. γνώμην rectius vertas *cognitionem*, quam cum Kustero *sententiam*: διάλεξιν autem *disputandi*, qua tum maxime Sophistæ confidebant, subtilitatem, νοῦν, intelligentiam, s. rationem, τερατείαν, artem παράδοξα, et a communi sensu abhorrentia venditandi, περίλεξιν, *loquacitatem*, qua imprudenter auditores decipiuntur; κροῦσιν, artem per sophismata homines decipiendi, κατάληψιν, *comprehensionem*. Pleraque horum nominum jam tum in scholis sophistarum frequentabantur. SCHUTZ. Suid. διάλεξις. αἵπερ καὶ γ. Dorv. PORS. ἡμῖν 2. m. pr. ῖν corr. DOBR.

317. τερατείαν. Hoc in quinque codd.

reperi. Gl. παραδοξολογίαν, ἀλαζονείαν. Nec tamen inficior potuisse Comicum scribere τερθρείαν. Mœris τερθρεία, Ἀττικῶς· τερατεία, Ἑλληνικῶς. Quam notam ad hunc Arist. locum refert Piers. Sed non ideo a codd. scriptura recedere necessarium duxi. Cf. Ruhnken. ad Timæum p. 180. Brunck. add. Intpp. Tho. M. p. 840. Harl. κροῦσιν etc. Hinc rhetor quidam dicitur κρουστικὸς et καταληπτικὸς Eqq. 1373. Berg. κατάληψιν. Eamdem quoque e Luciano a Kustero [in not. ad Schol., ubi vid.] adductam *artis* definitionem tradit, et simul, quid sit κατάληψις, docet Sex. Empiricus adv. Mathem. p. 468. τέχνη γάρ ἐστι σύστημα ἐκ καταλήψεων· καὶ κατάληψίς ἐστι καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις· *est enim Ars, id quod constat ex comprehensionibus: et comprehensio est comprehendentis phantasiæ adsensio.* Notum vero, qui philosophi fuerint dicti olim ἀκατάληπτοι, *incomprehensibiles*, tertiæ nempe s. novæ academiæ sectatores, ut Carneades, aliique, de quibus agit idem Sextus Pyrrh. Hyp. i. 45. et proinde quibus μηδὲν εἶναι καταληπτὸν a Galeno dicitur de opt. gen. doctr. ubi etiam voc. κατάληψις ῐ occurrit. Spanh. τερατείαν (ῐ corr.) 2. Versus om. in 6. a m. pr. Dobr.

318. ταῦτ' ἄρ'. Ita pristinæ, non τοῦτ' ἄρ'. διὰ ταῦτα, aut κατὰ ταῦτα. [Ut edd. recentt. et Kust. habent. Harl. Mss. R. L. edd. vett. ταῦτ', et sic cum Berg. reposuimus. Intell. *propterea*. Male τοῦτ' retulerunt ad φθέγμα. Ern.] Thesm. 174. ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς — ποιεῖ. Av. 119. ταῦτ' οὖν ἱκέται — ἀφίγμεθα. Vide variantes Lectiones. Berg. τοῦτ' ἄρ' nescio qua mea oscitantia irrepsit [in ed. Br.]. Scripseram primo, ut est in edd. vett. et iv. codd. ταῦτ' ἄρ', quod reponi velim. Glossa διά. Scilicet ταῦτ' ἄρα valet διὰ ταῦτα ἄρα. Sic 334. 352. ubi eadem glossa in codd. adscripta. Gregor. Cor. (de dial. Att. §. vii.) ταῦτ' ἄρα Ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ, διὰ ταῦτα· λείπουσι γὰρ αἱ προθέσεις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς — Reponendum etiam ἀκούσασ' i. e. ἀκούσασα, relatum ad ψυχή, ut est in libris omnibus: nec aliter excudi volebam. Brunck. πεπότηται est, arbitror, *gestit cupiditate.* Ern. αὐτῷ Pors. πεπότηται. Gloss. μετέωρος γέγονε. Brunck. Suidas: Πεπότηται, ἀνέπτη, ἀνεκουφίσθη, καὶ μετέωρα ἤδη φρονεῖ. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Schutz.

319. λεπτολογεῖν, de rebus subtilibus disputare. Sic dicuntur Ran. v. 876. λεπτολόγοι ξυνεταὶ φρένες ἀνδρῶν γνωμοτύπων, qui locus est facetissimus. Schutz. περὶ καπνοῦ. Præter ea, quæ ad v. 254. de voce καπνοῦ pro *re nauci* ab Atticis scriptoribus usurpata, notavimus, addam Vesp. 144. καπνὸς ἐγὼ ἐξέρχομαι, et Eurip. Hipp. 954. πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς, *multarum literarum colens fumos.* Hinc chorus Danaidum ap. Æschylum Suppl. 786. de futura sorte anxius, μέλας γενοίμαν καπνός. Spanh. Locus Æschyleus non quadrat; aliter enim ibi καπνὸς usurpatur. Significat autem Strepsiades materias disputandi viles et inanes; στενολεσχεῖν autem est i. q. λεπτολογεῖν, anguste ac tenuiter disputare. Suidas: Στενολεσχεῖν περὶ καπνοῦ· τὸ λεπτολογεῖν. Στενὸς γὰρ καὶ ἀμενηνὸς ὁ καπνός. Παρὰ δὲ τὸ στενὸν εἴληπται τὸ στενολεσχεῖν. Στενολέσχης· λεπτολόγος, καὶ Στενολεσχία τὸ αὐτό. Schutz. περὶ καπνοῦ. Observes καπνοῦ prima producta, contra artem, constantemque Comici usum, a quo in anapæstis tantum recedit, in quibus major scenicis poëtis concessa licentia. Glossa: περὶ τοῦ τυχόντος λεπτῶς φιλοσοφεῖν, μικρολογεῖν. Brunck. στενολεσχεῖν est subtiliter nugari, λεπτῶς φιλοσοφεῖν, μικρολογεῖν, ut in codd. nonnullis explicatur. Dind. ζητεῖν Dorv. Pors.

320. γνωμιδίῳ γνώμην νύξασ'. Intelligi potest illis Stoïcorum consectariis: *si longus, levis; si gravis, brevis.* item, εἰ καλήν, ἕξεις κοινήν, ἢ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. respondet sententiolis alter similibus, εἰ καλήν, οὐχ ἕξω ποινήν, ἢ αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν. Ern. Pro νύξασ' in codd. Elb. et Bav. μίξασ' est. Herm. μίξασ' Dorv. Pors. ζητῶ Suid. ed. Ms. v. λεπτολογία. ubi ut ex Hermippi Δημόταις citatur. περὶ καπνοῦ om. Ms. in στενολ. Pors. Vide Porsonum Præf. Hec. p. lxvi. et ad Med. 1314. Dobr. γνωμιδίῳ γνώμην νύξασ'. Sic Cicero de Orat. ii. 38. de dialecticis: 'ipsi se compungunt acuminibus.' Ernestius attulit notum illud dilemmatis exemplum de uxore ducenda. Schutz. Probabilius disputant Wiland. ad h. l. p. 57. ss. respici a poëta ad Socratis, cujus imago comica aliquam tamen habeat cum vera similitudinem, ironiam, cujus vi et ope Socrates decretis (γνώμαις) aliorum temerariis dubitationes et quæstiunculas et sententiolas (γνωμίδια), quibus ipse non magnam vim tribuere videretur, opposuerit philosophus, quarumque callido acumine illa decreta veluti compunxerit (νύξας) et confutaverit: quamvis enim non ita frequenter usum ironia esse Socratem docuerit Bartholomæus in Itinere Anacharsidis, ut in Platt. dialogis usus reperiatur, tamen sæpius usum ea videri, quam e Xen. Memm. colligi possit. Cæterum observat Wil. Strepsiaden rusticum plura

hic dicere, quam ingenio ejus conveniant, idque comœdiæ veteris licentiæ esse tribuendum, excusari autem inprimis eo, quod Strepsiades Nubium veluti afflatu quodam correptus fingatur, in quo artem Comici singularem animadvertit. DIND. Vid. infra 1020. BERG. *καὶ, γνωμιδίῳ γνώμην νύξασ', ἑτέρου λόγῳ ἀντιλογῆσαι.* JOHN SEAGER. *μίξασ'* 4. In 6. *γνώμην νύξασ'* ex alius emend. et a m. pr. supr. *καὶ Γμίξασα* (sic) Istud Γ natum videtur e *γρ.* signo v. lectionis. DOBR.

321. Hic versus in vulgatis claudicat. Ms. L. post *ἰδεῖν* addit *αὐτός*, quod edidimus, et sic versum habet editio Bergleri. ERN. Immo omnes præter Ernestianam. HERM. Non enim Ern. satis consulebat diligenter vett. edd. DIND. *εἴπως* m. pr. 2. versum a corr. in *εἴπερ. σαφῶς* pro *φανερῶς* 5. DOBR.

322. Βλέπε κ. τ. λ. Locum hunc citat Steph. Byz. V. Πάρνης, ut probet, Πάρνης tam feminino, quam masculino genere dici. KUST. Scholiastes ad h. l. Parnes, mons Atticæ. Schol. ad Acharn. 347. BERG. Hodie appellatur Casha, versus meridiem Atticæ. DIND. *τὴν Πάρνηθ'* legendum: sic distincte scriptum in IV. codd. Sic etiam excusum tribus literarum formis in ed. Bern. Juntæ. Jam vide quid sit in ed. Kust.: nescias *τὸν* ne an *τὴν* legere debeas; adeo ambigua est sigla, seu compendii nota; nec mirum si fefellit Batavum typothetam, qui Kusterianam expressit. Ille enim dedit *τόν*. Veteribus tachygraphis, qui describendis libris victum sibi comparabant, condonandum est, quod fœdissimis illis notis, complures literas uno nexu comprehendentibus, usi fuerint: multum enim eorum intererat, calamum cito currere foliaque plurima uno die exarari, tum chartæ quam minimum dispendium fieri. At hodie typothetis nullum temporis compendium afferunt isti nexus; lectoribus vero sæpe negotium facessunt: elegantibus autem viris, etiamsi eorum perplexitas moræ non sit legentibus, non est tamen, ut non summe displiceant deformes illæ et invenustæ notæ, quas sordida excogitavit barbaries. Adeo, ut mirer virum optimum, qui hodie in arte typogr. principatum tenet, *Franc. Amb. Didot*, novas horum nexuum formas nuper in officinam suam intulisse, unde, si quas habuisset, omnes ejicere debuisset. Veneri et Gratiis numquam litavit homo, quisquis ille sit, qui ei auctor fuit, ut tam fœdis formis pulcherrimos libros dehonestaret. BRUNCK. *πρὸς τὴν* Dorv. PORS. *φέρε* pro *βλέπε* 6. *βλέψαι* primo 4. *τὴν πάρνηθον* 5. *τὴν* omnes ut puto; certe quinque. DOBR.

323. *ἥσυχα ταύτας.* Sic in meo cod. ut est etiam in primariis editt. Glossa *ἡσύχως*. In membr. *ἥσυχος αὐτάς*. In duobus aliis *ἡσύχως αὐτάς*. Pessime in Kusteriana correptis numeris *ἥσυχ' αὐτάς*. Male hic cod. etiam, *ἡσύχως αὐτάς*. BRUNCK. *ἥσυχ' αὐτάς*. Sic ex ed. Junt. reliquæ omnes præbent excusum. Rectius lectionem Ald. codice firmatam, *ἥσυχα ταύτας* revocavit Brunck. Sic quoque codd. Bav. et Elb. HARL. Ms. R. *ἥσυχος*, I. *ἡσύχως*, male. At C. et ed. Ven. *ἥσυχα ταύτης* sc. Πάρνηθος, quod præfert Duk. et sic versus bene constat. ERN. *ἡσύχως αὐτὰς* Rav. quoque et Borgianus habent. Recte Brunck. *ἥσυχα ταύτας* reposuit. HERM. Ἥσυχα ταύτας ed. Ald. *ἡσύχως αὐτάς* A. B. *ἡσύχα αὐτὰς* Dorv. PORS. *ἡσυχῇ αὐτὰς* Elmsl. tacite correxit. DIND. *ἥσυχα ταύτας* 1. 2. 4. 6. (hic cum gl. *καὶ ἡσύχως*) *ἡσύχως αὐτὰς* 3. 5. et suprasc. a corr. in 2. DOBR. *ἥσυχος αὐτὰς* Cod. Ar. ID.

324. *τὰ κοῖλα* sunt viæ cavæ s. loca inter duo colles depressiora, *τὰ δασέα* vero loca fruticetis vel arboribus consita, ut sæpe ap. Xenophontem et alios. SCHUTZ. Brunckius, non monito lectore, verba Socratis sine ulla interpunctione continuavit, et pro *αὗται πλάγιαι* scripsit *αὐταὶ πλάγιαι*. Si *αὐταὶ* requiri putabat, id non hic, sed in superiore versu, *χωροῦσ' αὐταί*, reponendum erat. At multo elegantius cæteri *αὗται* utrobique legunt. De distinctione autem post *χωροῦσι* jam scholiastes monuit. HERM. *αὗται πλάγιαι* REISIG.

325. Metrum manifeste claudicat: cui vitio egregie medetur Ms. Vatic. U. qui sic habet:—*ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ.* Textui lectionem hanc restituissem, nisi collatio illius Ms. paulo serius ad me missa fuisset. KUST. At *ἀθρῶ* cum compositis et similia vix unquam producuntur apud Comicos. Utcumque sit, adhuc syllaba desideratur ad versum complendum, et legendum, *ἤδη νυνί*. Ego sic ex ingenio restitueram: *Ὡς οὐ καθορῶ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. Ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων. Ἑώρων, δισυλλάβως*, ut sæpe. Sic in Avv. *Ἑώρακα πάντων βαρβαρώτατον θεῶν.* Mihi quidem hæc verior videtur lectio quam illa Vaticana, quam a correctore quodam profectam non dubito. BENT. Schol. ad Av. 297. docet *εἴσοδον* dici, *ᾗ ὁ χορὸς εἴσεισιν ἐν τῇ σκηνῇ*. BERG. Vides quam imperite Vir Cl. verba tam dissimilia confuderit. *ἑώρων* perpetuo trisyllabum est. Sed neque, si ipsum tempus spectes, recte se habet. Nihil utique aliud valet, quam quod Latinorum *vidi*. Postulat vero loci indoles verbum præsens-imperfectum, *vi-*

deo. Pedem integrum, qui vulgatæ in fine versus deest, ex sequente sat commode suppleveris: — ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτάς. Versus quidem ita emendatus non est inter maxime numerosos. Sed est tamen legitimus. Quin et ipsi huic quicquid est incommodi, mutato verborum ordine subveniri poterit: ἤδη νῦν ὁρῶ μόλις αὐτάς. Kusteri medicina ex simplici morbo duplicem effecit. In recepta scriptura metrum unice laborat; in hac et metrum et oratio: metrum, quod ἀθρῶ priorem in sermone comico necessario corripiat; oratio, quod verbum istud de simplici *visu* numquam adhibeatur, sed *intueri, considerare, examinare*, vel simile denotet. Immo tertium est, quod in egregia ista lectione merito improbaveris, quod voculam καὶ similiter otiosam non sit reperire. Lectio hæc, uti et pleræque aliæ in Ms. Vat. U. a vulgatis discedentes, a correctore eoque perquam imperito profecta est. Dawes. Sic legitur hic versus in primariis editt. ὡς οὐ καθορῶ. — Παρὰ τὴν εἴσοδον. —ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ. et ita eum dedit Kusterus. In notis autem monuit e Ms. Vat. legendum esse, ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ, quod in novissima Batava fuit repositum. Sic etiam scriptum est in membr. Quod in tribus aliis est, ὁρῶ, e glossa irrepsit. At nec ἀθρῶ scripserat Comicus, quod nullibi apud eum prima producta occurrit. Hic, ut multis aliis in locis, peccavit librarius præpositionem verbi compositi omittendo. Vide not. ad Lys. 408. et similem mendam sublatam in Thesm. 658. ubi ἀθρῆσαι pro διαθρῆσαι male legebatur. Sed et metrum prorsus luxatum erat, transpositis aliis vocibus, aliis perperam scriptis, quibus omnibus, ut par erat, medentes, et numeros et veram poëtæ manum restituimus, ὡς οὐ καθορῶ.—Παρὰ τὴν ἔσοδον. | Διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη. A librario infertum καὶ ineptum est, nec ullo modo hic stare poterat. Emendationem hujus versus tentavere Bentleius et Dawesius Misc. Crit. p. 321. uterque infeliciter. Reponebat ille, ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων. Hic vero, ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτάς. In cod. scriptum, παρὰ τὴν εἴσοδον.—ἤδη νυνὶ μόλις ὁρῶ. Brunck. Caninius stellam præfixit huic versui, ut vitioso. Nam metrum non constat. Dukerus bene conjiciebat, post ἤδη, καὶ vel γὰρ excidisse, sed καὶ plane habent Mss. Vat. et Reg. Sed iidem pro ὁρῶ etiam ἀθρῶ, quod præfero cum Berglero, qui recepit. Nam quod Bentleius ait, comicis ἀθρεῖν non esse usitatum, fallitur. Occurrit apud nostrum in hac ipsa fabula v. 728. Ern. Non audiendi Bent. et Dawes. quorum Bent. summus alioqui criticus, sed nullius auctoritatis in Aristophane, ad quem minime imbutus Attici sermonis cognitione accessit, ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων corrigebat. Dawesii autem temeritas ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτὰς excogitavit. Vulgo, ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ. Atque ita etiam Borg. et unus Regiorum Brunckii, nisi quod hic νυνὶ habet. Rav. ἤδη νῦν ὡς μόλις αὐτάς. Εἴσοδον libri omnes. Brunck. e conjectura, παρὰ τὴν ἔσοδον. διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη. Eleganter sane, si ita scripsisset Aristophanes. Sed quid tandem est, quare Vaticani et Regii Ms. lectionem, ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ, repudiemus? Nimirum ἀθρῶ nusquam apud Aristophanem prima producta occurrere dicit Brunck. In quo miror ejus inconstantiam. Nam ipse se refutavit ad v. 319. Ibi, observes, inquit, καπνοῦ prima producta, contra artem constantemque comici usum, a quo in anapæstis tantum recedit, in quibus major scenicis poetis concessa licentia. Eodem modo infra v. 1452. emendat, ne vocabulum πατρῷον prima longa sit. Neque aliter χυτροῦν prima longa, v. 1457. Herm. Trendelenburg. ἀθρῶ defendit auctoritate Hom. Il. Γ. 450. ubi prima syllaba producitur, et νυνὶ reperit in cod. Elb. Harl. Omnes istæ emendationes propterea rejiciendæ æque ac vulgata lectio, quod, si nubes jam utcumque videt Strepsiades, locus non est sequenti Socratis orationi, subirati tamquam ei, qui ante illas non conspexerit, νῦν γέ τοι etc. ad quæ senex, ut qui nunc demum agnoscat nebulas, respondet, νὴ Δί' ἔγωγε. Quantivis igitur pretii Rav. libri lectio, ἤδη νῦν ὡς μόλις αὐτάς.... ut a Socrate non invitus interpelletur senex, additurus hoc vel quiddam simile, καθορῶ, dum nescio quid nequius intelligit. cf. Lys. 333. ss. Nihil sane aptius vel in adspectu nubium defixo lentiusque adeo loquenti seni lascivo vel impatienti Socrati. Quam aposiopesin quum non caperent librarii, stolide addidere ὁρῶ vel ἀθρῶ, qui versificatoris fœtus est existimandus. Hotib. Lect. Arist. p. 40. Amiciss. Herman. de h. l. ita nuper ad me scripsit: "Hunc versum ad quem nihil adnotavit Scholiastes, ex interpretationibus natum puto. Ad φέρε ποῦ (323.) adscripserat aliquis ὡς οὐ καθορῶν scil. φησὶ ταῦτα. Ad αὗται πλάγιαι, παρὰ τὴν εἴσοδον; ad τί τὸ χρῆμα, ἤδη νῦν ὡς μόλις ὁρῶν vel ἀθρῶν." Quæ sane ingeniosa est conjectura. Dind. πρὸς pro παρὰ A. νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ A. B. ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ Kuster. ex Ms. Vatic. U. ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων Bentlei. ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτὰς vel ἤδη ὁρῶ νῦν μόλις αὐτὰς Dawes. Misc. Crit. p. 322. νυνὶ Dorv. Pors. ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ.

παρὰ τὴν εἴσοδον. ΣΤΡ. ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ. Porsonus præf. ad Eurip. tragg. p. lix. ed. Lips. ita scribendum censet: ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ. Νυνὶ μάλ' ἀθρῶν βλέπε πρὸς τὴν εἴσοδον ἤδη. Νῦν γέ τοι etc. et, βλέπε, inquit, addidi e v. 322. Jocus est Comicis antiquis solennis, ut actorem personæ, quam agit, oblivisci faciant, et de theatro aut spectatoribus, quasi imprudentem loqui. Εἴσοδος autem est ea theatri pars, qua chorus intrat scenam. Ergo Socrates, Strepsiade querente, se Nubes non videre, respondet: Nunc tandem quam maxime oculos contende, et ad introitum specta; nunc enim tandem eas vides. μάλ' ἀθρεῖν dicitur, ut μάλ' ἀπανδᾷν et μάλα δάκνειν Ran. 372. 888. denique πρὸς τὴν εἴσοδον accurate respondet verbis præcedentibus πρὸς τὴν Πάρνηθα. E duobus optimæ notæ Mss. a me collatis πρὸς adoptavi, pro παρά, quam varietatem e nullo codice adhuc enotatam esse profecto miror. Hactenus Porsonus, cujus tamen sententiam cur sequar non video, præterquam quod πρὸς verius esse puto, quam quod adhuc editur πάρα. Pseudonymus ille *Hotibius*, cujus lectiones Aristophaneas nuper edidit Bothius, veram opinatur lectionem cod. Rav. ἤδη νῦν ὡς μόλις αὐτὰς. . . . ut fiat aposiopesis. Sed si quid mutandum sit, malim Hermanno assentiri, qui sibi secundis curis intellexisse visus est, (teste Beckio in commentar. ad Aristoph. t. ii. p. 155.) totum hunc versiculum ex interpretationibus natum. Ad φέρε που adscripsisse aliquem ὡς οὐ καθορῶν, scil. φησὶ ταῦτα. Ad αὗται πλάγιαι eundem vel alium, παρὰ τὴν εἴσοδον, ad τί τὸ χρῆμα; adscripsisse ἤδη νῦν ὡς μόλις ἀθρῶν. Speciosa certe est conjectura, et Hermanni εὐστοχίᾳ digna. Si tamen hæc genuina sunt, Aristophanes stuporem Strepsiadis, ut sæpe, hic quoque deformare studuit. Nec est, quod Hotibius ille personatus putabat, absurdum, quod Strepsiades dicit ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ, propterea quod statim Socrates regerit νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς; aliud enim est *vix aliquid videre*, aliud clare ac perspicue aliquid videre (καθορᾷν). SCHUTZ. Hoc primum pro certo ponimus, ἀθρῶ mutandum esse in καθορῶ, cujus ὁρῶ illud est interpretatio, nisi pristinæ vocis reliquias habeamus. Jam vero quæritur, qua in sede illud καθορῶ sit collocandum. In fine non potest: corrumpit enim metrum. Sed bene accidit, ut quibusdam in libris καὶ ante μόλις, in Ravennate ὡς remaneret, quod scribendi compendio natum est ex καί: indicari autem videtur particulis istis, quo in loco illud sit reponendum; neutra enim particula satis convenit rei. Itaque καθορῶ ante μόλις collocamus; versusque apta terminatur catalexi, si Ravennatem librum sequimur. Nunc igitur habemus, καθορῶ μόλις αὐτάς. Sed quoniam νῦν post ἤδη conturbat numeros, ejicienda ea est particula: venit autem e subsequente versu. Quid quod ἤδη νῦν ne dictum quidem videtur ab Atticis. Dixerunt νῦν ἤδη: veluti Pluto, v. 316., ἀλλ' εἶα νῦν τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες ἤδη: Nubibus, 295. νυνί γ' ἤδη: Plato Sophista, p. 339. § 43. Heind., ἄγε δή, νῦν γὰρ ἡμέτερον ἔργον ἤδη τὸν θῆρα μηκέτ' ἀνεῖναι: Sophocles Philocteta, 1177. ἀπὸ νῦν με λείπετ' ἤδη. De ἤδη νῦν vero exemplum non habeo. Corruptela affectum est νυνί apud Xenophontem Cyropædia, lib. vi. cap. i. § 40. ὡς πορευσομένου οὖν, ἔφη, ἤδη νυνί. Xenophontem dixisse νόει arbitror: quemadmodum est apud Sophoclem, Philoctetæ versu 415. ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει. Ergo quum hac quoque de caussa expellendum videatur νῦν post ἤδη, putamus illa sic esse constituenda: ὡς οὐ καθορῶ. ΣΩ. παρὰ τὴν εἴσοδον. ΣΤΡΕ. ἤδη καθορῶ μόλις αὐτάς. Quam apte autem et νῦν illud tollatur, et αὐτάς recipiatur ex Ravennate, facile perspicuum erit sententiarum et colloquii ordinem consideranti. Strepsiadæ nubes cernere optanti digitum Socrates intendit ad Parnethem, unde lento descendere dicit gradu: βλέπε νυν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθ'· ἤδη γὰρ ὁρῶ κατιούσας Ἥσυχα ταύτας. Strepsiades earum nihil cernens, rogat Socratem, ille ubi sit locus, quo debeat oculos convertere: φέρε πού; δεῖξον. Cui quum Socrates accuratius et majore studio regionem significasset: χωροῦσ' αὗται πάνυ πολλαί, Διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων, αὗται πλάγιαι, mirabundus ille, quod nihil dum conspiciat, et dubia spe suspensus, τί τὸ χρῆμα; inquit, ὡς οὐ καθορῶ. His vero vix enunciatis, nubes jam ad introitum theatri monstrantur appropinquantes, ut possint facillime videri, παρὰ τὴν εἴσοδον. Ita, qui modo se cernere eas negarat, nunc, ubi proxime accederent, quanquam non plane, tamen aliqua certe ex parte conspiciens, sitim mox expletum iri sperans, quasi cura quadam liberatus, lætiore jam animo respondet, ἤδη καθορῶ μόλις αὐτάς: sic, ut plenam certe faciat, quæ modo brevior erat ac magis decurtata enunciatio. Socrates autem exiguo temporis intervallo post, quum jam scena ipsa a nubibus obsideretur, nunc aut lippum eum esse, aut plane cernere illas oportere declarans, significatione particulæ ἤδη, qua Strepsiades erat usus, aucta atque elata particulis νῦν γέ τοι ait: νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς. Itaque aperta est caussa, cur νῦν illud post ἤδη collocatum etiam

dicendi elegantiam tollat, quum Socrates respondeat, *νῦν γέ τοι ἤδη*. Nec potest obscurum esse, quam apposite adjunctum sit ex Rav. libro *αὐτάς*. Reisig. *παρὰ* sex Mss. *νυνὶ μόλις ὁρῶ* 1. 2. 4. 5. 6. (*νυνὶ* 4. ex em. m. pr.) *νυνὶ μόλις ἀθρῶ* 3. *ἀθρῶ* supr. in 4. ab al. m. Gl. *αὐτὰς* 5. Dobr. *παρὰ—νυνὶ μ. ὁρῶ*. Cod. Ar. Id.

326. *λημᾶς κολοκύνταις*. Sic etiam legit Schol. vetus et Thomas M. v. *Κολοκύντη*. At Ms. Arund. pro *κολοκύνταις* habet *κολοκύντας*: quarum lectionum neutra a genio Atticismi abhorret. Kust. *κολοκύντας* et ipsum rectum. Sed vulgatum firmat Appendix Vat. Cent. i. n. 36. Ern. Vid. interpr. et Hemster. ad Lucian. i. p. 95. Harl. Huc respicere videtur Suidas v. *Κρονικαὶ λῆμαι. κολοκύνταις* B. *κολοκύντας* Dorv. Pors. *εἰ μὴ λημᾶς κολοκύνταις*. Hesych. *Λημᾶν χύτραισι κολοκύνταις· παροιμία· χύτραις λημῶ καὶ κολοκύνταις. Ἐπὶ τῶν ἀμβλυωττόντων πάνυ.* Idem: *Λήμη· λευκὸν ὑγρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς συνιστάμενον, ἀκαθαρσία.* Fuerunt autem duo proverbia; aliud *χύτραις λημᾶν*, aliud *λημᾶν κολοκύνταις*. Prevostius in nova editione theatri Græcorum (Theatre des Grecs par Brumois Tom. xi. p. 268.) recte vertit: Tu dois maintenant les voir fort bien; à moins que tu n'aies dans les yeux de la chassie grosse comme une citrouille. Schutz. *νυνί γε τοι* 1. *νῦν δέ τοι* 6. *λημμᾶς* corr. 2. *λυμᾶς* 5. 6. *κυλοκύνταις* quinque Mss. In 6. non liquet. Gl. 2. *ὁμοίας*. Schol. m. pr. *οἱ—λέγοντες εἰ μὴ λημᾶς καὶ λήμας ἔχεις ὁμοίως* (sic) *κολοκύνταις, λημῶσι τὰς τοῦ νοῦ κόρας* etc. Dobr. *κολοκύντας* Cod. Ar. Id.

327. Venerabundus hæc dicit Str. quum Nubes jam propius accesserint et omnem scenæ locum occupaverint.

328. *οὐκ ᾔδης*. Sic perspicue cod. meus, optime [pro vulg. *ᾔδεις*], e puriori Atticismo. v. not. ad Conc. 551. ubi *ᾔδησθα* pro vulg. *ᾔδεισθα* reposui. Atticam illam formam adstruxerunt Valken. ad Il. xxii. 280. et ad Eurip. Hipp. p. 207. Pierson. ad Mœr. p. 173. Kœn. ad Greg. Cor. p. 50. [Cf. Fischer. Anim. ad Well. ii. p. 372. et Matthiæ Gr. Gramm. p. 243. qui etiam Valken. in anim. crit. ad N. T. p. 399. laudavit. Dind.] His, aliisque multis auctoribus in Soph. Electr. 1018. lego: *ᾔδη σ' ἀποῤῥίψασαν ἀπηγγελλόμην*, ubi vulgo legitur *ᾔδειν*. Si catus ille Professor [Vauvilliersius], qui tam bene novit *quantum inter dicta et probata intersit* (v. not. ad Ran. 1405.), solos quos modo laudavi Criticos adire velit, forte intelliget, tam probatum esse quum vett. Grammaticorum testimoniis tum codicum scriptura, qui formam hanc, librariorum libidine sæpissime obliteratam, multis tamen in locis repræsentant, sic Atticos solitos fuisse loqui, quam quid in hac disciplina probari possit. Sed quum bibliopolis, qui ejus conduxerant operam, raptim et sine ulla cura notas suas scriberet, Heathii lectiones ob oculos habebat, qui solo laudato Dawesio, cum quadam dubitatione *ᾔδη* proposuit pro *ᾔδειν*. Ideo arbitratus est, se doctiorem sagacioremque Dawesio visum iri, si illius emendationi nobile istud opponeret apophthegma, *inter dicta et probata multum interest*. Saltem vetus istud Homeri dictum exemplo aliquo, si opus esset, probari posset: *τόνδ' οὔτ' ἄρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα, Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν· πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης*. Brunck. *θεοὺς* 1. 2. *ἂς* supr. a corr. in 2. *ᾔδης* 5. Dobr.

329. Vocem *σκιὰν* posteriore correpta perperam hic haberi monstrabunt hæc exempla: Eurip. Herc. 494. Soph. El. 1165. Æsch. p. 206. l. 5. Rescribendum vero pronunciare ausim *ἡγούμην δάσκιον εἶναι*, *nebulam et rorem opacum*. Sic *δάσκια ὄρη* Arist. Thesm. 1006. [Eurip. Bacch. 218. *δασκίου γενειάδος* Soph. Trach. 13. Dawes. *καὶ καπνὸν εἶναι*. Sic optime Regius B. sine ullo alius lectionis vestigio. In aliis libris legitur *καὶ σκιὰν εἶναι*, quæ lectio sine minima ullius editoris offensione per omnes editt. propagata fuit. Vitiosam eam esse primus monuit Dawes., recte observans vocem *σκιὰν*, cujus ultima fieri non potest quin producatur, metri legem respuere. At in eo fallitur, quod rescribendum esse pronuntiet: *μὰ Δί', ἀλλ' ὁμίχλην καὶ δρόσον αὐτὰς ἡγοῦμεν δάσκιον εἶναι*. Poëticum epitheton *δάσκιος* nemoribus tribuitur nemorosisque montibus; sicque illud adhibet Noster in chorico cantico Thesm. 997. *μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια*. Sed substantivo *δρόσος* minime convenit; et *ros umbrosus* res est pæne ridicula. Brunck. *ἡγούμην καὶ καπνὸν εἶναι*. Si liquido cod. ut ex alio Regio B. edidi. Nec ad vocem *καπνὸν* glossa ulla est adposita, nec ullum diversæ lectionis indicium: quo magis miror, undenam oriri potuerit illa ceterorum codd. *σκίαν*. Id. In vulgato *σκιὰν* posterior syllaba producitur: corripi igitur h. l. non debet. Hemsterhus. ad Plutum 547. id quidem negavit: sed contrarium docent Dawes. et Brunck. Harl. *σκιὰν*. L. Ia. *καπνόν*, quod sententia esset aptius nubibus, si metrum pateretur. Ern. Immo metrum hanc lectionem efflagitat, quæ est etiam in Brunckii duobus Regiis, qui id ineptæ conjecturæ Dawesii *δάσκιον* pro *καὶ σκιὰν* prætulit. Rav. et Borg. vulgatum habent. Herm. Suidas, *Καπνοῦ*

σκιά—καὶ παροιμία. Καπνὸν εἶναι ἡγούμην. Ubi R. P. Conservavit hic Suidas veram lectionem Aristophanis Nub. 329. Vide etiam v. Ἀμενηνὰ, ubi eadem leguntur. Dobr. καπνὸν 5. solus. Id. σκιὰν Cod. Ar. Id.

330. Codicis scriptura est, οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλ' ἴσθ' ὅτι—glossa γίνωσκε. Præstat vulgata lectio. Brunck. Mihi aliter videtur. Nam non solum doctior longe hæc lectio est, quam vulgata [οὐ γάρ, μὰ Δί', οἶσθ' ὁτιὴ πλ.] quæ inde orta est, quod, quum ἀλλὰ excidisset, metri causa οἶσθ' ὁτιὴ scribendum erat; sed major etiam in ea vis atque elegantia inest. Quantumvis enim imperiti Strepsiadæ contemtum voce et gestu Socrates exprimat, quum hæc dicit, οὐ γάρ, μὰ Δί', οἶσθ' ὁτιὴ—hoc solum tamen significat, Strepsiadem, hominem rusticum, ea ignorare, quæ sapientibus scilicet nota sint. Atqui, quod deinde addit, non est ejusmodi, ut id sciant doctiores, sed plane inauditum est. Quod si dicit, οὐ γάρ, μὰ Δί' ἀλλ' ἴσθ' ὅτι, præter miserationem imperiti rustici et grave supercilium doctoris etiam rem omnem tamquam placitum sibi uni proprium profert, simulque spectatorum animos excitat ad percipiendam rem prorsus novam. Idque hoc aptius facit, quod ea, quæ dicit, ad irridendos alios comparata sunt. Herm. Quos hic Sophistas intelligat, ipse dicit in seqq., nempe, vates, medicos, et dithyrambicos poëtas; hos dicit ali a Nubibus, quod eorum artes circa Nubes occupatæ sint, per quas artes facile cibum inveniant. Berg. De voc. σοφιστὴς v. Mori not. ad Isocr. paneg. c. i. p. 4. Harl. ὅτι π. A. B. Pors. μὰ Δί' ἀλλ' ἴσθ' ὁτιὴ 5. (et gl. γίνωσκε ὅτι) μὰ Δί' οἶσθ' ὅτι 6. Dobr.

331. Θουριομάντεις. Hac voce notat præcipue Lamponem vatem, quem Athenienses cum aliis quibusdam præfecerant coloniæ Sybarin, quæ postea *Thurium* dicta est, deducendæ, ut testatur Diod. Sic. l. xii. et Schol. Comici ad h. l. et ad Av. 521. ubi etiam addit, quod præcipue ad hanc rem facit, eum videlicet de publico in prytaneo cibum habuisse: ἔτυχε δὲ, inquit, καὶ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως· quod nonnisi illustribus viris, et de rep. præclare meritis alias contingebat; et tamen ut ille, ita Hierocles quoque hunc honorem consequutus est, qui et ipse vates erat, quamvis non magni pretii; adeo ut Comicus eum etiam ausus fuerit traducere in *Pace*, ubi inter alia, quibus salse ridetur, ad eum Trygæus dicit v. 1085. οὔποτε δειπνήσεις τοῦ λοιποῦ γ' ἐν Πρυτανείῳ· ubi v. Not. Vult igitur Lamponem et similes homines perstringere, tamquam indignos illo honore. Quomodo autem vatum s. haruspicum ars circa Nubes versetur, id satis planum est; solent enim cœlum contemplari et ex volatu avium auspicia capere. Berg. οὐριομάντεις, qui e vento vaticinantur. Reisk. De v. Θουριομάντεις vid. Schol. ad h. l. et Suid. h. v. qui eum descripsit. Hesych. Θουριομάντεις τοὺς περὶ Λάμπωνα φασίν. Εἰς γὰρ Σύβαριν τὴν ἀποικίαν λέγεται Λάμπων ἀγαγεῖν· τινὲς δὲ μάντιν ὄντα. Photius in lex. Θουριομάντεις τοὺς περὶ Λάμπωνα. Τὴν γὰρ εἰς Σύβαριν ἀποικίαν οἱ μὲν Λάμπωνι ἀνατιθέασιν, οἱ δὲ Ξενοκρίτῳ, οἱ δὲ τῷ Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ, οἱ δὲ Καθάρνῳ τῷ Λάκωνι, οἱ δὲ Πλησίππῳ Ἀθηναίῳ. Schutz. Ἰατροτέχνας. Medicos videtur intelligere eos, qui vel publice conducerentur, ut Democedes ante hæc tempora conductus fuerat ab Atheniensibus, teste Herodoto in Thalia iii. 131. vel qui in prytaneo etiam alerentur, ut Hippocrates et ejus posteri. Soranus in vita Hippocratis: καὶ παρ' Ἀθηναίοις (ἔτυχε τιμῶν,) οἵτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν καὶ πολίτην ἔγραψαν, καὶ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους. Pertinet autem ad medicos etiam meteorologia. Hippocrates in Lib. de Aëre, Agris et Locis c. i. § 8. scribit, οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν. Berg. σφραγιδονυχαργοκομήτας. Vocem hanc Etym. M. sic explicat: ὁ ἄσωτος, παρὰ Ἀριστοφάνει· ἀπὸ τοῦ σφραγὶς καὶ ὄνυξ καὶ ἀργὸς καὶ κόμη, οἱονεὶ ὃς φέρει τοὺς δακτυλίους μέχρι τῶν ὀνύχων, καὶ ὃς ἀεργός ἐστι καὶ κομᾶται. Kust. Similia habet Suidas ad h. v. qui Scholiasten exscripsit. Hesychius: Σφραγιδονυχαργοκομήτας, τοὺς ἔχοντας σφραγῖδας ἐν τοῖς δακτυλίοις, ὄνυχας λευκούς, καὶ κομῶντας. Schutz. σφραγιδον. Hoc voc. memorat Porphyrius de Prosodia editus a Villoisonio Anecd. Gr. p. ii. pag. 117. et philosophos ita nominari ait διὰ τὸ ἀγρῶς διατελεῖν, καὶ κομῆται, ἔτι καὶ σφραγῖδας ἐν τοῖς δακτυλίοις φορεῖν. Harl. σφραγιδονυχαργοκομήτας. R. Ib. σφραγιδωνυχαργοκομήτας. Ern. Corrigendus est locus in Photii Lex. p. 413. ubi ita editum: σφραγιδώνυχα, ἀργοκομήτα καὶ ἐν τοῖς δακτυλίοις σφραγῖδα ἔχοντες λίθου ὄνυχος. Dind.

332. κυκλίων τε χορῶν. Schol. recte de choris Dithyrambicorum locum hunc interpretatur. Illorum enim chori dicebantur κύκλιοι, uti ipsi poëtæ dithyrambici κυκλιοδιδάσκαλοι. v. Av. 1403. et ibi Schol. Kust. Quod notat Scholiastes de Philoxeno aliisque id genus dithyrambicis poëtis, dictum firmat Plutarchus de Mus. p. 1142. καὶ Ἀριστοφάνης μνημονεύει Φι-

λοξένου καί φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο. Idem alibi de x. Orr. in Lycurgo p. 842. ubi ab illo rhetore inter alia statutum tradit: ἔτι δὲ ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. Qualem non κύκλιον, sed, ut apud eum legitur, κυκλικὸν χορὸν in minoribus Panathenæis agendum refert Lysias Or. xx. p. 342. de illo vero Philoxeno διθυραμβοποιῷ ac summo insuper helluone videri possunt Machaonis versus ap. Athen. viii. p. 341. Ut mittam, quod, præter Aves, iidem dithyrambici poëtæ ab hoc Comico sugillentur insuper in Pac. 829. ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων. Spanh. Cf. Bentlei. diss. ad Phalar. de origine tragœdiæ ex versione Lat. Lennepii p. 169. ss. Harl. Dithyrambici poëtæ docebant choros ad ludos solennes, et a chorago mercedem accipiebant: Scholiastes dicit etiam quosdam eorum in prytaneo cibum habuisse ad v. 338., istos etiam a Nubibus ali dicit Comicus, quia eorum ars, qua victum quærunt, circa Nubes versatur, ut qui assidue de meteoris canere soleant, in Avv. 1387. κρέμαται etc. Et in Pac. 830. dicit animas dithyrambodidascalorum in aëre volitare. Berg. ᾀσματοκάμπτας. Cf. Nos ad v. 966. Cæterum toto hoc loco poëta noster de industria utitur vocibus sesquipedalibus et insolentius compositis, ut rideat dithyrambicos poëtas, qui talibus vocabb. frequenter uti solebant. Kust. In Brunck. et aliis edd. male posita est major interpunctio post μετεωροφένακας, quo oratio inconcinna redditur. Utrumque βόσκουσιν e part. ὅτι pendet. Bimembris enim oratio est: ἴσθ' ὅτι βόσκουσι σοφιστὰς κ. τ. λ. καὶ ὅτι βόσκουσι κυκλ. χορ. ᾀ. Ac repetiit verbum, quo majorem sententiæ vim adderet. Herm. μετεωροφένακας. Suidas: Μετεωροφένακας οὕτω καλεῖ τοὺς διὰ τῶν μετεώρων ἀπατῶντας Ἀριστοφάνης· φενακίζειν γὰρ τὸ ἀπατᾶν. Schutz.

333. τ. μουσ. Dithyrambici poëtæ nubium mentionem faciebant. v. Arist. Pac. 1403. et ibi Schol. Ern. μουσοποιοῦσι codd. Elb. Bav. et ed. Brunck. ν, quod olim additum erat, restituit Herm. vid. 316. Dind. Ἀργῶς L. m. pr. Ern. Totum h. l. sic verte: Propterea igitur versibus suis crepabant humidarum Nubium solisque splendori officientium celerem impetum, Cirrosque centicipitis Typhonis furentesque procellas: Item aërias, udas, aduncas volucres, et in aëre natantes, Imbresque pluvios rorantium nubium. Deinde pro his (versibus) deglutiebant Cestrearum magnarum et bonarum frusta carnesque turdorum. Imitatur nimirum poëta h. l. tumidum et insolentem stilum poëtarum dithyrambicorum, ut eos ludibrio et risui populi exponat. Kust. ἐποίουν *versibus canebant, celebrabant*. Sic et prosaici verbo utuntur, ut Isocr. Evag. Lys. Or. ii. p. 27. ubi vid. Taylor. Ern. στρεπταιγλᾶν nunc editur. At scribendum erat στρεπταίγλαν, cum accentu in penultima syllaba. Sed quid demum est illud στρεπταίγλαν? Explicant scilicet τὴν στρέφουσαν αἴγλην καὶ ἀφανίζουσαν, *avertentem solis radios*. Quod tamen analogia ipsa non patitur, siquidem στρεπτὸς passive significat, non active: et deinde ipsa ἔννοια est humilis et puerilis. Verterim potius στρεπταίγλαν, *tortum fulgur emittentem:* nam ad fulgur nubium, non solis lumen, hic respici verisimile est. Tamen, utcumque hoc satis concinnum est, auguratur animus, poëtam scripsisse στραπταίγλαν. στράπτειν scilicet est ἀστράπτειν, ut στεροπή, ἀστεροπή· σπάραγος, ἀσπάραγος· στραπή, ἀστραπή, si fides Etymologo. Bent. στρεπταιγλᾶν. Στρεπταίγλαν Ms. C. Suid. et schol. pro quo Bentl. malebat στραπταίγλαν, alterutrum rectum. Sed nil refert scire quid verum sit, cum sit verbum ineptum dithyrambicum, quod poeta ridet. Ern. Recte Bentl. στρεπταίγλαν intelligit emittentem tortum fulmen. Sed quare hoc verbum ad ὁρμὰν trahi velit, in quo ei Brunckius obsequutus est, equidem nescio. Ita quidem etiam cod. Elbing. Immo στρεπταιγλᾶν, quod etiam in scholiis memoratur, et nubibus egregie convenit, et ad posituram verborum elegantius est, et magis poeticum. Etenim suus quemque sensus doceat necesse est, quid intersit inter hunc ordinem epithetorum, ὑγρᾶν νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν, et inter illum, στρεπταίγλαν δάϊον ὁρμάν: quorum alter poetarum, alter oratorum proprius est. Herm. Hic jam exempla adfert ex dithyrambicis poëtis, ut ostendat, illos meteora cantare, de Nubibus volantibus, de fulminibus, de procellis; de avibus in aëre natantibus, de imbre: et utitur Dorica dialecto illorum more. Berg. In edd. Ald. et Junt. nutans editor excudi fecit στρεπταιγλᾶν. Harl. De prosodia voc. ὑγρᾶν hæc notavit Porson. præf. ad Eurip. i. p. lxiii. "Licentiam, qua ob mutam et liquidam producitur syllaba, rarissime admittunt (Comici), idque partim ex necessitate, partim quum alios poëtas vel citant vel imitantur. Quum igitur primam syllabam in ὑγρᾶν producit Arist., dithyrambos ridet; quum Homeri verba usurpat, Homerico metro utitur, Nub. 400. Σούνιον ἄκρον Ἀ. Nec dubito, quin Nub. 319. Tragicorum aliquem, Euripidem, opinor, ob oculos ha-

buerit." Dind. στρεπταιγλᾶν. καὶ στ. Suid. Ms. στρεπταίγλαν. γάϊον Suid. [Ms. scil. nam δάϊον edd. Med. Ald. Kust. Dobr.] στρεπταίγλην Dorv. Pors. ὑγρὰν νεφέλαν 1. solus, ut opinor, στρεπταίγλαν (vel τέγ) omnes ut puto. Sed sch. 2. στρεπταιγλᾶν, et pro genitivo habet; tum εἰ δὲ στρεπταίγλαν γράψεις, οὕτω γὰρ ἐν τοῖς παλαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων εὕρηται, etc. In 2. 6. suprasc. ῶν bis, ην semel. Dobr. στρεπταιγλᾶν Reisig.

335. Cod. ἑκατοντακεφάλα. Sic etiam in meo et in B. perperam. Brunck. Ita etiam Ms. L. et ed. Basil. Ern. Typothetæ errore ita in ed. Herm. legitur. Dind. Τυφῶς est ventus vehemens, qui in vorticem, contortus intra densam nubem luctatur; qui si ibi accendatur, fit πρηστήρ, et aërem igne inficit, ut docet Aristoteles iii. Meteor. c. i. Veteres, qui res naturales fabulis involvere solebant, unum ex gigantibus, qui diis bellum intulerint, faciunt hoc nomine. Æsch. Prom. 352. δάϊον τέρας ἑκατοντακάρηνον Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς — ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας. Berg. Add. Tho. M. p. 861. ibique intpp. Jablonskii Panth. Æg. v. 2. et Heyn. ad Apollod. i. 6. 3. Harl. Recte ἑκατογκέφαλα ed. Kust. ἑκατογκεφάλους A. B. πρημένουσας bis Suid. Ms. v. — ἑκατοντακεφάλα Dorv. Pors. ἑκατοντακ. omnes. Dobr. ἑκατοντακ. Cod. Ar. Id. ἑκατογκεφάλα. Reisig.

336. Locus hic obscurus est, quoniam non apparet, quo duo illa adjectiva feminina ἀερίας et διερὰς referenda sint. [Hæc non possunt referri ad οἰωνοὺς nec ad θυέλλας. Itaque ἀερίας substantive capio pro ὀμίχλας. Sic placebat etiam Duckero. Sed ita post γαμψοὺς inserendum τ', ut volebat Bentl. Ern. Lego γαμψούς τ' οἰων, ne cum Schol. et Suida *nubes* putide vocemus γαμψοὺς et οἰωνούς. Bent.] Sed non multum nobis laborandum puto de ἀκολουθίᾳ et sensu totius loci hujus, quippe quem poëta ex vocibus et phrasibus dithyrambicis, hinc inde sumtis, contexuit, ut indicaret, canora et tumida Dithyrambicorum carmina sæpe sensu et connexione carere. Kust. Duobus prioribus adjectivis femininis Νεφέλας, ac tertio masculino *Aves*, quas hæ *Nubes* referre viderentur, designari censendum est. De Νεφέλαις utique hæc dicuntur ac de *Avibus* simul, quarum posteriorum vox Græca quum vulgo esset masculini generis, inde Nubes ἀερίας, διεράς, ac dein γαμψοὺς οἰωνοὺς hic vocant. Mitto quod *volucres* cæteroquin apud Romanos, a duplici sexu, utriusque generis, ut vulgo notum, fuerint. Ἑλελιζομένη διεροῖς μέλεσι, *lugens humidis cantibus*, ob fusas nempe lacrymas, dixit alibi Comicus, Avv. 216. ac de sanguine humi fuso Æsch. Eumen. 263. τὸ διερὸν πέδῳ κεχυμένον. Hic vero ἀέριαι, διεραί, ad *liquidum* aërem, volucrium instar, id genus Nubium domicilium, adludunt. Lucretius iv. 209. 'Sive ego per liquidum volucris vehar aëra pennis.' Spanh. Vulgo ἀερίας, διεράς. In membr. ἀερίους, διεράς. Rectius C. utrumque adjectivum in masculino exhibet: referuntur enim ad οἰωνούς. Brunck. Brunckii membranæ, ἀερίους, διεράς. Ipse e Ms. C. ἀερίους, διεροὺς edidit. Recte. Διεροὶ οἰωνοὶ sunt liquidi, mobiles. Ita in Avibus 212. Et in Odyss. ix. 43. διερῷ ποδὶ Herm. ἀερονηχεῖς. Suid. v. Pors. εἶτ' ἀερίους. Spanhemius hæc de *nubibus* et de *avibus* simul dici putabat. Verum hujusmodi dilogia hic nihil opus est. Aut igitur hæc dithyrambica verba unice ad aves rapaces inprimis referuntur, aut quod verisimilius, *nubes* designant, quas dithyrambici poëtæ audacissimis metaphoris usi aves in aëre natantes appellaverant. Si illud, γαμψὸς ad avium ungues, si hoc, ad curvam seu rotundam nubium figuram spectat. Schutz. ἀερίας, διερᾶς Harl. ἀερίας διερᾶς Reisig.

337. κατέπινον. Lucianus in Asino c. 28. μάζας ὅλας ποιοῦσα κατέπινεν. Plato in Euthyphr. c. 6. καὶ τοῦτον (τὸν Δία) ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ. Lucianus de eadem re in Saturn. c. 5. Ἐκείνη δὲ (ἡ Ῥέα) ὑφελομένη τὸν Δία λίθον ὑποβαλλομένη ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκέ σοι καταπιεῖν (*dedit tibi deglutiendum*). Alciphron. Epp. i. 22. πρὸς τὰς καταπόσεις (τοῦ πλακοῦντος) εὐτρεπιζόμενος, *ad deglutiendam placentam me ipsum parans*, ubi videri possunt, quæ annotavi. Berg. Ceterum Wielandus recte judicavit h. l. respici ad epulas ditiorum, quibus dithyrambici poëtæ sæpius adhiberentur. Schutz. κατέπινον *absorpserunt*, de iis audacter dictum, quæ comeduntur. Harl. δ' ὑδ. B. ἀντ' om. Dorv. Pors. ἀντ' αὐτῆς 1. 2. Dobr.

338. Scribere præstat κρέατ' ὀρνίθειά τε κιχλᾶν. Nam si κρέα contracte dicatur pro κρέατα, ultima ejus voc. syllaba erit longa, quam tamen hic oportet esse brevem. Cæterum citat locum hunc Thomas M. V. Τέμαχος et Suid. v. Κεστρᾶν τεμάχη. Kust. κρέα τ' ὀρνίθειά γε. κρέατ' ὀρνίθειά τε, vel κρέατ' ὀρνιθήϊα. Bent. Μεγαλῶν ἀγαθῶν Ms. L. Porro ὀρνίθια Ib. ut volebat Duk. Sed ita versus non constituitur. Itaque Bentleius vult legi κρέα τ' ὀρνιθήϊα κιχλᾶν, sublato γε, quod hic friget. Sane τα potest per apocopen ab-

latum esse, sed tamen lenis est correctio. Optimum est sequi testimonia Grammaticorum vett., qui hic legi dicunt κιχήλας, Dorum more, ut Athen. ii. p. 64. et Eustath. ad Hom. Od. x. p. 1934. Kœnius produxit locum Etym. Ms. in bibl. Leid., in quo versus hic sic est: κρέα τ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν, et addit Δωρικῶς, ἀντὶ τοῦ κιχηλῶν, ἤγουν κιχλῶν. Ern. In primariis edd. erat κρέα τ' ὀρνίθια κιχλᾶν. Emendavit nescio quis κρέα τ' ὀρνίθειά γε κιχλᾶν. Ineptissime insertum istud γε in nullo cod. comparet. [Abest etiam ab Elb. et Bav. ut a codd. Inv. Dind.] In membr. est, ut edidimus κρεάτ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν, quæ vera est et genuina lectio. In C κεστρῶν τεμάχη μεγάλων, ἀγαθῶν, κρέατ' ὀρνίθεια κιχηλῶν: male neglecto Dorismo, quem de industria affectavit Comicus ad Dithyrambicorum imitationem derisionemque. [Doricam formam qui reposuere, male ediderunt, quod etiam in Br. est, μεγάλαν pro μεγαλᾶν. Nam hi dorici genitivi omnes circumflectuntur. Herm. quem tamen in hoc non sequitur Schutz. et lectionem Br. recepit. Dind.] Sincera lectio ex Eustath. rèponi poterat, cujus hæc est observatio p. 1934. 15. ὅτι δὲ τὰς κίχλας κιχήλας τρισυλλάβως ἔλεγον οἱ Δωριεῖς, καὶ ὡς ἐκ τῆς αὐτῶν φωνῆς κιχλίζειν, καὶ κιχλισμὸς ἐπὶ γυναικείου γέλωτος, οὐκ ἄδηλόν ἐστι· χρῆσις δὲ κιχηλῶν οὐ μόνον παρὰ τῷ Κωμικῷ, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἐν τῷ· τάς τ' ἐλαιοφιλοφάγους κιχήλας, ὃ κεῖται παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ. Scilicet Athen. p. 64. F.: Συρακούσιοι δὲ τὰς κίχλας κιχήλας λέγουσιν. Ἐπίχαρμος· τάς τ' ἐλαιοφυλλοφάγους κιχήλας, μέμνηται τούτων καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. Cf. Kœn. ad Cor. p. 102. κρέατ' autem legendum pro κρέατα, sine copula; non κρέα τ' pro κρέα τε. Hoc enim præterquam quod languidius est, in metrum peccat. κρέα contractum ex κρέαα ultimam producit, ut γέρα contractum ex γέραα. V. quæ notavi ad Eurip. Bacch. 921. In vulg. recentt. editt. lectione, præter ineptum γε, hoc etiam incommodum est, quod κιχλᾶν primam producat contra artem et Comici usum. Brunck. Κρέατ' ὀρνίθεια quotquot librorum auctoritate firmatur, nondum adducor, ut ab Arist. profectum arbitrer. Non enim satis apte copula hic abesse potest. Ac miror de prosodia v. κρέα Kustero assentiri Brunckium, qui meminisse tamen debebat, ultimam hujus v. syllabam in ipso Arist. brevem reperiri, ut Ran. 553. καὶ κρέα γε πρ.—Pac. 1282. βοῶν κρέα. Ita Hom. γέρα, et alii alia ultima brevi adhibuerunt. Herm. Qui κρέα τ' ὀρν. κιχηλᾶν edidit, Dind. Vulgatum κρέα τ' (h. e. τε) contra metrum peccat. κρέα enim, ex κρέαα contractum, ultimam syllabam producit. Harl. ὀρνίθεια A. 2. non B. κιχλᾶν A. sed η eraso. κιχηλ B. (ᾶν supr.) ὀρνίθια κιχηλῶν Dorv. Respexit Suid. v. κρέας, quem sine causa erroris insimulat Cl. Kust. ὀρνίθεια γὲ ed. Kuster. statis inepte, lege κρέα τ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν. Aristophanem enim κίχλας κιχήλας in Nubibus dixisse auctor est Athen. ii. 24. p. 64. et versum ut emendavi, diserte citat Etymol. p. 516. et Phavorinus p. 1060. Pors. Vide Porsoni Opusc. p. 26. Dobr. Brunckius veram lectionem κιχηλᾶν Athen. et Eustath. auctoritate restituit. Observationem ejus videtur effugisse H. Stephanum in Ap. ad Græc. Thes. p. 1228. hanc emendationem fecisse. Pors. ὀρνίθεια κιχηλᾶν primo habuit 2. nunc η (αι supr.) del. ὀρνίθεια κεχηλᾶν 3. (αι supr. quasi emend.) ὀρνίθεια κιχλῶν 4. κεστρῶν τ. μεγάλων τ' ἀγαθῶν κρέα τ' ὀρνίθεια κιχλᾶν 5. Omnia ut vulgo 6. In 2. ων ter hic suprasc. et bis 337. In 6. ῶν quater hic, bis 337. Dobr. ὀρνίθια κιχλᾶν Cod. Ar. Id. κεστρᾶν τεμάχη. De his piscibus vide Scholiasten et Suidam, qui eum exscripsit h. v. Est mugil cephalus ex genere abdominalium; quamquam aliis videtur esse esox sphyræna Linn. Schutz.

339. τὰς δ'. Sic R. L. Post δὴ R. L. addunt νῦν. Ern. δὴ νῦν μοι A. B. Pors. Socrates tells Strepsiades that the clouds maintain many sophists, poets, and others, in return for celebrating them. "This surely then, replies Strepsiades, is the reason why they write so much about clouds and other meteors, in high-sounding but empty expressions; for which they get a solid requital in good fish and fowl." Socrates returns, διὰ μέντοι τάσδ' οὐχὶ δικαίως, *propter has tamen immerito.* These words, to make good sense, must be stopped thus; διὰ μέντοι τάσδ'. οὐχὶ δικαίως; "You are right: it is in honor of these deities, the Clouds, that they use such terms, and is it not just so to celebrate those by whom they are maintained?" μέντοι is sometimes an *assertory* particle. Aristoph. Equit. v. 168. ἐγώ;—σὺ μέντοι. Lysistr. v. 498. Lysistrata, ἡμεῖς ὑμᾶς σώσομεν. Provisor, ὑμεῖς; Lysistrata, ὑμεῖς μέντοι. Another example, from Xenophon, may be seen in H. Stephen's Thesaurus, vol. ii. col. 1620. A. John Seager. λ. νῦν δή μοι 3. in t. at δὴ νῦν in sch. Ita 5. λ. δὴ νῦν μοι τί παθοῦσ' αὗται γ' εἴπερ. Dobr. τί μαθοῦσαι Reisig.

340. εἴξασι. Gl. ὡμοιώθησαν. Mœris. p. 147. εἴξασιν, Ἀττικῶς· ἐοίκασιν, Ἑλληνικῶς. Timæus εἴξασι καὶ εἴκασι λέγει ἀντὶ τοῦ ἐοίκασιν. Cfr. utriusque Grammatici eruditos interpretes. Brunck. εἴξασι. V. Ruhnk. ad Timæi Gloss. Plat. p. 71. Ern. γυναιξίν. Sic Ms. R. Id. Add. Barnes. ad Eurip. Iph. in Aul. 848. Harl. Et Fisch. Anim. ad Well. iii. 1. p. 85. atque Maittair. de Dial. p. 298. ibique Sturz. Dind.

342. εἴξασι γοῦν —. Loci hujus meminit Suidas et Etym. v. Εἴξασι. Kust. ἔρια πεπτ. sunt *lanæ extensæ, explicatæ, expansæ*. Bos. Obss. Crit. p. 72. Dind. Sequent. γ' abest edd. Ald. et Flor. δ' οὖν cod. Elb. in ultimo voc. ν delevit Brunck. et abest a cod. Bav. et ἐρίοισι cod. Elb. Bav. Harl. εἴξασιν γοῦν ed. Kuster. ut citat Etymologus. εἴξασί γ' οὖν ἐριοισι πεπταμενοισῖ κοὐχὶ γυναιξὶν Dorv. εἴξασι δ' οὖν B. et sic, (vel εἴξασιν δ' οὖν) A. et Suid. Ms. εἴξασιν. Pors. οἶδ' ἀκριβῶς 2. ex em. correctoris, et gl. σαφῶς, φανερῶς. δ' οὖν 1. 6. Primo -σιν οὖν 2. sed -σι δ' οὖν factum eadem manu. γοῦν 3. 4. 5. Dobr. ἐρίοις διαπεπταμένοισιν. Reisig.

452. *δρώντων* pro *δράτωσαν*, Attice. v. Lys. 494. et not. ad Ach. 185. Berg. Lege *χρῄζουσιν*. Bent. Sic ob metrum scribendum. Perperam vulgo *χρῄζουσι*. Brunck. Rav. *εἴ τι χρῄζουσιν*. Herm. *χρῄζουσι* Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. etc. Dind.

453. L. *κ' ἢν βούλωνται*. Ern. *κἢν βούλωνται* 1. Dobr.

454. *χορδήν*. Locum hunc citat Athen. iii. 14. Kust. Notat autem *χορδὴ* tum quævis intestina, tum inprimis ea, quæ *lactes* dicuntur. Maxime autem appetebantur agninæ. Schutz. *χορδήν*, *farturam*. In Ran. 342. Schol. explicat de *farcimine*, *εἰλητήν*. *καταχορδεύειν* est *κατακρεουργεῖν*, quamquam vocem plebeiam esse ait Longinus de subl. dic. § 31. Hesych. *χορδεῦσαι*, *τεμεῖν*. Themist. Or. i. p. 37. s. ed. Par. *καταχορδεύειν μειράκια*. v. Cresoll. p. 470. 481. unde licet colligere, *χορδὴν παρατιθέναι* esse *concidere verberibus* etc. Ern. Casaub. vertit, *lactes*. Dind. *ἐξ ἐμοῦ* 5. 6. et ex em. correctoris 2. Dobr. Recte Wolfius *ἔκ μου*, revocavit in locum vulgati *ἐκ μοῦ*, etsi hoc defendit Charax in Aldi Hortis apud Herman. libro i. de emendanda Ratione Græcæ Grammaticæ, p. 74. Reisig.

455. *τοῖσι σοφισταῖς* 5. Dobr.

456. Constituitur hic vulgo Act. i. scena sexta. Priora chorus pro se dicit, sequentia ad Strepsiadem. Dind. *τῳδε*. Lege *τῷδ'*. pro ΣΩ. lege ΧΟ. et ita v. 462. 467. Bent. Omnia ab hoc versu usque

ad 470. Ἄγε δὴ κάτειπέ etc. in edd. Socrati tribuuntur, quæ tamen ad chorum pertinent, ut multis indiciis mihi compertum est. Nam primo Socrates non debet facere cantica, sed chorus. Deinde illud τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ διάξεις an de Socrate dici potest? Immo de Nubibus, quarum cultor perpetuus futurus erat Strepsiades. Jam autem, quod præcedit, ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ, cujus opinor causa hæc Socrati affingebantur, etiam ad Nubes pertinet, quippe quæ supra 430. hoc ei promittunt. Tum vero, quod maxime valet, distichon illud anapæsticum ἀλλ' ἐγχείρει etc. semper fere cantica claudere solet, (si anapæstici mox sequantur, vel si trochaici, distichon trochaicum) et eidem personæ tribuitur, quæ canticum cecinerat. Distichon autem illud ad chorum pertinere, et edd. agnoscunt et sensus aperte evincit. Bent. Quæ hic, ut et 462. 467. Choro tribuo, vulgo tribuuntur Socrati, manifesto errore. Brunck. De personarum ratione recte sane Bentl. sensit. Ad metri autem rationem quod attinet, non debebant critici obtemperare scholiastæ, qui numeros in h. l. intulit plane innumeros. Idem vitium in Brunck. descriptione versuum est, quam ille hausit ex Mss. A. B. Alia descriptio non minus prava est in libro Rav. [quam Inv. expressit]. In duobus Mss. Brunck. et Borg. versus plane non sunt distincti. Ii ab nobis ita correcti sunt, ut facile speremus, nostram versuum distributionem assensu probatum iri omnium, qui usu et exercitatione in hoc genere aliquid valent. 456. Χο. λῆμα μὲν πάρεστι τῷδέ γ' | οὐκ ἄτολμον, | ἀλλ' ἕτοιμον. ἴσθι δ' ὡς | ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ, κλέος οὐρανόμηκες | 460. ἐν βροτ. ἕξεις. | Στρ. τί πείσομαι; | Χο. τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ ζη- | λωτότατον β. ἀνθρ. διάξεις. | Στρ. ἆρά γε τοῦτ' ἂν ἐγώ ποτ' | 465. ὄψομαι; Χο. ὥστε γε σοῦ πολ- | λοὺς ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθ. | βουλομένους ἀνακοινοῦ- | σθαί τε καὶ ἐς λόγ. ἐλθ. | πράγματα κἀντιγρ. π. ταλάντων | 470. ἄξια σῇ φρενὶ συμβου- | λευσομένους μετὰ σοῦ. Primi tres versus systema sunt trochaicum, de cujus ratione dixi in lib. de metris p. 107. ss. Versus 459. pentameter dactylicus est, catalecticus in bisyllabum, de quo v. ii. de metr. 30. p. 264., quique etiam alibi occurrit ap. Arist., ut Ran. 816. 820. 824. 828. — V. 460. ithyphallicus est, 461. iambicus monometer, 462. anapæsticus parœmiacus; 463. 466. 469. dactylici trimetri catalectici in bisyllabum, adjecta in fine dipodia trochaica, 464. 65. 67. 68. 470. dactylici trimetri catalectici in bisyllabum, 471. denique penthemimeres dactylicum. Metris ita descriptis et singuli hujus carminis versus elegantissimi sunt, et mirifice etiam omnes inter se concinunt. Nec, præter dactylicum pentametrum, ullum hic genus metri occurrit, quin sit etiam a Pindaro frequentatum. In eo igitur, ut in prima parte diss. de metris Pindari demonstravimus, prostant abunde exempla, unde nostra hujus loci correctio firmari possit. Herm. λῆμα. i. q. θράσος, *præsens* vel *fortis animus*, vulgo ap. interpp. Sic λῆμα θούριον φορεῖν Eqq. 759. *intrepidum animum adferre*, et Eurip. Heracl. 702. λῆμα μὲν οὔπω στόρνυσι χρόνος τὸ σόν. Hinc Glossæ antiquæ: λῆμα, τὸ φρόνημα, *Glama:* verius *Glamia*, ut ap. Plin. Festum aliosque; *lippitudo* nempe, unde eam vocem non ad λῆμα, sed ad alteram λήμη referendam quivis videt; quomodo etiam ibidem sequitur, Λήμη, *Glama;* non, ut ibi *Grama*, ac prout in Glossis Latinis, *Glama* (verius *Glamia*), λήμη. Aliud vero ap. Atticos λῆμμα de *munere*, *quæstu*, *usura*, ut sæpe ap. Demosth.: apud dialecticos vero responsio adversarii, ex qua fit syllogismus, ut de eo Alexand. Aphrod. in I. Topic. p. 21. et jam ante Cic. de Div. ii. 53. 'Sed demus tibi istas duas sumtiones, ea, quæ λήμματα appellant Dialectici.' Spanh. Proprie *voluntas*, a λῶ *volo*. Similiter Ran. 921. λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον. Berg. λῆμα est vox proba, sed ap. poëtas modo obvia. Habet tamen et Herodotus. v. Wessel. ad Diod. S. i. p. 170. Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 141. Ern. Λῆμα h. l. *fortis animus;* vide schol. ad Theocr. i. 12. Kœn. ad Gregor. Corinth. de dialectis p. 115. male cod. Bav. λῆμμα. Harl. τῷδέ γ' οὐκ. Sic membr. In C. τῷδε δ' οὐκ — In B. τῷδ' οὐκ. Vulgo ingrato cum hiatu τῷδε οὐκ. Brunck. cui alii obsequuti sunt. Br. autem, Sch. Herm. γ' ad finem v. 456. retulerunt. Dind. Socratis persona præfixa in Ald. etc. In Raph. nulla præfigitur. Id. τῷδε γ' B. Suid. Ms. λῆμα ubi τουτὶ pro ἤγουν. Pors. λῆμμα corr. 2. τωδε γ' 3. Dobr.

457. δ' ὡς, forte δέ. Bent. οὐκ ἄτολμον — ἴσθι δ' ὡς. Hæc vulgo unius versus ambitu comprehendi solent, et sic ea invenit enarrator metricus Græcus, minime quidem is vetus, et cui plus, quam par est, tribuere videtur Ernestius in præf. Nubb. Verba ἴσθι δ' ὡς seorsim ponenda tamquam clausula, siquidem trochaico dimetro nusquam, ne in liberioribus quidem monostrophicis, qualia hæc sunt, subjici solet ejusdem generis versus longior. Quæ præcedunt, λῆμα — ἕτοιμον, sive in duos dimetros trochaicos digeras, sive in unum ejusmodi tetrametrum conjungas, perinde est. Sequentia sic scribes: Στ. τί πείσομαι; Σ. τὸν π. χρ. μετ' ἐμοῦ iam-

beleg. | Ζηλωτότ. β. ἀνθρ. διάξεις. *anapæst. trim. catal.* logaoed. | Στ. Ἆρά γε τ. ἂν ε. π. ὄψο- *archiloch.* | μ'; Σ. ὥστε γε σοῦ ἐ. ταῖσι θύραισι καθῆσθαι, | Βουλ. ἀνακ. τε καὶ ἐς λόγον ἐλθεῖν *hexametri heroici* | πράγματα κἀντιγραφάς, *penthemim. dactyl.* | πολλῶν ταλ. ἄξια σ. φρενί. *alcaicus.* Quæ post φρενὶ leguntur, hæc, συμβουλ. μετὰ σοῦ, tam putidæ sunt ταυτολογίας, ut sæpe miratus sim, talia ferre diu potuisse viros eruditissimos. Legitur quoque vulgo ἐπὶ ταῖσι (Rav. ταῖς) θύραις ἀεὶ καθῆσθαι, quem locum attigi ad Ran. 544. Magis obscuratus hic erat versus heroicus quam sequens, quem tamen haud melius agnitum reponendo ἐς λόγους pro ἐς λόγον prorsus pessumdedit Brunckius. Hotib. Si librorum auctoritas accederet, lubenter ὡς delerem ut verba ἴσθι δέ, ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ, κλέος οὐρανόμηκε in unum versum heroicum conjungerentur, de cujus usu ap. Arist. ex aliis locis constat. Tum, qui antecedunt versus, in duos trochaicos dimetros acatalecticos conformandi forent. Neque enim hic καταλήξει opus est. Sic v. 506. anapæsti sine καταλήξει canticum chori incipiunt. Herm. γ' deest Ald. etc. ἕτοιμον perperam Ven. ii. Dind. κοὐκ Dorv. Pors.

458. Locum om. Suid. Ms. in οὐρανόμηκες. Pors.

459. ἔξων. ita leg. Suid. in οὐρανόμηκες. Bent. Dorvill. ita "ut vix discernas sitne" βροτοῖς an βροτεῖς. Pors.

462. ζηλωτότατον. Sic Suid. Ms. in v. ζηλώτατον βίον ἄνοις δ. Dorv. Pors. διάξεις ἂν Herm.

463. τοῦτ' ἂν ἐγώ ποτ' ὄψομαι optime C. Vulgo τοῦτ' ἄρ' ἐ. Potentiale ἂν cum præsente indicativi construi ostendimus ad Pl. 885. Cum futuro indicativi id construi negat Dawes. M. Crit. p. 103. sed fallitur. Ach. 392. ὡς σκῆψιν ἂν — οὐκ ἐσδέξεται. Vesp. 942. οὐκ ἂν σὺ παύσει. Prorsus invenusta est vulgata lectio, ἆρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγώ. Brunck. Suidas in Ἆραγε etc. descripsit versum, sed male legitur apud illum ποτ' ἐπόψομαι. Harl. Exemplis quibus Br. usum part. ἂν potentialis cum fut. indic. defendit, adde v. 1160. Herm. Add. Matthiæ Gramm. Gr. p. 882. ἂν etiam Sch. et Herm. receperunt. Dind. Leg. ἐπόψομαι. Pors. ἐπόψομαι Reisig. Ald. etc. ita: Στρ. Ἆρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγὼ (quod etiam est in Rav. et Borg. Herm.) Ποτ' (s. Πότ') ὄψομαι; | Σω. Ὥστέ σου πολλοὺς | Ἐπὶ ταῖσι θύραις | Ἀεὶ καθῆσθαι. | Βουλομένους ἀνακοινοῦσθαι | Τε καὶ ἐς λόγον ἐλθ. Dind. ἆρά γε τ. Vide Opusc. p. 29. Dobr. ταῦτ' ἄρ' 3. Dobr.

464. ὥστε γε σοῦ. Sic A. C. Vulgo ὥστε σοῦ. Brunck. R. post τε addit γε contra metrum. Ceterum hæc cohærent, non cum interrogatione senis, sed cum v. 463. Ern. Pro ὄψομαι Suidas in ἆρα γε habet ἐπόψομαι. Ms. Rav. ὄψομ'. Ὥστε γε σοῦ Brunck. recte. Habet hoc etiam Rav. Herm. ὥστε γε σ. A. B. Dorv. 470. βουλόμενος Dorv. et 474. τῇ σῇ φ. Pors. Post 464. desinit supplementum 1. Dobr. Perperam in ed. Inv. post γε posita est coli s. interrogationis nota. Dind. Pro ταῖσι Rav. ταῖς. Herm. ταῖσι servarunt recte aliæ edd. omnes. Dind. ἐπὶ ταῖσϊ θύραις, † ἀεὶ καθῆσθαι Dorv.* Istud signum † hic et 468. versus dividendos notat. Pors.

465. ἐς λόγους iv. codd. In A. B. versus sic digesti sunt, ut eos exhibui. Ita nempe: βουλομένους ἀνακοινοῦσθαί τε | καὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν, | πρ. etc. In duobus aliis nulla versuum dictinctio, continuataque scriptura, tamquam si soluta oratio esset. Brunck. R. L. I. λόγους contra metrum. Ern. Brunck. quoque λόγους, cum quo consentit Bav. At λόγους, quo omnis numerus pervertitur, manifesta est interpretatio alterius lectionis. Sic in Equit. 806. καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθοι. Et ibidem v. 1300. lege ἐς λόγον. Herm. λόγους A. B. Dorv. Pors. λόγον solus 2. (ους sup. a corr.) Dobr. λόγον Cod. Ar. Id. ἐς λόγον Reisig.

466. πράγματα κ. τ. λ. i. e. *de magnis negotiis.* Simile illud Ciceronis Epp. ii. 14. 'Novi ego vos magnos patronos; hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit.' v. Suid. v. Ἀντιγραφαί. Ern. De duabus significationibus voc. ἀντιγραφὴ (actio quædam in causa hereditatis, et libellus in causis publicis oppositus accusationi) v. Petitus Legg. Att. p. 407. et 590. H. l. manifestum est dici causas, accusationes (πράγματα), iisque oppositas defensiones (ἀντ. γρ.), lites quæ multis talentis æstimabuntur. Interpretes omnes sensum magis quam verba expresserunt. Dind. πράγματα κἀντιγραφὰς intelligendum in causis publicis de accusatoris et defensoris libellis, in privatis autem litibus de petitoris et ejus unde petitur, actionibus et exceptionibus. πολλῶν ταλάντων sunt qui cum ἄξια construant. Ego vero malim cum Berglero, cui nuper etiam Wolfius obsecutus est, ἄξια cum σῇ φρενὶ conjungere. Sic in Acharn. 8. ἄξιον τῇ Ἑλλάδι. ib. 204. τῇ πόλει γὰρ ἄξιον. Totam igitur Chori sententiam sic reddiderim: Ita ut multi januam tuam semper obsideant, tecum communicare et colloqui volentes, ac vel de publicis causis vel de civilibus actionibus, multorum talentorum negotiis, dignis, in quibus ingenium tuum exerceas, tecum deliberare, te consulere cupientes. Schutz.

κἀντιγραφὰς Ald. etc. κἀντιγρ. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Dind. Pro ἀντιγραφ. Borg. habet ἀντιστροφάς. Herm.

467. ἄξια, σῇ φρενί. In Acharn. 8. ἄξιον τῇ Ἑλλάδι. Ib. 204. τῇ πόλει γὰρ ἄξιον. Berg. Reiskius conjecit, ἀξίας ᾗ φρενὶ, *sua mente*. Dind. συμβουλεσ-μένους Dorvill. si Porsonum recte capio. Dobr. -ευομένους 5. Id.

468. Chorus hæc conversus ad Socratem dicit. Dind.

469. διακίνει. Qui contulerit hunc et præcedentem et postea 473. et 474. versum cum illo Sosipatri Comici loco, quem attuleram ex Athen. ix. p. 378. ille similitudinem quamdam animadvertet. Loquitur autem coquus cum alio quodam: πρὸ τῆς τέχνης ἔσπευδε ταῦθ' ἡμᾶς μαθεῖν· ἆρα σύ με κόπτειν οἷος εἶ γε φίλτατε; οὐκ ἀλλ' ἐν ὅσῳ προσέρχετ' ἐξ ἀγορᾶς ὁ παῖς μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος. Berg.

471. μηχανὰς artes, rationes novas intelligit Socrates: senex vero instrumenta bellica, hinc stulte et comice quærit v. seq. Harl. ἴδῃς Pors.

472. ἤδη 'πὶ sic R. et alii libri, L. ἤδ' ἐπὶ male. Ern. ἤδη'πὶ Ald. Junt. I. ἤδ' ἠπὶ Junt. II. III. ἤδη 'πὶ Crat. etc. Dind. κενάς Pors.

473. τειχομαχεῖν. Socrates metaphorice loquutus erat, sed rusticus, proprie accepta voce μηχανή, putat illum de machinis bellicis loqui, quibus muri destruuntur. Berg. Perperam A. D. τί δαὶ τειχομαχεῖν. Cf. not. ad Plut. 1150. Brunck. L. R. C. τί δαὶ male. Ern. — διανοῇ Elb. Bav. Harl. τοιχομαχεῖν A. B. Pors. δαὶ 3. 5. 6. (sed in 3. ε statim sup.) τοιχομ. 6. Dobr.

475. δύο τρόπω. In iv. codd. δύω τρόπω. Quod ut pro mendoso agnoscatur, necesse non est argumentis adstruere, Atticos δύω ultima longa nunquam adhibuisse. Sed ubi hæc forma occurrit sine versus labe, hinc intelligere est, eam librariorum imperitiæ tribuendam esse. Cf. not. ad Ran. 1405. Pl. 441. Brunck. δύω 3. 6. τὸν om. 6. Dobr.

476. In Ms. Vat. U. versus hic rectius, ut puto, ita legitur: εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι, μν. π. Kust. Deest [in vulg.] syllaba; forte ὀφείλεταί τι μοι. Duck. ἢν μέν γ' ὀφείληταί τι μοι, μνήμων πάνυ. Sic optime membr. Meus, ut vulgo, corrupto prorsus metro, εἰ μέν γ' ὀφείλεταί μοι, μνήμων πάνυ. Integris pedibus incedit versus in B. εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι.— Sed pravum est εἰ, quum sequatur in altero membro ἐάν. In C. ἢν μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι. Gl. χρεωστεῖταί μοι δάνεισμα παρ' ἑτέρου. Subjunctivum flagitat ἤν. — Vide quot diversis modis hic versus a librariis depravatus fuerit. In postremo hoc codice jam reperio: εἰ μὲν γὰρ ὠφείληταί τι μοι, μν. π. Brunck. R. ἤν. Ib. γὰρ pro γ', quod non displicet. R. ὀφείληται. Bentleius post ὀφείλεται addit τε ad explendum versum. Possis et τι· sed ita ὢν delendum, quod et abest a L. I. et est ineptum, sine dubio inculcatum ad fulciendum versum, nec est in ed. Ald. et aliis antiquis. Idque sequuti sumus in textu nostro. Ern. Non tam insulsus fuit Bentleius, ut τε adderet, immo τι addidit. [Verba Bentl. sunt: "ut versus stet, scribendum est, ὀφείλεταί τι μοι." Dind.] γάρ, compendio scribendi oblitteratum, recepimus. Herm. Edidit, ἢν μὲν γὰρ ὀφείληταί τι μοι, μνήμ. π. Perperam Schutz. εἰ μὲν γὰρ ὀφείληται — Reiskius conjecit, haud dubie prioribus, ut tum vulgata erant, servatis, μνήμων εἰμὶ πάνυ, neque metrum obstare putat, cujus tamen minime peritus erat. Dind. Kust. tantum edidit μνήμων ὢν πάνυ, et unde receperit ὤν, nescire se fatetur Harl., haud dubie e conjectura. Monuit etiam Bergl. pristinas edd. non habere ὤν. Dind. εἰ μέν γ' ὀφείλεται μοι (sine τι) Ald. etc. εἰ μὲν δ' ὀφείλεταί μοι Ven. II. Id. ἢν —— ὀφείληταί τί A. B. ἂν μέν γ' ὀφείληταί τι μοι, μ. π. Dorv. Pors. εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι omnes, (sine ὤν) nisi quod 3. μὲν γὰρ t. et sch. Dobr. εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι Cod. Ar. Id. ἢν μέν γ' ὀφείλ. Reisig.

477. Versum totum omittit C. Pro ἐπιλ. L. Ia. habent κἀπιλ. contra metrum. Ern. ἐὰν δ' ὀφείλω. Atqui contra oportebat fieri: ἀνδρί τοι χρεὼν μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τι που πάθοι· ut dicit Soph. Aj. 520. Berg. κἀπιλ. 4. 5. 6. Dobr.

479. Credebam aliquando leg. esse ἀπολέγειν pro ἀποστερεῖν, sed nil mutandum. Cf. 718. Reisk. Jocus frigidus: nam quid commune inter se habent λέγειν et ἀποστερεῖν? Equidem lubens reposuerim λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστιν, ἀπολέγειν δ' ἔνι, ut orare quidem se posse neget senex, debita vero abnuere, τὸ ἔξαρνος εἶναι, quod dicitur 1211., de quo unice cogitat, id se callere prædicet natura sua. Hotib. [At ingenio ipsius insitum fuit, ut vellet defraudare. Dind.] Equidem si codex aliquis haberet ἀπολέγειν, haud aspernarer; et in ἀποστερεῖν glossema illius verbi agnoscerem. Ut nunc est, nihil mutandum; ad eloquentiam, inquit, natus non sum, at ad fraudulentiam. Lusus est in oppositione sententiæ; nil opus est jocum ex annominatione quærere. Etsi

scholiastes aliquid etiam τῷ ὁμοιοτελεύτῳ in λέγειν et ἀποστερεῖν tribuit. SCHUTZ.
s
λέγειν om. Dorv. sed gl. 'η [i. e. ἤγουν] εὐφυῶς ἔχειν πρὸς τὸ λέγειν. PORS. ἀπορεῖν (sic) 3. DOBR.

480. Scrib. οὖν. — δυνήσῃ C. ERN. δυνήσῃ Dorv. et sic 485. 775. 779. 794. 813. 832. 978. 987. 1018. 1211. 1221. 1412.
η
1415. 1418. In 716. απολεῖ. PORS.

481. ὅπως om. Dorv. PORS. νυν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. νῦν Brub. Port. etc. — ὅπως omittunt L. Ia. — σοφὸν προβάλωμαι L. at J. προβάλλωμαι. προβάλομαι Raph. ERN. ὅπως om. 5. προβάλλ. 5. 6. DOBR.

482. ὑφαρπάσει [ut olim legebatur] Attice pro ὑφαρπάσῃ. Est 2. pers. fut. med. In Ms. Vat. U. legitur ὑφαρπάσεις active. Vetus autem Schol. legit συναρπάσει, ut fidem faciunt omnes edd. vett. Nam quod in ed. Genev. apud Schol. quoque legitur ὑφαρπάσει, sciat lector id vel a Biseto vel Æmilio Porto profectum esse, quippe qui lectionem Schol. sæpe vulgato textui nimis temere accommodarunt. Cæterum v. συναρπάζειν Comicus noster simili sensu usus est v. 765. KUST. Alexis, Atticus itidem Comicus, ap. Athen. xii. p. 645. τὴν δὲ ἀρτυσίαν συνήρπασεν, *artem cibos condiendi arripuit*, seu, *brevi didicit*. SPANH. Loquitur noster de apprehensione mentis, ut v. 776. τουτὶ ξυνάρπασον. Soph. Ajac. 16. φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί. Sed rusticus aliter accipit. BERG. ὑφαρπ. quod hodie Mss. et edd. habent omnes, melius est quam quod Scholia habent συναρπάσει, quod tamen et ipsum pro *arripere discendo* rectum est. Responsio Strepsiadis desiderat ὑφαρπ. ERN. ὑφαρπάσεις bene membr. In C. ut vulgo, ὑφαρπάσει, voce media. In B. D. ὑφαρπάσῃς solœce, quia ὅπως, *quomodo*, pendens a suppresso σκόπει vel simili verbo cum fut. indic., non cum aor. 1. subjunct. construitur. v. ad Ran. 378. Conc. 295. BRUNCK. [ὑφαρπάσῃς etiam cod. Elbing., quod falsum. Nam post ἄγε supplendum est σκόπει, ὅρα, aut simile verbum, a quo pendens ὅπως cum fut. ind. construitur. v. Dawes. M. Cr. p. 227. ss. 276. et Burgess. p. 459. et 501. HARL. ὑφαρπάσεις etiam Sch. Inv. Herm. ediderunt. DIND.] Lepidum ingenium et vis comica Arist. cernitur in vv. προβάλωμαι, *proposuero*, et ὑφαρπ. *arripias*. Socratem tropice loquutum de disciplina rusticus intelligit proprie loquuturum de frusto cani projiciendo, quod rapiat, et stulte quærit, num sapientia vescendum sit canum more. Num vero cynicos philosophos voluerit carpere, ut Schol. putat, equidem nescio, et vero dubito. HARL. ὑφαρπάσει Ald. etc. In R. et Bav. ὑφαρπάσεις. DIND. ὑφαρπάσεις A. B. ὑφ' ἅρπασης εὐθέως Dorv. PORS. -πάσῃς omnes. DOBR.

483. κυνηδόν. Eqq. 1029. Sic ἱππηδὸν Pac. 81. ταυρηδὸν Ran. 816. κριηδὸν Lys. 309. τετραποδηδὸν Pac. 896. — τὴν σοφίαν σιτήσομαι. Sic ἐλπίδας σιτούμενοι Æsch. Agam. 1677. Antiphanes ap. Athen. ii. p. 47. κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι. Comicus infra 921. γνώμας τρώγων. BERG. L. male σιτίσομαι. ERN. τί δὲ Crat. Ven. II. Wech. τί δὴ Ven. I. Raph. DIND. τί δαὶ A. B. PORS. δαὶ 2. 4. 5. δὲ sed statim sup. αι 3. DOBR.

484. οὑτοσὶ Junt. II. III. DIND. ἄνθρωπος. Hermannus cum articulo scribendum arbitratur ἅνθρωπος, bene. SCHUTZ.

485. μὴ πληγῶν δέει. Sic bene A. C. [et A. ap. Ern.] Vulgo, μ. π. δέῃ. Semel tantum ap. Lucianum μὴ cum præsente indicat. observatum sibi fuisse ait Thomas M. p. 613. ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστι. Sed non ita rara sunt hujus constructionis exempla. Ad codd. fidem in Soph. El. 580. s. edidimus: ὅρα — μὴ πῆμα — τίθης. Eurip. Phœn. 90. μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται. Idem Troad. 179. μή με κτείνειν δόξ' Ἀργείων κεῖται. In Or. 767. Reg. membranæ habent, οὐ φοβῇ, μή σ' Ἄργος — ἀποκτεῖναι θέλει. Cum præterito indicat. μὴ constructum frequentissime occurrit. v. Budæi Comment. L. Gr. p. 953. et Burgess. præf. nov. edit. Misc. Crit. Dawesii p. xxvii. BRUNCK. δέδοικας Elb. — πρεσβύτα Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Port. Lugd. Amst. (supra 357. tamen in his edd. πρεσβῦτα.) — δέῃ Ald. etc. δέει
η
etiam R. Ern. DIND. δέει B. PORS. Recte Brunck. e Mss. δέει, judice Porsono. DOBR. Στ. δέδοικα — Σω. φέρ' 2. ID. δέει REISIG.

486. τύπτομαι. Prorsus ridiculum, quod Strepsiades ad quæstionem τί δρᾷς, ἤν τίς σε τύπτῃ, sic respondet, ut tres actiones enumeret, quarum prima sit, quod se verberari patiatur. SCHUTZ. τίς δρᾷ vitiose editum est in ed. Lips. pro τί δρᾷς, i. e. *quid facies?* (Antea etiam in numeris versuum erratum est.) τύπτομαι est, *patior me verberari*. DIND.

487. ἐπιμαρτύρομαι. V. similem locum Av. 1032. KUST. Nempe prout quum in aliis causis, tum maxime in αἰκίας δίκῃ, seu *verberum*, de quibus hic agitur, *quæstione*, fieri in foro Attico consueverat, ut Av. 1032. μαρτύρομαι τυπτόμενος, ac vel e Demosth. Or. in Cononem aliisque ad-

huc liquet. Immo prout in genere *testium* ac *testimoniorum* fide niti potissimum Athenn. judicia observat idem orator adv. Evergum p. 638. et inde etiam testes manere obnoxios; nempe, quod post judicia darentur Athenis, δίκαι τῶν ψευδομαρτυριῶν, *quæstiones de falso testimonio*, et pœna etiam irrogata iis, qui falsos testes adduxerant; minor quidem accusatori, major reo: prout adhuc aliæ exstant ejusdem Demosthenis orationes, ut contra Aphobum ac Stephanum duæ ψευδομαρτυριῶν inscriptæ. Verbum vero ἐπιμαρτύρομαι pro *obtestari* usurpavit Thucyd. vi. 29. ubi Schol. ἐπεμαρτύρετο exponit διεμαρτύρετο, quod pro *contestari* dicebatur in foro Attico: de quo et διαμαρτυρίας actione, multa ad Harpocrationem, de ea agentem notavimus ex oratoribus Atticis, Isæo inprimis et Demosthene. SPANH. C. μαρτύρομαι. ERN.

488. ἀκαρῆ διαλιπών. Isocrates de Pace, ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησόμεθα ταραχάς. De voc. ἀκαρῆ videri potest Not. ad Plut. 244. Vesp. 701. οὐκ ἀπολαύεις, πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρές, et alibi. BERG. ἀκαρῆ Attici dicunt pro μικρόν. v. Spanh. ad Plut. 244., sed L. habet ἀκαρεί, quod non displicet. v. Piers. ad Mœr. p. 43. Consentit Ja., nisi quod habet ἀκαρεῖ et λιπών. ERN. δικάζεσθαι est litem intendere, in jus vocare. DIND. ἀκαρῆ m. pr. ῆ corr. 2. ἀκαρεῖ λιπὼν t. et sch. 5. DOBR.

489. κατάθου θοιμάτιον. Supra v. 180. dicebat Socratis quidam discipulus magistrum in palæstra surripuisse vestem quamdam. Hic etiam Socrates jubet senem vestes exuere, ut eum facilius spoliare possit, quod et factum est. [Strepsiades autem putat, se propterea juberi pallium (ἱμάτιον) deponi, ut verbera accipiat. WILAND.] Nam infra 846. apparet vestem periisse, quum filius dicat ad Strepsiadem, διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοιμάτιον ἀπώλεσας, et v. 1481. quum discipulus aliquis quæreret, quis domum ipsis incendat, Strepsiades, qui id faciebat, dicit, ἐκεῖνος, οὗπερ θοιμάτιον εἰλήφατε, et calceos eum amisisse patet ex 709. ubi dicit, φρούδη ἐμβάς, et 847. ubi ad ipsum filius, τὰς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροπας; BERG. ἴθι νυν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. ἴθι νῦν Raph. Port. Lugd. Amst. DIND.

490. γυμνὸς Elb. HARL. οὔ. ἀλλὰ γυμνὸς Dorv. PORS.

491. φωράσων. Illum esse sensum vocis, quem in versione expressi (*non ingredior ad res furtivas quærendas*), patet etiam ex Ran. 1402., ubi mulier, cui gallus furto ablatus erat ab alia muliere, dicit se velle in illius domum ingredi, ut furtum deprehendat: πάρφηνον εἰς Γλύκης, ὅπως εἰσελθοῦσα φωράσω. Cogebantur autem nudi ingredi, [h. e. pallium deponere, ne possent rem, quam abreptam sibi dicerent, eo deferre, accusationis causa. WILAND. νομίζεσθαι dicuntur, quæ moris sunt. DIND.] qui venirent ad furtum detegendum; ne aut ipsi, dum perlustrant omnia, aliquid sub veste abscondant et auferant: aut furti aliquem suspectum malo mactare cupientes, rem quæsitam forte sub veste abstrudentes ingrediantur, et deinde ibi se invenisse dicant, quam ipsi supposuerant: ut Schol. docet. Dicit ergo Strepsiades: *quia non ad deprehendendum furtum veniat, nihil opus esse, ut nudus ingrediatur.* BERG. Interpretationem Frischlini recte castigat tam ingenii elegantia quam eruditione nobilis Anna Fabri, in not. Gall. ad h. l. Φωρᾶν enim non significat *aliquid auferre*, vel *furari*, ut Frischl. putavit, sed, præter alia, *rem furtivam quærere:* quo sensu vocem illam Arist. h. l. accepit. Præterea notandum est, moris fuisse ap. vett. Græcos et Romm., ut, qui rem furtivam in domo aliena quæsitum ibant, nudi et licio tantum cincti intrarent, ne quicquam secum in illam domum inferre possent: ad quem morem Arist. hic alludit. V. Festum v. *Lance et Licio:* ubi interpretes de dicto more plura notarunt. KUST. C. φοράσων. — ἔγωγ' etiam Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. non ἐγώ γ'. Port. Lugd. Amst. ἔγω γ'. DIND.

492. Incipit 1. m. pr. δὴ om. 3. 6. DOBR.

494. ἐμφερὴς similiter pro ὅμοιος Æsch. Choëph. 204. τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς, pedibus meis *consimiles*. Sic παρεμφερεῖς adhibet Ecdorus ap. Stob. Floril. Tit. xc. περὶ δυσγεν. παρεμφερεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχειν. Adde προσφερὴς eodem sensu in dicto Æsch. dramate v. 173. κάρτα προσφερὴς ἰδεῖν, et ap. Platon. de Legg. x. p. 904. πάσχειν τε καὶ ποιεῖν ἃ προσῆκον δρᾶν ἐστι τοῖς προσφερέσι τοὺς προσφερεῖς. SPANH.

495. οὐδὲν διοίσεις. Cratinus ap. Athen. ix. p. 375. Cas. ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους. — *Chærephon* erat pallidus et macer, ut hinc patet et ex Vesp. 1410. et aliunde. Julianus epist. i. τὸ σῶμα τοῦ Χαιρεφῶντος οὐδὲν ἀστειότερον ἔχειν. BERG. Φύσις. Vox φύσις ambiguæ est significationis. Pro *ingenio* accipit eam Socrates; at Strepsiades pro *figura*. Ideo timet ne semimortuus esse videatur, quia Chærephon, ut philosophus, macilentus et pallidus erat. Schol. Ms. Ἰστέον ὅτι ἰσχνὸς καὶ ὠχρὸς τὴν ἰδέαν ὁ Χαιρεφῶν ἦν,

ἅτε φιλοσοφίᾳ συζῶν, καὶ ἐκ ταύτης συντετηκὸς ἔχων τὸ σῶμα. διὸ καὶ νυκτερὶς ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ ἰσχνόν. Hujus loci acumen Latine reddi non potest. Brunck. Suid. διοίσειν. Pors.

496. ἡμιθανὴς 1. Pro gl. 6. In 3. text. ἡμιθνὴς, gl. ἡμιμαθὴς, et sch. ὤφειλεν εἰπεῖν ἡμιμαθὴς γενήσομαι, ἐπεὶ περὶ μαθήσεως ὁ λόγος. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν τελείως μαθεῖν ἐστὶ τῷ Στρεψιάδῃ ζωὴ, διὰ τὸ ἐκ τούτων δυνήσεσθαι τοὺς δανειστὰς ἀποκρούσασθαι, τὸ [δὲ] μηδόλως μαθεῖν οἱονεὶ θάνατος, διὰ τὸ μέλλειν ἀποδοῦναι τὰ χρέα· ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἡμιμαθὴς ἡμιθνὴς εἶπε etc. (Ms. μ. ὡς τὸ σ—ης ζωὴν διὰ τὸν [vel τὴν] οὐ τ. et οἱονεὶ θάνατον.) Dobr.

497. Recte Scaliger, Οὐ μὴ λαλήσῃς, ἀλλ' ἀκολουθήσῃς ἐμοί: quod facillimum est. Bent. λαλήσῃς R., at post ἀκολουθήσεις, quod non improbo, sed post ἐμοὶ comma delevi. Junguntur enim ἀκολ. ἀνύσας τι, celeriter sequere me, cf. v. 181. deinde urget δευρὶ θᾶττον, huc ocyus. Ern. λαλήσεις et ἀκολουθήσεις etiam Brunck. dedit ex emendatione Dawesii M. Crit. p. 222. Herm. οὐ. μὴ λαλήσεις. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Port. οὐ μὴ λαλήσεις Brub. οὐ· μὴ λαλήσεις Raph. Lugd. Amst. λαλήσῃς in not. Scal. λαλήσῃς R. — ἀκολουθήσῃς Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. ἀκολουθήσῃς Raph. Port. Lugd. Amst. ἀκολουθήσεις Elb. Bav. Dind. Οὐ μὴ λαλήσῃς, ἀλλ' ἀκολουθήσῃς Scaliger. οὐ μὴ λαλήσεις ἀλλ' ἀκολουθήσεις Dawes. Misc. Crit. p. 222. λαλήσῃς—ἀκολουθήσεις A. B. ἀκολουθήσεις Dorv. Pors. λαλήσῃς 1. 5. et primo 6. ut opinor. -σῃ 3. et οις supr. ἀκολουθήσεις 1. 2. 4. 6. -σῃς 3. 5. et in 3. ον supr. Dobr.

498. χεῖρε νῦν Raph. Dind.

499. δός μοι μελ. Cujus petitionis ratio in eruditis Scholiis redditur et a Daceria etiam in Gallicis ad hanc fabulam notis opportune explicatur: nempe quod Trophonii antrum ingressuri ad consulendum ibi oraculum *mellitam offam* secum ferrent, qua serpentes ibi obvios continuo demulcerent. Unde Socratem domicilium suum adeuntem jussus sequi Strepsiades, quasi Trophonii antrum, ut de eo sequenti versu, ingressurus esset, festive *mellitam* id genus *placentam* sibi prius dari postulat, quo se adversus occursurum forte infestum quemdam genium, vulgo per serpentem seu draconem designatum præmuniret. Hunc vero Trophonii oraculum adeuntium ritum, præter Schol. h. l. tangunt Pausanias, ubi pluribus de illa Trophonii specu et oraculo agit ix. p. 604. ὁ νῦν κατιὼν κατακλίνας ἑαυτὸν ἐς τὸ ἔδαφος ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι etc. Lucianus Dial. Menippi cum ipso Trophonio p. 267. καὶ ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις, γελοίως μάζαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων etc. Philostratus denique Vit. Apoll. viii. 8. de Apollonio antrum Trophonii ingressuro: λευκῇ δὲ ἐσθῆτι ἐσταλμένοι πέμπονται μελιτούττας ἐπάγοντες ἐν ταῖς χερσίν, μειλίγματα ἑρπετῶν, & τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίπτει. Unde illustrantur tot veteres Numi, in quibus Dea Salus s. Ὑγίεια offam serpenti tamquam cibum, quo id reptilis genus delectaretur, porrigit. Μαγὶς vero, ut hoc addam, dicta juxta Hesych. eadem illa μάζα s. *mellita offa* in antrum Trophonii deferri solita, quod in Hemsterhusii ad aliquot Luciani dialogos notis p. 63. occupatum forte video; prout alioquin μαγίς, vox Cypria, pro μάζα ap. Athen. xiv. p. 663., ap. Helladium vero μαγὶς Ægyptiis pro mensa dicitur. Spanh. Offam mellitam projiciebant serpentibus in Trophonii antro obviis, ut eos placarent. Videtur autem Strepsiadi domicilium philosophorum, qui erant famelici et tristes, simile esse Trophonii antro, quia ille ibi fame erat mortuus, ut testatur Schol., et quia illi, qui inde rediissent, semper post illa essent tristes, ut etiam proverbio dicatur de homine tetrico; ἐς Τροφωνίου μεμάντευται· de quo Erasmus in Chiliadd. p. 440. Berg. Strepsiades illud Socratis φροντιστήριον cum Trophonii antro comparat, non, ut Berglerus putabat, quod Trophonius in illo antro fame esset mortuus, et quod qui inde rediissent, semper post illa essent tristes, quasi rusticus ille philosophorum famem ac tristitiam notare voluisset; sed potius, quod primum introitus erat angustus, supra enim appellabatur θυρίδιον, et quod essent intus omnia sordida ac tenebricosa; quapropter Socrates postea Strepsiadem evocans ait: ὅμως γε μὴν αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς. Schutz. μελιτοῦταν. Sic Ms. Arund. per unum τ. At reliquæ edd. habent μελιττοῦταν per duplex ττ, quam scripturam metri ratio aspernatur. Cæt. locum hunc citat Thom. M. V. Μελίπηκτον. Kust. Guyetus male ap. Hesych. hanc vocem legendam putat μελιτοῦτταν. Nihil ibi mutandum, etsi juxta Kusterum, ob metrum, ac fide Ms. Arund. legendum hic sit μελιτοῦταν. Μελιττοῦτα cæteroquin cum gemino τ in media voce dicta id genus placenta, sicut μελιττουργοὶ et μελιττοῦσιν, *apiarii, mel conficiunt*, ap. Theoph. H. Pl. vi. 2. Immo, prout ap. eumdem ix. 9. bis in proximis verbis legitur παγκαρπίαν, aut, juxta Salmasii emendationem ad Solin. p. 861. παγκαρπίας μελιττοῦταν, *ex omni frugum genere placentam:* mox τριμήνους (vel τριμήνου,

juxta eumdem τὸν πάνυ) μαλιττούτας, *placentas ex frumento trimestri*, non vero, juxta Plinium, hujus loci interpretem, *aquam mulsam tribus ante mensibus circumfusam*, et, quod moneri omnino ad eum Plinii locum [xxi. 7. p. 240. t. ii.] a postremo ejus editore merebatur, maxime post Salmasianam loci illius explicationem, suppresso licet nomine, ad majorem lucem illius ap. Theophr. loci, ut genuinam, in postrema ejus editione Batava a viro docto adpositam. Idem vero in præf. p. 21. de Homon. a Salmasio repositum videas, ac vere utique; nempe ea voce μελιττοῦτα nullibi *aquam mulsam*, sed *placentam mellitam* designari. Sic Athen. iv. p. 167. τῷ ἑαυτοῦ συσσίτῳ μελιττοῦταν ἀπέδωκε τὸν κλῆρον. Idem μελιττοῦταν inter *placentarum* genera retulerat iii. p. 114. et ap. Philostr. præter locum in superiori nota adductum Vit. Apoll. i. 1. μελιττοῦτα καὶ λιβανωτός. Spanh. μελιτοῦτταν recte scriptum in B. Perperam duo alii μελιττοῦταν, ut est in primariis edd. Male etiam membr. μελιτοῦταν, ut edidit Kust. V. not. ad Lys. 601. et Valckenar. ad Herod. p. 638. αἰθαλοῦσσα contractum ex αἰθαλόεσσα est Æsch. Prom. 1000. Sic ex μελιτόεσσα μελιτοῦσσα, μελιτοῦττα· οἰνόεσσα, οἰνοῦσσα, οἰνοῦττα. Mirum quam sæpe in illius nominis scriptura peccarint et librarii et editores. Ridicule Spanhemius Guyetum castigat ap. Hesych. recte legentem μελιτοῦτταν. Hoc est, quod aiunt, *sus Minervam*. De Trophonii oraculo v. Hemsterhus. ad Lucian. i. p. 339. Brunck. μελιτοῦταν. Sic recte e Ms. Arund. edidit Kusterus. Sic et Suid. et R. Ia. Et metrum ipsum postulat. Ern. μελιττοῦταν Ald. etc. Dind. μελιτοῦταν ed. Kuster. recte. nisi accuratius sit μελιτοῦτταν. μελιτοῦταν A. B. Dorv. προ^τρ. Pors. ita fere Dorv. i. e. πρότερον ut puto. Dobr. μελιτοῦτταν solus opinor 6. cum gl. μουστόπιτταν. πρῶτον 1. ἐγὼ om. 4. Id.

500. ἐς Τροφωνίου· μαντεῖον nempe vel σπήλαιον, *oraculum* aut *specum*, ut vulgo Attici et reliqui etiam e Græcis scriptt., quod obvium, ἐς Διονύσου, ἐς Ἀρτέμιδος, ἐς Ἀσκληπιοῦ etc. ἱερὸν scilicet vel ναόν. Sic Pausan. ix. p. 602. ἐς τοῦ Τροφωνίου (nempe *antrum*) κατιέναι. Spanh. καταβαίνων. Aliquot igitur gradibus descendebatur in φροντιστήριον, ejusque solum erat ὑπογεῖον. Schutz. ὡς τρ. sch. 3. ἐς text. Dobr.

501. Loci hujus meminerunt Ammonius v. Κύπτειν et Suidas v. Κυπτάζειν. Kust. κυπτάζεις ἔχων. Quod hic Attice redundare ἔχων in Scholl. dicitur, obvium e pluribus ap. hunc Comicum locis: ληρεῖς ἔχων Ran. 527. Av. 343. φλυαρήσεις ἔχων Ran. 202. 521. διατρίβεις ἔχων Conc. 1143. etc. Spanh. V. Not. ad v. 131. Thesm. 242. κἀγκύψας ἔχε. Significat autem verbum ἔχειν *statum* in ejusmodi locis, quum illo vel illo modo se habet. Berg. De Atticismo part. ἔχων v. Greg. Cor. de dial. p. 62. ss. qui nostrum locum laudat, ibique Kœn. qui Valcken. ad Eurip. Phœn. 712. jam laudavit. Harl.—Jam fores ædificii intrant, choro fausta apprecante. Semichori nomen versui 502. præfixit Francog. int., atque eidem semichoro etiam sequentem parabasin adsignat. Dind.

502. Præmittitur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Κομμάτιον κώλων ή. Dind. ἀνδρίας L. Ja. Ern. ἀνδρίας tres. Dobr.

503. Perperam vulgo εἵνεκα. [Inv. adeo εἵνεκα reposuit]. In B. ἕνεκα. Brunck. Recte Br. οὕνεκα, meliore etiam interpunctione quam sequuti sumus. Vulgo enim colon post χαίρων ponebatur, et verba τῆς ἀνδρ. οὕ. τ. cum sequentibus continuabantur. Herm. εἵνεκα etiam Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. ii. Wech. εἵνεκα Ven. i. Brub. Raph. Port. Dind. ταύτης εἵ. 1. εἵ. τ. 2. m. pr. γρ. τ. ἕνεκα corr. Dobr.

504. Veræ lectionis vestigia servavit liber Ravennas, in quo est γένοιτό τ' ἀνθρώπῳ. Unde emendavimus, γένοιτο τἀνθρώπῳ. Vulgo, γένοιτ' ἀνθρ. At versus hinc omnes choriambici dimetri sunt, qui non debent a catalectico incipere. Catalectici tantum sunt v. 505. et 509. Herm. -οιτ' ἀνθ. Cod. Ar. Dobr.

505. θρώπων Dorv. Pors. Εὐτυχία γένοιτο τἀνθρώ-|-πῳ, ὅτιὴ προήκων Reisig.

507. Etiam Brunck., neglecta metri lege, vocab. αὐτοῦ integrum huic versui adjecit. Pro αὐτοῦ scripsimus αὑτοῦ; ita ut secunda voc. syllaba sequenti versui adhæreret. Herm. αὐτοῦ Port. Lugd. Amst. Dind. χρωτίζεται. Gl. καλλωπίζεται. Ern.

509. Vitiose Ven. i. σοφίαν 'πασκεῖ. Dind. ἐπασκεῖν Dorv. Pors.

510. Parabasis hæc docta admodum est, multaque lectu digna et ad historiam comœdiæ veteris pertinentia continet. Kust. Epitome Parabaseos, in qua poëta loquitur: Quum hæc comœdia sit elegantissima omnium quas edidi, et digna quæ apud sapientes spectatores ageretur et probaretur; immerito quidem victus sum, quam primum acta est, verumtamen non alienabor a vobis propterea. Nam postquam alia quædam mearum comœdiarum, illa inquam de *Modesto* et *Luxurioso*, quam per alios edideram, vobis valde

placuit, de vestro favore adhuc satis certus sum. Nunc itaque hæc comœdia iterum prodit, hac spe, ut etiam probetur, quemadmodum illa de *Modesto;* nam hæc vere *modesta* est, nihil enim aliunde adscivit, quo placere possit, ut aliæ pleræque, sed venit freta naturali sua venustate. Tales comœdias quum ego faciam, tamen modestum me præbeo; nam et spectatores decipere vereor, obtrudendo illis ineptias quasdam, aut eadem inculcando: et quos perstringo, illis non insulto prostratis, ut cæteri poëtæ, qui in Cleonem et Hyperbolum non cessant comœdias scribere: in quibus etiam nihil novi dicunt, sed illa, quæ a me inventa semel sunt. Berg. De qua Comicorum parabasi adducam hic solum Aristidis verba Orat. de non agend. comœd. p. 286. t. ii. καὶ ὁπόση τις ἔν γε ταῖς καλουμέναις παραβάσεσι νουθεσία καὶ παίδευσις ἐνῆν, ἐῶ λέγειν. Spanh. Choragus nomine poëtæ spectatores alloquitur. Schutz. Hanc parabasin secundæ Nubium editioni fuisse destinatam in promtu est, sive iterum editæ sint, sive, quod probabilius, non in scenam denuo delatæ. Ad fabulam, cujus prior ad nos pervenit editio, omnino non pertinet, per se tamen utilissima est, ita ut gratiæ habendæ sint ei, qui eam hic inseruit. Wiland. Qui præterea de Nubium satis ea, quæ supra allata sunt p. 67—76. disputat, et, quæ ad ingenium poëtæ cognoscendum insunt, collegit p. 77—79.— Num comico liceat, de se in media comœdia adeo verboso esse, subdubito. Per chorum tamen veteri Comico forsan potius licitum fuerit id facere, quam ut hodie comicus, forma theatri mutata, illum morem imitari commode posset. Harl. Huic primæ Parabasis parti præmissus est titulus in recentioribus edd. Τροχαϊκοὶ καταληκτικοί, qui Latine etiam præmissus est versioni Bergleri, licet ea metro non scripta sit, *Trochaici catalectici.* Scias tamen, amice lector, in xlv. versibus, quibus constat pars illa, non unicum esse trochaicum catalecticum. Tetrametri sunt choriambici polyschematisti Eupolidei, quo de metri genere vid. Hephæstio p. 61. ubi in exemplum adfert v. 529. ὁ σωφρων τε | χῷ καταπυ | γων ἀριστ' ἡ | κουσατην. Pes secundus semper est choriambus, vel, quod eodem redit, si per μονοποδίαν scansionem facias, in tertia sede semper est dactylus. Brunck. Forma metri Eupolidei polyschematisti, de quo dixi iii. de metr. c. 5. hæc est: .... | – – | – ⏑ ⏑ – | .... | – ⏑ | – ⏑ – Loci punctis notati basin habent, in qua bisyllabi pedes omnes promiscue adhibentur, neque e trisyllabis plane spernuntur tribrachus, anapæstus, dactylus. Herm. πρὸς ὑμᾶς. Sic membr. et meus, bene. Vulgo πρός γ' ὑμᾶς. Pes est antispastus. Brunck. Præmittitur in Ald. etc. Παράβασις κώλων μέ.—πρός γ' ὑμᾶς Ald. etc. γ' omittunt L. C. Elb. Dind. γ' om. sex. Dobr. [Exempla hujus metri. Dobr.] [1] Pherecrates Suid. v. ἀναψηφίσασθαι, ubi Ms. κἀναψηφίσασθ'. [2] Aristoph. v. ἀπλήγιος, ubi paullo ante Ms. οὔτ' ἄρ π. [3] Plato v. παράβασις. [4] Aristoph. v. παραλοῦμαι. [5] Pherecrat. v. ἀγοράν [imo ἀγορᾶς ὥραν. Dobr.]. [6] Eupolis Harpocr. v. ὀξυθύμια. [7] Astydamas Athen. x. init. [8] Alexis ibid. p. 417. F. [9] Cratinus xv. p. 685. C. Pors. [1] κἀναψηφίσασθ' cum Ms. legebat Porsonus. [2] et [4] Male Adverss. p. 279. recte p. 286. et apud Gaisford. ad Hephæst. p. 358. qui e Porsoni emendatione exhibet etiam exempla [7] et [8]. Ceterum in loco v. ἀπλήγιος, æqualem poëtam tangit Aristophanes monente Porsono. [3] sive apud Schol. ad Aristoph. Pac. 733. De hoc autem monuerat Bentleius. [6] Adverss. p. 286. et Gaisf. [8] In tertio versu ita Porsonus, ὡς ἀ. 'στὲ βοᾶν νυνὶ καὶ— ceteros versus ut Gaisf. [9] παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι, | λειρίοις, ῥόδοις, κρίνεσιν, κοσμοσανδάλοις, ἴοις, | καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμωνῶν κάλυξιν ἠριναῖς, | ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοισιν, ἑλιχρύσου κλάδοις, | οἰνάνθησιν, ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ, | ἀνθρύσκου φόβῃ * * * | τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι, | κἀμοὶ κύτισος αὐτόματος παρὰ μέδοντος ἔρχεται. In versu secundo κρίνοισι paulo ante p. 681. B. unde Atticum κρίνεσιν Porsonus, pro κρίνοις quod hic vulgabatur. Vide infra ad 901. V. 3. κάλυξί τ' Ms. κάλυξιν Porsonus, ut non solum in meis chartis notatum invenio, sed ab amico didici. V. 4. ὑακίνθῳ vulgo, sed ὑακίνθοις p. 681. A. ὑακίνθοισι Porsonus. V. 6. 7. ἀνθρυσκισσου φοβήτω τ' ἀεὶ φ. Ms. non memini quid Porsonus, nisi quod deesse versus finem putabat. Ad Hesychium V. ἀειφροῦρος, Tom. i. p. 109. hæc scribit: "Post hæc αειλαλης addit Ms. Totum locum sic lege: Αείφρουρος. ἀεὶ διαμένων. ἀειθαλής. Σοφοκλῆς Τηλέφῳ. Infra: Αἴφρουρος. ἀειθαλής. Σοφοκλῆς. Sic legendum. Sophoclis imitatione τῷ ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ dixit Cratinus apud Athen. xv. p. 685. C." V. 8. κἀμοὶ Porsonus ut ab amico didici. Posses καί τις. Ceterum Μέδοντος viri nomen esse puto. Adde [10] Eupolin apud Schol. Aristoph. et [11] Eundem apud Hephæst. ex Porsoni Adverss. p. 286. [12] Pherecrat.

Athen. xiii. p. 612. A. ex Gaisfordio ubi supra [13] Eupolin Harpocrat. v. ἀπόκρισις, ex Elmsleio ad Ach. 632. Existimabat Porsonus, hos versus e duobus commatiis constare, quorum alterum alteri esset catalecticum. ὦ θεώμενοι, κατερῶ | πρὸς ὑμᾶς ἐλευθέρως. Prius commation duplicat Pherecrates Athenæi vii. p. 316. F. si tamen recte dispesco; ἀνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις | καὶ στραβήλοις ζῆν, ὁπόταν δ' | ἤδη πεινῶσι σφόδρα, | ὥσπερεὶ τοὺς πουλύποδας | * * * νύκτωρ περιτρώ-|γειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους. πρὸς ὑ. sine γ' A. B. Dorv. [(2.) Vide ad Plut. 166. et addenda. (8.) In tertio versu ἀκίνητοι συνιεῖν Hermannus Doctr. Metr. p. 580. quod quid aut unde sit explicatum oportuit. (9.) Vide etiam p. 681. E. 685. F. Pausaniæ ii. 35. p. 195,10. κοσμοσάνδαλον pro κομοσ. restituit Porsonus in Mss. παρὰ Μέδοντος redde, *out of Medon's shop*, ut Plut. 886. Deinde Pherecr. Athen. p. 316. ad hoc metrum retulerat Erfurdtius. Vide Hermannum, qui tum forte oblitus est, πολύπους non esse Atticum. Hoc, opinor, monuit Elmsleius. Confer Kidd. ad Dawes. p. 493. Meam sententiam adjuvat Pherecrates Photii et Suidæ v. φίλιος, de quo Porsonus apud Gaisford. ad Heph. p. 355. κακηγορίστερον pro κακηγοριστότερον, quod habet Photius Galei et Porsoni, e Polluce II. 127. restituit Elmslei. ad Ach. 730. Suidas etiam pejus κακηγορικώτερον. Systema κομματίων acatalectorum, catalectico clausum. Simile fere, Vesp. 1441. seqq. Ceterum addunt Erfurdtius et Hermannus (14.) Pherecraten vel alium, Athen. iii. p. 78. D. Hermannus, referente Aug. Matthiæ, (15.) Cratinum apud Schol. Eurip. Hec. 826. Viri acutissimi emendationibus adjutus, tento; * * Πανὶ κάδον δεῦρο βάστασόν τινα. | B. πότερα χαλκοῦν ἢ ξύλινον; A. καὶ χρυσοῦν ἐὰν προσῇ. | A. οὐδαμῶς, ξύλινος δ' ἐκεῖνός [σοι. χαλκοῦς μοι ποτ' ἦν,] | ἀλλὰ χαλκοῦς ὢν ἀπέδρα. A. πότερα Δαιδάλειος ἦν | ἤ τις ἔκλεψεν αὐτόν; Versus tertius pro priore commatio habet Glyconeum; quintus erat Cratineus, ut monet Hermannus. Omnino comparandus Eupolis Athen. vii. p. 286. B. ix. p. 400. B. qui collato Hermanno Doctr. Metr. p. 581. forsan ita constituendus; * * παρὰ τῷδε Καλλίᾳ πολλὴ δὴ θυμηδία, | ἵνα πάρα μὲν καὶ βατίδες, καὶ λαγῴ, καὶ κάραβοι, | καὶ γυναῖκες εἰλίποδες. Ipse adjicio (16.) Pherecraten Lex. SG. p. 473,9. ἵν' ἀφυπνισθῆτ' οὖν, ἀκροᾶσθ', ἤδη γὰρ καὶ λέξομεν. (17.) Platonem schol. Av. 121. καὶ τοσοῦτον εὐερίας ἀπολέλαυχ' Ὑπέρβολος, | ὥστ' αὐχμότατός ἐστι. —— Ubi notandum, secundum pedem resolvi. Minime autem ad hoc metrum retulerim cum Meinekio Cur. Crit. p. 68. Menandrum Etymol. v. ἀκαρής, Cleric. p. 282. Dobr.

511. τὸν ἐκθρέψαντά με. Bacchum dicit ingenium suum educasse, quia in Bacchi festis potissimum Comœdiæ agebantur. Schutz. τἀληθῆ del. R. Ern. — ἐκτρέψαντα Raph. Aliud vitium in Amst. ἐκθέψαντα. Dind. Legendum est ex versus ratione Οὕτω νικήσαιμί γ' ἐγώ etc. vel σαιμί γ' ἐγώ. Ea enim hujus metri Eupolidei lex est inviolabilis, ut in tertio loco dactylus sit; at in disyllabis illis pedibus vel iambus vel trochæus vel spondeus pro arbitrio scriptoris licite usurpari possit. Et iambum quidem habes 519. προδώσω τοὺς δεξιούς. Et sic 527—541. θεα—ταῖς οὕτω σοφοῖς. Item 549. ἔπαισ' —ἐς τὴν γαστέρα. Et sic alibi in aliis fabulis. Bent.

512. οὕτω νικήσαιμί γ' ἐγώ. Sic ad metri normam legendum. Mendosa vulgo, οὕτω νικήσαιμ' ἔγωγε. Brunck. Bentl. metri causa corrigit bene νικήσαιμί γ' ἔγωγε, ut in quarta sit iambus. Sed debet esse modo ἐγώ, non ἔγωγε. Ern. Idem in præf. ad Nub. xxxvi. legem generis trochaici Eupolidei esse perperam dicit, ut trochæus semper sit in tertia regione, non dactylus, in quarta autem iambus. Dind. Atqui Bentleius vero, νικήσαιμί γ' ἐγώ. Vulgata lectio ab imperitis metricis profecta, qui hos versus trochaicos tetrametros esse crediderunt. Sed νικήσαιμί γε non satis aptum est. Multo major vis et elegantia in eo inest, quod nos dedimus: οὕτω νικήσαιμί τ' ἐγὼ κ. ν. σ. Herm. νομιζοίμην σοφός. σοφὸς h. l. de poëta artem suam bene callente, et qui in ea sapere didicerit, intelligendum. Schutz. νικήσαιμ' ἔγωγε Rav. Herm. Sic Ald. etc. Dind. -σαιμ' ἔγωγε omnes. Dobr. ἔγωγε Cod. Ar. Id.

513. θεαταὶ δεξιοὶ sunt, qui non inepte judicant de fabulis comicis, sed sunt existimatores probi et intelligentes. Schutz. θεατὰς εἶναι Dorv. Pors.

514. σοφώτατ' ἔχειν. Hanc comœdiam esse mearum omnium elegantissimam. Schutz. σοφώτατ' ἔχειν h. e. σοφωτάτην εἶναι, *peritissime compositam*, præstantissimam, esse. Dind. σοφώτατα Bav. Harl. σ. τ. ἐ. κ. ἔχειν Dorv. Pors.

515. ἀναγεῦσαι active. Eurip. Cycl. 146. βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέρος; Berg. Pro ἀναγεῦσ' L. Ib. plene ἀναγεῦσαι, contra metrum. Ern. Sic scripsere metrici, ut versum facerent trochaicum. De elisa diphthongo v. ad 542.

Herm. ἀναγκεῦσ' Wech. Dind. ἀναγεῦσαι ὑ. ἢ Dorv. Pors. πρώτως 2. ex em. correctoris. Dobr.

516. ὑπ' ἀνδρ. φορτ. *judicibus imperitis pronunciantibus.* Sic Latini *sub judice:* omninoque ὑπὸ, *sub,* sic dicitur, ut in genere causam alicujus rei indicet. Plato Apol. Socr. init. ὑπ' *αὐτῶν ἐπελανθανόμην μου, illi fecerunt ut mei oblivliscerer.* Virg. ' sub magno Ænea cadis.' Ern. ἄνδρες φορτικοὶ sunt, qui de vera poëmatum venustate recte judicare nequeunt, quum sint imperiti, ac pingui ingenio. Schutz. φ. ὑπ' ἀνῶν. Dorv. Pors.

517. ἡττηθεὶς, quum palmam mihi debitam judices isti mihi negatam ad alios transferrent. Schutz. οὐκ ἄξιος ὤν, *quum id non essem commeritus, quum non essem illa injuria dignus,* ut loquitur Terentius. Sic Acharn. 1061. ὁτιὴ γυνή 'στι τοῦ πολέμου τ' οὐκ ἀξία. Berg. πραγματεύεσθαι paulo post est, *elaborare,* multo cum labore conficere. Dind. ἄξιός γ'. Dorv. Pors.

519. Metrum est turbatum [in vulg. lect. ἀλλ' οὐδ' ὣς ὑμῶν ποθ' ἑκὼν —] quod ut in integrum restituatur, versus hic ita legendus est: Ἀλλ' οὐδ' ὣς ὑμῶν προδώσω ποθ' ἑκὼν τοὺς δ. Kust. Sed ita versus magis corrumpitur: nam in regione quarta perit iambus. In vulg. lectione est in quinta iambus pro trochæo. Sed sic est et v. 527. ubi vid. Et verbum προδώσω, quid hic sit, non intelligo magis, quam intelligebat Duk. Ern. ποθ' ἑ|κων | προδώσω Bent. ὑμᾶς in membr. In aliis, ut vulgo, ὑμῶν. Brunck. Cum Br. ὑμᾶς pro ὑμῶν dedimus. Sensus hic est: etsi damnatus ab imperitis, non tamen committam, ut vos, qui periti estis, idcirco deseram atque ad vos fabulam meam afferre detrectem. Herm. Opinio Ern. de hoc metro vana est. Repudiavit Kusteri emendationem Ern. etiam in præf. ad Nub. p. 36. ὣς in hoc vers. non valere, *ut,* quemadmodum Lat. interpres acceperat, sed *sic,* (ut Il. i. 116. xvi. 363. Od. ii. 23.) sensumque esse: sed licet inique adeo judicatum sit a quibusdam vestrum de meo dramate, numquam tamen bonos et sapientes ex vobis prodam et negligam. Bos. Dind. Pro ὣς in Raph. ὡς. — ὑμῶν ποθ' Ald. etc. — προδόσω Elb. Dind. ὑμῶν sex. Dobr. ὑμῶν Cod. Ar. Id.

520. Hi versus quomodo cum 522. cohæreant, et sensus ipse qui sit, non satis perspicuum est. Nempe causam commemorat, quare, quamquam injuria affectus, tamen non desinat magnificare spectatores. Illud modo tenendum, conjungendos esse hos versus cum 519. τοὺς δεξιοὺς ἐξότου etc. et γὰρ intelligendum esse *scilicet:* posteaquam scilicet fabula *Dætalenses* bene excepta est, quam ego sub alieno nomine edidi, vos autem favore vestro fecistis, ut diligentius elaboratam ediderim — ἐκ τούτου, ab illo, inquam, tempore de vestro favore non dubitavi. Ern. οἷς ἡδύ, *quibus libenter probo studium meum et eloquentiam.* Berg. An fabulam Dætalenses Aristophanes retractaverit haud constat. Allegoria, quæ est in ἐξεθρέψατε, plausum tantum spectat Dætalensibus datum. Præterea particula γὰρ post ἐξότου propriam vim causalem servat. Refertur enim ad οὐδ' ὣς ὑμᾶς — προδώσω. Schutz. Berglerus intp. universe οἷς ἡδύ. Sed illud καὶ, quod est inter ἡδὺ et λέγειν, amplius aliquid designat; scil. *quorum vel conspectu et colloquio frui dulce est.* Schutz.

521. Hæc pertinent ad drama Aristophanis, quod Δαιταλεῖς inscribebatur, ut recte monet Schol. vetus. In eo enim dramate Comicus noster introduxerat duos juvenes, alterum probum et modestum, alterum vero luxu et libidine corruptum, ut discimus ex insigni fragmento, quod ex illa fabula nobis conservavit Medicorum κριτικώτατος, Galenus in præf. Lex. Hippocr. Kust. Lege ὁ σώφρων τε χ' ὠ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην. vide Hephæst. p. 61. Bent. Inter alia vero hujus Comici loca, ubi eadem vox obscœna καταπύγων legitur, occurrit καταπυγοσύνη in hac fab. 1013. Adde λακκοκαταπύγων Acharn. 664. Spanh. ὁ σώφρων τε χῶ — Sic iv. codd. et Hephæstio l. l. Vulgo χῷ σ. — Comœdiam innuit, quæ inscripta erat Δαιταλῆς. Brunck. Recte Br. ita edidit. Sic etiam Rav. Bav. Elb. Herm. Hic et antea obsequutus est Schutz. Dind. χ' ᾧ σώφρ. Ald. etc. χ' ὠ σ. Port. ὁ σόφρων Elb. Bav. In I. etiam ὁ σώφρ. Dind. ὁ σώφρων A. B. Dorv. χ' ὁ κ. Dorv. Pors. ὁ σώφ. ubi ὡς σώφ. scholio præf. in 3. Dobr.

522. παρθένος. Allegorice. Nam Aristoph. initio comœdias suas per alios agi curavit; unde etiam Vesp. 1021. dicit, se clam juvare alios poëtas, qui ipsum quasi in ventre suo concipiant, quemadmodum ἐγγαστρίμυθοι vates deum concipere creduntur, unde ipse per ora illorum effundat comœdias. Vide et parabasin in Eqq. Berg. ἔτ' deest Ja. — πῶ Ald. Junt. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Port. etc. πω Brub. πώ μοι Raph. Verba παρθένος — τεκεῖν nonnulli recentt. edd. præeunte Raph. parentheseos notis concluserunt.— κοὐκ ἐξῆνόν πω μοι τ. vitiose Junt. i. Dind. ἦν ἔτι (sed ἔτ' ἦν sch.) ἔτ' om. 5. Dobr.

523. παῖδ' vet. Bent. ἐξέθηκα. De expositione infantium usurpari hoc verbum probat Schol. ex hoc Eurip. loco. Eurip. Phœn. 25. Arist. Ran. 1215. Berg. παῖς δ' ἑτέρα. Schol. Ms. δηλονότι ὁ Φιλωνίδης καὶ ὁ Καλλίστρατος, οἱ ὕστερον γενόμενοι ὑποκριταὶ τοῦ Ἀριστοφάνους. Brunck. παῖδ' Vet. non παῖς δ'. E not. Scal. — ἑτέρα Ald. Junt. i. Crat. Ven. ii. ἑτέρα Junt. ii. iii. Ven. i. Wech. Brub. Raph. etc. Dind. ἑταίρα Dorv. τις om. A. B. Pors. τις om. 5. Dobr.

524. ἐξεθρέψατε, educastis, i. e. fecistis, ut nomen et fama poëtæ propter illam comœdiam cresceret. Berg. ἐξεθρέψατε. Hoc non universe de nomine et fama poëtæ per illam comœdiam aucta accipiendum, ut Berglerus putabat, sed unice de plausu Dætalensibus dato. Schutz. γενναῖος perperam Crat. Ven. i. ii. Wech. Dind. γενναίως Mss. Dobr.

594. πέτραν σὺν πεύκαις. Sic de Baccho cum facibus in Parnassia s. Delphica rupe Eurip. Ion. 306. κἀπὶ Δελφίσι πέτραις Πηδῶντα σὺν πεύκαις (et quomodo jam ante Æschylus de Delphis s. Parnasso Eumen. 24. Βρόμιος δ' ἔχει τὴν χώραν, *Bacchus autem obtinet locum,* Parnassum nempe), alibi in Ion. 550. Πυθίαν πέτραν, ap. Soph. Œd. T. 452. Δελφὶς πέτρα, mons nempe Delphis imminens, Parnassus. Spanh. Δελφίδας κόρας ex Eurip. Ion. 557. et δελφίδα πέτραν attulit etiam Ern. Dind. Pro σελαγεῖ forte legendum σελαγεῖς. Nam quum priora posita sint in vocativo, hic nomin. pro vocat. Attice ponitur, quæ constructio magis requirit σελαγεῖς. Duck. σελαγεῖ etiam codd., sed legendum σελαγεῖς. Brunck. Optimum est σελαγεῖ, nec mutandum. Id enim ipsum est, quod volebam quodque a Schol. deceptus imprudens haud noscitavi; scilicet secunda pers. formæ passivæ, non vero tertia activæ, quæ si apud alios quosdam occurrit, Comico nostro non fuit usitata. Supra 286. σελαγεῖται, Ach. 924. σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς. Id. Σελαγεῖς Borg. Σελαγεῖ medium esse, ut v. 286. et Acharn. 924. Herm. σελαγεῖς 2. σελαγεῖ Dorv. Pors.

595. Eurip. Ion. 92. et ibid. 44. Berg. βάκχα δελφοῖσιν ἐκτρέπων 2. et βάκχε δελφοῖσιν v. l. in m. Pors. πέ-κτραν βάκχαις σὺν πεύχαις (κ ej. m.) σελαγεῖ (s add. al. m.) δελφίσιν 6. δελφοῖσιν 3. 5. et ex em. al. 1. ἐκτρέπων primo 5. et gl. ἐκτρέπεσθαι ποιῶν. Dobr.

596. κωμαστής. Sic dicitur ab orgiis et a saltationibus Bacchicis. κωμάζειν dicitur de pompis sacris. κῶμος est Eurip. Phœn. 797. ubi de Baccho sermo, estque εἶδος ὀρχήσεως, ut recte Scholl. cf. Hesych. h. v. et Wessel. ad Diod. S. iii. p. 145. Ern. κομαστὴς Junt. iii. Dind.

597. Per chorum Aristophanes tum de injuria sibi facta conqueritur, tum, ne scena sit vacua, quia Socrates cogitari debet in postscenio senem erudire variis artibus ac Sophistarum disciplina et captionibus imbuere, de mutata novaque temporis ratione suam dicit sententiam, et in genere irridet perstringitque more suo et sale comico perfundit Athenienses tamquam contemtores cultus divini ac religionis osores rerumque novarum atque forensium nimium cupidos. At enim versus 610. et sequentes magna laborant difficultate, in qua tollenda Spanhemius aliique viri docti copiose diligenterque sunt versati. Equidem eos ita intelligo: Luna fingitur Atheniensibus esse irata propter beneficia male accepta: primum quia cives non sacrificent Lunæ, licet ob splendorem ejus nocturnum in tædas et oleum ad lampades emendum minus impensarum faciant;

tum quod propter turbatas dierum rationes et commutationem dierum festorum factam dii reliqui Lunæ, quasi turbas illas excitasset, minentur. Nimirum, uti Spanhem. ad 609. late docet, Athenienses sollemnia festa diebus, mensibus annique tempestatibus certis et constitutis, (κατὰ λόγων ἡμερῶν ait Aristophanes,) celebrare consueverant. At quod paucis ante annis reperta fuit periodus Metonica ad rationes temporis emendandas et constituendas, Luna cursu suo diis videbatur turbas fecisse: præcipue quod, quæ est conjectura Spanhemii, forsan ad illam periodum statos illos festos dies revocare tentarint, qui iis præerant, magistratus. Inde autem ista confusio et varietas dierum, quibus sollemnia peragerentur, oriri debuit. Dii vero diebus festis, olim suis, nunc immutatis, aut, quod facile consequi poterat, magistratus incuria male computatis, cœna defraudati abire coacti sunt: quæ res deorum animum irritasse fingitur. De periodo Metonica ejusque ratione et computatione est longa doctaque disputatio prima Dodwelli, in libro de veteribus Græcorum et Romanorum cyclis, Oxonii 1701. 4. Aristophanes igitur voluit culpare sive illam dierum varietatem atque confusionem, sive magistratuum incuriam. At novarum forensiumque rerum cupiditatem eo perstringit lepide, quod Lunam facit loquentem, per illam dierum varietatem et festorum confusione atque omissione id gratum Atheniensibus per se fieri, ut illi horas diei, sollemnibus sacrificiis et feriis deorum olim destinati, rebus, quibus mirifice delectabantur, nimirum quæstionibus reorum ac litibus in foro judicandis impendere possint. Dacieria atque etiam recentissimus Francog. interpres (Th. d. Gr. xi. 292.) existimarunt, Comicum Atheniensibus exprobrare voluisse negligentiam in emendanda anni ratione, et pertinaciam in tenendis antiquis opinionibus, atque commendare emendandæ anni et calendarii formæ studium. Contra Wilandus Att. Mus. ii. 3. p. 80. censet, Comicum more suo perstrinxisse Metonem, quem etiam in Avv. petierit. Fortassis inter eos, qui Metoni atque novæ annorum descriptioni favebant, excelluit Hyperbolus, unde eum in fine parabaseos poeta notavit, quippe qui, quum hieromnemon, h. e. primus inter legatos Athenn. ad concilium Amphictyonum fuisset, lauream coronam, qua legatos illos ornatos redire oportebat, amiserit, id quod valde ignominiosum habebatur. Dind. In Ald. etc. præfixum, Ἀντεπίῤῥημα στίχων κ.— ἡμῆς vitiose Junt. i. Antea Ven. i. ii. æque male ἡνίοχ'. Dind. παρασκ. Dorv. Pors. παρασκευάσμεθα 5. Dobr.

598. ξυντυχοῦσ'. Schol. Ms. Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα τὸ συντυχοῦσα ἀντὶ τοῦ συναντήσασα, ὥς τινες οἴονται, συντάσσοντες πρὸς τοῦτο τὸ ἡμῖν. ἀλλὰ τὸ συντυχοῦσα λέγε ἀντὶ τοῦ κατὰ τύχην φανεῖσα καὶ εὑρεθεῖσα, συντάσσων τὸ ἡμῖν πρὸς τὸ ἐπέστειλεν. ἐντυγχάνει γὰρ τῷδε ὁ δεῖνα, λέγε· συντυγχάνει δὲ, ἀντὶ τοῦ κατὰ τύχην συμβαίνει. καὶ Θουκυδίδης· οὕτω ποι ξυντυχὸν, ἤτοι συμβάν. οἱ δὲ ἄλλως λέγοντες ἁμαρτάνουσιν. At vero fallitur ipse Græculus. Differentiam quam statuit non confirmat scriptorum usus. Brunck. Levis in hoc versu remansit e prioribus edd. menda. Scribi debuit ob metrum ἐπέστειλεν φράσαι. Brunck. Edidimus ἐπέστειλεν φρ. quod ante β, π, φ, amant Græci. Male vulgo et contra morem Atticorum poëtarum producta ante duplicem consonam syllaba ἐπέστειλε. Herm. ν etiam addiderunt Inv. et Sch. συντυχοῦσ' Ald. &c. Dind. ἐπέστειλε Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. etc. Id. ἀπέστειλε 3. Dobr.

599. τοῖς ξυμμάχοις. Unde omnino constat actam hanc fabulam Dionysiis ἀστυκοῖς, quibus Athenn. socii tributa Athenas ferre consueverant, ut vidimus ad 219. Spanh.

600. Si in eo sibi factam injuriam (δεινὰ πεπονθέναι) dicit Luna, quod Athenienses statis diebus non sacrificassent, non est quod irascatur: nam ipsa ejus rei causa est; cur enim perturbat rationem anni? Nisi forte vult exaggerare beneficium, ut dicat, se nimio studio gratificandi Atheniensibus seipsam defraudare, cum ceteris diis, quos insuper et iratos sibi facit propterea. Sed forte aliam ob causam irascitur Luna, quia nimirum omnino non sacrificent ei Athenienses: hinc et Pac. 405. Luna et Sol prodere velle Græciam barbaris dicuntur, quoniam barbari Lunæ et Soli sacrificent, Græci autem non. Berg. ἤφασκε male Ven. ii. Dind. μὲν pro γὰρ 6. Dobr.

601. οὐ λόγοις ἀλλ' ἐμφανῶς. Satirice dictum videtur in demagogos. Ern. ἅπαντας deest L. Ja. improbante Ern.— ἀφελοῦσ' male Ven. ii. Dind. ἅπαντας om. 2. Pors. ἅπαντας om. 5. Dobr.

602. δραχμήν. L. Ja. δραχμῆς. Ern. Rav. πρῶτα μὲν οὖν τοῦ μηνός. Herm. δραχμῆς nescio an primo 5. certe ῇ non ᾖ. Dobr.

603. ὥστε ita, ut h. l. frequenter in conclusione poni, notat Porson. præf. ad Eur. i. p. 53. Dind. καὶ om. 3. Dobr.

604. πρίω [ut in omnibus recentt. edd. præter Inv.]. Sic edd. Junt. Basil. Porti et recentt. pro πρίασο. Acharnensium proprium esse adnotat Schol. Acharn. 35. πρίῃ cod. Elb. Ald. Farr. Crat. Cfr. He-

rodian. ad calcem Mœr. p. 453. Harl. Exquisitior et verior est Imperativus. Dind. πρίω. L. πρίου. C. Ib. πρίη. Ja. Ib. σεληναῖον. Ern. Rav. et aliis edd. πρίη. Schol. ad Acharn. 34. πρίω pro πρίασο Acharnensium proprium dicit. Σεληναίη an Athenienses pro σελήνη in communi sermone non dixerint, vehementer dubito. Quare recepi duorum librorum lectionem σεληναῖον. Id alibi dicitur τὸ σελήνιον. Athenæus vii. 1. p. 276. d. εὐσηπτότερα γοῦν τὰ νύκτωρ θυόμενα τῶν ἱερείων, καὶ τῶν ξύλων τὰ πρὸς τὸ σελήνιον κοπτόμενα, καὶ τῶν καρπῶν δὲ οἱ πλεῖστοι πρὸς τὸ σελήνιον πεπαίνονται. Herm. πρίω Ald. (non, ut Harl. dicit, πρίη) Junt. i. ii. iii. Brub. Lugd. Amst. Port. πρίη Elb. Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. πρίη C. Ib. πρίου L. Eustath. Il. A. p. 84, 7=63, 13. [qui σεληναίης citat. Vide Porsonum ad Xenophontem, p. lvii. ad Orest. 26. et, quem in schedis citat, Stephanum de Dial. Att. p. 236. Dobr.]

ω

σεληναίας 2. πρίη B. πρίε (sic) 2. πρίη Dorv. Pors. πρίω 1. 3. πρίη 2. et primo 4. sed hic ω ex alius em. πρίε 5. πρίης primo 6. nunc emendatum, sed quomodo non extrico. ἐπεὶ 1. sed ex em. σεληναῖον 3. clare et ab initio. σεληναίας 5. Dobr. πρίου—σεληναίης Cod. Ar. Id.

605. Lege et distingue: ἄλλα τ' εὖ δ. φησίν, ὑμᾶς δ' οὐκ ἄγ. i. e. *Luna quidem præter illa supra memorata, pluribus vos beneficiis ait se afficere; vos vero ingratos omnes dierum rationes conturbare.* Bent. Sic legendum et distinguendum, quod monuit Bentleius. Perperam vulgo: ἄλλα τ' εὖ δρᾷν φησὶν ὑμᾶς, κοὐκ ἄγειν — Brunck. δρᾶν φησιν ὑ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Lugd. Amst. Port. et post ὑμᾶς interpungitur. Dind. κοὐκ omnes; sed in 5. sch. al. m. ὑμᾶς δὲ οὐκ. Dobr. κοὐκ Cod. Ar. Id.

606. ἄνω κάτω. Æschylus: δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω καὶ κάτω, *agitans et evertens turbide sursum deorsum*, ap. Athen. ix. p. 375. Comicus Eqq. 861. ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν. Vide Av. 3. Berg. κυδοιδοπᾷν. Etiam apud Suidam est hæc vox, qui suam notam e Schol. transscripsit; sed quod habet Schol. γίνεται δὲ ἐξ ἑκατέρου (vocem hanc posse deduci vel a κυκᾷν, atque ita videri leg. κυκοιδοπᾷν, vel a κυδοιμός, unde fiat κυδοιδοπᾷν) hoc ap. Suid. legitur: τινὲς δὲ ἐξ ἑκατέρου τὸ πράττειν· quod quid sit, non intelligo. Interpres etiam dissimulavit, nec in versione expressit. Sed et versio hujus versus mihi non satis probatur; nam ita vertit: *nihil recte facere dicit*, cet. At hæc non est sententia poëtæ, qui finem præcedentis versus jungit cum principio hujus, κοὐκ ἄγειν (ὑμᾶς) τὰς ἡμέρας οὐδὲν ὀρθῶς, i. e. *non recte servare menses lunæ*, ut Schol., ut suo die sacris ac festis deos colatis scilicet. Ap. Suid. autem forte ita leg. τινὲς ἐξ ἑκατέρου (τοῦ στοιχείου) τὶ ταράττειν, *sunt qui dicant hoc verbum utraque litera* (vel, *utracumque litera scribas*), *notare* ταράττειν. De perturbatione anni ap. Athenn. habet quædam Scaliger de Em. Temp. l. 2. p. 72. et 82. ubi et h. l. laudat. Duck. κυδοιδοπᾷν. Schol. Ms. ταράσσειν, ἀνατρέπειν. καὶ γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τεταγμένον ἦν τὸν Δία τιμᾷν, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τὸν Ποσειδῶνα, καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς καθεξῆς. οὗτοι δὲ, ὅτε ἔδει τῷ Διῒ θύειν, τῷ Ποσειδῶνι ἔθυον· ὅτε δὲ τῷ Ποσειδῶνι, ἑτέρῳ θεῷ ἔθυον. καὶ διὰ τοῦτο λέγει τὸ κυδοιδοπᾷν. Brunck. κυδοιδοπᾷν. v. Guietus ad Hesych. in h. v. Ern. Ὠὐδὲν vitiose Ald. — κυδοιδοπᾶν (sine iota subscr.) Ald. Junt. i. ii. iii. etc. Dind.

607. Ὅς τ' ἀπ. Ald. — φησιν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Dind. αὐτὴ 3. 6. αὕτη 5. Dobr.

608. κᾀπίωσιν. Sic R. Ern. At sic omnes. Igitur aliud quid R. habeat necesse est. Herm. Aut num Ern. alicubi putavit se aliud quid legisse? Dind. κᾀπίωσιν etiam R. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. κἀπίωσιν Brub. Dind.

609. τῆς ἑορτῆς μ. τ. κ. λ. τ. ἡμ. Singularis omnino hic locus, ubi cum Luna expostulare dicuntur Dii de confusis neque ad statos dies solemnibus eorum ap. Athenn. festis. Ubi primo illud notandum est, quod, ut ea de re Geminus Isag. c. 6., legibus et oraculis præscriptum antiquitus fuerit ap. Græcos τὸ θύειν κατὰ τὰ πάτρια, μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς· idque a Græcis, quod additur, constanter fieri, dum annos agunt congruentes cum Sole, menses vero ac dies cum Luna. *Secundum Solem* autem id fieri, quum secundum easdem anni tempestates, vernas nempe aut æstivas etc. sacrificia illa vel festa patria celebrant. Quod explicat paullo post idem Geminus: ὅταν οὖν καὶ οἱ ἐνιαυτοὶ ἀκριβῶς ἄγωνται καθ' ἥλιον, καὶ οἱ μῆνες καὶ αἱ ἡμέραι κατὰ σελήνην, τότε νομίζουσιν οἱ Ἕλληνες κατὰ τὰ πάτρια θύειν (tunc putant Græci, se secundum patrias leges sacrificare)· τοῦτο δ' ἔστι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς συντελεῖσθαι. Unde etiam apud Athenn. solemnia eorum festa statis diebus, mensibus, annique tempestatibus peragi semper consueverant, ut *Eleusinia* xv. aut juxta alios, xvi. *Boëdromionis; Pan-*

athenæa, XVIII. *Hecatombæonis; Thesmophoria*, XIV. *Pyanepsionis; Dionysia Anthesteria*, XII. *Anthesterionis*, eaque, ut jam ante vidimus, deficiente hyeme ac veris initio. Inde etiam opportune Demosthenes Philipp. i. p. 36. *καί τοι τί δήποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τὴν Παναθηναίων, ἢ τὴν Διονυσίων ἑορτὴν ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν, ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἐπιμελησόμενοι.* Qua ratione *stativa*, ut de iis Macrobius Sat. v. 4. seu quæ certis et constitutis diebus, seu *κατὰ λόγον ἡμερῶν*, ut hic a Comico dicitur, ac mensibus celebrarentur, fuerunt illa Athenn. festa, non vero *conceptiva*, quæ quotannis a magistratibus in dies certos vel incertos, ut ibidem Macrob., conciperentur, atque ita ab eorum arbitrio penderent. Unde liquet continuo, eadem actæ hujus fabulæ ætate, turbato forte, quocumque casu id factum fuerit, festorum apud Athenn. celebrandorum tempore vel die, querendi causam inde diis natam hic dici, quod inde spe laute illa die pro more epulandi frustrarentur. Quæ vero ejus rei ratio fuerit, unde præter patrias leges et prisca, ut vidimus, deorum jussa, confusa tum sint illa festorum apud Athenn. tempora, haud facile licet hodie statuere. Scaliger quum in Emend. Temp. ii. 72. et 82. tum Can. Isag. iii. p. 240. ac Sam. Petitus Ecl. Chron. iv. 12. id anomaliæ Cleostrati Octaëteridis, Athenis adhuc receptæ, anno autem sequenti, post inductam novam Metonis periodum demum desitæ, tribuunt: Anna vero Fabri eidem huic Metonis periodo, quæ confusionem illam sustulerat, necdum in publicos Athenn. usus inductæ. Sed quibus, ut obiter hoc dicam, obstat, quod, quum prior illa Cleostrati et ab Harpalo emendata Octaëteris, uti sequens etiam Metonis Enneadecaëteris, ex annis lunaribus et mensibus inæqualibus constarent, inde haud fixa fuerit et constans dierum statio: tum quod eædem periodi ad astronomicos tantum usus (agnoscente id alibi Scaligero, de ipsa Metonis periodo) non vero ad civilem ac popularem anni Attici rationem fuerint adaptatæ, qui omnino, uti ea de re mox, ex statis CCCLX. diebus ac tricenariis mensibus constabat, fixisque præterea et immotis solstitiis et æquinoctiis, quod ad stata illorum tempora prorsus requisitum fuisse observat insuper Geminus c. 6. Unde vero orta sit illa, de qua querentes hic inducit deos Comicus, festorum Athenis statis diebus celebrandorum confusio, haud liquidum. An forte quod ad celebrem illam periodum Metonicam paucis annis ante repertam statos illos festorum dies revocare tentaverint, qui iis præerant, magistratus: unde ob causam paullo ante indicatam haud poterat non oriri ea confusio s. varietas dierum, quibus eadem festa peragerentur: aut quod cæteroquin quapiam magistratuum incuria vel superstitione, cui valde erant, ut aliunde notum, obnoxii Athenienses, id contigerit? Adde, quod sequentia Comici verba videntur omnino arguere, quod dies apud se feriis deorum et solemnibus sacrificiis destinatos, etsi nefastos, inde litibus audiendis ac forensibus judiciis mallent, ut *φιλόδικον* hominum genus iidem, impendere. Quod alioquin apud Ægyptios non casu, sed destinato consilio obtinuisse, docet dictus jam ante et eod. cap. vi. Geminus; ut festa apud eos, ante annum nempe Julianum post Actiacam victoriam ab iis receptum, per omnes anni tempestates ambularent. Ap. Romanos vero idem ferme et crebro locum habuisse intercalandi incuria et studio pontificum diximus, ut ea de re haud uno loco in Epp. ad Att. v. 9. 13. 21. et alibi, et de Legg. ii. 12. queritur Tullius: atque adeo, 'ut neque messium feriæ æstati neque vindemiarum autumno competerent,' juxta Suet. Cæs. c. xl., ante constitutum nempe novum a Cæsare Kalendarium. Atque hæc ad aliquam perplexi et singularis hujus ap. Arist. loci, quam obscuraverant Viri summi, lucem, paullo etiam præter institutum, uberius hic adnotanda videbantur. SPANH. *κατὰ λόγον*. Gl. R. *κατὰ τάξιν*. Est autem h. l. tribrachys, ut supra 580. infra 316. ERN. *λόγων* vitiose Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. DIND.

610. Manifesta hic ratio redditur neglecti ab Athenn. deorum cultus, ac turbatorum apud eos festorum; dum iis, qui stati erant ad ea celebranda, diebus, quæstionibus reorum ac litibus in foro judicandis vacare potius mallent. Singulare enim illud et præcipuum Athenn. in concionibus et fori litibus studium exagitat, neque hoc solum loco Aristophanes. Sic Eqq. 1315. *καὶ τὰ δικαστήρια συγκλείειν, οἷς ἡ πόλις ἥδε γέγηθεν·* et opportune ad superiora Comici verba Pac. 506. *οὐδὲν ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε.* Inde in hac ipsa fabula dixerat Athenienses nihil a gallis differre, nisi quod hi *ψηφίσματα οὐ γράφουσι*, *decreta non scribunt*, v. 1410. Festorum enim dies, quod vulgo notum, erant *ἄδικοι* s. *nefasti*, quam in rem Athen. iii. p. 98. *τῆς δὲ Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης δι' ἣν καὶ δικαστήρια οὐ συνάγεται.* Quomodo messium vindemiarumque ferias, de quibus modo in superiori nota, quod attinet, id apud Romanos a D. Marco similiter provisum docet Ulpian.

L. i. D. de Fer.: 'ne quis messis vindemiarumque tempore adversarium cogat ad judicium venire, oratione divi Marci exprimitur.' Adde quod eo demum fine scriptas editasque ab Arist. *Vespas* legimus in illius fabulæ didascalia, ut Athenienses tamquam nimium φιλοδίκους, s. *judiciorum amantes*, perstringeret. Spanh. στρεβλοῦτε. v. Not. ad Plut. 875. et ad Ran. 633. Berg.

611. ἀπαστίαν. ἄπαστος, *jejunus*, Callimacho, Apollonio Rhodio; Maroni similiter *impastus*, de quibus egimus ad Battiadem Obss. p. 663. Spanh. Gl. νηστείαν, ἀσιτίαν. Brunck. πενθῶμεν. C. τεθῶμεν. In fin. ἢ τὸν Σαρπηδόνα Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. etc. ἢ Σαρπεδόνα in Varr. Lectt. Scal. Dind. τῶν θεῶν ἀγόντων 2. Pors. τῶν θ. ἀγ. 5. Dobr.

612. Μέμνον' ἢ Σαρπηδόνα. Jovis filios, qui ad Trojam ceciderunt. Berg. Prius ἢ om. 2. ἢ τὸν Σ. Sic A. 2. B. Dorv. Pors. τὸν σ. omnes. ἢ prius om. 5. Dobr. ἢ τὸν μ. ἢ τὸν Cod. Ar. Id.

613. σπένδεσθ' 1. γελᾶν τ' 4. Dobr.

614. τῆτες non solum *hoc anno* ap. Atticos, ut h. l. et Acharn. 15. ubi in Schol. σατὲς pro τῆτες a Doribus dici, et Vesp. 397. sed etiam ἡ τῆτες ἡμέρα, *præsens dies*, ap. Athenæum dicta iii. p. 98. Spanh. In VV. LL. Scal. affertur ὑφ' ὑμῶν—. Dind. Suid. τῆτες, ubi ὑπ. ἔλαχεν Ms. Pors. ἡμῶν plerique. Dobr. κἄπειθ' Cod. Ar. Id. Est anapæstus. vid. 508. 1111. sed potest etiam contracte pronunciari ἱρομν. Ern. De contractione non cogitandum. Herm. ἱερομνημονεῖν. Maximam partem hujus notæ [Schol.] transscripsit Suidas in suum Lexicon V. Πυλαγόραι, quod non notavit Kust. Est autem in Suida aliquid scriptum, quod plane falsum est: κατὰ πόλιν δὲ ἔπεμπον Ἀθηναῖοι τοὺς θύσοντας καὶ συνεδρεύσοντας. Int. *Athenienses ex singulis urbibus quosdam eo mittebant.* Hoc dico falsum esse. Non enim Athenienses id faciebant, sed Græci omnes vel potius singulæ urbes, quæ participes erant consilii illius. v. Harpocr. V. Ἱερομνήμονες et Πυλαγόραι, Etym. M. V. Πυλαγόραι et ipse Suid. V. Ἱερομνήμονες. Itaque non dubium est, quin vox Ἀθηναῖοι, sive ea a Suida ipso sit profecta, sive ab imperito quodam intrusa, delenda sit. Duck. Harpocratio p. 195. Blanc. Ἱερομνήμονες, οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν. Isti proprie Πυλαγόραι nuncupabantur. Qui vero comes iis adjungebatur, is ἱερομνήμων audiebat. Suidas: ἱερομνήμονες· οἱ εἰς Πυλαίαν ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς. V. Fragm. Thesm. ii. xiii. Brunck. Ad concilium Amphictyonum, quod verno tempore ad templum Delphicum et initio autumni ad Cereris templum Thermopylis, ad sacra præcipue Delphici templi atque oraculi curanda, et commune jus Græcorum tutandum congregabatur, a civitatibus Græciæ mittebantur oratores πυλαγόραι (dicti a Pylis, portis, s. Thermopylis, uti a Pylis concilium istud Πυλαία dictum est), quorum nomine ac numero antiquioribus temporibus *hieromnemones* comprehensi fuisse videntur; subsequutis vero temporibus ab unica civitate ampliore s. populo plures quidem Pylagoræ [fere tres], unus vero Hieromnemon, qui in illo consessu super Pylagoras eminuisse et ipsorum præses fuisse videtur, ad commune concilium delegabantur. v. plura apud van Dale diss. vi. de concilio Amphict. inter ejus diss. ix. antiquitatibus et marmor. illustr. inserv. p. 430. ss. Adde Timæum V. ἱερομν. ibique Ruhnken. p. 108. Ad illud concilium legatus eo anno profectus erat Hyperbolus, et quidem ad templum Delphicum coronatus: inciderat vero in tempestatem et ventus abstulerat ipsi coronam. Ejus irridendi hanc occasionem arripit Comicus: lepide facit Nubes coronam rapientes, quod in concilio communi turbis dierum et mensium tollendis non prospexisset, nec cavisset, nec remedia curasset: nam si dies mensesque secundum pristinum modum fuissent ordinati, prævidere potuisset tempestatem, sibique cavere: ideo raptam esse adfirmant coronam, ut disceret secundum lunæ cursum dies vitæ esse agendos. Harl.

615. στέφανον. Et in Eqq. 1220. Cleoni adimitur corona, quia non recte administraverat remp. Berg. Locum hunc ingeniose exposuit Anna Fabri in not. Gall. ad comœdiam hanc Arist. quam lector consulet. Kust. Abest hic versus a R. In eo dimensio laborat. Ern. Non laborat. Herm. οἴσεται 1. sed gl. γνώσεται. Solennis confusio, ut Eurip. Phœn. 260. Aristoph. Eccles. 17. In Sophocl. Philoct. 1085. manifesto legendum συνείσει. [συνείσει Elmslei. ad Heracl. 919. Med. 1321.] Dobr.

616. κατὰ σελήνην ὡς ἄγειν χρὴ — Idque e Solonis præscripto juxta Diog. Laërt. in Solon. p. 37. [Menag. s. i. 59.] ἠξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ Σελήνην ἄγειν. Neque tamen inde cum Petavio Var. diss. iv. 1. aut juxta viri docti ad eadem Laërt. verba notationem, licet statuere, menses *plenos* et *cavos*, seu qui ex alternis xxix. et xxx. diebus constarent, a Solone inductos, et inde annum ccclv. dierum constitutum, summotis nempe ab

usu populati mensibus tricenariis et annis æquabilibus CCCLX. dierum. Quod vel ex Herodoto i. 32. ut viderat jam ante Scaliger de Em. Temp. l. ii. refellitur, ex quo, seu juxta Solonis, quod Herodotus memorat, de vita hominis effatum, annus æquabilis CCCLX. dierum, juxta eumdem Solonem, omnino colligitur. Post Solonem vero eumdem adhuc Athenis annum civilem et popularem ac tricenarios itidem menses fuisse, quidquid obtendat Petavius, et quæ alibi expendimus, varia, quæque sunt etiam ab aliis ex parte adnotata, vett. auctorum testimonia comprobant. Unde etiam constat, id a Solone demum innovatum, ut quandoquidem lunaris mensis, seu conjunctio lunæ cum sole non esset plane XXX. dierum; hinc ille loco τριακάδος, eam diem ἕνην καὶ νέαν vocarit, ut de ea re infra ad 1132. dicendi erit locus. Adde quod apud Geminum, qui Luculli temporibus vixisse fertur, et a quo idem quoque præscriptum Græcis, in celebrandis deorum sacris, ut paullo ante vidimus, dicitur Isag. c. 6. quod in adductis Comici verbis legimus: nempe κατὰ σελήνην ἄγειν τὰς ἡμέρας, additque τριακοστὴν τοῦ μηνὸς ἡμέραν ἐσχάτην οὖσαν, eamque inde τριακάδα dictam; non vero menses lunares partim e cavis XXIX. partim e plenis XXX. dierum mensibus constitisse. Adde Comicum infra Ach. 859. ubi nominatim de quibuscumque Athenn. mensibus: πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας τοῦ μηνὸς ἑκάστου, ubi Schol. ὁ γὰρ μὴν τριάκονθ' ἡμέραις πληροῦται· non proinde partim cavos XXIX. partim plenos XXX. dierum eosdem populares, post Solonem, Athenn. menses exstitisse. SPANH. Ib. καὶ τὴν Σελήνην. Quomodo Kalendarium turbatum apud Athenienses, varie disputant Scaliger et alii, sed nihil extricant. ERN.

617. Senex multis quæstionibus inutilibus et perperam partim ab illo intellectis aliaque ratione vexatus a Socrate, ludicra absurdaque creditorum decipiendorum consilia artesque sibi videtur excogitasse. At propter stultitiam suadente choro dimittitur. Lepida est hæc scena. HARL. Est vulgo actus ii. scena 1. — Socrates cum impetu e domo progredi et loqui cogitandus est. WIL. μὰ τὴν 'Αναπν. Pro solitis nempe Athenn., et quidem ex antiqua apud eos lege, qua de re ad v. 1026. agetur, per tria numina juramentis. Idem vero Socrates nominatim per tres deos, et quidem, qua de re obiter paullo ante, velut Athenn. προγόνους et δεσπότας, *progenitores* et *dominos*, ut ipse eos vocat, jurare dicitur ap. Plat. Euthyd. p. 302. [c. 73. Heind. c. 31. Routh.]. Hic vero, quod tangunt Scholia, ut ἄθεος, et qui proinde illos pro diis non haberet, jurare per *Respirationem*, *Chaos*, et *Aërem* inducitur, aut vero per alia tria itidem, sed alterius generis, numina, *canem* nempe, *anserem* et *platanum*, ut de eo Philostr. Vit. Apoll. vi. 10. p. 281. Adde supra v. 423. ubi solos hosce tres deos agnoscendos tradit, *chaos*, *nubes* et *linguam*. De *chao* vero, quod hic denuo commemoratur, et *aëre*, jam ante vidimus. 'Αναπνοῆς autem s. *respirationis* cur hic meminerit, nihil a Schol. dicitur: inde autem factum statui potest, quod de illa ejusque causis et formatione disserere solitus fuerit Socrates, ut ex ejus discipulis, a quibus id factum legimus, Platone in Timæo p. 78. s. ubi de 'Αναπνοῇ agitur, et Aristotele peculiari ac noto περὶ 'Αναπνοῆς libello licet colligere. SPANH. Pythagoras ap. Laërt. viii. 6. οὐ μὰ τὸν ἀέρα, τὸν ἀναπνέω. Prodit autem hic Socrates examinaturus senem discipulum, quem postea, tamquam nimis incapacem disciplinæ, negat se amplius docturum, et dimittit. BERG. Glossa: ἀναπνοὴν λέγει, τὴν τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσιν, ἣν ἀναπνέουσιν ἄνθρωποι· Χάος δὲ, τὸν τόπον ἐν ᾧ ὁ ἀήρ. BRUNCK. Lege μὰ τὸν αἰθέρα ex Schol. in Ran. 919. PORS.

618. Rav. ἄνδρα γ' ἄγροικον. HERM.

620. σκαλαθυρμάτια. A σκαλαθῦραι, *carbones fodicare*, quod quum fit, illi comminuuntur; quare σκαλαθυρμάτια, *minutiæ* quædam sunt. BERG. Glossæ: ἄπορον, ἀφυῆ. σκαιὸν, ἀπαίδευτον, φαυλόνουν. σκαλαθυρμάτια, μικρὰ καὶ εὐτελῆ παίγνια. Thema est σκάλλω, unde σκαλαθύρω, *fodico*, quod in obscenis est: vide Conc. 611. Qui prunas fodiunt, scintillas pulveremque excitant: unde σκαλαθυρμάτια, pro re quavis tenuissima. BRUNCK. σκαλαθηρμάτι' perperam Crat. Ven. I. II. Wech. ἄττα Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Lugd. Amst. Port. DIND. ἄττα 1. ἄτα 5. ἅττα 3. -μάτιάττα 2. 6. DOBR.

622. πρὸς τὸ φῶς. Satirice dictum in scholam Socratis, ut in antrum ferarum. ERN. In Thesm. 74. θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον. Timocles Comicus ap. Athen. vi. p. 245. ἵνα πρὸς τὸ φῶς ὦμεν καταφανεῖς. Alias εἰς, ut Eurip. Phœn. 1535. τί μ' — ἐξάγαγες εἰς φῶς; BERG. πρὸς τὸ φῶς. Nimirum quia tenebricosum erat φροντιστήριον; unde illud supra Strepsiades cum antro Trophonii comparabat. SCHUTZ. Post θύραζε dist. 1. et forsan alii. DOBR.

623. Citat locum hunc Etym. M. V. 'Ασκάντης. KUST. Add. Zonar. Lex. i. p. 311. ubi explicatur ἡ εὐτελὴς κλίνη, ἡ κάννην μὴ ἔχουσα. DIND. τὸν ἀσκάντην. Gl. τὸν σκάμνον, τὸν σκίμποδα. BRUNCK. Post Στρεψιάδης deest interr. nota in Ald.

Junt. I. II. III., comma est in Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. interr. nota in Raph. etc. DIND. Suid. Ἄσκαντος PORS. ἀσκάτην 1. 3. et primo 4. DOBR.

624. Hæc nondum egressus, ita tamen ut foribus apertis conspici possit, clamasse Streps. censendus est; tum paullo post cum lectulo exit. κόρεις dicuntur *cimices*. v. Camus ad Arist. H. A. ii. p. 708. Egressum jubet Socrates celeriter (ἀνύσας τι) deponere lectulum. DIND. οἱ κόρεις. Gl. ὑφ' ὧν πιέζομαι ἐπὶ τούτου καθήμενος. BRUNCK. Borg. αἱ κόρεις. HERM. ἐῶσιν ἐ. A. B. PORS.

625. τι om. A. B. PORS. τι om. 3. DOBR.

626. πρῶτον βούλει 2. PORS. Ja. πρῶτον βούλει. DIND. πρῶτον βούλει 5. DOBR.

627. εἶπ' ἐμοὶ Brunck. sine codd. edidit, ut 200. Revocavit Herm. εἰπέ μοι, quod etiam in Rav. est. οὐδὲν non potest cum Rav. cod. tribui Strepsiadi. Nam ad ὧν refertur. Alioquin satis comice a Str. dictum esset et παρὰ προσδοκίαν, se nihil discere velle. DIND. ὡς οὐκ Dorv. PORS. Εἰπέ μοι Ald. etc. DIND.

628. ἢ περὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν. In Ms. Vat. U. locus hic per transpositionem vocum sic legitur: ἢ περὶ ῥυθμ. ἢ ἐπῶν. Sed nihil interest, utram lectionem sequaris. KUST. Sic, ut impressi, tres codd. In membr. minus concinne, ἢ π. ῥ. ἢ ἐπῶν. BRUNCK. Quod discrimen μέτρων et ῥυθμῶν (de versibus s. περὶ ἐπῶν nihil adtinet, quod per se obvium, adnotare) bene etiam et merito hic tangit Scholiastes. Qua de re consuli potest Anonymus in Hermogenem p. 387., ubi dicitur, Hermogenem statuere, idem esse μέτρον, quod ῥυθμός, quum tamen sint diversa; *metrum* enim sine syllabis esse non posse, *rhythmum* vero et in syllabis et sine syllabis dari; additque, quod Longinus μέτρου πνεῦμα τὸν ῥυθμόν φησιν. Quod vero *rhythmum* etiam sine syllabis esse tradit ibi Anonymus, vel inde manifestum, quod ab initio aurei Aristotelis libelli de poëtica c. i. 4. artes illæ, de quibus agitur, epica, tragica, aut comica poësis vel dithyrambica, omnes imitari dicuntur *rhythmo, oratione*, et *harmonia*, ἐν ῥυθμῷ καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ. Adde, quod de *gestu*, s. *decenti motione pedum et manuum* dicatur ῥυθμός, et inde de priore, juxta Pind. Schol. ad Pyth. i. 4. βάσις ὁ ῥυθμός, παρὰ τὸ βαίνειν εἰς τὸν ῥυθμὸν τοῖς κρούουσι τὴν γῆν ποσί· ac prout in Harmonide Lucianus i. p. 585. καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορόν. Sic Thesmoph. 126. quæ inde illustrantur: — κρούματά τ' Ἀσιάδος Ποδὶ παράρυθμ', εὔρυθμα (pulsus Asiaticæ citharæ, a pede modo dissonos modo ei consonos). Quæ proinde *metro* non convenire, ac diversum esse ab eo *rhythmum* tradunt vett. Critici ad Æsch. S. C. Th. 129. βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοί· διαιρεῖται δὲ τὰ μέτρα καὶ οὐ βαίνεται. Quomodo, ut alia mittam, κιθαρίζοντες, s. *citharam*, ad rhythmum nempe, pulsantes βαίνειν s. *incedere* dicuntur in Plat. Conv. p. 187. et similiter ἐμβαίνειν in i. Alcib. p. 108. et ap. Dion. Chrysost. Or. xiii. de Athenn. liberis τῷ ποδὶ βῶσι πρὸς λύραν. Unde de solemni Romæ sacro, Junoni reginæ a virginibus peracto dicitur ap. Liv., qui et inde illustratur, xxvii. 37. 'virgines sono vocis pulsu pedum modulantes incesserunt.' In quibus nempe locis *rhythmus* pro concinna solum motione vel quiete *pedis*, non vero *manuum* quoque, ut alibi etiam, qua de re paullo post, sumitur. Mirari autem, ut hoc addam, subit, quod ea de re, s. obvia illa vi voc. ῥυθμοῦ de *motione pedis* aut *manuum* in veterum Musica et a *metro*, a quo hic etiam a Comico distinguitur, valde diversa, nihil monuerit vir insigni cæteroquin ingenio et eruditione Is. Vossius in lib. de *poematum cantu et viribus rhythmi*, sed de eo agat, quasi *rhythmus* in diversis *metri* ac vocis modis et numeris fuerit situs, quum tamen ille et *incessum* et *gestum* ad numeros compositum proprie designaret. SPANH. L. Ja. πότερον. mox R. ῥυθμῶν ἢ ἐπῶν, quod non displicet. ERN. Vulgo sic legitur: πότερα περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ ῥυθμῶν; πότερον etiam in Rav. est. Ἢ περὶ ῥυθμῶν ἢ ἐπῶν pessimo hiatu etiam membr. Brunckii et Ms. Vat. Nec tamen hæc lectio nihili est. Monstrat enim veram lectionem, quam reposuimus, πότερα περὶ μέτρων, ἢ ῥυθμῶν, ἢ περὶ ἐπῶν, in qua longe concinnior oratio est, quam in eo quod vulgo legitur, περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ ῥυθμῶν. Egregie confirmat emendationem nostram adnotatio scholiastæ: καλῶς διέστησεν. οὐ γὰρ, εἴ τι μέτρον ἐστίν, ἤδη καὶ ἔπος· εἴ τι δὲ ἔπος, ἤδη πάντως καὶ ῥυθμὸς καὶ μέτρον. HERM. πότερον 2. ῥυθμῶν ἢ ἐπῶν A. B. PORS. ἢ ἐπῶν ἢρϊθμῶν (sic) 1. primo; sed ρυ fecit alius, et explicat schol. manus primæ. In sequentibus ῥυθμ. servat codex. πότερον sch. 3. sed -ρα text. -ρον 5. vox om. 6. DOBR. In Longini Fr. iii. 2. μέτρου πατὴρ ῥυθμὸς καὶ θεὸς dicitur, ibidem § 5. plura de discrimine utriusque dicuntur et hic ipse locus laudatur. Et Toupius ex priori loco emendat Schol. Hermogenis (vid. p. 509. ed. Weisk.). De re ipsa cfr. præter Is. Vossium de poematum cantu et viribus rhythmi, de Rhythmo Græcorum liber singularis (in

Anglia editus) 1775. 8. (Cleavori) de Rhythmo Græcorum liber singularis nunc demum in lucem editus, Ox. 1789. 12. et Hermann. de Metris p. 7. ss. Dind.

629. Scholion margini codicis mei adscriptum: ἀκούσας περὶ μέτρων ὁ Στρεψιάδης, τὸ δημοτικὸν μέτρον, ᾧ μετροῦσι τὰ σπέρματα, σκαιῶς ὑπείληφεν, διὸ Περὶ μέτρων, φησὶν, ἔγωγε. καὶ ἐκ τούτου διαβάλλει τὸν Σωκράτην, ὅτι τὰ μὴ οἰκεῖα τῇ τέχνῃ ἐπαγγέλλεται διδάσκειν. οὔτε γὰρ ποιητὴς ἦν, οὔτε μουσοποιός. Brunck. ἔγωγ' post μέτρων non habet R., sed post γὰρ ponit ἔγωγε. Ern. Strepsiades, qui μέτρα intelligit aridorum mensuras, hinc dicit se a farinæ venditore duobus chœnicibus nuper esse defraudatum. Dind.

630. παρεκόπην. Gl. R. παρεκλάπην. Ern.

631. Cod. κάλλιστον μέτρων, male. Brunck. ὅτι Ald. Junt. i. Divisim Junt. ii. iii. Crat. etc. Dind. ἐρῶ 4. Ita 6. (nisi forte accentum om.) et gl. καὶ λέγω. ων
μέτρον 1. (ων compendio scr. ab eadem manu.) μέτρον servant 2. 3. 4. certe. Dobr.

632. πότερα. Vulgo πότερον. Illud reponi debuit tum ob euphoniam, tum quia magis Atticum est, quod jam observatum fuit ad Conc. 754. Sic supra vulgati etiam libri habent πότερα π. μετρῶν — ubi ob terminationis ον frequentiam ingratum esset πότερον. Brunck. πότερα et πότερον sæpe commutarunt librarii, in hoc propensiores, cujus rei exemplum vide ad Avv. 1244. Sic πρότερον pro πρότερα scriptum in cod. v. 650. Id. Πότερα cum Brunckio dedimus, quod hoc et magis Atticum et hic ad sonum elegantius est. Herm. πότερον Ald. etc. Dind. τρί- μ μ
μετρον ἢ τὸ τετράμετρον, et mox in textu Dorv. ἡγεῖ. sic B. Pors. πότερα 1. solus, opinor. Dobr.

633. ἡμιεκτέου. Rusticus, qui de mensuris et chœnicibus putabat Socratem loqui, convenienter suæ opinioni respondet, se malle tetrametrum quam trimetrum, i. e. quatuor chœnices potius, quam tres; nam quatuor plus est. Utitur autem voce ἡμιεκτέον, quæ idem valet, ut ipse mox dicet, quod τετράμετρον, respectu medimni et chœnicum; quum enim medimnus habeat 48. sive sexies octo chœnices, sequitur, ut sexta pars medimni s. τὸ ἕκτον sint octo chœnices; itaque τὸ ἥμισυ τοῦ ἕκτου, s. τὸ ἡμιεκτέον, erunt quatuor chœnices, ut dimidium octonarii est quaternarius. Berg. ἡμιεκτέον ex rustici sententia idem est, quod τετράμετρον. Quum Socrates de trimetro et tetrametro [trimetro iambico, tetrametro anapæstico. Wiland.] loquitur, metrorum genera intelligit: sed alter ista pro mensurarum nominibus accipit. Ad hujus loci intelligentiam sciendum est, Atticorum *medimnum* in 48. *chœnices* dividi solitum fuisse; ἑκτεύς, *sextarius*, sexta pars medimni, s. *modius*, est chœnicum 8. Proinde ἡμιεκτέον 4. chœnicum s. mensurarum. Nam chœnix κατ' ἐξοχὴν *mensura* vocatur, quia tantum frumenti continet, quantum homini satis sit ad diurnum victum. Brunck. οὐδὲ Junt. i. — ἡμιεκτέον Junt. ii. Dind. Lege ἡμιεκτέου ex Suida v. περίδου. ἡμιεκτέου ut videtur 2. τὸ τ. ε. ἡμίεκτον Suid. v. περίδου. Pors. ἡμιεκτέου 1. 5. 6. τέον 3. sed gl. κρεῖττον τοῦ. ἡμίεκτον (sic) 4. -τέον primo 2. nunc -τέου et gl. τοῦ. Dobr. ἡμιεκτέον Cod. Ar. Id.

634. Οὐδὲν λέγεις. *Nugas blattis.* Sic 771. et Thesm. 643. Av. 987. et alibi. Berg. περίδου. Grammatici vett. omnes, Etym. M. Suid. Photius hinc citant περιδοῦ. Ern. Auctor Etym. M. περιδώμεδα. καὶ Ἀριστοφάνης· περιδοῦ νῦν ἐμοί. καί· Ἐμέθεν περιδώσουαι, ἀντὶ τοῦ, κατ' ἐμαυτὴν συνθηκοποιήσομαι. εἴρηται ἀπὸ τοῦ δῶ, τὸ δεσμεύω. Homerum respicit duobus locis, Il. Ψ. 485. τρίποδος περιδώμεθον, Odyss. Ψ. 78. ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς. Ad priorem locum hæc adnotat Eustathius p. 1312, 20. περιδώμεθον δέ, ἀντὶ τοῦ συνθώμεθα, συμφωνήσωμεν, καί, ὡς οἱ πολλοί φασι, θῶμεν στοίχημα. ἢ σαφέστερον καὶ κοινότερον εἰπεῖν, δώμεθα, ὅ ἐστι δεσμηθῶμεν συνθήκαις, ὧν ὁ διαιτητὴς καὶ κριτής, ἢ μάρτυς, ἵστωρ ἐλέγετο, παρὰ τὸ εἰδέναι. ὁποῖός τις κεῖται καὶ ἐν τῷ· (Il. Σ. 501.) ἄμφω δ' ἱέσθην ἐπὶ ἵστορι πεῖραρ ἑλέσθαι. Sed nugantur isti Grammatici, et cum iis insane bene Berglerus, περίδου derivans a δέω, *ligo*. Est a περιδίδομαι, unde Eqq. 791. ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. In codd. περιδοῦ scriptum est, minus bene. περίδου scribendum, ut ἀπόδου Ran. 1235. Brunck. Adsentitur Herm. In Ach. 772. περίδου νῦν μοι, ib. 1114. βούλει περιδόσθαι — Eqq. 787. Est autem hoc verbum a δέω, *ligo*, unde verbum in μι, δίδημι, cujus aor. 2. ἔδην, in media voce ἐδέμην, ἔδεσο, et abjecto σ, ἔδεο, in imperat. δοῦ, comp. περίδου, ut Schol. docet. περιδόσθαι est ergo, *obligare, obstringere se*, nempe pignore deposito. Dind. Non significat περίδου, *circumspice*, quasi esset a περιδέσθαι, sed, *da pignus*, ut loquitur Plautus in Pœnulo, qua phrasi expressit ille hoc Comici nostri περίδου, a περιδίδοσθαι, quo verbo usi sunt vett. pro *sponsionem facere*. Bos. Obss. Critt. p. 73. qui Homerica loca, quæ Br. etiam adnotavit, laudat. Id. ὦν 'θρωπε

Ald. Junt. I. ὦ 'νθρωπε Junt. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. ὦ 'ντρωπε Ven. II. περίδου omnes edd. DIND.

635. ἡμιεκτέον. Integrum dicitur ἐκτεύς, Eccles. 546. BERG.

636. Cf. ad Plut. 705. BERG. ἔρ' ἐς κ. 6. (sic) et gl. ἄπελθε. DOBR.

637. ταχύ. F. τάχα. REISK. — Vulgo μανθάνειν σὺ περὶ ῥυθμῶν. A mala manu est istud σύ, quod versui sustentando insertum fuit. Hoc fulcro non eget. V. not. ad Plut. 1065. et Markland. ad Eurip. Suppl. 94. BRUNCK. Sustulerunt σὺ (quod in cod. Rav. deest) a metricis prosodiæ male gnaris insertum etiam Sch. et Herm. ῥυθμῶν. Glossæ: ῥυθμός, modulus. BERG. ταχὺ δ' ἂν REISIG. σὺ ante περὶ addunt Ald. et cett. omnes. DIND. μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν Markland. ad Eurip. Suppl. 94. vide Vesp. 976. PORS. Alibi Porsonus, Æschines contra Timarchum p. 77. ed. Taylor. 174. Reisk. Ταῦθ' ὁ γέρων, ὁ ἐκ παιδὸς σεσωφρονηκώς, παρῄνεσε τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ταχὺ γὰρ Τίμαρχον, ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἴασε πολιτεύεσθαι. Post γὰρ addiderunt ἂν Wolfius, H. Stephanus, cæterique editores, probante Brunckio ad Aristophanis Vesp. 708. T. ii. p. 230. Verum neque hoc sententiæ satis facit; nihil enim habet quod istic agat particula γάρ. Restituendum erat, nulla fere mutatione, ταχύ γ' ἂμ Τίμαρχον ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην. Aristoph. Nub. 637. Ταχύ γ' ἂν δύναιο μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν. Aristides Orat. ii. pro Quatuorviris t. ii. p. 185. 2. ταχύ γ' ἂν διηκόνησεν ὁ τοῖς διακόνοις οὕτω χρώμενος, ἢ παρ' ἃ βέλτιστα ἐνόμιζεν, ἐδημηγόρησεν, ὁ μηδ' ἑρμηνεύειν ἐῶν περὶ ὧν οὐ βέλτιον λέγειν. Musonius Stobæi xix. p. 170, 9. Ταχύ γ' ἂν ἐκεῖνος (Σωκράτης) ἐν ὀλίγοις λοιδορούμενος ἐχαλέπηνεν, ὃς οὐδὲ ἐν θεάτρῳ λοιδορηθεὶς ἠγανάκτει. Sic Trincavellus; ceteri οὐ præponunt. Basilius p. 99. 4. ubi pessime Grotius. [Basilii locus est t. ii. p. 180. B. ed. Garner. ταχύ γ' ἂν στεφάνων ἢ δόξης ἔτυχον, ἢ διέφυγον τὸ μὴ καταγέλαστοι εἶναι κατὰ τὸ σῶμα. Garnerium, interrogationis notam post σῶμα ponentem, in schedis notat Porsonus. Deinde, οὐ γὰρ πολυπράγμων Lex. SG. Bekkeri p. 425. DOBR. Error ortus ex similitudine literarum μ et ρ. Suidas v. ἀπλήγιος. Εὔπολις Πόλεσιν· Οὔτ' ἂν πολυπράγμων ἐστὶν, ἀλλ' ἀπλήγιος. Vides ἂν cum præsente indicativo conjungi; et miror hunc versum non esse a Brunckio Plut. 885. Nub. 395. Av. 1069. comitem additum. Interea sciat, quicunque solœcismos non amat, pro ἂμ in Ms. Corp. Christ. Coll. Oxon. exstare ἂρ, unde nemo non corriget, Οὐ Γὰρ πολυπράγμων ἐστὶν, ἀλλ' ἀπλήγιος. Hesychius. Κέραιμε. κεράννυε. Lege Κέραιρε ex Hom. Il. i. 203. PORS. σὺ omnes, quantum sciam, certe 1. 2. 3. 4. DOBR. σὺ Cod. Ar. ID.

639. Glossæ: κομψὸν, πιθανὸν καὶ ἡδύν. ἐπαΐειν, αἰσθάνεσθαι. κατ' ἐνόπλιον — κατὰ δάκτυλον, εἴδη ῥυθμῶν ἀμφότερα. Duo sunt veteris Musicæ rhythmi. BRUNCK. ξυνουσίᾳ Brunck. eumque sequuti edd. dederunt pro συνουσίᾳ. DIND. συνουσίᾳ Ald. etc. DIND. In schedis; Dio Chrysost. Or. xxxviii. p. 468. B. οὐδὲ συμποτικός εἰμί τις· οὐδὲ κοινὸς ἐν ταῖς τοιαύταις συνουσίαις. Vide Aristoph. Vesp. 1204. PORS. πρῶτα 6. DOBR.

641. κατ' ἐνόπλιον. Ad peculiarem nempe *rhythmum armata* hæc *saltatio*, ἐνοπλίου nomine vulgo dicta, peragi consueverat. Unde Xenophon Anab. vi. 1. 6. de Mantinensibus Arcadibus: ἐξοπλισάμενοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, ᾖεσάν τε ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι. Idem paullo ante § 5. de unius e Mysis saltatione: καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ περὶ τὸν αὐλὸν ἐποίει. Cujus proinde ῥυθμοῦ duæ partes, quarum paullo ante facta est mentio, dicuntur exstitisse, ut ab Aristide de Musica p. 31. ἄρσις καὶ θέσις, *motio et quies*, pedum nempe aut manuum. Quod de priori, ac proinde cujus in saltatione, ut h. l. præcipua foret ratio, explicant Græce, de quibus paullo ante in Hermog. Commentaria p. 381. βάσις ἐστὶν ἄρσεως καὶ θέσεως ποδῶν σημείωσις. τὸ γὰρ αἴρειν τὸν πόδα, εἶτα τιθέναι, ἄρσιν καὶ θέσιν ὠνόμασαν· quibus continuo additur, ἄρσιν illam et θέσιν ab initio et in fine chorum agentium, ὁρμὴν appellari. Quibus gemina idem adhuc tradit p. 409. Quæ, et alia quædam jam ante, eo lubentius e Græcis illis Commentariis adduximus, quod ea, etsi multa bonæ frugis contineant, ab Aldo semel hactenus edita haud in multorum manibus versantur. De qua cæteroquin, cujus hic fit mentio, ἐνοπλίῳ ad *rhythmum*, idque ab Amazonum choro, saltatione Callim. h. in Dian. 240. περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο (pyrrhicham saltarunt) Πρῶτα μὲν ἐν σάκεσιν ἐνόπλιον· αὖθι δὲ κύκλῳ Στησάμενοι χορὸν εὐρὺν — Adde in Vesp., ubi de Carcini filio, qui inter χορευτὰς, s. chori actores, erat, dicitur, eum in saltatione tragica, quæ ἐμμέλεια dicebatur, *ad numeros* s. *rhythmos saltare* fuisse imperitum, v. 1495. ἐν δὲ τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδέν ἐστι. — *Rhythmi secundum dactylum* meminit Plutarchus de Musica p. 1133. ubi de Olympo, Marsyæ insignis tibicinis, quique primus nomos in deorum laudes fecit, discipulo, dicitur, χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει. Quod vero hic in Scholl. dicitur

usos eo tibicines, et quod ὁ κατὰ δάκτυλον ῥυθμός ἐστιν ὁ ἐν ἴσῳ λόγος, idem notant ad Hephæst. Scholia p. 11. Δάκτυλος. ἐν ἴσῳ λόγῳ τὸ δακτυλικὸν καὶ ἀναπαιστικὸν μέτρον καλεῖται ἐπιπλοκὴ τετράσημος, ἀπὸ ῥυθμοῦ δὲ ὁ δάκτυλος. Cujus *dactylici metri* quæ fuerit ratio, docet idem Hephæst. p. 23. Adde quod *rhythmum* ἐν ἄρσει καὶ θέσει, in *motu* aut *quiete*, non pedum solum, sed manuum etiam consistere diximus, et quod postremum illustrat insignis ap. Lucianum locus ex eodem, de quo paullo ante, Harmonide, ubi se tibicinæ artis a præstantissimo illius magistro edoctum dicit, et inter alia ὑποβάλλειν τοὺς δακτύλους εὐαφῶς ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει καὶ θέσει καὶ (quæ postrema jam supra adduximus) βαίνειν ἐν ῥυθμῷ (adposite digitos crebro tollendo et ponendo applicare et ad numerum progredi). Sic de sinistra Amphionis manu, dextra pulsante citharam, Philostr. Icon. i. p. 747. καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ ἐν ὀρθαῖς ταῖς τῶν δακτύλων προβολαῖς, sed quæ diversa ab eo, de quo hic a Comico agitur, armatæ saltationis ῥυθμῷ κατὰ δάκτυλον. SPANH. Quomodo differat ῥυθμὸς ἐνόπλιος a dactylico, vid. Schol. ad h. l. et quæ ad ea notata sunt. SCHUTZ. κατ' ἐνόπλιον. Sic Ms. C. vid. Eustath. ad Od. Φ. 1899. 62. ERN. κατ' ἐνόπλιον etiam ed. Ald. etc. DIND. ἂν pro αὖ 1. DOBR.

642. Post δάκτυλον non interr. nota, sed comma Ald. Junt. I. II. III. Interr. notam ponit Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. etc. DIND. εἰπὲ δὲ Elb. HARL. ἀλλ' οὐκ οἶδα Dorv. PORS. ἀλλ' om. 3. DOBR.

643. Lego τ. νῦν δὴ et contra scholiasten de *digito indice* intelligo. Nam sequente demum versu medium et infamem porrigit. BENT. τουτουΐ esse δεικτικῶς positum facile patet. Monstrat factitium penem. DIND. Dukerus se nec poëtæ sententiam nec expositionem Scholiorum intelligere fatetur. ERN. Sophocl. Ajac. 444. οὐκ ἄν τις αὖ ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ. Cæt. in Comici verbis latet aliquid obscœni. BERG. τὴν πόσθην αὐτοῦ ἔδειξεν. *Quis alius nisi penis hicce? antehac vero, quum puer essem, digitus hic præsto mihi erat.* Magna est in his nequitia, quam satis explicasse mihi videor. Quid sibi hæc vellent, non adsequuti fuerant interpretes. Licet manifesta sit inter binos, quos rusticus ostendit, dactylos, unum quid longeque diversum ex his fecit Etruscus interpres, Jo. Bapt. Terucci, cujus in Græcis nec vola nec vestigium est: *E un frutto di cert' albero Che mel davano ancor quand' era piccolo.* Caute Fabri filia, quæ puellari ætate fabulam Gallice vertit, scopulum hunc declinavit. BRUNCK. Nequam iste intelligit membrum virile, δάκτυλον. HARL. Recte Br. de pene intellexit, ut est in glossa, sequentem autem versum de digito infami, quo iste, quum puer esset, necdum aptus rebus venereis, sannas fecerat. HERM. Simili joco Noster Eqq. 1392. Οὐκ οὖν δακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ; quod genus pœnæ, τὸ κασαλβάζειν et Catullus minatur carm. 16. cf. Eqq. 355. Sequentem versum sic vertas: Certe antehac, quum puer essem, hic erat (ille digitus, de quo loqui te existimo). HOTIB.

644. οὑτοσί. Medius digitus. BENT. L. Ja. πρωτον. Post ἔτ' omittit R. et L. οὑτοσὶν, quod non displicet. ERN. Pro ἔτ' in Elb. ὅτ' est. HERM. πρῶτον μεν 2. ἐπ' ἐμοῦ B. PORS. ἔτ' om. 3. tum ὄντως. DOBR.

645. Suidas locum hunc citans rectius legit ἀγρεῖος per γ', quod idem significat ac ἄγροικος, i. e. *agrestis, rudis, imperitus.* Eadem vox ἀγρεῖος occurrit etiam ap. Comicum nostrum Thesm. 167. KUST. ἀγρεῖος membr. Vulgo ἀχρεῖος. Suidas: ἀγρεῖος· ὁ ἀγροῖκος, ὁ ἀμαθής, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ. Ἀριστ. Νεφ. κ. τ. λ. V. Thesm. 160. In C. ἀγροῖκος e glossemate. In B. ἀρχεῖος, e quo suspicari quis posset, scriptum olim fuisse ἀρχαῖος. In cod. quinto distincte et emendate ἀγρεῖος, superscripta glossa ἄγροικος. BRUNCK. ὦ 'ζυρέ. In Vesp. 1502. ἀλλ' ὦ 'ζυρὲ — Lysistr. 949. ἀλλ' ὦ 'ζυρὰ κατάκεισο. BERG. ὦ οἰζυρὲ est anapæstus. Sed R. I. habent ὦ ζυρὲ quod fortasse magis placeat. Media in h. v. alias producitur secundum analogiam et consuetudinem poëtarum. v. Etym. M. h. v., sed theatri Attici idioma esse potest, ut in aliis verbis, qualia passim ad Hom. notat Clarkius, diversa quantitas illius syllabæ. ERN. Ἀχρεῖος Ald. etc. ἀχροῖος Elb. ὠΐζυρὲ Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. In L. ὦ ὀζυρὲ, Elb. ὦ οἰτυρέ. DIND. ὠζῦρὲ Dorv. PORS. ἀγρεῖος Suid. in v. A. B. ἄγροικος gl. B. PORS. Quin et Scholiastes deperditus, cujus notam Suidas in suam farraginem conjecit, pro ἀχρεῖος ΑΓΡΕΙΟΣ legit. Anonym. Epigram. ap. Suid. in v. Τὸ σκύτος ΑΓΡΕΗΣ εἵνεκα τῆς πλατάνου. Aristoph. Thesmoph. 167. ΑΓΡΕΙΟΝ. ὄντα καὶ δασύν. PORS. ἀγρεῖος 3. et primo 6. nunc χ rubr. Gl. ἀπαίδευτος. ἀχρ. 1. 2. 4. sed in 1. gl. ἄγροικος, in 4. γρ. ἀγροῖος al. m. DOBR.

646. τί δαί; R. bene Ern. Est hoc etiam in membr. et in C. et quinto cod., et recipi debuit. BRUNCK. Receperunt Sch. et Herm. τί δέ; etiam Ald. etc. τί δαὶ R. ap. Ern. DIND. ἐπιθυμῶ τούτων 2. ἐπιθυμῶν Dorv. τί δαί B. Dorv. PORS.

ἐπιθ. τούτων 5. οὐδὲν om. 6. δαὶ 1. 3. Dobr.

647. τὸν ἀδικώτ. λόγον. Male hoc per *jocosum verbum*, e quibus genuinum hujus loci sensum nemo adsequeretur, reddidit interpres, pro *sermonem injustum*, quo nempe injustam causam superiorem redderet, ut bene vertit Daceria, prout ea de re jam ante ad v. 115. et quæ unica fuerat causa, cur in Socratis disciplinam, quo id ab eo doceretur, se dederit hic Strepsiades. Quæ manifesta inprimis e Δικαίου καὶ Ἀδίκου sermonibus infra Act. iii. Sc. 3. et 4. Spanh. ἐκεῖν' ἐκεῖνον 3. t. et sch. Dobr.

648. πρὸ τούτου cod. Bav. et Elb. Harl. C. 1b. πρὸ τούτου, quod versum destruit. Ja. τούτων. Ern. Τούτων etiam Rav. habet, quod recipiendum putavi. Τούτου enim librariorum curiositati deberi videtur. Plurali quum utitur, tantas tamque difficiles intelligit res, quam fraudulenta illa oratio est. Πρότερον unus Regiorum Brunck. Herm. πρότερα τούτου Ald. etc. Dind. σε πρὸ τούτων μ. 2. πρότερον τούτου Dorv. Pors. πρότερον 1. 3. πρὸ τούτων 5. πρὸ τούτου 4. 6. et in hoc τερα supr. ab alio. Dobr. Non sine vi aliqua dictum est τούτων. Reisig.

650. ἔγωγ' ἅττ' 2. et sch. marg. Pors. τ' ἄῤῥεν' Ald. Junt. etc. Dind. ἔγωγ' ἅττ' 3. 5. gl. in utroq. ἅτινα. Dobr. ἔγωγε τά. Cod. Ar. Id.

651. Magna est ruditas rustici, gallum s. gallinam inter quadrupedes numerantis. Quod tamen non animadvertit Socrates, sed aliud reprehendit, quod levius erat. Berg. τράγος, ταῦρος. R. I. inverso ordine. Ern. ταῦρος τράγος 2. Pors. ταῦρος τράγος 4. 5. 6. Dobr.

652. ὁρᾷς, ἃ πάσχεις; *viden' quid tibi eveniat, quid facias?* πάσχω est hic pro πράττω, v. not. ad Ran. 302. ἀλεκτρυόνα feminino genere *gallinam* vocarunt veteres, ut et *gallinaceum* τὸν ἀλέκτορα. v. Amphiarai fr. iii. et Dædali iv. Ex aliis Comicis exempla plurima profert Athenæus p. 373. inter quæ hoc est Cratini in Nemesi: Λήδα, σὸν ἔργον, δεῖ, σ' ὅπως εὐσχημόνως | ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους, | ὅπως ἐπωάζουσ' ἂν ἐκλέψῃς καλὸν | ἡμῖν τε καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον. Tertius horum senarius misere vulgo depravatus fertur. [Unum afferam ex Strattide: αἱ δ' ἀλεκτρυόνες ἅπασαι καὶ τὰ χοιρίδια τέθνηκε. Cæterum hanc præclaram doctrinam de gallo et gallina proponit v. 838. Strepsiades filio suo, tamquam magnam sapientiæ partem scilicet. Berg.] In R. Cod. sic scriptus est: ἐπὶ τῷδε πωάζουσα ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλόν. Alii aliter emendarunt: mihi placet ratio, quam sequutus sum. Sic Noster Lys. 1182. νῦν οὖν ὅπως ἁγνεύσετε, ὅπως ἂν — ξενίσωμεν. Theopompus etiam in Pace: ἄχθομαι δ' ἀπολωλεκὼς Ἀλεκτρυόνα τίκτουσαν ὠὰ πάγκαλα. Brunck. Athenæus ix. p. 373. τὸν δ' ἀλεκτρυόνα ἐκ τῶν ἐναντίων οἱ ἀρχαῖοι καὶ θηλυκῶς εἰρήκασι. Κρατῖνος Νεμέσει· Λήδα, σὸν ἔργον etc. cujus vocis ἀλεκτρυόνος pro *gallina* alia adhuc adducuntur ibi exempla ex aliis Comicis, immo hujus Aristoph. in Dædalo: quæ tamen postrema non ei, sed Platoni in cognomine fabula Dædalo tribuunt ad h. l. Scholia, nempe: Πολλαὶ ἀλεκτρυόνων ὑπηνέμια τίκτουσιν ὠὰ πολλάκις. Spanh. V. Stoeber ad Thom. Mag. p. 733. et sæpius hoc sensu verbum occurrit. compara vers. 787. Harl. ἃ πάσχεις Ald. etc. Dind. Schweighæuserus l. l. e conjectura Valckenarii edidit εὐσχήμονος — ἐπὶ τῷδ' ἐπώζουσ'. Schutz.

653. ταὐτὸν I. Ern. τ' αὐτὸν Bav. et Elb. Harl. Idem edidit Reisig. κατὰ ταυτὸν 2. καταυτὸ A. B. sed τα in B. suprascr. κἀτ' αὐτὸ Dorv. Pors. ταυτὸν omnes. In 6. ἀλεκτρυὼν a m. pr. Dobr.

61. In multis fabulis, quæ temporis, seu potius hominum, injuria periere, Comicus noster Euripidem exagitaverat, ut in Acharnensibus, ad quam hic respicere potest, non vero ad Thesmophoriazusas, quæ nondum prodierat, quum Vespas docuit. Cave autem participium ἀνασελγαινόμενος eo sensu accipias, quo id accipi posse credidit Florens pro οὐκ ἀσελγαινόμενος, quia fuit Euripides μισόγυνος. ἀνὰ in hujus verbi compositione valet *rursus*, *iterum*. Brunck. Cæterum constat, pluribus in fabulis aliis, Thesmophoriazusis et Ranis potissimum exagitatum fuisse Euripidem ab Aristophane. Conz.

62. In Nubib. 549. etiam dicit se Cleoni non amplius insultare: ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' εἰς τὴν γαστέρα· κοὐκέτ' εἰσαῦθις γ' ἐπεπήδησ' αὐτῷ κειμένῳ. Berg. Κλέων γ' ἔλαμψε. Insertam particulam [quæ vulgo abest] agnoscunt ambo codd. Brunck. Κλέων. Ergo nomen comœdiæ hodie ab Equitibus ductum, fuit olim quoque Cleo? Videtur. Vult dicere: si comœdia, in qua Cleo fuit exagitatus, placuit et splendido applausu fuit excepta. Reisk.

63. μυττωτεύσομεν. Interemus et amarore inficiemus, sumpta ab alliis metaphora. Nam μυττωτὸν proprie intritum est ex alliato, caseo et aceto, et sic dictum ἀπὸ τοῦ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμὴν, ut dixit Maro (si tamen is auctor): *simo damnat sua prandia naso*. Nos Græce vertebamus ὀσμὴν ἐμυσάξατο δαῖτα. Unde μυσωτὸς dictus etiam a Callimacho [apud Schol.]: ἐτρίψαντο μυσωτόν. Deinde τ verso in σ et duplicato, μυττωτόν. Nos olim ad Irenes commentaria glossemata amplius diximus. Notandum autem hic notari Cleonem, ut qui illustris esse voluerit ex obscuritate sui generis, ut patet ex Equitum fabula, quam in ipsum scripsit. Fl. Chr. Metaphorice utitur hoc verbo e re culinaria petito etiam Pac. 247. ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ' ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα ἁπαξάπαντα καταμεμυττωτευμένα. In Equit. 767. κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ. Berg. Nostrum locum Brunck. minus bene vertit, *aceto perfundemus*: μυττωτὸς enim allio, cepa, aliisque istiusmodi generis plantis in mortario contritis jusculum significat confectum. Ejusdem fere coloris phrasis est Plautina in Mil. Glor. i. 1. 8. 'farctum facere ex hostibus.' Conz.

64. γνώμην ἔχον. In Acharn. 395. εἰ γνώμην ἔχεις. Berg.

65. οὐχὶ δεξιώτερον. Huc, ut arbitror, pertinent quæ apud Suidam leguntur v. ἀνασεσυρμένην κωμῳδίαν. Ait enim: καλοῦσι δὲ τὸ μὲν σκωπτικὸν, ἐπίχαριν· τὸ δὲ εὐτράπελον, ἐπιδέξιον· τὸ δὲ ἀνασεσυρμένον, ἄπλαστον καὶ ἁπλοῦν. Sunt autem δεξιοὶ, εὐπαίδευτοι. Et hic valet, οὐ δεξιώτερον, οὐχ ἧττον τῆς ὑμῶν σοφίας. Fl. Chr.

67. 68. Scribe ἐστὶν—'άνω καθεύδων, —. Reisig.

70. καθείρξας. Ald. καθεύδειν: καθείρξας 113. leg. κἄνδον καθείργειν vel κατερύκειν: ut 601. ἀποκλείεις καὶ κατερύκεις. Bent.

72. ξυμβάλοι. Etiam συμβάλλειν est ἐνύπνια ἐπιγνῶναι, ut Latini *conjicere* dicunt. Quod autem ait τοπάζετε, est εἰκάζετε, ὑπονοεῖτε. *Conjicite*, inquit, *et divinate, quo morbo ille teneatur*. Hic Scholiastes Græcus scripsit, γράφεται δὲ καὶ ἀπροσώπως τοπάζετε, mendose. Legendum enim τοπάζεται, et sic in Venet. edit. Fl. Chr. Supra v. 50. ἐναργὲς ξυμβαλεῖν. Berg. οὐδ' ἂν ξυμβάλοι. οὐδὲ ed. Kuster. Ald. male. Pors.

73. εἰ μὴ πύθοιθ'. Sic bini codd. et vett. editt. omnes, ne quidem excepta illa Farrei. Tamen in recentioribus est πύθοισθ'. Brunck. τοπάζετε. Ita Aldina, Juntina et nupera, *conjicite*, *divinate*, quo morbo laboret. Editio Farrei habet τοπάζεται, quam lectionem in versione expressi impersonaliter sumto verbo. Scho-

lia, γράφεται δὲ καὶ ἀπροσώπως τοπάζεται. Ita enim ibi legendum, non τοπάζετε, ut monuit Florens etiam. Berg.

74. Ἀμυνίας. Sive Amynias sive Ameinias scribas, Archon fuit, quum docuit Nebulas Aristophanes. Sed hic notatur ille ut aleator. At in Σερίφοις (sunt, ut opinor, *virgines anus*, Cratetis [Cratini] comœdia, si vere hic Scholiastes in Nubibus autumat, qui falso, ut puto, ἐν Δερρίφοις ait: quamvis apud Suidam Cratetis duplicis comici fabula hoc nomine non reperiatur,) tanquam alazon et sycophanta et colax, ab Eupolide παραπρεσβύτης. At in Veneta editione Sosia hæc loquitur, ἀλλ' οὐδέν. Fl. Chr. Scholiastes ad Nub. 31. hunc Ἀμινίαν dictum fuisse ait per iota in antepenultima. Berg.

75. ἀλλ' οὐδὲν λέγει. In Nub. 644. οὐδὲν λέγεις, ὦ 'νθρωπε. Berg.

77. φιλο μέν ἐστιν ἀρχή. Philo, inquit, principium est mali, quia Cleo pernicies et malum est populi, ut velle videtur Græcus interpres. Nam Philocleonis nomen fictum, quia amet Cleonis facta, qui fuit φιλόδικος et συκοφάντης. Fl. Chr. Ejus epitheton incipit etiam a φιλο, ut φιλόκυβος· est autem illud φιληλιαστὴς infra v. 88. Berg.

78. Alium Sosiam fuisse hunc, qui hoc ad Deryclum fertur dixisse, oportet; non autem Xanthiæ conservum; quia iste scit, quo morbo laboret herus. Berg. ὁδὶ δέ φησι Σωσίας πρὸς Δερκύλον. Qui loquitur hic Xanthia digitum intendit ad spectatorum aliquem qui Dercylo sententiam suam aperit. Fueritne aliquis ille *Sosia* appellatus? At *Sosia* nomen est servile, nec credo Athenis locum fuisse servis in theatro. Legendum itaque censeo: ὁδὶ δέ φησι, Σωσία, πρὸς Δερκύλον. quod in versione secutus sum. Brunck. Δερκύλον. Cauponem Dercylum faciunt, vel μεθυστὴν, cum quo Sosias loquitur: alii comicum histrionem. Sunt autem Sosiæ duo, Pythidis ille, hic Parmenionis. Hic vero Sosias tanquam vinosus arguitur ebrietatis laudibus, aitque hunc morbum proprium tantum esse boni viri. Itaque de suis moribus Philocleona arbitratur esse φιλοπότην, ut Nicostratus Scambonides (sic vocatus a populo tribus Leontidos) φιλοθύτην censet; puta quia ipse talis est. Sic autem vocantur δεισιδαίμονες, semper diis sacrificantes, atque ita sperantes esse extra omnem noxam: quasi εὐλάβεια pariat ἀβλάβειαν. Fl. Chr. Non facile existimandum, quum Sosia nomen esset servile, servique in theatris, saltim nullo probante loco classico, non essent admissi, hunc cum Dercylo interloquentem spectatorem nomen habuisse Sosiæ. Quod Invern. contra ait, nihili est, vol. ii. p. 320. Conz.

80. ἐστιν ἀνδρῶν Suid. ed. et Ms. v. αὔτη γε. παροιμία Ms. in m. Pors.

81. Σκαμβωνίδης. Scholia, ἀπὸ δήμου τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Berg. Vide Meursium de Pop. Att. in Σκαμβωνίδαι. Brunck.

82. φιλοθύτην. Scholia, φιλοθύται εἰσὶν οἱ δεισιδαίμονες, καὶ θύουσιν ἀεὶ τοῖς θεοῖς, νομίζοντες ἐκ τούτου ἀβλαβεῖς ἔσεσθαι. Berg. Blomfieldo ad Æschyli Sept. contra Th. p. 115. φιλόθυτον scribendum esse videtur. Dind. φιλόξενον. In bonam partem Xanthias dicit φιλόξενον, quasi hospitalem. At Sosias excipit in malam et de nomine proprio intelligit et ad Philoxenum refert, qui πόρνος audiebat, ut Phrynichus in Satyris et Eupolis in Urbibus, qui sic de illo: ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων. Fl. Chr.

83. Notum est Socratem ita jurare solitum. Athenæus ix. p. 370. μιμούμενος τὸν κατὰ τῆς κυνὸς ὅρκον Σωκράτους. Berg. μὰ τὸν κύν', ὦ Νικόστρατος. Lege Νικόστρατ', ut in Veneta edit. Jurare autem solebant per canem διὰ δεισιδαιμονίαν, ut ait Scholiastes: aut fortassis imitari et ridere voluit philosophos, Socratem præcipue, qui jurabant εἰς κύνα καὶ χῆνα, *in canem et anserem*. Quod vero ait ἄλλως φλυαρεῖτε, i. e. *frustra nugas agitis*, metaphora sumpta a lebete vel patina. Nam φλύειν cachinnare est, et fervere cum spumante strepitu, ut Homerus Il. Φ, 361. dixit: ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα. Atque adeo ut Eubulus comicus apud Athenæum p. 229. A. λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι, *patina cachinnat bulliente murmure*, ut elegantissime vertit divinus apud Varronem p. 26. conjector [Scaliger]. Fl. Chr. ὦ Νικόστρατ'. Sic bini codd. et primariæ editt. Imperite Ant. Fracinus edidit ὦ Νικόστρατος, quod solus post eum repræsentavit Sigis. Gelenius, e cujus demum editione in aliquot alias transiit. Sinceram lectionem præferunt minores Batavæ [et Bergl. Reisk.], corruptam Kusterus, qui rursus hic oblitus est Aldinam inspicere.— Ludit Comicus in ambiguitate nominis φιλόξενος, quatenus vel appellativum est, vel proprium. A comicis illius temporis exagitatus fuit Philoxenus cinædus, de quo Eupolis in Urbibus apud Scholiastam: ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων. Brunck. Νικόστρατ' Fl. Christian. ex ed. Venet. recte. Atque ita Schol. et ed. Ald. Bas. [1532.] Pors. Porson. in exempl. Porti, "Socratem perstringit, ut subinnuit Scholiastes." Dobr.

84. καταπύγων — Φιλόξενος. Hic vo-

cem φιλόξενος pro nomine proprio accipit. Testatur autem et Eupolis apud Scholiastem, Philoxenum fuisse quendam effœminatum, his verbis: ἔστι — Διομείων. Berg.

86. εἰ δὴ 'πιθυμεῖτ'. Id est εἰ δὴ ἐπιθυμεῖτε. Si cui forte putida videatur hæc observatio, discat velim primariæ editionis mendam εἰδ' ἠπιθυμεῖτ' nullum exstitisse subsequentium editorum, qui corrigere sustinuerit. In binis codd. emendata scriptura, quam repræsentavimus, conspicitur. Confer not. ad v. 665. Brunck. εἰ δέ γ' ἐπιθυμεῖτ'. Reisk. εἰδ' ἠπιθυμεῖτ'. Lege εἰ δὴ 'πιθυμεῖτ'. Infra pro δ' ἤπειτα 665. legendum δὴ 'πειτα. Pac. 5. pro δ' ἤφερες, δὴ 'φέρες. Pors. De his elisionibus vide Porsonum apud Kidd. ad Dawes. p. 431. Dobr.

88. φιληλιαστής. Sic vocat judiciorum triconem et φιλόδικον. Præcipuum enim et maximum forum judiciale erat Heliæa, sic dicta quia sub dio erat et soli obnoxia, ut inferius dicetur. Fl. Chr. καὶ φιλόδικος om. Suid. Ms. ἡλιαστής, ubi φιληλιαστής ἐστιν καὶ φιλόδικος ὢ. ο. α. edd. Pors.

90. πρώτου ξύλου. Sic vocat prima subsellia etiam in Acharn. [25.] ἐλθόντες ἤδη περὶ πρώτου ξύλου. Fl. Chr. Dicuntur Athenienses in concione καθίζεσθαι ἐπὶ ξύλων, quo pertinet inter alia hic versus. Reisig.

91. πασπάλην. Ne ciccum quidem (nam πάσπαλος granum milii) tamen πασπάλη vel παιπάλη est furfur vel farinæ μέρος ἀμερές. Scholiastes ait censere nonnullos, πασπάλην esse petram magnetida; quod mihi non fit verisimile. Quod autem in farina est πασπάλη, hoc in spica est ἄχνη, i. e. ἄχυρον, et τοῦ σίτου λεπτὴ καλάμη; quam etiam ἀθέρα vocant. Homeri Il. E, 499. ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει. Fl. Chr. οὐδὲ πασπάλην pro οὐδὲ βραχύ· οὐδὲ τὸ τυχόν. Hesychius similiter exponit hanc vocem atque παιπάλη. Berg. πασπάλη et παιπάλη, πάλη, *tenuissima fanina, pollen*, metaphorice usurpatur pro re tenuissima (ut ἀκαρὲς sæpe, οὐκ ἄξιον τριχὸς); hic igitur, ne minimum quidem somni. Eundem sermonis habitum tenet sequens phrasis v. 92. κἂν ὤχνην καταμύσῃ ἄχνη, enim proprie decerpta est quævis minima pars, et transfertur hic a corporea ad rem incorpoream. Juvat hic addere ex phonascorum dicendi genere ex sec. xiii. xiv. theotiscorum, quod comparari bene potest quoad simplicitatem cum Græcæ linguæ nativo colore, exemplum. Formulam scilicet *nicht ein bast* usurpant non raro hi pro, *ne minimum quidem*, quia cortex (*bast*) in rebus levibus jure censetur. Cæterum de vocis πασπάλη usu cf. et Mœrin λεξ. 'Αττικ. et quæ plura ibi congerens egregie comparavit Pierson p. 330. (ed. 1759. Lugd. Batav.) et Valckenærii adnot. ad Chrysostom. orat. in laud. Pauli Apost. tom. ii. p. 114. ed. Lips. 1809. Conz.

92. ἢν δ' οὖν καταμύσῃ. Sic bene ambo codd. Solœce vulgo καταμύσει. Brunck. κἂν ἄχνην. Scholia, τὸ λεπτομερὲς τοῦ στάχυος. Sumitur etiam pro quavis re minima, ut πασπάλη et alia. Vide ad Plut. 17. Berg. Etymol. ἄχνη — ἴπνου. Lege ὕπνου. Bent.

93. κλεψύδραν. Ad hanc vocem Scholiastes: κλεψύδρα γὰρ ἀγγεῖον τετρημένον, ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον καὶ εἴων ῥεῖν ἄχρι τῆς ὀπῆς· καὶ οὕτως ἔπαιον τὸν ῥήτορα. Ad quæ Florens Christianus: "Quia clepsydra in judiciis statui solebat et ad fluentis mensuram temporis spatium ad dicendum exigebant rhetores. Erat enim vas pertusum, quod aqua implebant, eaque fluxa ad foramen usque finem facere cogebantur dicentes; aut si ultra res serias nugari lubebat, eadem aqua verberabantur. Nam id innuere videtur Scholiastes Græcus, quum ait, καὶ οὕτως ἔπαιον τὸν ῥήτορα. Si tamen mendosa non est lectio, quia hanc pœnam rhetoribus præscriptam non recordor alibi me legisse, et non potius scribendum est ἔπαυον, quod ego malui emendare." Vidit absurdum esse suum intelligendi modum Florens Christianus, et emendatio, quam profert, nequaquam est absurda. Sed non habet opus emendatione lectio ἔπαιον, sed emendanda erat mala ejus interpretatio: nam ἔπαιον non est imperfectum a παίω, *verbero*, inclinatum, sed ab ἐπάϊω, *audio*, καὶ οὕτως ἐπάϊον τὸν ῥήτορα vertendum, *et sic audiebant rhetorem.* Ignoscat mihi docti viri memoria, si miseros rhetoras ab ea verberatione immunes servare volui. Palmer. v. Acharn. 693. Berg. πέταται Ald. Pors.

96. λιβανωτὸν ἐπιτιθείς. In Ran. 915. ἐπίθες λαβὼν δὴ καὶ σὺ λιβανωτόν. Berg. νουμηνίᾳ. In novilunio mos erat thura dare imaginibus et statuis, quod videtur tribus digitis factitatum, puta pollice, indice et medio, quibus judices solebant continere calculos sententiarum. Fl. Chr.

97. ἢν scripserunt Bentl. Reisk. Brunck. Invern. Vulgo ἄν. Dind. καὶ νὴ Δί' ἂν ἴδῃ. Lege ob metrum vel ἢν ἴδῃ vel ἐὰν ἴδῃ. Vide ad Eq. 388. et in Mnesitheo apud Athen. ii. p. 36. repone ἐὰν δ' ἄκρατον, παράλυσιν τῶν σωμάτων. Ubi præcedentes versiculi ita legendi et disponendi sunt, ἐὰν δ' ὑπερβάλῃς, Ὕβριν· ἢν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃς, μανίαν ποιεῖ. Ita in Adversariis p. 53. sed legendum cum ipso

Porsono apud Robertum Walpole, Fragm. Com. pp. 11. 90. εὐθυμίαν· ἐὰν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν· Ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ, ubi non Mnesithei, sed comici alicujus, forsan Alexidis, esse totum locum vidit idem Porsonus, ita constituens: ὁ Μνησίθεος δ' ἔφη τ. ο. τ. θ. ἦν pro ἂν restitue in parœmia apud Athen. iii. 32. p. 119. E. ἦν οἶνου μόνον Ὀσμὴν ἴδωσι Alexis apud Athen. iv. 4. p. 134. A. PORS. Postea, ut ab amico didici, existimavit Porsonus, ἂν, vocali producta, retinendum esse, saltem apud recentiores comicos. DOBR. καὶ νὴ Δί' ἦν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον Υἱὸν Πυριλάμπους — Ἰὼν παρέγραψε. REISIG.

98. τὸν Πυριλάμπους. Pyrilampen quendam Periclis sodalem et amicum, qui ὀρνιθοτροφίας abundabat, memorat in Pericle Plutarchus, et fortassis pavones illius. Formosus est hic populus: nam inter populorum tribus hic non est. Solebant quidem Athenienses in parietibus et foribus et ubivis pingere nomina formosorum; atque ut trahit sua quemque voluptas, quum aliquis de Pyrilampis populo appinxisset δῆμος καλός; ille, cujus in foro et judiciis erat mens, mutata litterula scripsit κημὸς καλός· videturque fuisse κημὸς fiscina vel cophinus, supra latus, infra angustus, cetera vitilis; (qua ex materia antiqui camos et frenos equorum et φιμοὺς instruebant; ut una et communis origo sit τοῦ κημοῦ, in quem calculos immittebant judices) vel potius cadus, quem Cratinus ἐν Νόμοις [apud Schol. ad Equit. 1147.] dicit χοίνιον [σχοίνιον] ἠθμόν; nam similis erat τῇ χώμῃ, ut et Sophocles testatur in Inacho. Postea in judiciis duo fuerunt cadi, unus æneus, alter ligneus; hic κύριος, ille ἄκυρος. Ceterum etiam Eupolis in Urbibus [apud Schol.] meminit illius populi. Ait enim, καὶ τῷ (legerem κἂν) Πυριλάμπους δήμῳ ἄρα κυψέλη ἔνεστιν. Recte autem hoc Comicus noster dixit παρέγραψε, non solum quia prope, sed quia velut παρῳδικῶς, δῆμος, κημός. Nos, quibus non licet esse tam disertis, exprimere voluimus, nec potuimus, quum diximus, *vicus, fiscus*. FL. CHR. Demum istum Pyrilampis filium formosum fuisse et amatores habuisse Græcorum more, apparet. Plato in Gorgia, ubi Socrates dicit ad Calliclem: λέγω δὲ ἐννοήσας, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες. ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους (scil. Δήμου). Hinc etiam nomen ejus ab amatoribus inscriptum fuit januis et parietibus, de quo more etiam in Acharn. 144. καὶ δῆτα φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς, ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφεν, Ἀθηναῖοι καλοί. BERG. De Pyrilampis filio Demo, pulchro adolescente a multis amato, videndus Meursius Att. Lect. iv. 5. In hunc factum fuisse credo lepidum Epigramma quod aliter in Analectis nostris exstat t. ii. p. 79. aliter in membr. quæ olim Palatinæ fuerunt, utinamque essent adhuc! Primo enim lemma nihil certi de auctore statuit: Ἄδηλον· οἱ δὲ, Ἀρτέμωνος. Tum nomen illius, in quem carmen factum, est Δῆμος, quum divisim in eis scriptum sit ἔχε Δῆμος. Ipsum epigramma subjiciam: Λητοΐδη, σὺ μὲν ἔσχες ἁλίῤῥυτον αὐχένα Δήλου, | κοῦρε Διὸς μεγάλου, θέσφατα πᾶσι λέγων· | Κεκροπίαν δ' ἔχε Δῆμος, ὁ δεύτερος Ἀτθίδι Φοῖβος, | ᾧ καλὸν ἁβροκόμης ἄνθος ἔλαμψεν Ἔρως. | ἡ δ' ἀνὰ κῦμ' ἄρξασα καὶ ἐν χθονὶ πατρὶς Ἀθήνη | νῦν κάλλει δούλην Ἑλλάδ' ὑπηγάγετο. Ad hunc Comici locum spectat Hesychii glossa. Δῆμος καλός. Δῆμος, ὄνομα κύριον. Πυριλάμπους υἱὸς ἦν οὗτος, τὴν ὥραν κάλλιστος. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἐρασταῖς, ἐπιγράφειν πανταχοῦ τὰ τῶν παιδικῶν ὀνόματα. BRUNCK. Brunckium non videtur offendisse Πυριλάμπους prima syllaba producta. Recte Invern. ex cod. Rav. υἱὸν Πυριλάμπους. Bentleius conjicit τὸν τοῦ Πυριλάμπους. De Pyrilampe idem conferri jubet Lysiam p. 154. DIND. Vulgo, ut etiam Brunck. habet, legitur τὸν, quæ lectio minus bona est, quum syll. πυρ non produci possit, v. in fab. nostra v. 1038. — πυρετοῖσι. Comparandus est Acharn. v. 143 —145. ubi Theorus de Thracum Rege Sitalce ait: ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖσι τοίχοις ἐγραφ'· Ἀθηναῖοι καλοί. CONZ.

99. κημὸς καλός. Una litera mutata senex pro Δῆμος rescripsit κημός. Ego ut in versione exprimerem hanc allusionem, scripsi *Damus* pro *Demus* Dorice, ut *fama, fagus, camus* etc. Est autem κημὸς quasi infundibulum, per quod in urnas immittebantur calculi. BERG.

100. ὃς ᾔδεν ἐφ' ἑσπέρας. Sic ambo codd. Vulgo ὃς ᾖδ' — Facetam hanc ἔννοιαν non prætermisit Racinius, ut ingenio, ita eruditione poetarum nostratium princeps: 'Il fit couper la tête à son coq, de colère, Pour l'avoir éveillé plus tard qu'à l'ordinaire; Il disoit qu'un plaideur, dont l'affaire alloit mal, Avoit graissé la patte à ce pauvre animal.' Simile quid est apud Plautum in Aulularia iii. 4. 10. 'Obtrunco gallum, furem manifestarium. Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos, Si id palam fecisset.' BRUNCK. ὃς ᾖδ' Rav. INVERN.

101. Vulgo ὡς ὀψ' ἐγείρειν. Codex Ra-

vennas ὀψ' ἐξεγείρειν. Hinc suspiceris: τὸν ἀλεκτρυόνα δ', ὡς ἦδ' ἐφ' ἑσπέρας, ἔφη, | ὀψ' ἐξεγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον. DIND.

102. ἔχοντα χρήματα. Hoc valde ridiculum est, gallum a reis pecunia corruptum esse, ut judicem tarde excitet. Imitatus est Plautus: credo — coquos. Est autem insignis hyperbole apud Aristophanem; quum enim gallus longe ante tempus justum cecinisset, tamen senex putet eum tarde cecinisse. Significatur autum nimium judicandi studium in sene. BERG.

103. ἀπὸ δορπηστοῦ. Non putem per η legendum, sed per ι. Nam δορπιστὸς apud omnes grammaticos veteres est ὥρα τοῦ δείπνου, epuli vespertini tempus, sic dictum a laborum cessatione, ἀπὸ τοῦ τὸ δόρυ παύειν. Sic βουλυτὸς, quia cessant et solvuntur boves. Miror autem, quod ait Scholiastes Græcus, δόρπα esse τὰ δεῖπνα. Nam longe aliud est vocis etymon, quia δεῖπνον videtur dictum ὅτι δεῖ πονεῖν. Tamen Lycophron grammaticus hoc loco δορπιστὸν accipit ἀντὶ τοῦ ἀρίστου. FL. CHR. δορπηστοῦ. Sic codd. et vett. editt. Perperam in recentioribus e Florentis sententia, a quo tamen discessit Berglerus, excusum δορπιστοῦ. Utraque scriptura apud grammaticos reperitur; sed prior forma genuina videtur, δορπηστὸς, a δορπέω. BRUNCK. Non est necesse ut scribatur δορπιστοῦ. BERG.

104. Summo mane et ante tempus focum potens dormitabat affixus columnæ, ut conchylium petræ. λεπὰς latum conchylium: unde λοπὰς, *patina* et *patella*. FL. CHR. πρωὶ πάνυ. Sic ille in Acharn. 28. ἐγὼ δ' ἀεὶ πρώτιστος εἰς ἐκκλησίαν νοστῶν κάθημαι. BERG. πρῴ πάνυ. Perperam vulgo πρωΐ. In A. scriptum ΠΡΩΐ. Vide not. ad Lys. 612. BRUNCK.

105. ὥσπερ λεπάς. In Pluto 1095. anus ὥσπερ λεπὰς, τῷ μειρακίῳ προσίσχεται. BRUNCK. τῷ κίονι. Cuinam columnæ? Num πρῄονι, *scopulo?* REISK.

106. τιμῶν τὴν μακράν. Hunc Philocleonem condemnatoriis calculis semper gavisum, neque proclivem ad absolvendum fuisse, ex sequentibus magis patebit. Erat autem γραμμὴ μακρὰ condemnantium; βραχεῖα vero absolventium; ut nigri calculi quum plures erant, reus morti dabatur, et longam pendens litteram faciebat: quum vero albi, absolvebatur. Verba Scholiastæ Græci non vera sunt, quum ait, ὅτε πλείους ἦσαν αἱ λευκαὶ ψῆφοι, ὁ διώκων ἐνίκα: potius enim ὁ φεύγων. FL. CHR. Scil. γραμμήν. Erat autem signum condemnationis, si judices in cera ducerent lineam longam. BERG.

107. Tyrwhitto scribendum videtur μέλιττα βομβυλιὸς, fortasse propter verba Hesychii, βομβυλιὸς — μέλισσα μεγάλη, quæ ad hunc Aristophanis locum spectare videntur Schneidero ad Aristotelis H. A. t. iii. p. 371. DIND. "Βομβυλιὸς, ζῶον παραπλήσιον μελίττῃ, ὠνομασμένον ἀπὸ τοῦ βόμβου, ὡς ἐξηγεῖται ὁ Ἁρποκρατίων τουτὶ παραθέμενος Ἰσοκράτους τὸ χωρίον. Διὸ καὶ ὁ Κωμικὸς ἄμφω συνάψας τὰ ὀνόματα εἴρηκε, ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιός." Coray ad Isocratem t. ii. p. 161. DIND. βομβυλιὸς, *a humble bee.* PORS.

108. ὑποπεπλασμένος. Scribitur et ἀναπεπλασμένος [ap. Schol. et in cod. Rav.], quod est πεπληρωμένος τοὺς ὄνυχας κηροῦ ὑπὸ τῶν χαραγμάτων. Quod autem ait αἰγιαλὸν ἔνδον τρέφει, hoc est, implevit domum calculis ejusmodi condemnatoriis nigris puta et perforatis. Dixit τρέφει lepide, tanquam de re animata. FL. CHR. Inverniz. ἀναπεπλασμένος, quod minus bonum. ἀναπλάττειν enim significat *diffingere.* CONZ.

110. ἵν' ἔχῃ. Male in A. ἵν' ἔχοι. BRUNCK. Cd. a Brunckio coll. A. ἔχοι, quod recte respuit Br. Invern. vero, qui eandem lect. etiam in suo invenit cd., more suo superstitioso statim recepit. CONZ.

111. τοιαῦτ' ἀλύει. Ex Euripidis Sthenobœa hic versus desumtus. Apud tragicum erat: τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἔρως | μᾶλλον πιέζει. BRUNCK. v. Æschyl. Sept. 397. BERG. δὲ, quod vulgo abest, addidit Fl. Chr. qui præterea hæc adnotavit: est autem ἀλύειν, *gaudere et delectari;* ἀπὸ τῆς ἀλέας vel διαχύσεως, ut volunt grammatici. Nam sic Homerus in Ulyssea [Σ, 332.]: εἰ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην. Tamen sæpius significat δυσφορεῖν et ἀδημονεῖν, ἀπὸ τῆς ἄλης. Et tunc notatur leni accentu, ut in illa significatione, denso: etsi sint qui utrobique ψιλοῦσθαι dicant. DIND.

112. φυλάττομεν μυχλοῖσιν ἐγκλείσαντες. Euripides in Andromacha 950. πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας. BERG.

113. ὡς ἂν μὴ 'ξίῃ. Sic ambo codd. et vett. editt. omnes. In recentioribus perperam ὥστ' ἄν—. BRUNCK. ἐνδήσαντες ex cod. Rav. repositum habet jam Ph. Junta. DIND. Inverniz. ex cd. suo (ii. 321.) pro ἐγκλείσαντες legit ἐνδήσαντες. Magis proprium autem est prius. Sequentia verba, ὡς ἂν μὴ 'ξίῃ, ubi vulg. legit ὥστ' ἄν, æque habet, ut Brunckius. CONZ. ἐνδήσαντες. ἐγκλείσαντες edd. Ald. Kuster. ἐγκλείσαντες ed. 1515. ἐνδήσαντες 1525. PORS. ἐγκλείσαντες REISIG.

116. μὴ φορεῖν τριβώνιον. Infra 1097.

postquam hunc senem filius abduxit ab judicandi consuetudine, vestes eum deponere jubet, quas gerebat dum forum frequentaret: τὸν τρίβων' ἄφες· τηνδὶ δὲ χλαῖναν ἀναλαβοῦ. Berg.

118. εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου. Purgabat, inquit, insaniam, et nihilominus Corybantum more insanibat. In Veneta ed. legitur καὶ κάθαιρε, καὶ μάλα, etc. quod melius puto. Nam ὅδ' οὐ μάλα nihil ad rem; et prius legebam, ὁ δ' οὖν. Sed præstat acquiescere Venetæ editioni. Fl. Chr. Ex versu 118. H. Stephanus in Thesauro, vol. v. p. 1271. F. 1., hæc verba protulit: εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου κᾀκκάθαιρ'· ὁ δ' οὐ μάλα. Μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζ': aptissime ad rem ὁ δ' οὐ μάλα. Brunckius pusillo correcto mendo in vulgatis acquievit, κᾀκάθαιρε, καὶ μάλα Μετὰ ταῦτ' —, incondita loquendi ratione. Illud Stephanus accepit aut ab Gormontiano exemplari aut Frobeniano, nisi me fallit animus: illuc autem traductum est ex optimo illo Juntino altero. Quid quæris? certiorem me fecit Seidlerus, ita plane se consignatum habere ex vetusto Veneto Ms. Reisig. κᾀκάθαιρε, pro καὶ ἐκάθαιρε. Sic solent ista per crasin efferre Attici. Perperam vulgo καὶ 'κάθαιρε. In binis codd. καὶ κάθαιρε sine apostropho. Brunck. Punctum [quod est in ed. Kust.] delendum post μάλα. Reisk. Inverniz. legit ut Brunck. De lustrationis hoc more cf. Plutum v. 656. &c. cf. etiam Cic. pro Rosc. Amer. c. 26. Conz.

119. ἐκορυβάντιζε. Scholiastes: ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν Κορυβάντων ἐποίει αὐτῷ μυστήρια ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας. Quasi Corybantum insania levior sit quam hujus senis, aut satius sit eum insanire Corybantum more, dum fori obliviscatur. Berg. μετὰ τοῦτ', codicis Rav. scripturam, improbat Reisig. i. p. 223. Dind. ἐκορυβάντιζ', quoniam ejusmodi elisione ante majorem interpunctionem in trimetris Aristophanes uti non soleat, Reisigio in diar. Jenens. a. 1817. nr. 223. p. 399. in ἐκορυβάντιζεν mutandum videtur. Id. De Corybanticis sacris, quæ usurpabantur etiam ad sanandos ægros, v. Lysistr. 559. et Eccl. 1069. — pro vulg. quam sequitur Brunck. μετὰ ταῦτα Invern. leg. — τοῦτο. Conz.

120. ᾄξας. Sic bene uterque cod. Perperam in impressis ἀΐξας. — ἐς τὸ Καινὸν, subauditur δικαστήριον. Unum erat sic appellatum e multis tribunalibus, seu judicum foris, quæ Athenis erant. Brunck. Locum in judicio et foro sic vocatum ait Scholiastes Græcus, et quatuor facit, *Parabystum, Cænum, Trigonum, Medium*. Tamen alii Heliæam et Melychium pro Cæno et Medio ponunt. Sed hic nihil aliud intelligit quam Philocleonem, quum operaretur et patraret sacra Corybantum, statim ea spernentem arripuisse tympanum, irruisse in auditorium et forum judiciale. Fl. Chr. ᾅττα et ἅσσα Attica forma est, cf. etiam Brunck. ad Soph. Œdip. Tyr. 1074. et Valckenarium ad Eurip. Phœn. p. 463. Conz.

121. Recte scriptum est in cod. Rav. ὅτε δῆτα. Dind. Vide Reisig. i. p. 228. Id.

123. εἰς 'Ασκληπιοῦ. Strabo l. viii. ait adversa affectos valetudine in Epidaurici Æsculapii templo pernoctare solitos esse. Fl. Chr. Conf. Muelleri Æginetica p. 144. Dind. In Plut. 411. κατακλινεῖν αὐτὸν εἰς 'Ασκληπιοῦ κράτιστόν ἐστι. Berg. De hac consuetudine, ægrotos in templis deponendi v. Plutum, ubi Carionis narratio ad Chremyli mulierem v. 650—799. de Pluti cœci incubatione in templo Æsculapii morem istum omnem lepidissime illustrat; facit etiam quodammodo iste locus pro sententia, jam ab aliis, ni fallimur allata, magneticæ, quæ nunc in usu est et multorum fruitur patrocinio, sanationis usum non plane ignotum fuisse antiquis. Conz.

124. κιγκλίδι. Sic vocabantur fores fori judicialis; καγκελωτὰς aliter vocabant, puta a cancellis, unde *cancellare* et *cancellaria*, vocabula ultimæ antiquitatis et novissimæ, quæ ad nos pervenerunt longo tempore variata et diversa facta, quæ a doctissimo nostræ gentis Budæo explanantur et enarrantur in adnotationibus in Pandectas. Fl. Chr.

125. ἐντεῦθεν. Ab illo tempore, inquit, non extulimus ipsum (ἐξεφρείομεν est ἐξεφέρομεν), sed ille fugiebat et effluebat per imbrices et cava loca, quibus aqua pluvia fluit (hoc enim, arbitror, innuit per ὑδρορρόας et ὀπάς. Dind.). Est autem ἐνεβύσαμεν, *implevimus*, ut dixit Homerus [Od. Δ, 134.]: νάματος ἀσκητοῖο βεβυσμένου. At ἐπακτώσαμεν est sepivimus et cuneis armavimus. Est enim πακτῶσαι τὸ σφηνῶσαι. Fl. Chr. ἐξεφρείομεν. Infra 156. τί δράσετ'; οὐκ ἐκφρήσετε; cum præpositione εἰς etiam infra v. 896. οὐκ εἰσφρήσομεν. cum διὰ in Av. 194. τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσετε. Berg. Conjiciebat, sed dubitanter, Porsonus. ἐξεφροῦμεν ἄν. Pors.

129. Ordo: ὁ δ' αὐτῷ παττάλους ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον· εἶθ' ὥσπερ κολοιὸς ἐξήλλετο. Berg. ὡσπερεὶ κολοιός. Nam graculis et ejusmodi avitio palum fixum statuebant, ad quem insilientes volarent. Fl. Chr. Berglero venerat in mentem ad hunc versum respexisse Eustathium in

commentario ad Iliad. p. 811. l. 40. *καὶ κλέπταις δὲ ἦσαν ἐγκεντρίδες τινές. Κόροιβος οὖν τοιαύτας ἔχων, ἀνεῤῥιχᾶτο κλεπτικῶς διὰ τῶν τοίχων.* Proinde apud Comicum legendum esse credebat: *ὁ δ', ὥσπερεὶ Κόροιβος, αὐτῷ παττάλους | ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον· εἶτ' ἐξήλλετο.* Emendationem illam, quam egregiam appellat Burmannus in præfatione ad Aristophanem Bergleri p. 7. seu potius conjecturam, auctor ipse postmodo futilem esse agnovit, cujus in notis ad Vespas ne verbo quidem meminit. [Vide Brunckii negligentiam. "*κολοιός.* Quamvis ita omnes habeant edd. agnoscatque Scholiastes, qui etiam exponere conatur, cui more suo succinit Florens Christ., tamen suadeo ut *Κόροιβος* legas." Berg.] Comicus si alicubi Corœbum nominavit, eum non tanquam *furem*, sed tanquam *insanum* traduxit. Suidas e Scholiaste ad Ran. 1021. *Κόροιβος, μωρός τις μετρῶν τὰ κύματα. ὁ Βουταλίων, καὶ Κόροιβος, καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο. Ἀριστοφάνης.* Insani illius Corœbi, cujus nomen cuivis stulto designando in proverbium cessit, meminit Lucianus cum alibi, tum in Philopseude p. 32. ubi in scholiis de eo narratur ridicula historia, ut mulier, quam post nuptias nondum attigerat, eum induxit ut mariti fungeretur officio, quod de Margite refert Eustathius in extremo commentario ad Odyss. K. Si ista ætate fur insignis fuisset Corœbus appellatus, cujus hic meminisse voluisset Comicus, nomen absque articulo non extulisset. Dixisset *ὁ Κόροιβος*, ut v. 1178. *ὁ Καρδοπίων.* Maneat itaque *κολοιὸς*, cujus similitudo non attingit verbum *ἐνέκρουεν*, sed *ἐξήλλετο*, hac sententia: *ὁ δὲ ἐγκρούσας αὐτῷ παττάλους εἰς τὸν τοῖχον, ἐξήλλετο, ὥσπερεὶ κολοιός.* Brunck.

133. *Φιλόκλεων.* i. e. *amicus Cleoni.* Dedit autem seni hoc nomen Comicus quia is esset addictus foro et judiciis, ubi Cleo erat facile princeps. Hinc etiam *κηδεμόνα* eum vocat judicum chorus infra v. 242. et inferius v. 593. dicit Philocleo Cleonem favere judicibus: *αὐτὸς δ' ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας, μόνους ἡμᾶς οὐ περιτρώγει, ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων, καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει.* Berg.

134. *τῷδε.* Sic bini codd. et primariæ editt. In recentioribus *τῳδὶ*, quod Ant. Fracino debetur, et perinde est. Sed quum absque auctoritate et necessitate mutatum fuerit, priorem formam revocavi. Brunck. *τῷ δὲ* Ald. Pors. *τῳδὶ* Inverniz. Conz. *Βδελυκλέων.* Qui exsecratur Cleonem et ab ejus moribus abhorret. Berg.

135. Forte *ὀφρυαγμοσεμνοβυστικοὺς*: ut *νουβυστικῶς.* Bent. *ὀφρυαγμοσεμν.* Quare Scholiastes *ἀντίπτωσιν* hic faciat, id est casum pro casu, ut *ἔχων* sit pro *ἔχοντι*, nescio. Quidni enim *ἔχων* referas ad *Φιλοκλέων*? At epitheton illud *ὀφρυαγ.* mendose legitur. Quum enim compositum sit *ἐκ τῶν ὀφρύων* vel *φρυαγμάτων* et *τοῦ σεμνοῦ*, id est *ὑπερηφάνου*, corrigendum *ὀφρυαγμοσεμνάκους τινὰς*, vel, ut Suidas, *φρυαγμοσεμνάκους.* Fl. Chr. Non male Florens hunc versum reddidit: *mores habenti caperofrontipavicos.* Hanc autem vocem componi dicit Scholiastes ex *ὀφρὺς*, *supercilium*, et *σεμνὸν*, *superbum.* Non male etiam Florens corrigit, *ὀφρυαγμοσεμνάκους τινάς.* Tolerabilius tamen foret *ὀφρυαγμοσεμνικούς τινας.* Similis vox est in distichis Hegesandri apud Athenæum IV. p. 162. in philosophos: *ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξιγένειοι, σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι.* Berg. *φρυαγμοσεμνάκους τινάς.* Sic bene apud Suidam legitur [et conjecerat Reisk.], quod Florens observavit. In B. *φρυαγμοσεμνακουστίνους.* In A. ut vulgo, initio ejusdem vocis est litera *ο.* Brunck. Inverniz. leg. *τίνους.* (?) Conz. *φρυαγμοσεμνάκους τινὰς* Suid. Ms. ed. in *φρυαγμ.* Pors.

136. E fenestra prospiciens hæc Bdelycleo. Cl. 355. 6. 398. Eccles. 915. 960. Hotib.

139. *ἰπνόν.* Proprie *caminus:* unde panis *ἰπνότης* apud Galenum. Æschylus in Prometh. desmota [v. 365. Berg.] verbum hinc novavit: *ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο.* Quam nos fabulam etiam de Græco vertimus. Hoc loco culinam intelligit et *τὸ μαγειρεῖον*, quo clam subrepserat Philocleon et murum more se insinuaverat. Verbum hinc eleganter et facete finxit *μυσπολεῖν*, quod est *κρύφα διερευνᾶσθαι.* Fl. Chr.

140. Serv. *ναὶ μυσπολεῖ τις καταδεδυκώς.* Bdel. *ἀλλ' ἄθρει.* Reisk. Lege *μυσπολεῖ γε καταδεδυκώς*: vel *τις.* Bent. *καὶ μυσπολεῖ τι καταδεδυκώς· ἀλλ' ἄθρει.* Sic perbene A. nec aliter est in B. nisi quod pro *τι* habet *τις.* In primariis editionibus erat: *καὶ μυσπολεῖ γ' ὥς τις καταδεδυκώς. ἀλλ' ἄθρει.* | Lectionem immutavit et pejorem adhuc reddidit Ant. Fracinus: *καὶ μυσπολεῖ τις ὅς τις καταδεδυκώς. ἀλλ' ἄθρει.* | Ne de sententia loquar, quæ nulla his vocibus inest, bellus profecto hic senarius est qui septem subnixus est pedibus, et in quarta sede dactylum habet. Siluerunt hic interpretes, tametsi nodus dignus erat vindice. Brunck. *καὶ μυσπολεῖ τὶς ὅστις*] Dele *ὅστις. μυσπολεῖ γ' ὅστις* Ald. Pors.

141. *πυέλου.* Antiqui alveo utebantur

forato, priusquam balnea inventa essent, et loti per illud foramen emanabat calor. Hesychius ἐμβάτην videtur vocare, et vetus glossarium: soliar, ἔμβασις (melius puto ἐμβάτης. Dind.). Hoc autem loco ludit, tanquam sit muris cavum. Fl. Chr.

142. ταῦτ', ὦ δέσποτα. His verbis præfixa in A. persona Sosia. Sequenti v. in utroque cod. persona Bdelycleo. Brunck.

143. κάπνη. Putarem κάμινον dictam, quasi κάπνινον. Hic κάπνην vocat, quam nos Franci *cheminée*. Eas antiqui in coquina præcipue faciebant in tubi speciem teretes et rotundas et σωληνοειδεῖς. Fl. Chr. Βδε. præf. Cod. Vat. P. Pors.

145. ξύλου τίνος. Sic tacite Invernizius. Reliqui τίνος ξύλου. συκίνου. Innuit judices acres atque adeo ipsum senem. Lignum autem ficulneum fumificum est maxime, et acerrimus est fumus ex ficulneis lignis, vel teste Aristotele in problematis, et vero Theophrasto et Plutarcho in Symposiacis [p. 684. B.], quos auctores, ne id necesse habeam facere, recenset eruditiss. Brodæus cap. 21. libri tertii Miscellaneorum. Fl. Chr. Alluditur ad etymon vocis συκοφάντης, ut in Pluto v. 947. ubi sycophanta dicit, ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ καὶ σύκινον. Berg. Hunc locum respicit Eustathius ad Odyss. p. 1719. l. 7. τοῖς δέ τε φευκτέοις καπνοῖς ἐναριθμητέον καὶ τὸν κωμικευόμενον ἀπὸ σύκων εἶναι, καὶ αἰνιττόμενον τὸν συκοφάντην, ὃς οὐ βλέφαρα δάκνων λυπεῖ, ἀλλὰ ψυχὴν αὐτήν. Brunck. Leg. Inverniz. ξύλου τινος. cf. et Acharn. v. 726. 28. et Av. 1693. ubi ad alteram vocem, unde composita est vox συκοφ. φαίνω simili joco alluditur (—Συκοφάντης — φασιανὸς ἀνὴρ) v. et Equ. 528. Conz.

146. Aristotele in Problematibus et Theophrasto ac Plutarcho in Symposiacis testibus acerrimus hic erat fumus. Cæterum et ficulneum lignum fragile et minus utile. Nostrates de perfido homine utuntur proverbio "*falsch wie Galgenholz.*" Conz.

147. ἀτὰρ οὐκ ἐρρήσεις. [Sic Ph. Junta.] Lege, ut et Schol. et Veneta ed. habent, ἐσερρήσεις. *Non*, inquit, *directe abis?* Fumum autem alloquitur, conaturque imponere τῇ κάπνῃ operculum, τὴν τηλίαν, nempe *cavam tabulam*, super qua vendebant farinas in foro rerum venalium. Fl. Chr. Quoniam comici ἐς ante vocalem non dicunt, Elmsleio ad Acharn. p. 39. scribendum videtur, ἀτὰρ οὐκέτ' ἐρρήσεις γε, sine interrogatione. Compara v. 125. Vulgatam scripturam citat Reisig. I. p. 23. Dind. τηλία nomen est generale mensæ, quibusvis usibus aptæ. Aleatorum tabula, compacti asseres super quibus committebantur gallinacei et coturnices, mensa super qua structi panes venum exponebantur, aliæque id genus communi τηλίας nomine indigetabantur. Hic mensa culinaria significatur, qua fumarium contegi jubet Bdelycleo. τηλία in Pluti v. 1037. εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλία. | significat τὴν περιφέρειαν τοῦ κοσκίνου. Vide Etym. M. in voce et Pollucis interpretes. Brunck.

149. ἐνταῦθα νῦν ζήτει. In Pluto 724. ἐνταῦθα νῦν κάθησο. Berg.

150. ἀλλ' ἄθλ. Cod. Vat. P. Pors.

151. πατρὸς νῦν καπνίου. Vinum tenue et sublestum καπνίαν, ἐξίτηλον, καὶ ἐκφαντίδην vocabant; imo et vinum fugiens. Alii καπνίαν pro veteri et *condito* accipiunt, ut Horatius [Odar. iii. 8. 11.]: 'amphoræ fumum bibere institutæ Consule Tullo.' Sane est οἶνος ἀπόθετος et παλαιός. Tamen καπνίαν etiam potuit dicere, quia comparat fumo patrem fugitanti. Sed et notandum κάπνην et καπνίαν genus esse vitis, quæ siccissimum et acerrimum vinum facit. Sunt etiam qui vinum *Capniam* vinum existiment, quod in Benevento Italico oppido gignitur. Fl. Chr. Quia ejus pater dixerat v. 144. καπνὸς ἔγωγ' ἐξέρχομαι. Est autem alias καπνίας vini genus. Berg. Novum hoc vini genus. Male intellexit Scholiasten, quem pro more exscripsit. Vide Nækii librum de Chœrilo p. 52. sq. et quæ a me ad scholia dicentur. Dind. νυνὶ Καπνίου. Sic libri omnes scripti et impressi, recte. Nullus νῦν. Quod manifesto ostendit primam in καπνὸς, derivatis et compositis, produci non posse. Brunck. Sed νυνὶ cum futuro non dicitur: v. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 242. Quare Reisig. scribendum censet νῦν καὶ Καπνίου, ne Καπνίου prima syllaba producta dicatur. Dind. Verba, ὅστις πατρὸς νῦν Καπνίου, præposita sunt Scholio. νυνὶ κεκλήσομαι non est Atticum. Reisig. v. Burges. ad v. 1246. Lobeck. ad Phrynich. p. 336. Dind. Inverniz. legit νῦν Καπνίου et addit in notula: Ostendit hoc, primam in καπνὸς produci posse contra virorum doctorum auctoritatem. — Scilicet, si salva est lectio, quod dubitandum. Quis enim in ed. unius fidem fallere nesciam juret? νυνὶ ut δεικτικὸν etiam majorem hic habere videtur vim. Alteri, quæ addita est versiculo huic, notæ lubentius equidem nomen dem quæ quidem ita se habet: 'Universus locus exquisitos habet sales, quos ornant ea, quæ infra v. 324. occurrunt. Lucianus, perpetuus, licet frigidus (?) locis in multis Aristophanis imitator, in Icaromenippo hoc ipso Comici exemplo Empedoclem deridens in fumo jocatur — Cæ-

terum Καπνίου formula est ejusdem coloris, ut Σταμνίου in Ranis v. 22. Στρούθιος Av. 1874. Κεχηναῖος p. 1263. etc. etc. quasi scilicet δῆμου hujuscemodi esset ille, de quo sermo est. Conz.

152.—155. Verba sunt Bdelycleonis, non famuli. Reisig. πίεζε νῦν σφόδρα. Sic in duobus codd. scriptum. In principibus editt. erat πίεζέ νιν σφόδρα. Tragicis usitatum νιν, comicis non item. Ant. Fracinus [recte] edidit πίεζέ νυν σφόδρα. Brunck.

155. φύλαττέ θ' cum Kustero posuit Brunckius tacite. In antiquissimis exemplaribus typis impressis legitur φύλαττεθ', in posterioribus nonnullis recte, φυλάττεθ'. Reisig. βάλανον ἐκτρώξεται. Tanquam de mure loquitur, ferrum rodente, ut dixit Seneca in Claudii ludo, quem ἀποκολοκύνθωσιν inscripsit, quasi τὴν τῶν κολοκυνθῶν ἀποθέωσιν; quasi id genus cibi eum leto dederit: quamvis boletum leti causam fuisse constet inter omnes ejus temporis historicos. Est autem βάλανος ferrum, quod εἰς μοχλὸν ἐμβάλλεται, et proprie μάγγανον vocatur: unde βαλανάγρα clavis dicitur, παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον; ut βεβαλάνωται est κεκλείδωται. Fl. Chr. Facetia versatur in eo, quod, quum βάλανος significet *glandem* et ferreum in glandis formam confictum globulum, qui per pessulum foribus obditum inseri solebat foramini ad postem forium, Philocleon muri comparetur *glandes* devoranti sive arrodenti. Conz.

156. ὦ μιαρώτατοι. Sic bene A. Vulgo μιαρώτατε. Illud melius est quam μιαρωτάτω, quod reponi volebat Berglerus, quia præter Xanthiam et Sosiam alii erant in scena famuli, mutæ personæ, quorum unum alloquitur Sosia v. 152. Brunck. ὦ μιαρώτατε. ὦ μιαρωτάτω Palmer. Exercitat. p. 735. Pors. Rav. ὦ μιαρώτατοι, ex correctione, ut arbitror. Reisig.

157. δικάσοντά με. Ita emendo. Ordo est, οὐκ ἐκφρήσετε δικάσοντά με; nam in forum ad exercenda judicia iturus erat senex. Antea male legebatur in omnibus quas vidi edd. δίκασον τί μ'. ἀλλ' etc. Mallem etiam in versu præc. ὦ μιαρωτάτω. Vidit hæc Florens, sed minus recte cepit. Berg. Ego mallem ὦ μιαρωτάτω: erant enim duo et Atticum magis redolet. Palmer. δικάσοντά μ' etiam Reisk. correxit. Dind. Ineptissime legebatur in omnibus editt. δίκασον τί μ'. Berglerus, præeunte Florente, e mera conjectura reposuit optimam lectionem δικάσοντά μ'. Cujus nefarii flagitii ne graves ab eo pœnas repetat Puteanus noster, intercedam, deprecatoresque advocabo binos codd. in quibus perspicue et distincte sic scriptum, δικάσοντά μ'. Brunck. Δρακοντίδης. Scelestus fuit hic Dracontides et multis obnoxius damnationibus, ut in Sophistis ait Plato. At Callistratus unum putat esse e triginta tyrannis vel ejusdem nominis. Scripsit enim scitum de oligarchia illorum triginta, ut Aristoteles autumat ἐν Πολιτείαις. Ceterum quum hic me torqueat locus, neque sensum eliciam, quem conjicio, suspicor primum legendum, ὦ μιαρώτατοι. Deinde δικάσοντά μ' ἀλλ' etc. ut sit pro ἀλλά με δικάσοντα ἐκφεύξεται Δρακοντίδης. Plutarchus in Pericle [c. 32. p. 169. E.] Dracontidæ meminit. Fl. Chr. Hunc sceleratum hominem fuisse et damnationibus obnoxium dicit Scholiastes. Berg.

158. Delendam puto Bdelycleonis personam, et in sequentibus usque ad v. 163. omnia personis ita distribuenda, ut feci in versione. Berg. Post φέροις interrogationis signum positum in A. quod sententia manifesto flagitat. Est autem hæc percunctatio Bdelycleonis, cui pater respondet ὁ γὰρ θεὸς —. Pessime in Græcis distinctæ personæ: pejus adhuc in Bergleri versione. Brunck. Brunckii personarum distinctio v. 158 — 162. jam Bentleio placuit. Dind. V. 156 — 160. Philocl. 161. Bdelycl. 162. Philocl. 163. Bdelycl. tribuit Berg. Dind. Personarum distinctionem quæ v. 158 — 162. est in Brunckii et Invern. editt. probavit jam Reisk. qui præterea conjicit βαρέως οὐ φέροις. Id. Vulgo 158 — 160. Bdelycleoni tribuuntur. Id. φέρῃς Ald. Pors.

159. μοὔχρησεν. Pro μοι ἔχρησεν. Fingit autem de industria dei responsum, ut patrem deterreat a fuga. Sed male in Veneta ed. habes ἀποσκλῆναί ποτε. Legendum enim τότε. At quum ait ὀδὰξ τὸ δίκτυον, apparet supra ipsum esse in camino, cui respondens filius ait, οὐκ ἔχεις ὀδόντας. Nam senex edentulus erat. Fl. Chr. μοι 'χρησεν bene edidit Kusterus, etiamsi in prioribus editt. ut in scriptis libris, per crasin legeretur μοὔχρησεν. Brunck. Hoc apparet revocandum esse. V. Elmslei. præfat. ad Sophoclis Œd. Tyr. p. 8. Dind.

160. ὅταν τις ἐκφύγῃ με. Hoc verbum videtur impulisse grammaticos, ut putarint hæc a Philocleone dici, quasi huic Apollo malum prædixerit, si ipsi aliquis evadat ex ædibus, quum illud non aliter accipiendum sit quam paulo ante v. 157. Berg. Cf. huc Erfurdtii not. ad Sophocl. Philoct. v. 940. Conz.

161. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τοῦ μαντεύματος. In Av. 60. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τοῦ χασμήματος. Berg.

162. ἔκφερέ με. Sic quidem codd. sed,

ut opinor, perverse. Aliena est ab hoc loco significatio verbi ἐκφέρειν. Dixerat supra Philocleo: τί δράσετ'; οὐκ ἐκφρήσετ', ὦ μιαρώτατοι; | hic vero procul dubio scripserat Comicus: ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ἔκφρει με, μὴ διαῤῥαγῶ. Scripsit forte librarius quispiam ἔκφρεε, unde inversis literis factum fuit ἔκφερε. Brunck. Num in sacco, aut quo modo? Reponendum ἔκφρει με. Cf. 156. 125. 927. Hotib. Cdd. quidem habent ἔκφερέ με, et sic Brunckius etiam dat in textu, sed in addendis recte meo judicio, consentiente etiam Hotibio suadet, legendum esse ἔκφρει; aliena enim est, ait, ab hoc loco significatio verbi ἐκφέρειν, ubi potius ut supra et v. 185. notio expectatur verbi ἐκφρεῖν, ἐκφρείειν. Scripserat fortasse librarius quispiam ἔκφρεε, unde inversis literis factum fuit ἔκφερε. Conz.

164. τοίνυν ὀδάξ. Sic B. In A. quod vulgo inseritur γ' in textu etiam omissum, repositum fuit a secunda manu inter lineas. Brunck.

166. δότε μοι ξίφος. Sic A. Vulgo pronomen omissum Brunck. μοι legit etiam Schol. ad v. 106. ubi Vesp. 520. et Porson. Advers. p. 297. conferri jubet editor adnotationem Bentleii. Dind.

167. Censorium et condemnatorium. Nam, ut supra diximus, longam literam scribebant, qui sententiam ferebant mortis; parvam autem, qui reum absolvebant. Fl. Chr. πινάκιον τιμητικόν. Schol. πινάκιον καταδικαστικὸν, ὅπου τὴν μακρὰν χαράσσοντες κατεδίκαζον· ἢ τὴν μικρὰν, καὶ ἀπέλυον. Supra v. 106. ἅπασι τιμῶν τὴν μακράν. In tabula cera obducta longam illam lineam unguibus ducebat, quapropter domum semper redibat, ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος. Miror Dawesium [p. 259.] librorum omnium lectionem damnantem. Nemini persuasit Comicum hic scripsisse πινάκιόν τι τμητικόν. Vulgatum tuentur eruditi Britanni, [Tyrwhittus et Th. Burgess. p. 470. sq.] quibus debetur nova Miscellaneorum editio. Pollux viii. 16. ubi de forensi instrumento agit: πινάκιον τιμητικὸν, μάλθη, ᾗ καταλήλιπτο τὸ πινάκιον. ἐγκεντρὶς, ᾗ εἷλκον τὴν γραμμήν. μακρὰ δὲ ἐκαλεῖτο, ἣν καταδικάζοντες εἷλκον. Ad quem locum vide interpretes. Brunck. Burgessii verba sunt: Dawesii mutationem improbat quoque Dorvillius ad Charit. p. 681. qui quoque sales et urbanitatem vulgatæ lectionis laudat. Ad hæc Photius Lexico MS. [c. 433.] vulgatam agnoscit. πινάκιον τιμητικὸν, τὸ τοῖς δικάζουσι διδόμενον, ἐν ᾧ γράφουσι τί χρὴ . . . Ἀριστοφάνης. Dind. Conf. Polluc. Œnom. viii. 16. Conz. τι τμητικὸν Dawes. Misc. Crit. p. 263. Pors.

168. δρασείει. Sic bene Berglerus edidit, ut insciente illo legendum esse ostenderat Dawesius ad hunc locum p. 260. probantibus ipso Orvillio ad Charit. p. 35. et Valckenario ad Euripidis Phœn. v. 1214. In A. scriptum δράσειεν, quod recentiores editt. habent: in vett. est δράσειε. In B. autem scriptum δράσει κακόν. Quæ repeti debebat syllaba a præcedente absorpta fuit. Brunck. δρασείει Bent. Dind. Etiam cd. Ravenn. sic legit. — Suspectam fortassis habebant aliter scribentes formam v. δρασείω ut verbi conatum s. lubidinem agendi indicantis, quæ tamen non raro sic occurrit apud Atticos. V. Sophocl. Aj. 327. Arist. Εἰρ. 62. Conz.

170. αὐτοῖσι. Subintellige σὺν, ut v. 119. αὐτῷ τυμπάνῳ. Berg. κανθηλίοις. Sic magnos asinos vocant: testis Xenophon, qui scripsit de palmis in Babylone, quas πλεθριαίους vocat (non ausim vertere *jugerales*, quamvis πλέθρον sit *jugerum*; sed grandes et latas ad spatium *plethri*, quæ sexta pars est stadii) et presso pondere curvatis in sublime velut asini κανθήλιοι. Polybius, ut etiam alii, vocat κανθήλια. Solebant autem in novilunio Athenis auctiones facere, et rebus venalibus vacare. Fl. Chr. V. Sturzii Lexicon t. ii. p. 652. " Κανθήλια vocant *clitellas*: Anthol. lib. ii. cap. 10. epigr. 13. κανθήλια φέρειν. Neque aliter intelligendus Aristoph. in Vespis v. 170. Id quidem recte animadversum video a Joh. Scheffero de Re vehicul. lib. ii. cap. 2. Sed dum Florentem Christianum Aristoph. interpretem reprehendit, injuriam homini erudito facit: nam nisi Florens *clitellas* ipsas *cantheria* dixerit, quod a Latina lingua non abhorret, absurdam et mente vacuam orationem extulerit. Scholiastes quidem ὄνοις μεγάλοις; sed credibile est, quæ ad κανθήλια declaranda præcesserant interisse." G. d'Arnaud specim. animadv. critic. p. 51. Dind.

171. Quo tempore scilicet bonas emtiones et venditiones facere ex religione persuasum erat Græcis cf. et Equ. v. 43. habebantur etiam hoc tempore mercatus solenniores. — In clausula v. hujus Inverniz. legit οὐκοῦν κἂν ἐγὼ — Kuster et Bergler. οὐκοῦν καὐτὸς ἄν. — Conz. καὐτὸς ἂν Cod. Vat. P. Pors.

172. οὐχ ὥσπερ γ' ἐγώ. Sic editiones duæ primariæ [et Reisk.]. Ant. Fracinus cum versus ruina particulam γε omisit, quæ reposita fuit in editione Cratandri, in duabus Venetis, in Parisina Wecheli. Eam rursus omisit Frobenius, cujus editio illam Phil. Juntæ heredum fere ubique exprimit: inde in ceteras propagata fuit menda. In B. eundem errorem admisit librarius, ὥσπερ ἐγώ. Brunck. ὥσπερ γ' ἐγὼ Cod. Vat. P. Pors.

175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν. Scholia: οὐκ ἔτυχε. παρὰ τὴν παροιμίαν· αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. ἐλέγετο δὲ ἐπὶ τῶν ἐπὶ θήρᾳ (pro ἐπὶ τῶν πείρᾳ) καθιέντων ἄγκιστρον μετὰ σχοίνου, καὶ μὴ ἐπιτυγχανόντων ἰχθύος τινος. Integrum proverbium occurrit in Thesmoph. 935. Simile illud Euripidis in Electr. 582. ἣν δ' ἐκσπάσωμαί γ' ὃν μετέρχομαι βόλον. Vide notam sequentem. Male hæc in edd. distincta. Berg. Nil attraxit, nil appetiit. Metaphora sumta a piscatoribus qui hamum cum funiculo demittunt, neque piscem capiunt. Unde proverbium, αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. i. e. *nil iste secum funis attractum tulit*. Fl. Chr. Inverniz. ex cd. suo legit pro ἵνα θᾶττον, ἵν' αὐτὸν, sed bonum fundit sensum θᾶττον. Conz. Recte observavit proverbium Scholiastes, ad quod respexit Aristophanes, quodque plene exstat Thesm. 935. Pors.

176. ταύτῃ γε. Hæc vox ad antecedentia pertinet: itaque post ἔσπασεν sustuli punctum, quod ante ibi erat. Synesius epist. 129. alludens ad hoc proverbium: ὡς δὲ οὐ προὐχώρει ταύτῃ τὸ σπάσαι τι τῶν οὐ προσηκόντων, ἀλλ' ἦσαν οἱ νόμοι μεθ' ἡμῶν, ἑτέραν ἐτράπετο. Berg. οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γ' — locutio metaphorice proverbialis, translata a re piscatoria, *inanem retraxit hamum*. cf. Thesm. v. 928. αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν, *funis quidem iste piscium attraxit nihil*. Conz.

177. ἐξάγειν δοκῶ. Hoc est *volo educere*. Cf. Eccles. 170. Hotib. Fallitur Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 284. ἐξάξειν scribendum esse putans. V. Schæfer. ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 55. Dind. Valet δοκῶ hic, quod *volo*. Aliis in locis Arist. δοκεῖν significatum habet τοῦ speciem præ se ferre (faire semblant) ut Plut. 837. Lysistr. 179. Pax 1146. Conz.

179. κάνθων. Hæc ait ad asinum velut pondere pressum: vectabat enim senem asinus clanculum suspensum, ad exemplum Ulyssis, qui arieti invehebatur, quo effugeret Cyclopa Polyphemum, quum greges e specu educeret et pecudes omnes dorso affectaret sedens ad fores antri, ne evaderet Ulysses, qui se Utin postea dixit. Propterea hic habes, Οὖτις, νὴ Δία. Fl. Chr. τι κλάεις. Sic uterque cod. Vulgo κλαίεις. Brunck.

180. Cf. Odyss. ix. 431. ubi aries ex antro Cyclopis deportat ventri subligatum Ulyssem. Conz.

181. Ὀδυσσέα τινά γε. Manifesto legendum Ὀδυσσέα τίν'. Elmsl. ad Acharn. p. 61. Senex cupiens elabi ex ædibus imitatur Ulyssem, qui ex antro et manibus Cyclopis evasit sub ariete pendulus, ut notum ex Odyssea. Similis astutia est apud Petronium in Satyrico: 'Imperavi Gitoni ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes atque manus institis, quibus sponda culcitam ferebat; ac sicut olim Ulysses utero arietis (liceat nunc cum quibusdam ita legere pro *pro ariete*) adhæsisset, extentus infra grabatum scrutantium eluderet manus.' Berg.

184. ὤ'νθρωπ'. Sic A. Vulgo ἄνθρωπ'. Brunck. Bentleius conjicit ἀνδρῶν. Dind. Οὖτις. Hic etiam imitatur Ulyssem, qui se prudenter Οὔτινα i. e. *Neminem* vocari dixit ad Polyphemum. Constituerat enim eum excæcare, prævidebatque fore ut is in auxilium vocaret ceteros Cyclopas, qui deinde, auctore non apparente, si Polyphemum interrogassent, quis id fecisset, cum pro insano erant habituri, qui dicat *Neminem* id fecisse, cumque relicturi et Ulyssi copiam elabendi daturi. Id quod factum. Vide Od. I. et Euripidis Cyclopem. Berg. v. Od. ix. 365. οὖτις *Nemo* significat et *auritus*. Conz.

183-5. Βδε. ante τουτὶ om. ut et Φι. bis. Cod. Vat. P. Pors.

185. Οὖτις σύ; ποδαπός; Sic perbene A. [et Bentl.] Vulgo οὗτος σὺ ποδαπός; Hanc lectionem nostram ingenio adsecutus fuerat sagacissimus Dawesius p. 261. Brunck. Οὖτις Dawes. Misc. Crit. p. 265. qui præcedente versu mavult ὦ 'νθρωπ'. v. Musgrav. ad Euripid. Cyclop. 688. Pors. Fictitium nomen ἀπὸ τοῦ ἀποδρᾶσαι, a fugiendo, tanquam a gente, populo, aut tribu. Fl. Chr. Ἰθακὸς ἀπὸ Δρασιππίδου. Elmsleius ad Acharn. p. 153. recte scribit Ἀποδρασιππίδου. Compara διαδρασιπολῖται Ran. 1014. Dind. Habet Inverniz. idem quod Brunck. Pertinet vero dictio ad genus facetiarum supra jam notatum. Idem lusus in vocabulo κλητὴρ occurrit v. 189. quum κλητὴρ *calatorem* et *asellum* denotet. Conz.

186. Alludit ad Οὖτις. Berg. οὔτι χαιρήσων γ' ἔσει. Elmsleius l. l. recte scribit οὔτι χαιρήσων γε σύ. Vitium miror non animadvertisse Valckenarium ad Eurip. Hippolyt. p. 279. a. B. qui ἔσει vertit *ingredieris*. Dind. ἔσει ab εἴσειμι. Valck. ad Eurip. Pors.

189. κλητῆρος εἶναι πωλίῳ. Pulli equini matrem subeunt et ubera sugunt. Dixit autem πωλίῳ pro πώλῳ ὑποκοριστικῶς; et κλητῆρα, quem *viatorem* vel *accensum* dicimus: interdum vox *testem* designat et quem licet antestari, ut ait Flaccus in Sermonibus. Fl. Chr. κρατῆρος Cod. Vat. P. Pors.

190. εἰ μή μ' ἐάσεθ' ἥσυχον. Sic ambo codd. quod absque iis etiam reposuissem: nam probe scio vulgatum ἐάσηθ' solœcum esse. Mirum quam sæpe viri Græce docti

in conjunctionis εἰ constructione lapsi fuerint. De Suo, ut loqui solet, centenos aliquot hujus generis solœcismos prioribus addidit in Oratoribus Græcis Reiskius. Quod ideo observo, quia eosdem illos Oratores Parisiis propediem recudendos esse audio; doctumque virum, qui provinciam illam suscepit, monitum volo, ut has librariorum editorumve sordes repurget. Præter Thomam in εἰ vide haud minoris auctoritatis magistrum, Valckenarium ad Herod. p. 641. 28. et nos ad Plut. 216. Ran. 594. Brunck. ἐάσετ'. Sic Inverniz. ex suo, idem vero pro ἥσυχον ex eodem ἡσύχως, quod grammaticis rationibus vix potest defendi. Cæterum de justo constructionis usu voculæ εἰ cf. Matth. Gramm. § 617. Conz. εἰ μή μ' ἐάσηθ'. In schedis ἐάσεθ'. Pors.

191. περὶ τοῦ μάχει νῷν δῆτα. Si recte in B. In A. etiam νῷν. Perperam vulgo μάχῃ νῶϊν. Sed menda in pronomine ubique fere recurrit, nec scriptorum librorum flagitat opem. Brunck. περὶ ὄνου σκιᾶς. Historia de asini umbra, quæ ivit in parœmiam, satis est cognita, et eam habes apud Schol. Græcum late descriptam: tum Demosthenis astutum inventum super ea narratione, ut judices audientes haberet in causa civis de vita periclitantis. Meminerunt hujus adagii Menander in Enchiridio, Demosthenes, Plato, et alii. Scripsit et Archippus comœdiam titulo ὄνου σκιᾶς. Usus vero proverbii venit in eos, qui in re nihili ambitiose certant. Hoc uno differunt scriptores in illa sive fabula sive historia, quod ab agasone asinum juveni mercede locatum aiunt, cum sarcinis ut iter faceret ex Athenis in Megaridem; alii in Delphos. Fl. Chr. Proverbium satis notum. Berg. μάχει νῷν. Sic Inv. ed. — περ. ὄν. σκ. allusio ad notam fabulam istam Megaricam, de qua Lucianus et alii multi multa, inter nostrates Wieland. in Abderitis commemorant. Ortum inde prov. ὄνου σκιά. — ἐπὶ τῶν περὶ μηδενὸς χρησίμου φιλοτιμουμένων. Schol. ubi etiam mentio fit lepidæ de oratore Demosthene, scite adhibentis Megarense commentum ad compescendam populi in audiendo se impatientiam castigandamque historiolæ, et Archippi cujusdam comœdiæ super fabulæ hujus argumento. Conz.

192. πονηρὸς εἶ πόῤῥω τέχνης. Haud, inquit, ab arte aut meditatione improbus es, sed natura. Est autem παράβολος falsus, adulterinus, οὐ γνήσιος. Sed quum ait se ἄριστον, videtur adludere ad prandium. Fl. Chr. Scholia: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπὸ τέχνης τινὸς πονηρὸς εἶ, οὐδ' ἀπὸ μελέτης, ἀλλὰ φύσει. Sed forte dicit, cum arte malitiam occultare non velle, aut non posse. Hippocrates epist. 9. ὡς πονηρότατος εἶ, Δημόκριτε, καὶ πόῤῥω γε σοφίης. Berg.

194. ἄριστον. Recte Florens putat alludi ad *prandium*. Berg. ἀλλ' ἴσως ὅταν φάγῃς. Quum, inquit, a me sene forensi studioque et industria mea pastus fueris, tunc me non malum sed optimum censebis. Ludit autem in voce ὑπογάστριον, quæ cibum omnem potissimum innuit; quia solebant ut plurimum Athenienses vesci visceribus asininis aut bovillis: sed quia senex ipse imitabatur pullum asinæ subrumum, propterea etiam ὑπογάστριον dixit. Notatque recte Græcus glossographus deesse particulam παρὰ, quum ait γέροντος Ἡλιαστικοῦ, quod temere dictum voluit pro ὄνου. Fl. Chr.

195. ὑπογάστριον γέροντος. Quia Bdelycleo paullo ante dicebat senem similem esse *pullo asinino*, propterea senex infert vocem ὑπογάστριον, dicitque γέροντος Ἡλιαστικοῦ pro ὄνου. Utebantur autem asininis carnibus, ut notat Scholiastes. Est autem allegoria, qua significatur, *ego tibi utilis ero*. Berg. ὑπογάστριον, quod sub ventre est, simul: cibus omnium potiss. sumen (Bauchstück) cf. Hor. i. Ep. 15. 41. — Amphibolice expressum est, quod sequitur, Ἡλ. γέρ. ita ut asinum innuere possit et Philocl. — Bene explanavit H. Vossius in animadvers. ad patris versionem p. 329. comedebantur scilicet et in deliciis habebantur pinguiores asini. Conz.

196. ὤθει τὸν ὄνον καὶ σαυτόν. Existimat Græcus Scholiastes Bdelycleonem per hæc verba ὤθει τὸν ὄνον alloqui servum vernam, et per illa καὶ σαυτὸν alloqui patrem Philocleonem. Ego putem utrumque recte dirigi ad Philocleonem insidentem asino. Fl. Chr. Cf. huc similem in Pluto formulam v. 1107 — 1108. v. 199. sqq. egressus ædibus dicit hæc famulo Bdelycl. Conz.

197. ὦ ξυνδικασταὶ καὶ Κλέων. Sic et Cleo opem forensium senum et judicum implorat in Equit. 255. ὦ γέροντες Ἡλιασταὶ, φράτορες τριωβόλου, οὓς ἐγὼ βόσκω. Berg. Judices et Cleona in auxilium advocat, tum quia φιλόδικος, tum quia Φιλοκλέων vocatur, quod videtur valere φιλόμισθος, quandoquidem videtur Cleo judicibus mercedem pendere solitus. Fl. Chr.

199. πολλοὺς τῶν λίθων. Multos, inquit, impone lapides, ne possit januam facile aperire; tum pessulum seræ obde et trabi vel repagulo (δοκὸς est hic ἀντιβάτης) adjiciens grande mortarium advolve. Nam vastitas mortarii arguitur ex verbo προσκυλίειν, ut scilicet, quod bajulari nequit, sed devolvi. Fl. Chr.

201. *προσθείς.* Sic quidem tota librariorum cohors, sed mendose. Legendum in imperativo *πρόσθες*, quod multo vividius est, et ipsa sententia requirit: *καὶ τῇ δοκῷ πρόσθες τὸν ὅλμον τὸν μέγαν.* | *ἀνύσας τι προσκύλιέ γ'.* Sic scribi et interpungi debuit. Cum *προσθεὶς*, juberetur famulus magnum mortarium vecti advolvere, postquam illud jam adposuisset; et imperativo *προσκύλιε* duo adjungerentur participia nullo nexu cohærentia. Inepta est ista lectio. Brunck. Textus Brunckianus vulgatam exhibet lectionem distinctionemque *προσθεὶς* post voculam *μέγαν* sequente commate. Sed prætulimus, quam in notis adtulit, alteram scriptionem interpunctionemque, quia, ut ipse p. 209. edocet, et vividior est, et a sententia posci videtur, cum, si legeris *προσθεὶς*, juberetur famulus magnum mortarium vecti advolvere, postquam illud jam adposuisset; et imperativo *προσκύλιε* duo adjungerentur participia, nullo nexu cohærentia. Invern. leg. ut vulg. *προσθεὶς* et refutat suo more Brunckianam lectionem, ut præter ullam necessitatem et cum minori elegantia (?) illatam. V. vol. ii. p. 327. Voss. *προσθεὶς* sumit absolute, verba *τ. ὅλμ. τ. μ.* conjungens cum *ἀνύσας τι προσ.* sed nescio an *προστιθέναι* cum dat. objecti ita possit sumi. Saltem auctoritatem desideramus. Conz.

206. *ὑπὸ τὸν κεραμιδῶν'*, i. e. *κεραμιδῶνα*, a nominativo *κεραμιδὼν*, ut *πυλὼν*, *κοιτὼν*, *πιθὼν*, et talia. Est autem *κεραμιδὼν* locus ubi totum corpus, tota congregatio tegularum est, id est tectum. Reisk. *κεραμίων.* Variam lectionem *κεραμίδων* commemorat Pollux x. 183. Dind. *ὀροφίας.* Hesychius: *ὄφις τῶν κατ' οἶκον.* Moratur autem circa tecta, ut ait Scholiastes. Berg. Quia mures et serpentes dicuntur *ὀροφίαι* vel trabales, quia nidulantur in trabium fastigiis et eas rodere solent. Fl. Chr. Eustath. in Hom. Odyss. 3. p. 1448. vox *ἡλιασθῇς* autem et adjective sumi possit de serpente apricante et ut nomen adpellat. de jud. Heliæo. Heliæa enim maximum erat Atheniensium judicium, in quo publica et quidem majora tractabantur negotia, cf. Sig. de rep. Ath. 3. p. 131-2. Petit. de Ath. legg. et al. Quare mihi rectius videtur, ut in ambiguo pendeat sensus, *ἡλιασθῇν* non cum majuscula litera H, ut in Brunckiana fit edd. sed minuscula scribere *η*. Conz.

207. *στρουθὸς ἀνήρ.* Attractus e stega superiore senex exultim ceciderat. Propterea ait verna senem factum esse passerem et velut evolasse et voce abigenti passeres ait *σοῦ σοῦ.* Nam sic aves solent *σοβεῖσθαι.* Fl. Chr. Hunc et sequentes tres versus codd. ut impressi, Xanthiæ tribuunt. Manifestum est tamen versum 210. a famulo proferri nec posse nec debere. Ideo in versione pro Xanthia reposui personam Bdelycleonis. [Sic etiam Bent.] Postmodo autem animadverti ne sic quidem loquendi vices recte divisas esse. Duo primi versus cum tertii initio sunt famuli. Ante voces *νὴ Δία* omissa fuit persona Bdelycleonis, errore librariis tam solemni, maxime mediis in versibus, ut mille ad minimum similia exempla ex his fabulis produci possint. Famulus cui senis mandata custodia, officio suo fungitur, curans ne extra retia prorumpat, de quibus dixit initio, v. 131. Filius vero indignabundus ait, sibi melius futurum esse, si in Thraciam mittatur ad Scionæ obsidium, quam patrem hunc suum observanti. *τούτου τοῦ πατρὸς*, ut mox infra 215. idem dicit *τουτονὶ τὸν πατέρα.* Hoc in famulum non cadit: præterea servi apud Athenienses non militabant. Scione ab Atheniensibus defecerat anno 1. Ol. lxxxix. eam circumvallarunt Athenienses, et post continuatam duobus fere integris annis obsidionem, eam expugnarunt. Brunck. Invern. legit ex cd. suo *ἀνήρ.* Non debebat hoc assumi in textum, ut manifeste in mendo cubans: quum artic. *ὁ* abesse non queat, Brunck. scribit *'ὠνήρ*, anteposuimus ex Lobecii sententia (ad Ajac. Soph. passim) scribere *'ἀνήρ.* Conz.

208. *μου* Suid. v. *ἐποποῖ.* et in *σοῦ.* Pors.

209. Est Bdelycleonis. Reisk. Temere novavit Brunckius, quasi verba *ἀντὶ τούτου τοῦ πατρὸς* dici nec possent nec deberent, ut ait, a servulo. Ne de filio loqui videatur, is addit *τοῦ πατρός.* Etiam in proxime sequentibus persona Xanthiæ usurpanda, secus quidem ac fit in Juntinis, pro Bdelycleonis, qui recitato versu 202. recessit a fenestra; nam quod servi Atheniensium non militarunt, parum ad rem: communi verbo non serio servus utitur. Hotib. *σοῦ σοῦ.* Scholia: *ἀποσοβοῦσι τὸν γέροντα ὡς στρουθόν· ὡς εἰώθαμεν τὰ ὄρνεα σοβεῖν.* Infra v. 458. dicit ad chorum Vesparum: *οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε;* Æschylus in Sept. 31. *ὁρμᾶσθε πάντες, σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ.* Quæ loca Bisetus citavit. Vide plura ad v. 458. Berg. 208—9. citat Suid. v. *σοῦ.* Pors. v. Æsch. Suppl. 836. et 842. Conz.

210. *Σκιώνην.* Sciona urbs in Thracia est e quinque iilis quæ Pallenes sunt, ubi capto Ilio Achivi consedere, quum naves cremassent (quod etiam fecerunt, teste Plutarcho, quum vento delatæ essent in Italiam circa Thybrim) Troades captivæ, ut memorat Stephanus. Eam urbem muniverant magno imposito præsidio Athe-

nienses et magna cura custodiebant; sed belli Peloponnesiaci tempore defectionem fecerunt Scionæi ad Brasidam ducem Lacedæmonium, qui tandem in eo bello dimicans cum Cleone interfectus est mutua occisione, ut in Irena fabula docuit Aristophanes. Scribit Philochorus Scioneam defectionem contigisse temporibus Isarchi; quibus, ut opinor, duces fuerunt Hippocrates et Demosthenes. Historiam de Scione habes sub finem l. iv. Thucydidæ, præter quæ apud Melam reperies de urbis vetustate. Fl. Chr. Vid. not. ad Schol. Dind. Verba hæc rectius tribuuntur cum Brunckio personæ filii, non ut exstat in edd. et impressis Xanthiæ. In versione autem Latina p. 161. erravit Br., ut ipse fatetur in notis p. 209. quum etiam superiores versiculos *οἴμοι κακ.* — *σοῦ* tribueret Bdelycleoni, quum melius et pro ratione dialogi concinnius quadrent in alterius servi personam. Aliter sentit de distributione vers. horum Hotibius, s. Bothius, qui temeritatis Brunck. incusans verba *νὴ Δία κ. τ. λ.* continuat Xanthiæ, asserens, ne de filio Bdelycleone loqui videretur, addidisse servulum *ἀντ. τούτ. τ. πατρός.* Sed Sciones subsequens mentio, quum servulis militare ex regula non licitum esset, impedit nos, quo minus ei assensum demus. Quod contra ait auctor, communi verbo non serio uti auctorem, nobis non arridet. Deinde, cum etiam sq. v. usque ad *στίλην* continuentur Xanthiæ, nescio an sic sermo illius præter morem dialogi Aristophanei sit productior. Conz.

213. *τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν.* Minus aptum videtur verbum *ἀποκοιμῶμαι*; significare enim debebat, aut *dormire desino*, aut *scorsum dormio*; quæ ambo a loco aliena sunt. Legendum igitur ex Photii Lexico [c. 397.], *τί οὐ κατεκοιμήθημεν.* Pors. *ὅσον ὅσον στίλην.* Minutum numi genus vult esse Callistratus *στίλην*. Apud Suidam est *πιλωτὸν*, puta lanæ trivillitium vel floccum minusculum. Latine possumus efferre, *ne floccum quidem* vel potius *ciccum*. Nam *σίδων* [l. *σίδιον*] est *κόκκος ῥοιᾶς*, imo et *στίδιον*, si Hesychii codices non sunt mendosi. Fl. Chr. Significat minimum, ut supra v. 91. *ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην· ἢν δ' οὖν καταμύσει κἂν ἄχνην.* Berg. *τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν.* Sic Suid. *στίλη.* *ὅσον* om. Ms. *ὅσον* semel Med. Ceterum vide ad Orest. 581. Pors. Ibi minus caute damnat *ἀπεκοιμήθημεν* Porsonus, satis defensum a Xenophonte apud H. Steph. Thes. t. ii. p. 291. D. Alia dat Sturzii index. Herodotus viii. 76. *οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παραρτέοντο.* E quibus locis apparet, vocabulum esse militare, qualia in hac scena affectant servi; et significare, *φυλακὴν καταλύειν*, v. 2. Compara *ἀποδαρθεῖν* in Nicochare, Addend. ad Plut. 300. *ἀποβρίζειν*, Theocr. Epigr. xxi. Dobr.

214. *ἀλλ', ὦ πόνηρ', ἥξουσι.* Scholiastes Græcus accipit pro *ὦ πονηροὶ*, ut servos suos alloquatur Bdelycleo. Sed legendum esset integre *ὦ πονηροὶ ἥξουσιν*, ut collisio fieret *τοῦ οι* diphthongi et *τοῦ η*. Nam ut alterutrum elidatur non puto ferri posse, et ne ad hoc cogamur, melius puto in singulari *ὦ πόνηρ'*, ut paulo post ait. Fl. Chr.

215. *παρακαλοῦντες.* Pro *ἐκκαλοῦντες* dictum. Est autem hæc parasceue ad Chori ingressum, quem componit ex senibus litium amantibus et judiciorum forique triconibus sub vesparum persona. Fl. Chr.

216. *ὄρθρος βαθύς.* Plato in Apologia. Berg.

217. *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε.* Ita Aldina et Juntina. Farrei et Brubachii *γὰρ* pro *γοῦν*. Illud *γε* in fine omnes illæ habent; nuper tamen pro eo *νῦν*. Berg. *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασι νῦν.* Sic Kusterus edidit bene. In primariis editt. est *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε.* Ant. Fracinus edidit *ὀψὲ γὰρ ἀνεστήκασι νῦν*, quam lectionem præfert B. Illa primariarum editt. est in A. *νῦν* sincerum est, ut unice sententiæ aptum. Brunck. [Sic Inverniz. Conz.] Porsono in Advers. p. 37. scribendum videtur: *νὴ τὸν Δί' ὀψέ γ' ἆρ' ἀνεστήκασι νῦν.* Dind. *νὴ τὸν Δί' ὀψὲ νῦν ἀνεστήκασι γάρ.* Reisig. *Νὴ τὸν Δί' ὀψὲ γὰρ ἀνεστήκασί γε.* Sic quædam editiones. *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασι νῦν* dedit Kust. partim recte; quem secutus est Brunck. Juntina secunda a. 1425. cui adstipulatur Ms. apud Brunck. — *ὀψὲ γὰρ ἀνεστήκασι νῦν.* Quæ vera est lectio, modo recte dividas et distinguas, *Νὴ τὸν Δί' ὀψὲ γ' ἆρ' ἀναστήκασι νῦν.* Pors.

218. Vulgo legitur, *ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν παρακαλοῦντές μ' ἀεί.* Ergo senes illi Heliastæ Bdelycleonem, quicum illis nihil erat, media de nocte provocare solebant? inepte! Quam belle congruit hoc cum eo quod mox infertur, *οἷς ἐκκαλοῦνται τοῦτον*! corrupta est lectio. Sinceræ vestigia in B. remansere, ubi scriptum *παρακαλοῦσ' ἀεί.* Dederat Comicus *παρακαλοῦσίν γ' ἀεί.* Brunck. *ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν γε παρακαλοῦσ' ἀεί.* Sic Inverniz. ex cd. suo. Melior lectio videtur quam Brunckiana *παρακαλοῦσιν γ' ἀεὶ*, quæ tamen non erat ab auctore ut inepta carpenda. Referendum est ad senem, ut docet. v. 221. Conz.

219. *μινυρίζοντες μέλη.* Mulieres in

concionem ituræ in Eccles. 277. *βαδίζετ' ᾄδουσαι μέλος πρεσβυτικόν τι.* Berg.

220. *ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήρατα.* Verbum compositum ex quinque vocibus senarium integrum efficiens, quo antiqua et amabilia Sidoniaque carmina Phrynichi laudat, qui tragicus poeta fuit, fabulamque Phœnissarum nomine docuit, ubi Sidoniorum meminit. Itaque ex *ἀρχαίου μέλος* (vel, ut Aristarchus voluit, *μέλιτος*), *Σιδῶνος, Φρυνίχου* et *ἐρατοῦ* facta una dictio. Hinc autem videtur Euripides Phryxum posteriorem inchoasse: *Σιδώνιον ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν,* | *'Αγήνορος παῖς, ἵκετ' ἐς Θήβης πέδον.* et trito velut proverbio ansam præbuisse, *γλυκερῷ Σιδωνίῳ,* quod et recensuit Hesychius. Fl. Chr. Componitur ex *ἀρχαῖον* et *μέλη* et *Σιδὼν* et *Φρύνιχος* et *ἐρατά.* Mallem *ἀρχαῖα μέλη Σιδωνοφρυνιχήρατα.* Infra brevius v. 269. *ἀνᾴδων Φρυνίχου.* Berg. V. Bentleii opusc. p. 296. Dind. Suid. *ἀρχαῖος. μινυρίζοντες.* Sic Suid. Ms. in v. *-τος* Med. sed *-τες* in *ἀρχ.* Pors. *ἀρχαιομελισ-* Ms. in *μιν.* et mox in Piside *ἀντισυστρόφους,* duobus versibus om. Id. *-δωρο-* Cod. Vat. P. Id. Vox comice composita ex *ἀρχαῖος, μέλος, Σιδὼν* (non *δονέω,* ut hallucinantur quidam) *Φρύνιχος, ἔρατος.* Alluditur ad chorum quendam Sidonicum ex tragœdia Phœniss. Phrynichi. — De antiquo hoc tragœdo cf. et Ran. 701. Conz.

223. *τὸ γένος ἤν τις ὀργίσῃ τῶν σφηκῶν.* Infra v. 403. dicit chorus Vesparum, *ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν.* Berg.

225. *ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον.* Aculeum in lumbis more vesparum fingit inesse senibus judicibus, quia eorum natura est *ὀξύχολος,* difficilis et querula, ut ait Horatius, et quorum verba vulnerant. Fl. Chr. Phrynichus comicus apud Athenæum iv. p. 165. *ἔστι δ' αὐτούς γε φυλάττεσθαι τῶν νῦν χαλεπώτατον ἔργον· ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις.* Berg.

227. *φέψαλος* scintillula. v. 229. *διασκεδῶ* fut. Att. pro *διασκεδάσω.* Conz.

228. *ἐάν περ.* Sic Ald. et Juntin. a. 1515. *ἐὰν* omisso *περ* Juntina a. 1525. et aliæ. Hinc *ἐάν γ'* Reiskius, Herman. et Reisig. in diariis Jenensibus a. 1817. nr. 224. p. 401. Dind. *ἐὰν ἐγὼ λ. ἕ.* F. *ἐὰν γάρ.* Sed nihil opus. Clare enim exhibet Aldina, *ἐάνπερ.* Pors. *ἐάνπερ* Cod. Vat. P. Id.

230. Chorus ingreditur quasi in forum iturus ad dijudicandas lites. Comias autem et mox Charinades et Strymodorus nomina senum in choro. Berg. Hic chorus senum stropham facit, quæ decem et octo versus iambicos tetrametros et catalecticos continet et vocantur melos choricum proodicum. Est autem Comias comica persona et proprium senis nomen, ut et Charinades: deducit Scholiastes *ἀπὸ τῆς κώμης,* sed possumus etiam *ἀπὸ τοῦ κώμου,* quasi veternosum innuat. Fl. Chr. Larvam induti vesparum formas imitantem introeunt senes; ad cæteram partem adparent humana specie, excepto quod, ut ex v. 225. apparet, ex lumbis promineant stimuli. Similiter, ut ex locis avium aliisque cognosci potest, alia etiam in choris repræsentabantur animantia, obiter indigitando magis allegoriam, quam persequendo. Conz.

231. *ἱμὰς κύνειος.* Forte et robustum lorum vocat caninum et constat caninas pelles in commendatione antiquitus fuisse, quibus capitis tegmina et *περικεφαλαίας* faciebant; unde eas *κυνέας* dixerunt, proinde ut e felibus vel mustelis *galeas.* Fl. Chr. Scholia, *εὔζωνος καὶ ἰσχυρός.* Berg. *'Ιμὰς,* lorum, cui alligati canes educuntur ad venatum. Hinc fortasse Aristophanes Vesp. v. 230. *ἦσθ' ἱμὰς κύνειος.* ubi satis inepte scholia, *κύνειος, εὔζωνος καὶ ἰσχυρός.* et versio Latina, *ante robur crudum erat tibi velut caninum lorum.* Schneider. *πρὸ τοῦγε* subint. *ἐβράδυνες. κύνειος* metaphora de robore corii canini desumtum. Conz.

232. *Χαρινάδης.* Etiam in Pace v. 1156. nominat Charinadem quendam. Berg. *νυνὶ δὲ κρείττων ἐστί σου Χαρινάδης βαδίζειν.* *Pedibus melior est te.* Sic bene ambo codd. [et Bentl. et Reisk.] Mendose in impressis *κρεῖττόν ἐστι.* Brunck. *κρεῖττον.* Sic Suid. Ms. *Χαρινάδης. κρείττων* ed. Med. Pors.

233. *Στρυμόδωρε.* In Acharn. 272. in Lysistr. autem 259. *ὦ Στρυμμόδωρε. Κονθυλεὺς* autem a pago quodam Attico. Berg. *Κονθυλεῦ.* Conthyla populus vel vicus fuit Atticæ ex tribu Pandionide, quam videtur Scholiastes aliter vocare Ptolemaidem. Sed hoc nomine non memini ullam tribum dictam. Fl. Chr.

234. *Χάβης.* Aldus et Bern. Junta ediderunt *Χάρης. Χάβης* diserte agnoscit Scholiastes, Herodiani usus auctoritate. Dind.

235. *ἔτ'* omittit Ald. lege *ἐστίν· ἆ παπαί.* Bent. Sophocles Philoct. 760. *παπαὶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπαί.* Berg. *πάρεσθ', ὃ λοιπόν ἐστιν, ἀππαπαὶ, παπαὶ, παπαιάξ.* Sic optime scriptum in A. Sic fere etiam editt. primariæ, in quibus legitur *ἐστι ἀπαππαί.* In recentioribus inconcinnus et immodulatus hic versus legitur, ex Ant. Fracini editione derivatus: *πάρεσθ', ὁ λοιπὸν ἔτ' ἐστί. ἀπαππαὶ, παπαὶ, παπαιάξ.* Alia, nec forte deterior, lectio e scriptura cod.

B. concinnari potest, in quo scriptum, *πάρεσθ' ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔστιν, ἀππαπαῖ, παπαιάξ.* Quid, si legatur, *πάρεσθ', ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔτ' ἔστ', ἀπαπαῖ, παπαῖ, παπαιάξ?* Brunck. Verum invenies ex codice Rav. et Brunckii B., *πάρεσθ', ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔτ' ἐστίν,—.* Reisig. *ἔτ'* omittit Aldina, Junt. sc. 1515. non 1525. Bas. sc. 1532. *ἀππαπαῖ* Suid. Ms. *ἐποποί. ἀπαπαῖ* Med. Pors. *ἔτ'* om. Cod. Vat. P. Id.

236. Interpungo verba sic: *ἥβης, ἐκείνης ἡνίκ' ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν.* Reisig. *Βυζαντίῳ* — cf. Thucyd. i. 94. duce Pausania, nisi mavis intelligere cum b. Vossio aliam Cimone duce quinquaginta fere anteaquam docebantur Vespæ, Cimone susceptam obsidionem. Conz.

237. *περιπατοῦντε.* Ita Junt. sc. 1525. Port. Kuster. Ald. et Junt. 1515. *περιπατοῦντες.* Pors.

238. *ὅλμον.* Ligneum vas, veluti tripes vel mortarium, erat *ὅλμος*, in quod tundebant olera et legumina. Dicitur etiam *ὁλμειὸς* lapis teres et rotundus, eundem præstans usum. Hesiodus O. et D. v. 425. dixit, *ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν.* Fl. Chr.

239. *ἥψαμεν τοῦ κορκόρου.* Corcorus vile est genus oleris, quem officinæ seplasiorum autumant esse *chamæpityn*, me non adstipulante. Lycophron grammaticus aliique vile genus pisciculorum, velut hippurum, hic nomine notari censent. Sed potior est sententia Eratosthenis aliorumque ad olus referentium. Nam proverbium est, quod etiam recenset Hephæstion inter anapæsticas coronides, *καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοισι*: de iis dictum, qui in ordinem redigendi obrepunt tamen et se numero meliorum adscribunt. Meminit Erasmus adagii et hunc locum laudans exponit, *attigimus corchorum*, quam interpretationem non possum probare. Nam *ἅπτομαι* potius quam *ἅπτω* est *tango*. Itaque vel *ἥψαμεν* est *urere* et *accendere*, vel *ligare*. Sane enim *ἑψάναι* dicuntur *αἱ δεσμαὶ τῶν λαχάνων*. Sed neque *ἕψαμεν* male esset, ut sit *coximus corchorum*: quia *ἕψα* idem quod *ἕψησα*. Putem autem hic per *κόρκορον* adlusum ad saturitatem, quæ *κόρος*. Sed id, quod ait Scholiastes, *κατασχίσαντες αὐτὸν* intelligi de mortario, non corchoro, non fit mihi verisimile, malimque de scisso corchoro et inter se partito intelligere; qua ratione dicitur scindere in mensa. Nam cui bono furari, quod ruptum velis et scissum? Fl. Chr. Alcæus apud Athenæum ix. p. 370. *ἤδη δ' ἧψε χύτραν ῥαφάνων.* Noster in Ran. 508. *ἧψε κατερικτῶν χύτρας*, ubi vide notam. Berg. *ἥψαμεν.* Sic quidem libri; sed mendosi sunt. Aoristum primum *ἧψα* nec Attici, nec, opinor, ceteri Græci agnoscunt; omnibus est *ἥψησα*. Alter vero aoristus, ab imperfecto non diversus, est *ἧψον*, unde hic omnino scribendum fuit *ἥψομεν*. Codices etiam *κορκόρου*. Brunck. *ἡψέσαμεν.* Reisk. Dubitassemus mutare ubique obviam lectionem, quum etiam occurrat forma verbi *ἑψέω* altera plane respondens *ἕψω*, a qua descendere aor. 1. *ἧψα* facile possit, nisi perspicue, ut ait Inverniz. *ἥψομεν* legeret cd. Ravennas. Cæterum cum *ἑψέω* et *ἕψω* cum genit. non construi soleant, et ellipsis *τι* unde pendeat. genit. post *κορκόρου*, quem cd. teste Brunckio habent cdd. omnes, lædere possit æque atque artic. defin. gen. *τοῦ*, qui non necessarius est, optime fortassis ponendum pro *του-τι.* Sensus tum prodit idem: *quo* (mortario) *fisco oleris agrestis* (nam hoc non pisciculos, ut Schol. dubitanter affert verbis *εἶδος ἰχθύος ἢ λάχανον ἄγριον*, intelligendum puto) non nihil coquebamus. Conz.

240. *ὡς ἔσται Λάχητι νυνί.* Scholiastes, *ἡ δίκη, ἡ τιμωρία, ἢ τοιοῦτό τι.* Laches autem classi in Siciliam missæ præfectus, fraude aliqua usus est; quod infra indicat Comicus in judicio canum v. 890. *ἐγράψατο Κυδαθηναιεὺς Λάβητ' Αἰξωνέα, τὸν τυρὸν ἀδικεῖν, ὅτι μόνος κατήσθιε τὸν Σικελικόν.* Ubi per Labetem canem intelligitur Laches iste. Berg. Subaudiendum *δίκη* vel *τιμωρία.* Nam Lachetem in jus vocavit Cleo. Notat autem Scholiastes Græcus ex Demetrio hunc Lachetem missum cum navibus ducem ab Atheniensibus, ut Leontinis, quos Siculi opprimebant, auxilium ferret; et successisse Lacheti Sophoclem et Pythodorum ait ex Philochoro, qui ambo tandem multati sunt exsilio. Sed præstat historiam ex Thucydide cognoscere, qui lib. 3. et 4. Lachetem Melanopi et Charæadem Euphiletæ duces missos cum imperio viginti navium in Siciliam scribit, ubi occiso Charæada Laches solus fuit imperator. Deinde Lachetis imperio successit Pythodorus Isolochi filius. Vide ergo illic principem historicum. Fl. Chr.

241. *σίμβλον.* Metaphora sumta a cellis apum, quæ parcæ sunt. Innuit Lachetem ex iniqua parsimonia et peculatu publici æris invidendas opes comparasse. Sed interea non parcit Cleoni, qui pecuniarum potius amore quam juris et æqui Lachetem damnatum velit; ut dixit Satyricus: *quicquid in æquore magnum est, res fisci est.* Hic autem dictum *ἐν ὥρᾳ* pro *ταχέως.* Fl. Chr. Scholia, *σίμβλοι κυρίως εἰσὶν αἱ θῆκαι, ἔνθα αἱ μέλισσαι ἀποτίθενται τὸ μέλι. ὡς τοῦ Λάχητος δὲ τὰ δημόσια σφετερισαμένου καὶ πλουτήσαντος.*

Berg. ἔμβολον pro σίμβλον Suid. ed. in v. ἔμβολα Ms. Pors. Rav. φησὶ, mendose. Conz.

243. ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν. Crudelitatem et vindictæ atque adeo avaritiæ animum notat in Cleone, qui judices sibi obnoxios acuat ad præjudicium: simul mores seniles depingit, qui iram non facilè coquant, neque αὐτῆμαρ, sed tres integros dies cum libidine nocendi litem præjudicant. Alludit autem ad edicta Athenis proclamari solita, ut ituri in bellum milites cibaria sibi pararent, quæ satis essent ad tres dies. Notanda interim vox rara κολουμένους, quæ hoc loco nihil aliud est quam κολάζοντας vel ἐπικόπτοντας, atque haud scio an alibi reperiatur in hoc significatu. Fl. Chr. Alludit ad edicta, quum expeditio aliqua suscipitur. In Pace 312. ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. Berg. Conf. Brunck. ad Acharn. p. 78. Dind.

244. Pro κολάσοντας Attice formatum a κολάζω ad modum verborum in ίζω. Berg. κολουμένους puto corruptum: non succurrit tamen emendandi modus. Reisk. κολουμένους. Scholiastes accipit pro κολάσοντας: quidni pro κολούσοντας, a κολούω? Brunck. κολωμένους scribendum esse monuerunt Porson. in censura Arist. Brunck. p. 575. ed. Lips. et Buttmann. Gr. Gr. t. i. p. 403. Hesychius t. ii. c. 305. κολωμένους· κολώσαντας (l. κολάσοντας). Dind. ἀλλὰ γάρ. Versus ὑπέρμετρος. γὰρ delendum, quod cujusvis erat animadvertisse [et animadvertit Bentl.]. Hotib. κολωμένους H. Stephan. Ind. Thes. Gr. L. p. 1260. G. 1262. D. ex Hesychio. Κολωμένους· κολάσοντας. Male ibi κολώσαντας. Vide Opusc. p. 33. Dele γάρ. Pors. Instead of κολουμένους, which cannot possibly come from κολούω, or indeed any other word, κολωμένους ought to have been restored by Brunck. Theopompus apud Suid. v. Ἄττις. Κολάσομαί γε σὲ, καὶ τὸν σὸν Ἄττιν. Pors. κολούειν teste Hesychio significationem etiam habet. τοῦ μειοῦν et ἐλαττοῦν; simul, ut Alberti affert in notis ad Hesychii locum ii. p. 304. ex Scholiast. ad Hom. O. 211. Valet etiam, quod ἐκφανίζειν; quæ quidem ex parte saltem huc quadrarent etiam significationes. Conz.

247. μή που λαθὼν ἡμᾶς τις ἐμποδὼν κακόν τι δράσῃ. Sic legendum esse metri ratio evincit. In omnibus libris mendose λαθών τις ἡμᾶς, qua vocum collocatione versus pessundatur. Hoc me fugerat, quum fabulam hanc recensui, quumque primo typis descriptum hunc locum legi. Postmodo quum folium hoc ob personarum confusionem, de qua dixi ad v. 207. iterum excudi jussi, exemplum e prelo madidum legenti menda in oculos mihi incurrit. Vide not. ad Ran. 1035. Brunck. Metrum quidem ab offensione vacuum atque integrum est in libro Ravennate, πάντη διασκοπῶμεν, | μή που λαθών τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ: sed de homine hæc accipi in via ante pedes objecto perabsurdum videtur. Loquutum autem Aristophanem conjicio in modum Euripidis, Phœnissis, v. 91., ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον, | μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται: aut Iphigenia in Tauris, v. 67., ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν. Itaque scripsisse eum puto, μή που λίθων τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ: quod aliqua ex parte confirmat manuscriptus quidam liber Seidleri. [Codex Venetus, in quo λίθος scriptum est pro λαθών. Dind.] Verba που λίθων sono similitudinem referunt vocabuli Euripidis πολιτῶν. Reisig. ἐμποδὼν ἡμᾶς reposuit etiam Tyrwhittus. Dind. Lege ob metrum ἡμᾶς τίς. Pors. Inverniz. legit, λαθών τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ. Conz.

248. Inducuntur pueri senum, ut orchestram pleniorem faciant; quorum unus prælucet patri et prævisum lutum monet cavere. Mutatur autem hic genus carminis superioris in aliud carmen mixtum ex dimetro (male apud Schol. Græcum habes τριμέτρου) iambico et ithyphallico. Versus autem ithyphallicus constat συζυγίᾳ trochaica, i. e. tribus trochæis, et vocatur dimetrum brachycatalectum; ut, κάρφεται γὰρ ἤδη. Sic enim docet Hephæstio: atque hoc genere versus habes sequentes viginti quinque. Fl. Chr. Hic et qui sequuntur versus asynarteti sunt e dimetro iambico et dimetro trochaico brachycatal. seu ithyphallico. Hoc observavit quidem Florens; sed quæ corrupta erant metra ad istam normam non redegit. Et primo quidem in hoc versu perperam vulgo legitur πάτερ σὺ τουτονί. Inepte insertum pronomen σὺ expungi debuit. Quod puer πηλὸν dicit, seni infra v. 259. appellatur βόρβορος. Quid differant hæ voces, quæ hic promiscue adhibentur, docet Hemsterhusius ad Lucianum p. 24. Brunck.

249. κάρφος χαμάθεν. Vel lege χαμαὶ, ut sit iambus, non anapæstus; vel dele σύ. Sed et in illis σὺ τουτονὶ φύλαξαι, omnino expungendum σὺ, ut versibus istis suus adsit modulus. Nam superiores decem et octo omnes sunt tetrametri iambici catalectici; reliqui 25 iambo-trochæi. Fl. Chr. σὺ delendum esse monuit etiam Bentleius. Dind. σὺ delet Porsonus apud E. Maltby Thes. Pros. p. 327. Pors. σὺ delet, et 263. ὅταν τοῦτ' ᾖ legit et Elmsleius Ed. Rev. N. xxxvii. p. 89. Dobr.

250. οὐκ ἀλλὰ τῳδί. Hoc, inquit, digito facile lychni fomitem producam, ut clarius luceat. προβύσσειν Scholiastes ait esse εἰς τὸ ἔμπροσθεν βαλεῖν τὸ ἐλλύχνιον: sed et idem incertam facit lectionem, quum ait ἠρέμα προμύσσειν; ut facilem esse τοῦ μ in β mutationem jamdudum monuimus. In utravis voce sensus hic quadrabit. Nam προβύσσειν erit τὴν μύξαν ὠθεῖν. Sed delendum putem μοί γε, ut constet versus. Fl. Chr. Sic vulgo legitur hic versus: οὐκ· ἀλλὰ τῳδί μοι γε νῦν δοκῶ τὸν λύχνον προβύσσειν. In binis codd. emendate saltem προβύσειν. Sed quis ferre possit versum otiosis particulis tam inepte suffarcinatum? voculæ γε νυν ejici debuerunt. Brunck. Dele μοι γε cum Fl. Chr. vel potius γε νῦν. Pors.

251. τί δὴ μαθὼν τῷ δακτύλῳ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς; Ellychnium vocat θρυαλλίδα, quia antiqui ἐκ τοῦ θρύου faciebant ellychnia. Est autem θρύον, ut aiunt, folium ficus; sed puto fuisse vel φλόμον vel στυππίον. Fortassis autem quum ait δακτύλῳ, respexerit ad nomen ipsius herbæ, quæ θρυαλλὶς vel λυχνὶς dicitur. Nam etiam vocatur *digitalis*. Vetus glossarium non ita pridem editum a doctiss. H. Stephano testatur θρυαλλίδα esse *flomum*. Hesychius vero *flomum* herbam, quæ usum lychni præbebat. Sed urit me pruritus emendandi, et nescio quo modo malim hic legere τί δὴ παθὼν, non μαθών. Quin etiam versu sequenti, ὦ 'νόητε σὺ audebo delere σὺ, tanquam παρέλκον ad versus mensuram. Fl. Chr. In Lysistr. 599. τί δὴ μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; ubi vide notam. Berg. τί δὴ παθών. Sic cum Florente lego. Vulgo τί δὴ μαθών. Vide not. ad Lys. 599. Brunck.

252. ὦ 'νόητε. Subjicitur vulgo pronomen σὺ, quod metrum admittere gravatur, quoque sententia non indiget. Brunck. Delevit jam Bentl. Dind. Fl. Chr. delet σύ. Pors.

254. κονδύλοις νουθετήσετε. In Equit. 1231. κονδύλοις ἡρμοττόμην. Berg.

257. ὥσπερ ἀτταγᾶς. Quia hæc avis in pulvere volutatur et palustria loca et cœnosa colit, neque altivola est, imo sæpe præ gravitate et alarum brevitate sua capitur, eam Aristoteles l. ix. de historia animalium κονιστικὸν vocat cum perdice, phasiano, gallina, et cassita. Athenæus Aristotelem recensens l. xiii. Dipnosoph. πολύτεκνον vocat et σπερμολόγον et ἀτταγᾶν, non ἀτταγηνὸν dicendum censet. Ceterum suavissimum cibum esse ex Comici hujus nostri *Ciconiis* fabula probat, qui scripsit, ἥδιστον ἕψειν ἐπινικίοις κρέας. Avis est paulo major perdice, quam Itali *francolinam* vocant. Quidam putant eam esse, quam nos dicimus *canepetiere*. Habet enim plumas multicolores; ita ut ansam dederit Erasmo proverbii tollendi, quod ad servitia κατάστικτα et notis inusta ille retulit, præter aliud, quod ex Suida affert, *attagenum novilunium*. De attage meminit postea Aristophanes in Avibus, eumque vocat πτεροποικίλον. Fl. Chr. Scholia: ὁ ἀτταγᾶς ὄρνεον ἐστιν εὑρισκόμενον ἐν ταῖς ἕλεσι καὶ τερπόμενον ἐν τοῖς πηλώδεσι τόποις. Berg. Suid. ἀτταγᾶς. Pors. Phrynicus Bekkeri p. 61. Πρῷον: τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν πρώϊμον. Dobr.

258. ἦ μὴν si Kusterum intelligo. Cod. Vat. P. Pors.

259. De vocum βόρβορος et πηλὸς discrimine v. Hemsterhusium ad Lucianum i. p. 1203. ed. Bip. Hemsterhusius, dum πηλὸν ut terram liquore subactam (Lehm —lutum) βόρβορος per *cænum* (Morast, Drect, v. et Ran. 274. νὺξ κ. βόρβορος) explicat, addit tamen, fieri posse, ut voces in eandem sæpe conveniant significationem, excitans nostrum locum. Etiam Brunckius in hanc sententiam ire videtur. Sed dubitandum. Selecte hic fortiori denominatione utentem inducit poeta senem. Conz.

260. Græcorum sensus pessime in versione redditus. ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον, valet *quatuor ad summum abhinc diebus*. Qui in lucernis putres concrescunt fungi pluviam impendentem indicant; sed nemo unquam ex eis conjecturam fecit, quot continuos dies imber decisurus sit. Verti proinde debuit: *et mirum, ni quatuor ad summum cis dies necesse fuerit Jovem pluere*. Brunck. v. Elmsl. ad Acharn. p. 208. Dind. Vereor valde ne deterior sit correctio hæc versione primum data. Non intellexit auctor, ex magnitudine fungorum, insolita, ut versus paullo post sequens indicat, augurari sic senem, et quod ita colligat, eo non cadere in absurditatis crimen; immo absurdius fere esse, tempus impendentis pluviæ ita definire velle, ut in versione altera fit. Quare τὸ πλεῖστον cum ὕδωρ—ποιῆσαι jungendum, nec ut Brunckius vult cum ἡμερῶν τεττάρων (quatuor ad summum adhinc diebus—ecquis toleret talem ex fungis conjecturam?). Conz.

261. ἀναγκαίως ἔχει. Euripides in Cyclope v. 32. καὶ νῦν τὰ προσταχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπαγῇ δόμους. Idem in Helena v. 1415. ὦ κλεινὸς πόσις, ἀναγκαίως ἔχει τὰ πρῶτα λέκτρα νυμφικάς θ' ὁμιλίας τιμᾶν. Noster in Pace 334. ἀναγκαίως ἔστ' ἔχον. ubi vide notam. Berg.

262. De fungis cf. etiam Virgil. Georg. i. 390—4. et quæ egregie ad locum istum observavit J. H. Voss. Conz.

263. φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τουτί. Ut versus

constet, legebam ὅτ' ᾖ [et sit Bentl.]; sed malo ὅταν τοῦτ' ᾖ, i. e. quum fungi, vel potius, ut ait Plinius, imagines fungorum scintillant circa lychnos: ut dixit Maro: 'scintillare oleum et putres concrescere fungos.' Quod vetus glossarium explicat ψαφαροὺς κομαρῖνας; quod verbum quid sit nescio et fortasse ἀμανίτας legendum in illo glossario; quo nomine censentur *fungi*. Aiunt enim scintillas illas exsilientes circum ignem lucernarum, quas μύκητας vocant, indicia esse ingruentis pluviæ, quia lucernæ ignis adversatur humido aëri. Unde Aratus in Διοσημείοις ait: ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν: et Callimachus: εὖτ' ἂν λύχνου δαιομένου ἅδδην ἐγένοντο μύκητες. Vide Theonem in Aratum. Alii μύκητα accipiunt pro animalculo minutissimo, quod σκὶψ vel σκνὶψ vocatur, quodque præ tenuitate extrema corpusculi statim ab aëris frigore oppressum volitat (est enim τετράπτερον) circum lychnos et caloris est appetens, facitque appulsu scintillas, imbris scilicet præsagia. Agathias Scholasticus sic amatorium epigramma orsus est [in Jacobs. Anthol. Palat. t. i. p. 164.]: μήποτε, λύχνε, μύκητα φέροις, μηδ' ὄμβρον ἐγείροις. Hinc et Apuleius Metamorph. ii. Pamphilen sagam, quæ ex vespertina lucerna imbrem prænuntiabat, vocat grandem lucernæ Sibyllam. Contra autem tubera illa, quæ μύκαι vel μύκητες vocantur, ab imbre generantur, et nomen inde mutuantur τῶν ὕδνων. Fl. Chr. Sic etiam Porson. ap. Maltby ad Morell. Lex. prosod. p. 327. et Elmsleius in Edinburgh Review n. xxxvii. p. 89. Dind.

264. Disyllabum oportet esse πρώιμα, si quidem rationem volumus habere metri; vel potius elidendum est τὸ α propter sequentem vocalem, πρώϊμ' ὕδωρ. Fructus autem primos sic vocat τὰ πρώϊμα vel τὰ πρῶτα τῶν καρπίμων. Neque putem aliunde arcessendum Latinæ vocis etymon πρώϊμα, *prima*. Hic tamen intelligenda τὰ πρώτως πέπονα et πρόωρα, primum maturescentia. Fl. Chr. ἅττα μή 'στι πρῷμα [Sic Scaliger et Bentl.]. Perperam vulgo, metro reclamante, πρώϊμα. Vide Piersonum ad Moerin p. 300. Brunck. Quum Pollux vii. 152. καρπία πρώϊα ex h. l. excitet, et πρώϊα cod. Rav. confirmet, apparet scribendum esse, καρπίων — πρῷα. Monuit Porsonus apud Maltby ad Morell. Lexic. prosod. p. 327. 852. Dind. Lege πρῷα ut Pac. 1101. 1164. Porsonus, loco citato ad 249. ὅταν τοῦτ' ᾖ — καρπίων — πρῷα partim e Polluce vii. 152. Pors.

265. κἀπιπνεῦσαι βόρειον. Boreali aspectu gaudere arbores multas et lætissimas fieri traditum est ab antiquis: sed quod neoterici philosophi præceptum hoc generale fecerunt (inter quos Cardanus) merito pulsantur a magno magistro Jul. Cæs. Scaligero. Nam secundum regionem et situm juvant aut nocent venti. Hic ego censeam τὸ βόρειον, aquilonem, esse ventum sudificum et lætum, non eum qui gelidas molitur nives, ut dixit vetus poeta. Denique pro zephyro, qui genitabilis est, accipiendum, quique comite gaudet Chloride, quæ quia incrementa facit arborum, etiam zephyritis dicitur. Fl. Chr.

266. τί χρῆμα. In Nubib. 817. τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ; Berg.

268. ἐφολκὸς ἦν. Solebat, inquit, primus esse et sedem in foro occupare; non autem, ut nunc, in postremis esse. Quod vitiosum et pudendum fuisse vel ex ludo puerili patet, de quo Horatius dixit, 'occupet extremum scabies.' Ubi, ut et hoc obiter dicam, notanda ἀντίθεσις *occupare extremum*, quasi sit φθάνοι τὸν ἔσχατον. Sumta vero tralatio est a lembo vel minori navigio, quod ἐφολκίδα vocabant, quia a tergo attrahebatur propter tarditatem a majori nave et celoce. Fl. Chr.

269. ἀνᾴδων Φρυνίχου. Ellipsis vocis μέλος aut similis. Sic infra v. 1225. ᾄδω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου. Supra v. 220. judices Phrynichi carmina cantare soliti dicuntur. Berg. ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου. Sic bene Dawes. p. 263. [et Bentl.]. Perperam vulgo ἀνᾴδων. Vide not. ad Pl. 453. Particula ἂν refertur ad præcedens verbum. ἡγεῖτ' ἄν, *præire solebat*. Cum Φρυνίχου subauditur τι. Sollicitari non debuit ἀνὴρ in fine versus: non enim flagitat metri ratio, ut rescribatur ὡνήρ. Primam in ἀνὴρ pro lubitu corripiunt vel producunt Attici poetæ. Vide Valckenarium ad Eurip. Phœn. p. 554. Brunck. ἂν ᾄδων Φρύνιχον. Reisk. ἀναΐδων Suid. Ms. ἐφόλκια. ἀναείδων Med. Pors. De particula ἂν vide Henr. Schæferus ad Juliani orationem in laudem Constantii, p. xviii. Reisig.

270. στάντας ἐνθάδ'. Hoc arguit choricum istud melos esse στάσιμον, quia stetere ante fores Philocleonis. Nam mele chorica dividuntur in parodica, quale illud superius, χώρει, πρόβαινε, etc. stasima, quale hoc quod sequitur, τί ποτ' οὐ etc. et illud apud Æschylum in Prometh. desmota, στένω σε τᾶς etc., proodica, mesodica, epodica et exodica vel ὑποχωρητικά, recessoria, quæ in fabulæ exitu canebantur, ut illud in Pluto, οὐκέτι νῦν γ' εἰκὸς etc. Quæ genera omnia, sive species potius, non ab ᾠδῆς, sed ὁδοῦ facta puto; ut existimem παροδικὰ esse *prætereuntia*; exodica, *exeuntia*. Nam exodium Atellanæ exitum et finem esse, vel ex prosodia

patet: 'urbicus exodio risum movet Atellanæ.' Si ab ᾠδῇ compositum sit, scutica dignum errorem commiserit versiculi illius auctor, eligentissimus inprimis magister quantitatis syllabariæ. Sed certissimum est, respiciendum esse ad hypothesin et fabulæ personas viantes, ut cum Apuleio loquar, et inter viandum cantillantes. Errori ansam præbuit cantus qui inter, propter, et præter viam; et tamen non vident isti peccare se ἐκ παραλλήλου. Quid enim esset μέλος ᾠδικὸν nisi ᾠδὴ μελική? Sane ἓν διὰ δυοῖν: et quisquis ultra pertendet in hisce nugis otium terens, negotium sibi soli facesset, et hircum, ut est in proverbio, mulgebit, præter jacturam existimationis suæ. Lego autem paulo post non ἐξερπύσῃ, sed simpliciter ἑρπύσῃ θύραζε, ut constet suis numeris postremus versus τῶν ἰαμβοτροχαϊκῶν. Fl. Chr.

271. ἐκκαλεῖν. Sic certissime emendavit Dawesius p. 262. [et Bentl.] ineptam librorum lectionem ἐκβαλεῖν. — Quod in his xxv. versibus asynartetis voces aliquot spurias recidere necesse fuerit, nemo mirabitur, qui sciet librariis quibusdam placuisse eos ad idem metri genus reducere, quod superiorum erat, id est ex iis tetrametros iambicos facere; quod sane numerorum modo habita ratione, haud difficile erat. Sed ut in perfecta et absoluta phrasi nihil fere addi vel detrahi patitur sermonis indoles, inepte insertæ fulciendis metris otiosæ voculæ, manum interpolatoris statim produnt. Versus illos apponam prout scripti sunt in cod. A. τὸν πηλὸν ὦ πάτερ πάτερ ΣΥ τουτονὶ φύλαξαι. | κάρφος χαμᾶθεν νῦν λαβὼν ΣΥ τὸν λύχνον πρόβυσον. | οὔκ· ἀλλὰ τῳδί μοι ΓΕ ΝΥΝ δοκῶ τὸν λύχνον προβύσειν. | τί δὴ μαθὼν τῷ δακτύλῳ ΣΥ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς, | καὶ ταῦτα τοῦ 'λαίου σπανίζοντος ΝΥΝ ὦ 'νόητε ΣΥ; | οὐ γὰρ δάκνει σ' ὅταν δέῃ ΤΙ τίμιον πρίασθαι. | εἰ νὴ Δί' αὖθις κονδύλοισΙ νουθετήσεθ' ἡμᾶς, | ἀποσβέσαντες τοὺς λύχνους ἄπιμεν οἴκαδ' αὐτοί. | κἄπειτ' ἴσως ἐν τῷ σκότῳ ΓΕ τουτονὶ στερηθεὶς, | τὸν πηλὸν ὥσπερ ἀτταγᾶς ΠΟΥ τυρβάσεις βαδίζων. | ἦ μὴν ἐγώ σου χἀτέρους ΓΕ μείζονας κολάζω. | ἀλλ' οὑτοσί μοι βόρβορος ΝΥΝ φαίνεται πατοῦντι. | κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν ΓΕ τεττάρων τὸ πλεῖστον | ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει ΔΗ τὸν θεὸν ποιῆσαι. | ἔπεισι γοῦν ΔΗ τοῖσι λύχνοις οὑτοιὶ μύκητες. | φιλεῖ δ' ὅταν Γ' ᾖ τοῦτο ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα. | δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μή 'στι πρῴϊμα, | ὕδωρ γενέσθαι, κἀπιπνεῦσαι ΔΗ βόρειον αὐτοῖς. | τί χρῆμ' ἄρ' οὑκ τῆς οἰκίας ΓΕ τῆσδε συνδικαστὴς | πέπονθεν, ὡς οὐ φαίνεται ΝΥΝ δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος; | οὐ μὴν πρὸ τοῦγ' ἐφολκὸς ἦν ΟΔ'. ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν | ἡγεῖτ' ἀνᾴδων Φρυνίχου ΤΙ. καὶ γάρ ἐστιν ἀνὴρ | φιλῳδός. ἀλλά μοι δοκεῖ ΝΥΝ στάντας ἐνθάδ' ὦ 'νδρες, | ᾄδοντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν, ΕΑΝ τί πως ἀκούσας | τοὐμοῦ μέλους, ὑφ' ἡδονῆς ΕΞερπύσῃ θύραζε. Brunck. ἐκκαλεῖν vel ἐκκαλεῖσθ' Dawes. probante Valckenærio ad Theocrit. Adoniaz. 43. p. 353. Pors. ἦν παῖς Cod. Vat. P. Id.

272. ἑρπύσῃ Fl. Christian. recte. Pors.

273—331. Hic locus hoc modo videtur scribendus esse: στροφὴ α'. τί ποτ' οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν | ὁ γέρων, οὐδ' ὑπακούει; | μῶν ἀπολώλεκεν τὰς | ἐμβάδας, ἢ προσέκοψ' ἐν | τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που (5) | λίθῳ, εἶτ' ἐφλέγμηνεν | τὸ σφυρὸν γέροντος ὄντος; | καὶ τάχ' ἂν βουβωνιῴη. | ἦ μὴν πολὺ δριμύτατός γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν, | καὶ μόνος οὐκ ἂν ἐπείθετ', (10) | ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη | τις, κάτω κύπτων ἂν οὕτω, | λίθον ἕψεις, ἔλεγεν. | ἀντιστροφὴ α'. τάχα δ' ἂν διὰ τὸν χθιζινὸν ἄνθρω-|πον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ' (15) | ἐξαπατῶν, λέγων ὡς | καὶ φιλαθήναιος ἦν, καὶ | τἀν Σάμῳ πρῶτος κατείποι, | διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς, | εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων· (20) | ἔστι γὰρ τοιοῦτος ἁνήρ. | ἀλλ', ὦ 'γάθ', ἀνίστασο, μηδ' οὕτως σεαυτὸν | ἔσθιε, μηδ' ἀγανάκτει. | καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει | τῶν προδόντων τἀπὶ Θρᾴκης. (25) | ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς. | μεσῳδός. ΗΜ. ὕπαγ', ὦ παῖ, ὕπαγε. | στροφὴ β'. Π. ἐθελήσεις τί μοι οὖν, ὦ | πάτερ, ἤν σού τι δεηθῶ; | Χ. πάνυ γ', ὦ παιδίον, ἀλλ' εἰ- (30) | πὲ, τί βούλει με πρίασθαι | καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀ-|στραγάλους δήπουθεν, ὦ παῖ. | Π. μὰ Δί', ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ παπ-|πία· ἥδιον γάρ. Χ. οὐκ ἂν, (35) | μὰ Δί', εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς. | Π. μὰ Δί', οὐτἄρα προπέμψω σε τὸ λοιπόν. | Χ. ἀπὸ γὰρ τοῦδ' ἐμὲ τοῦ μισθαρίου | τρίτον αὐτὸν ἔχειν ἄλ-|φιτα δεῖ καὶ ξύλα κὤψον. (40) | σὺ δὲ σῦκά μ' αἰτεῖς. | ἀντιστροφὴ β'. Π. ἄγε νῦν, ὦ πάτερ, ἢν μὴ | τὸ δικαστήριον ἄρχων | καθίσῃ νῦν, πόθεν ὠνη-|σόμεθ' ἄριστον; ἔχεις ἐλ- (45) | πίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ | πόρον Ἕλλας ἱρὸν εἰπεῖν. | Χ. ἀπαπαῖ, φεῦ, ἀπαπαῖ, φεῦ, | μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῷν οἶδ' | ὁπόθεν γε δεῖπνον ἔσται. (50) | Π. τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες, | ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς; | Χ. ἀνόνητον ἄρ', ὦ θυ-|λάκιον, σ' εἶχον ἄγαλμα. Π. (ἒ ἒ) | πάρα νῷν στενάζειν. (55.) Hermann.

273. (1.) et sqq. στρ. α'. } Ita Her-
280. (14.) et sqq. ἀντιστρ. α'. } mann. de

Metr. p. 326 = 502. qui melius rem gessit quam Bentleius. Sed neuter vidit sic legendum esse carminis initium. στρ. τί ποτ' οὐ πρὸ θύρων | φαίνεθ' ἡμῖν | ὁ γέρων οὐδ' ὑπάκουε; | μῶν ἀπολώλεκεν | τὰς ἐμβάδας ἢ προσέκοψεν κ. τ. λ. | ἀντιστρ. τάχα δ' ἂν διὰ τὸν | χθεσινὸν ἄνθρω-

που, ὃς ἡμᾶς διεδύετ' | ἐξ ἀπατῶν λέγων, | ὡς ἦν φιλαθήναιος καὶ κ. τ. λ. Inter quæ φαίνετο et ὑπάκουε sunt Ionica. Mox καὶ inseritur, postquam ἐξ ἀπατῶν fit ἐξαπατῶν, constructionis causa. Dind.

291. (28.) et sqq. στρ. β'. 302. (42.) et sqq. ἀντιστρ. β'. Ita Hermann. de Metr. p. 351 = 303. G. Burges in Classical Journal Nr. xxxi. p. 33. Id. (4.) ἐν etiam Bentl. addidit. Id. (6.) Addidi λίθῳ, et delevi αὐτοῦ. [Lege ἂν αὐτοῦ· vel forte εἶτα φλεγμήνει' ἂν αὐτοῦ. Bent.] Legebatur enim εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ. Ἐφλέγμηνεν secundam correptam habet, quam licentiam sibi et tragicos nonnumquam et Aristophanem sumpsisse, a Porsono adnotatum est ad Eurip. Hec. 302. Herm. Aliam viam iniit Reisig. i. p. 51. "Mirabundus Chorus, quid sit, quod Philocleo nondum compareat foris, rogat, utrum forte calceos amiserit, an pedis digitum aliquo illiserit in tenebris. His inepte additur, inde intumuisse ei malleolum: scilicet digito pedis supremo contuso. Igitur εἶτα perineptum est hoc loco. Deinde eodem hoc vocabulo metrum est conturbatum: neque congruit versus cum antistrophico 283. (19) διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς, . Ergo primum repono ἐπεφλέγμηνεν in locum vitiosæ scripturæ, εἶτ' ἐφλέγμηνεν: in antistrophico autem versu, ut uterque primo pede Ionico sibi invicem respondeat, scribi volo, διὰ τοῦτον δ' ὀδυνηθείς." Dind. (14.) Libri χθεσινόν: sed metrum requirit alteram formam, quæ exstat apud Alciphronem iii. 61. vide Matthæi glossaria minora v. χθιζὸς, et Bekkeri Anecd. Gr. t. i. p. 73. Herm. (17.) Legebatur καὶ λέγων ὡς φιλαθήναιος ἦν. Id. (47.) Legebatur ἱερόν. Versum addito εἰπεῖν explevi. Id. (48.) Semel tantum scriptum erat ἀπαπαὶ φεῦ. Id. (54.) Voculæ ἒ ἒ extra versum sunt. Id.

273. Sequuti sumus in distributione carminis hujus antistrophici, quod incongrue in textu suo edidit Brunckius, emendationem Hermanni quæ proxime etiam accedit ad textus ordinem, quem exhibet ex cod. Ravenn. editio Inverniz. cf. ii. 332—334. Distributionem hanc etiam secutus est J. H. Vossius in versione sua sæpius laudata metrica. Conz. Bentleius οὐχὶ scribi voluerat, puto quod Ionicum hunc versum esse putaret. Dind.

274. Mirantur quid ita diu domi desideat Philocleo, conjiciuntque aut amissionem crepidarum, aut pedis offensionem (nam de pede δάκτυλον accipio), quæ tumorem calcanti conflaverit; aut inguinis dolorem, quod senibus sæpe usu venit. Atque hæc quidem de corporis accidentibus. Aut de animo conjectant, et quia norunt ipsum asperrimum et omnium immitissimum judicem, qui nunquam misericordia flectatur, suspicantur animi mœstitiam ex evasione rei cujusdam, qui benevolentiam suam erga populum Atheniensem probans, Samiorum consilia retexerit, atque hinc illas Philocleonis lacrymas et dolorem fortassis erupisse, quia semper ad condemnandum, nunquam ad absolvendum reum sit paratus. Fl. Chr.

275, 6. 290-92. Agnoscas licet dochmaicos, sic digerendos: Μῶν ἀπόλωλε τὰς ἐμβάδας, ἢ προσέ-|κοψ' ἐν τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που; | Ἐξ ἀπατῶν λέγων, ὡς φιλαθήναιος |Ἦν, καὶ τὰν Σάμῳ πρῶτος κατείποι. Προσέκοψ' ἐν pro vulgato προσέκοψεν dedit G. Hermann. Juntinæ προσέκοψε. Diphthongum corripi in φιλαθήναιος, idem vir doctus observavit, quem vide de hoc loco libri de Metris pp. 326, 351. Uti solent ea figura poetæ vel præcedente acuta syllaba, sicut hic, vel sequente, ut Acharn. 1226, ubi verba Παιὰν, Παιὰν, efficiunt diiambum; quanquam etiam hæc et similia passim est reperire, Τοῖος ἐὼν, οἷος οὔτις etc. Iliad. xviii. 105. cf. Æschyl. Pers. 38. Sophocl. Œdip. Col. 138. Antig. 370. Trach. 938. nostrum infra 829. Plut. 904. Ἐξ ἀπατῶν, per fraudem, sicut pro adverbio poni solet ἐκ præpositio cum nomine; vulgo ἐξαπατῶν, minus quidem eleganter. Hotib.

275. προσέκοψε etc. Hæc verba imitatus est Ælianus epist. 2. Ἡμέρων ὁ μαλακὸς φελλέα ἐπέκυψε τὸ σκέλος πάνυ χρηστῶς· καὶ θέρμη ἐπέλαβεν αὐτοῦ, καὶ βουβῶν ἐπήρθη. Berg.

276. Εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ. Respondent huic versui in antistropha verba Διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς, ad quam faciem Hermannus reposuit Ε. ἔφλεγεν αὐτοῦ. Mihi contra versus antistrophicus videtur corruptus, tum quia rarius usurpatur ejusmodi anapæsticus, tum propterea quod in resumenda oratione οὖν solet usurpari, ut vix dubitem quin reliquerit poeta, Διὰ τὸν χθεσινόν γ' (inculcandum enim γε versus causa) ἄνθρωπον, — Διὰ τοῦτ' οὖν ὀδυνηθεὶς etc. Habes jam anacreonteum formæ Ionicæ seu potius antispasticæ, cui respondet similis choriambicus, ut solent componi atque opponi inter se variarum formarum versus anacreontei: vid. ad Ran. 326. seqq. cf. Æschylum Sept. 680. seqq., Sophoclem El. 1282, 3. Antig. 610, 11. Philoct. 212. cum versu antistrophico et 213. nostrum Thesm. 110. seqq. 977. seqq., Eccles. 596. seqq., Pac. 949, 1031. versibus illis diversæ formæ anacreonteis catalecticis, qui sibi invicem respondent, denique Terentianum Maurum Putsch. pag. 2439. Servata igitur librorum lec-

tione, aut versum ejusmodi antispasticum habebis in stropha, aut verba ἐφλέγμηνεν secundam syllabam corripies, invito quidem Dawesio Miscell. Crit. 197. sed non invita linguæ analogia; nam quas ibi scribit vir sagacissimus leges prosodicas, bonas quidem esse, sed non eas tamen, quas nunquam fas sit transgredi, jam suboluerat Piersono ad Mœr. 20. quicum cf. Brunck. ad Lysistratæ 384. 551. Cratinus quoque Πυτίνης loco, quem laudat Schol. ad Equ. 523.: Καναχῶσι πηγαί, δωδεκάκρουνον στόμα, producta syllaba media τοῦ δωδεκάκρουνον. Οὖν raptum fuerit a simili syllaba, quæ sequitur. Hotib. ἐφλέγμηνεν Berg.

277. βουβωνιῴη γ'. ἢ — Particula inseri debuit ad vitandum hiatum. Brunck.

278. ἐπείθετ'. Sic recte B. Vulgo ἐπείθετο. In A. eadem est menda, quæ supra v. 269. οὐκ ἀνεπείθετο. Brunck.

279. Lege ὁπόταν. Bent.

280. λίθον ἕψεις. Proverbium est in eos, qui aliquid frustra nituntur, simile illis, laterem lavas, ollæ pigmenta addis, in aqua scribis, Æthiopem dealbas, in mare sementem jacis, et similia. Hic autem irritus est labos, lapidem vel laterem coquere, qui, quo magis coquitur, eo magis durescit. Apud Hesychium male coaluerunt duæ voces et mendose. Itaque pro λιθονεψὶς, legendum, ut hic, λίθον ἕψεις. Theocritus in idyllio Gratiarum inter ἀδύνατα etiam scripsit νίζειν πλίνθον, ut diximus ad eum locum. Fl. Chr. Proverbium de rebus, quæ fieri nequeunt, aut frustra fiunt. Scholiastes recenset similia: πλίνθον πλύνεις, χύτραν ποικίλλεις, εἰς ὕδωρ γράφεις, Αἰθίοπα λευκαίνεις, κατὰ θαλάττης σπείρεις. Apud Aristænetum etiam lib. ii. epist. 20. talia recensentur, ubi inquit, ἐμοὶ προσλαλῶν, εἰς πῦρ ξαίνεις, γύργαθον φυσᾷς, σπόγγῳ πάτταλον κρούεις, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀμηχάνων ποιεῖς. Berg. νίζειν πλίνθον cf. Theocr. in Idyll. Χάρ. Conz.

281. Lege ὅς γ' ἡμᾶς διέδυ' 'ξαπατύλλων — τις ἦν. Bent. Bene hic impressi διεδύετ'. In A. διεδύετο. Brunck.

283. τὰν Σάμῳ. Milesii cum Samiis bellum gesserunt, et quum inferiores essent, accersiverunt auxilium Atheniensium, qui quadraginta navibus cum imperatore Pericle Xanthippi filio missis Samo urbe potiti sunt, et statum popularem constituerunt, obsidibus acceptis et Lemni collocatis. Postea quum Samii defecissent ad regem barbarum, Persarum puto, rursum Athenienses duce eodem Pericle triremes bellicas plures instruxerunt et beneficio Carystionis cujusdam, qui consilium ipsis Samiorum aperuit, victores evaserunt et ad deditionem murorumque destructionem Samum coegerunt. Causa autem belli inter Milesios et Samios Priene fuit, ut videre est apud Thucydidem in primo commentario (sic enim ξυγγραφὴν vocare possumus) de bello Peloponnesiaco. Paulo post ubi legitur ἀνὴρ ταχὺς, legendum procul dubio censui παχύς; et postea sic reperi scriptum in exemplari Veneto. Per παχὺν autem πλούσιον innuit; ut contra pauperes vocant tenues et λεπτοὺς, ut non immerito apud Romanos Crassus dictus fuerit dives. Sic Herodotus in v. [30.] Musa ἄνδρας τῶν παχέων, potentes dixit. Fl. Chr. ταχὺς ed. Ph. Juntæ. Dind. Lege τοῦτ' οὖν. Bent. Cf. not. ad Schol. Dind. Vid. Hor. ii. Sat. 3. 308. cf. Ran. 1121. Conz.

286. Hic et sequens versus dimetri sunt anapæstici, pessime vulgo habiti. Brunck. Vulgo hæc leguntur ut in Invern. edit. Dind.

287. Lege σεαυτόν γ'. Bent. σαυτὸν ἔσθιε. Alcæus: ἔδωδ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Berg. Conf. Valcken. ad fr. Callimach. p. 107. Dind.

288. ἀνὴρ παχὺς etc. In Pace 638. τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους, αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. Berg.

289. Post ὅπως vulgo legitur αἰσχυνεῖς, quod recte omittit cod. Rav. In Αἰσχύνης (sic) mutari volebat Reisk., coll. v. 438. "Lege ὁπωσοῦν et mox κἀγχυτριεῖς." Bent. ἐγχυτριεῖς. Quæ mortuis inferias dabant et quæ piaculares purgabant, velut Circe Jasona et Medeam apud Apollonium, victimæ sanguinem immolantes, deinde præficæ et quæ obstetrices exponebant in ollis infantes, dicebantur ἐγχύτριαι, vel Platone teste in Minoe. Hinc factum ut ἐγχυτρίζειν pro φονεύειν usurpatum sit. Sed hoc loco nihil aliud puto esse, quam conficere et macerare. Scholiastes Græcus a nostro Comico scribit alibi dictum καταχυτρίσαι pro βλάψαι; quod hic valere puto: atque ut dixit Ennius de cura, 'Quæ nunc te coquit et versat sub pectore fixa,' sic arbitror ἐγχυτριεῖν dictum, coquere in olla, id est dolore afficere et velut conficere. Fl. Chr. ἐγχυτριεῖς. φονεύσεις. Vide Suidam in ἐγχυτρίστριαι. Brunck. ἐγχυτρίζειν, unde hic futurum Atticum, proprie significat, exponere ollula infantulum, inde, φονεῦσαι. Sic etiam Hesychius p. 1079. ἐγχυτριεῖς=ἀποκτενεῖς. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐν τ. χυτρ. ἐπιτιθεμένων παιδῶν. Usurpatur etiam de colligendo sanguine in sepeliendo interfecto aliquo ex ritu mactatorum piaculorum (v. Plat. Min.) inde ἐγχυτρίσθρια utrumque notat 1 feminam exponentem infantes, et 2 mulierem in hoc ritu colligentem sanguinem

Poeta, dum consuetis utitur sæpe metaphoris, non raro ludere solet verbis et pro consilio suos detorquere ea leniter ad aliam vim. Conz.

290. ΧΟΡ. Edd. Aldina et Juntina et nupera male ΠΑΙΔ. Farrei et Brubachii ΧΟΡ. recte: mox eædem istæ recte etiam ΠΑΙ. quod in illis deest. Berg. Persona puerorum ad sequentem versum promovenda. Reisk. ὕπαγ', ὦ παῖ. Adhuc hæc a Choro dicuntur et puerorum persona, quæ in Germanica edit. apposita est, transferenda ad sequentem versum ἐθελήσεις; ut et recte distinguitur in Venetis libris. Jubent autem senes facessere pueros et domum redire, quandoquidem ipsi constitere ante fores Philocleonis. Fl. Chr.

293. Verba ἀλλ' εἰπὲ usque ad οἶμαι sunt puerorum. με pro μοι puto plebeie positum, *quid mihi vis emere?* Reisk.

296. ἀστραγάλους δήπουθεν. Astragali lusus erat puerulorum, et apud Apollonium Rhodium Cupidinem habes cum Ganymede sic lusitantem. Quin et apud Philostratum operæ est pretium videre imaginem ἀστραγαλιζόντων. Vile autem pretium fuisse astragalorum satis apparet, quando hic senex pater recusat ficus emere. tanquam cariorem et delicatiorem cibum. Nam quum ait σῦκά μ' αἰτεῖς, id est, τρυφᾷν βούλει: quasi ficus haberent pro cerebro Jovis. Apparet etiam de misera et paupere conditione horum senum judicum, quorum merces tantula fuit, vix ut sufficeret ad farinam tribus emendam, ad ligna et pisciculos. Nam κὤψον pro καὶ ὄψον intellige pisces; ut alias amplius enarravimus. Sic autem Philippus comicus in Philyra et in Ὀβελιοφόροις inducit puerum patri dicentem, παπία, βούλει δραμὼν ἐς τὴν ἀγορὰν καταγοράσαι τί μοι etc. quæ habes apud Athenæum. Fl. Chr.

297. παπία. Machon apud Athenæum xiii. p. 583. Πτολεμαῖε, διψῶ, φησι, παπία σφόδρα. Apud nostrum in Pace 119. pater inquit ad filias, ἡνίκ' ἂν αἰτίζητ' ἄρτον πάππαν με καλοῦσαι. Berg. Brunckius edidit παππία. "Lege πάππ'." Bent. Dind. Vulg. παπία servat Inverniz. Conz. Lege ad exemplar ἀντιστοίχου, 322. καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀστραγάλους δήποτε, παῖ. Hotib.

298. εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς. In Nubib. 891. εἰ κρέμαιό γε. Berg. μὰ Δί' εἰ — εἰ denotat hic etiamsi, nec elliptice supponendum καί. Hermannus in Museo ant. st. dic. Wolfiano in commentatione sua de ellipsi et pleonasmo præstantissima adnotat: εἰ non potest aliter pro *etiamsi* dici, quam quum res vix credibilis commemoratur, ubi apertum est, εἰ propriam suam vim retinere, quia, quum res ita nunquam futura sit, recte potest per simplicem conditionis significationem indicari; ad quam suffulciendam sententiam locum nostrum affert. v. vol. i. fasc. 1. p. 183. Conz.

299. Recte se habet οὔτ' ἄρα, quod non nemo impugnavit: valet οὔτοι ἄρα, priorisque horum verborum posterior syllaba cum posterioris priore in unam longam coalescit per crasin. vid. ad Av. 1454. Hotib.

300. Hic et duo sequentes versus dimetri sunt anapæstici, quos, ut superiores, de quibus modo monui, inepte suffarcinaverat librariorum libido. Brunck.

301. Scal. αὐτοῦ γ': lege αὐτόν γ'. Bent. τρίτον αὐτόν. Sæpe ita loquitur Thucydides; unum exemplum afferam ex lib. i. Κορινθίων δὲ (στρατηγὸς ἦν) Ξενοκλείδης ὁ Εὐθυκλέους, πέμπτος αὐτός. Ubi scholia: ἀντὶ τοῦ, αὐτὸς, μετ' ἄλλων τεσσάρων. Berg. τρίτον αὐτὸν — *cum duobus aliis* (ex formula nota) scil. conjuge et filio. v. Matth. Griech Gramm. kl. Ausg. p. 442. Conz.

302. σῦκά μ' αἰτεῖς. Paulo ante puer dicebat, ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ παπία. Ergo synonyma sunt. Berg. νῦν, quod vulgo ante σῦκα lectum recte omittit cod. Rav. in νυνὶ mutari voluit Bent. Dind.

304. τὸ δικαστήριον ὤρχων. Infra 1441. ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ. Berg.

306-7. ἔχεις ἐλπίδα χρηστήν τινα. In Pluto 212. ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδα. Berg.

308. Voces illæ πόρον Ἑλλᾶς ἱερὸν e Pindaro juxta scholiastam sumtæ sunt, ubi significabant Ἑλλήσποντον. Posita prima voce πόρον pro πορισμὸν, ridiculi causa duas insequentes addidit. Brunck. — E Pindaro scilicet, non ex suo penu, quod clarius debebat exprimere Brunck. Imitari videtur poeta morem hominum, qui, ubi excitant verba quædam et brocardica, etiam connexa cum his, ad suam vero mentem non apta, temere et inepte effutiunt. Sic memini aliquando doctorem quendam apud extraneos celebrem, doctum quidem sed non beatissimi judicii, quum ad strenuam diligentiam exhortari nos vellet juvenes verbis poëtæ 'aude aliquid,' stupida abreptum incuria, addidisse sequentia, 'gyaris brevibus et carcere dignum.' Conz.

310. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῷν. Sic recte B. Versus est iambicus. Vulgo οὔκουν. Brunck.

311. ὁπόθεν δεῖπνον ἔσται. In Equit. 1188. οἴμοι πόθεν λαγῷά μοι γενήσεται. Berg. ὅθεν Ald. ὅθεν γε δ. (sic) Ald. Junt. 1515. ὁπόθεν δ. Junt. 1525. Bas. 1547. Pors. ὅθεν γε δ' Cod. Vat. P. Id.

313. *πράγματά βόσκειν.* Hæc sumpta ex Theseo Euripidis docent nos Græca scholia, quæ hodie fabula desideratur; ubi in hæc verba loquebantur pueri, qui quotannis destinati erant pro cibo Minotauri. Et quæ sequuntur *ἀνόνητον ἄρα*, indidem etiam sunt desumpta. Nam sic Hippolytus illic locutus fertur: *ἀνόνητον ἄγαλμα πάτερ οἴκοισι τεκών.* Dubium tamen mihi est, utravis lectio sit potior, *ἀνόητον*, an *ἀνόνητον*. Nam quod Germanica editio habet *ἀνώνητον*, non placet. Rectior, ut puto, nostra est conjectura *ἀνόνητον*, et video firmari a Veneta editione: ut dicat puer inutilem se attulisse cophinum. Fl. Chr. Noster in Av. 1359. *εἴπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.* Berg. Vossius videtur legisse *ἐμὲ* pro *ἐμοί*. Conz.

314. *ἀνόνητον — ἄγαλμα.* Hoc etiam ex Theseo Euripidis esse dicit Scholiastes. Berg. In A. *ἀνόνητόν γ' ἄρα σ', ὦ θυλάκιόν γ'*, invenuste geminata particula *γε*. Versus est dimeter anapæsticus, pessime vulgo habitus. Brunck. Vulgo legebatur: *ἀνόνητον ἄρα σ', ὦ θυ- | λάκιόν γ', εἶχον ἄγαλμα. ὦ θυλάκιον.* Alloquitur sacculum, quem fert ad emendam farinam, si mercedem judiciariam acceperit. In Eccles. 383. ille qui tardius venerat in concionem, nec mercedem acceperat, dicit, *ὥστ' αἰσχύνομαι μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄλλον, ἢ τὸν θύλακον.* Berg.

316. *ἒ ἒ* Bentl. in *αἶ αἶ* mutari voluit. Dind. *ἒ ἒ — στενάζειν.* Parodia ex tragico. Conz.

317. Interruptione antistrophicorum in Vespis videtur usus esse Aristophanes v. 317. ubi senex in domo sua inclusus, dolens, quod sibi non cum sodalibus suis in judicium ire liceat, ita nunc loquitur, nunc canit: *φίλοι, τήκομαι* | 1 " *μὲν πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς*" (*στρ.*) *ὑμῶν ὑπα-*|3 " *κούων· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ'* | 4 *εἰμ' ᾄδειν. τί ποιήσω;*" 1 " *τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ'· ἐπεὶ* | (*ἀντ.*) 2 *βούλομαί γε πάλαι μεθ' ὑ-*|3 *μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-*|4 *σκους, κακόν τι ποιῆσαι.*" Ita quum omnino librorum scripturam recte se habere apparet, tum etiam verbum *ᾄδειν*, quod Toupio aliisque sensu carere visum est, sensum præbet aptissimum. Nam senex, quum incipit canere, præ ægritudine numeris modisque excidit, quod ipsum verbis illis significat. Porsonus in additamento ad Hecubam p. 80. fecit, quod in librariis alibi ipse vituperat: in trimetros coegit, qui non sunt trimetri. Hermann. Totum locum emendatius, quam vulgatur, describam: *φίλοι, πάλαι μὲν τήκομαι διὰ τῆς ὀπῆς* | *ὑμῶν ὑπακούων, ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' ἰδεῖν.* | *τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ* | *βούλομαί γε πάλιν μεθ' ὑ-*|*μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-*|*σκους κακόν τι ποιῆσαι.* Priores duo sunt senarii, ceteri tres Glyconici cum Pherecrateo. Delevi *εἰμι* post *οἷός τε*, quod facile subintelligitur, ut in Eq. 342. *ὁτιὴ λέγειν οἷός τε κἀγώ*, quodque eodem modo irrepsit in Phœniss. 983. post *ἕτοιμος*. Recte deinde *ἰδεῖν* pro *ᾄδειν* correxit Dawesius, in ceteris parum felix. Simile mendum ex ejusdem fabulæ v. 1517. sustulere Mss. Particulam *δ'* addit Ravennas. Postremo ante *τηροῦμαι δ'*, ista verba, *τί ποιήσω*, ut manifesto spuria et ex *τι ποιῆσαι* in vicinia nata, delevi. Pors. Glyconicos versus eodem modo, quo Porsonus, descripsit Bentleius. Dind. Ego antistrophicam versuum constructionem hoc modo expedio: *προῳδὸς α'. φίλοι, τήκομαι πάλαι, διὰ μὲν* | *τῆς ὀπῆς ὑμῶν ὑπακού-*|*ων, ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοῦ γ' οἷός* | *τ' εἰμ' ᾄδειν· τί ποιήσω;* | *ά. τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ* | *βούλομαί γε πάλαι μεθ' ὑ-*|*μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-*|*σκους κακόν τι ποιῆσαι.* In vulgatis exemplaribus *πάλαι μὲν* legitur ante *τήκομαι*, in Ravennate *μὲν πάλαι* post *τήκομαι*. Vagam particulam *μὲν* post *διὰ* collocavi: quomodo anacoluthos existit oratio et reconditior ad vulgi Grammaticorum intelligentiam, *ἀλλ' οὐ γὰρ — οἷός τ' εἰμί*, pro *ἀλλ' οὐχ — οἷός τ' ὤν.* Verborum autem exemplaribus vulgatorum, *ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμ' ᾄδειν*, vel *ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' εἰμ' ᾄδειν* ex Regio B. et Ravennate, qualis deberet sententia esse, non præteriit Brunckium: *nequeo canere vobiscum: nequeo vobis præeundo canere.* Cujus rei satis magno argumento chori sunt verba de eodem Philocleone, *πρῶτος ἡμῶν ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου· καὶ γάρ ἐστιν ἁνὴρ φιλῳδός.* Atqui multum differt inter *nequeo canere* et *nequeo vobiscum* sive *in vestro cœtu canere;* in quo autem summa sententiæ vertitur, id non potest, nisi verbo expressum est, mente cogitari. Quare quum aliquid desideretur in verbis, vix potest aliud intelligi ad sententiam una cum metro explicandam, quam *ὁμοῦ*. Deinde in antistropha *πάνυ* in Mss. B. et Ravennate post *πάλαι*, in A. supra scriptum, promanasse ex *πάλιν*, annotata primo scripturæ discrepantia, optime Porso vidit. Sed fugit eum, esse antiquissimam scripturam non in typis olim impressis libris, *πάλιν*, sed in probatis Mss. *πάλαι*. Reisig. 317. et sqq. *φίλοι, πάλαι μὲν τήκομαι διὰ τῆς ὀπῆς* | *ὑμῶν ὑπακούων·* *ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' ἰδεῖν·* | *τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδε·* | *βούλομαί γε πόλυς μεθ'* | *ὑμῶν ἐπὶ τοὺς καδίσκους* | *ἐλθών τι κακὸν ποιῆσαι·* | *ἀλλ' ὦ Ζεῦς ἐλασιβρόντας καπνὸν ἐξαίφνης με ποίησον,* | *ἢ τὸν Προξενίδην ἢ τὸν Σέλλου τὸν ψευδαμάμαξυν.* Hos versus ordine alio disposuerunt Porsonus ad Hec.

1169. et Bentleius: alio Reisigius Conject. p. 199. et Hermann. de Metr. p. 746. Sed omnes falluntur. Bene tamen Porsonus expulit εἰμὶ post οἷός τ', et recepit ἰδεῖν pro ᾄδειν a Dawesio p. 263. Bene quoque Bentl. τηροῦμαι δ': et sic Rav. Jure etiam Porsonus delevit τί ποιήσω: quæ fuit e var. lect. ἐλθεῖν τι κακὸν ποιήσων, quam varietatem indicabat καὶ post τῶνδε in Ald. at καὶ fuit olim γαρ. V. 4. Ms. B. πάλαι πάνυ. Porson. ut vulgo γε πάλιν. Ipse πολύς. Vid. Blomfield. ad S. C. Th. 6. Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν Ὑμνοῖθ'. V. 7. Vulgo Ἀλλ' ὦ Ζεῦ μέγα βρόντα κἀμὲ ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης ἢ Προξενιάδην ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν. Inde erui distichon Heptametrum. Vid. ad Ranas in *Classical Journ.* No. xxv. p. 38. et 41. Pro tetrametris habuit Bentl. et Interpolator, qui addidit τοῦτον. Recte tamen Bentl. post Fl. Chr. legit Προξενίδην e Schol. citante Av. 1126. Προξενίδης ὁ κομπασεύς. Quod ad ἐλασιβρόντας, cf. Eq. 626. ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνὺς ἔπη, e Pindarico Ἐλασίβροντε παῖ Ῥέας, et κεραυνοβρόντας in Pac. 375. necnon Homericum νεφεληγερέτα Ζεύς. G. Burges. Transpositis verbis ὑμῶν ὑπακούων et male inserto μὲν post τήκομαι, quod fit in Ravennate, cum priscæ editiones præbeant πάλαι μὲν τήκομαι, ut vagari interpretamenta solent, obscurata est metrorum hujus loci ratio, scriptura vero depravata ᾄδειν (Dawes. ἰδεῖν, parum bene). τί ποιήσω; sententia quoque tenebris etiam fuit obvoluta. Scribam equidem, (στροφή.) Φίλοι, τήκομαί γ' ὑπακού-|ων πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς | Ὑμῶν· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός | Τ' εἴμ' ἄδην τι ποιῆσαι. | (ἀντιστροφή.) Τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ | Βούλομαί γε πάλαι μεθ' ὑ-|μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-|σκους κακόν τι ποιῆσαι. ἄδην, ἀδεῶς: non possum sine metu agere. Similiter infra 358: Κοὐδείς μ' ἐφύλαττ', ἀλλ' ἐξῆν μοι Φεύγειν ἀδεῶς. Non tuto effugere se posse, etiam hic senium conqueritur. Versus stropharum tres priores sunt glyconei, quorum primus est polyschematistus respondens puro, ut fit passim, ultimi pherecratei, qui subdi solent glyconeis clausularum loco. Hotib. Sed veremur, ne majori, ut solet, in rhythmicis præsertim, licentia usus hic fuerit corrector. Quod verba ᾄδειν, τι ποιήσω; mutat in ἄδην (=ἀδεῶς ut infra v. 359.) τι ποῆσαι; non placet nobis hæc immutatio, quum nec necessaria, nec phrasis ipsa ἄδην τι ποι. si et concedimus usum adverb. ἄδην pro ἀδεῶς paullo, salva auctor. Hesychii, suspectum, bene Græca esse videatur. Dawesius correxit ᾄδειν in ἰδεῖν, parum bene, ut adnotat recte Bothius. Nos defendimus vulgatam, nec sententiam tenebris censemus obvolutam. Canere se non posse queritur senex ob metum, ne audiatur a suis custodibus, tanquam felem, quæ carnem surripuit, ut infra facete v. 361. queritur, cum obelis suis eum observantibus. Conz. Senex per foramen alloquitur Chorum, quia non potest domo exire. Berg. τήκομαι. Euripides in Electr. 208. αὐτὰ δ' ἐν χέρνησι δόμοις ναίω ψυχὰν τακομένα. Berg. Vid. Opusc. p. xcii. Pors.

318. Versum hunc exhibui, ut scriptus est in B. In impressis, ut in A. sic legitur: ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμ' ᾄδειν. Dawesio ᾄδειν absurdum videtur, proinde ἰδεῖν reponit, versumque ad formam iambici metri revocat: ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλ' οἷός τ' οὐκ εἴμ' ἰδεῖν. Ingeniose hercle, sed parum probabiliter. Nihil enim causæ mihi videtur esse cur a codd. scriptura recedatur. ᾄδειν defendi potest: *nequeo canere*, scilicet *vobiscum: nequeo vobis præeundo canere*. Hoc e superioribus satis intelligitur. Quidni Philocleo senes videre posset? Sane dum illud cum iis colloquium habebat, a spectatoribus conspiciebatur, et ab ipsis senibus; proinde eos etiam videbat. Nempe e fenestra prospiciebat, ut manifesto liquet e v. 397. Deinde nulla est ratio cur hic versus iambicus esse debeat, quum insequentes alius etiam sint metri. Brunck. ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἴμ' ᾄδειν. Supra v. 269. de Philocleone dicebat Chorus, καὶ γάρ ἐστιν ἀνὴρ φιλῳδός. Berg. v. 1525. infra. Pors.

319. καὶ pro ἐπεὶ Cod. Vat. P. Pors.

320. βούλομαί γε πάλαι πάνυ μεθ' ὑμῶν. Sic B. In A. vocem πάνυ, quam omiserat, superne inter lineas reposuit librarius. Vulgo βούλομαί γε πάλιν μεθ' ὑμῶν. Brunck. τῶνδε. Καὶ βούλομαί γε Ald. Pors.

321. καδίσκους. Hypocoristice cadiscos vocat vasa, in quæ calculos mittebant judices, et a particula totum innuit, nempe forum; ut prius, quum clepsydram dixit. Jamdudum, inquit, animus volat ad subsellia et tribunal, et cupit aliquem condemnare, jure vel injuria: hoc enim innuit, quum ait κακόν τι ποιῆσαι. Fl. Chr.

322. κακόν τι ποιῆσαι. Infra v. 340. οὐκ ἐᾷ μ', ὦ 'νδρες, δικάζειν, οὐδὲ δρᾶν οὐδὲ κακόν. Berg.

323. μεγαβρόντα una voce. Est vocativus a nominativo μεγαβρόντης, epitheton Jovis. Reisk. Forte duo sunt Aristophanei anapæstici: ἀλλ', ὦ Ζεῦ, μέγα βρόντα καὶ δὴ καπνὸν ἐξαίφνης με ποίησον, | ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν. Bent. Hi versus fortasse ita corrigendi sunt: ὦ Ζεῦ [βασιλεῦ], μέγα

βροντήσας, | ἤ με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης, | ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου | τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν. ἀλλ' initio systematis ab interpolatore additum esse videtur, ut a Turnebo in Æschyli Pers. 532. v. 2. ἤ με revocavi ex ed. Ph. Juntæ. Dind. Lege, ἀλλ' ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, μέγα βρόντησον, tum 325. ἢ Προξενίδην, deinde 329. διὰ τινθαλέῳ, per tmesin. Pors. Προξενίδην dat scholiastes. Confer etiam E. Maltby Thes. Prosod. p. 1088. διὰ τινθ. Scaliger. Id. καί με Cod. Vat. P. Id.

324. καί με ποίησον καπνόν. Fac, inquit, ut sim fumus, quo per minuta ista foramina evolare possim. Sic apud Homerum aviculam ἀνοπαῖαν habemus, quæ avolaret διὰ τῶν ὀπῶν. Illa autem foramina erant καπνοδόχαι, et fumaria dici possunt. Fl. Chr. Optat hoc, ut evolare possit. Sic Æschylus in Supplicibus v. 786. μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτνιῶν Διὸς, τὸ πᾶν δ' ἄφαντος. Berg.

324. seqq. Ne pherecrateus veniat inter anapæsticos, bis inserendum puto βρόντα. Dein scribe: Κἀμὲ π. κ. ἐ., | Ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου | Ψευδομάμαξυν. | Τόλμησον — — — μοι | Πάθος — — — κεραυνῷ | Διατ. σπ. ταχ. etc. Quæ vulgo leguntur, Ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλ-|λου, τοῦτον τὸν ψευδομάμαξυν, eorum priora invenustum versum efficiunt parœmiacum, posteriora glossematis oppleta videntur, cum quis, τὸν Σέλλου absolute dici arbitratus, etiam τῷ ψευδομάμαξυν addendum esse articulum sibi persuaderet, deinde versus explendi causa τοῦτον adderet. Elegante brevitate poeta pro τὸν Σέλλου υἱὸν, ὄντα ψευδομάμαξυν dixit τὸν Σέλλου ψευδομάμαξυν. Anapæstici parœmiaci in molossum exeuntes rarissime reperiuntur, neque sic quidem interruptum nomen proprium cuiquam placeat. Hotib.

325. Προξενιάδην. Videtur Scholiastes Græcus legisse Proxenidem, de quo ait mentionem factam in Avibus tanquam ἀλαζόνος. Sed illic reperio tantum Theagenem et Sellum Æschinem (nescio an Proxenis filium faciat Theagenem) quos καπνοὺς dictos fuisse testantur grammatici (male apud Suidam invenias alicubi καπρὸς pro καπνὸς,) quia multa inaniter promittere solebant et se falso divites faciebant, præcipueque Æschines Selli, a quo dicti ἀλαζόνες σελλοὶ, et σελλίζειν inde pro ἀλαζονεύεσθαι. Nam pauper erat, et tamen ψευδόπλουτος dicebatur, quia videri volebat μεγαλέμπορος: de quo inferius etiam verba faciet Aristophanes, quum dicet ἀπὸ Σελαρτίου. Vanitatem et, ut ita dicam, insaniam hominum, qui velut mures erant, quos montes parturiverant, antiqui significabant per hæc tria, *fumos*, *umbras*, *nubes*; unde Eupolis Autolyco dixit, καπνοὺς προφαίνει καὶ σκιάς. Apud Lampridium in Alexandri Cæsaris vita habes fumi venditorem fumo punitum. Sed pudet hæc omnia minima persequi, præsertim quum doctissimus antiquarius Cœlius Rhodiginus occuparit in lib. 26. Lectionum suarum. Fl. Chr. Inanes jactatores et promissores dicebantur καπνοί· fuit autem talis jactator iste Proxeniades sive Proxenides; in Avib. 1126. Προξενίδης ὁ κομπασεὺς, quem locum indicavit Scholiastes. Berg. ἢ τὸν Σέλλου. Iste est Æschines infra v. 1242. Αἰσχίνης ὁ Σέλλου. Hunc iterum fumum vocat infra v. 457. nonnihil mutato nomine paterno: καὶ σὺ προσθεὶς Αἰσχίνην, ἔντυφε, τὸν Σελαρτίου. Berg. v. L. Bos Animad. p. 11. Dind.

326. ψευδαμάμαξυν. Vitis aiunt esse speciem, quæ etiam ἀναδενδρὰς dicitur, cujus lignum urendo sit streperum et sonificum. Itaque quia mendax Æschines verba sonora et ampullantia loquebatur, propterea putant vocatum ψευδαμάμαξυν. Tamen fortassis nihil aliud notat quam ψευδόπλουτον et jactatorem possessionum vitiferarum. Sic in Equit. [v. 630.] dixit senatum a Cleone factum plenum ψευδατραφύξιος, id est vanitatum et mendaciorum, quia ἀτράφυξις genus est oleris cito excrescens. Hesychius ait ἀμάμυξ (fortassis male pro ἀμάμαξις) genus vitis vel uvæ, atque addit usurpari de quodam claudo, qui nixus duobus scipionibus sub utraque axilla positis, pendulum racemi instar habebat pedem. Quum autem octo numerentur a Laertio Æschinæ, neque de hoc Sellio quicquam memoret, facile adducor ut credam, eum, cujus vitam ille describit, sophistam nempe et Socratis discipulum, cetera pauperem hic intelligi; etsi filium facit Charini ἀλλαντοπώλου tucetarii, vel Lysaniæ, in ejus vitæ principio idem Laertius. Fl. Chr. ψευδομ. in Invern. ed. fortasse typothetæ error est. Dind. ψευδαμάμαξυν, ψευδόπλουτον, ut Suidas exponit. Brunck. v. Scholia. Berg.

327. τόλμησον χαρίσασθαί μοι. Id est χάρισαι. Vide Marklandum ad Lysiam p. 385. edit. Reiskii. Brunck. Sophocles in Philoct. 1088. ἴθ' ὦ τέκνον, τόλμησον, οἴκτειρόν τε με. Berg. Hic tamen non ut circumscriptionem meram, sed cum efficacia esse sumendam formulam ut in, "Aude sapere." Conz.

328. κεραυνῷ. Idem Trachin. 1104. ἔνσεισον, ὦ 'ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος, πάτερ, κεραυνοῦ. Berg.

329. διατινθαλέῳ. Rubente et igneo, διαπύρῳ. Hesychii codices hac parte mendum non habent, quamvis asterisco

notati; sed tollendus asteriscus et legendum, διατινθαλέῳ, διαπύρῳ: non autem, διὰ πυρὸς, distinctis et divulsis vocibus. Idem significat simplex τινθαλέον, nempe χλιαρὸν et θερμόν: ut illud poetæ apud Suidam, τινθαλέοισι κατικμήναντο λοετροῖς. Fl. Chr. σπόδισον ταχέως. Ita ardens et præsens fulmen optat, ut statim cinis fiat. Nam σποδίζειν non est urere simpliciter, sed perurere, ita ut cinefiat, quod uritur. Quod autem ait, μ' ἀποφυσήσας, translatum potest esse a piscibus, qui ὀπτοὶ (merito ὄψον piscis vocatur) detergi solent, aut sufflari, ut abeat cinis conceptus inter assandum. Vel ἀποφυσήσας dixit ratione ignis, qui sufflando excitatur et citius assat. Sed quia dicit ἀνελὼν, malo hærere priori, quæ de cinere auferendo est, expositioni. Tantum arbitror pro μ' ἀποφυσήσας legendum κ' ἀποφυσήσας, pro καὶ ἀποφ. Quorsum enim repetat τὸ με, quum jam dixerit ἤ με κεραυνῷ? Fl. Chr.

330. κἄπειτ' ἀνελών μ' ἀποφυσήσας. Nempe tanquam piscem in carbonibus tostum. Scholia: τῶν γὰρ ἀπανθρακιζομένων ἰχθύων ἀποφυσῶσι τὴν σποδόν. Berg. Suid. ἀποφυσήσας. Pors.

331. εἰς ὀξάλμην. Tanquam piscem, ut Cratinus: ἀνθ' ὧν πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους φρύξας, ἑψήσας, κἀπανθρακίσας, ὀπτήσας, εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην, κᾆτα σκοροδάλμην, χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων ὑμῶν φαίνηται καταтρώξομαι, ὦ στρατιῶται. apud Athenæum ix. p. 385. ubi etiam præsens Aristophanis locus citatur. Berg.

333. τὰς χοιρίνας. Ante calces inventas conchyliis et id genus testulis, quas χοιρίνας Græci (nos ex Græco sensu et vocabulo *porcelaines*) vocabant, utebantur judices; ut testatur Epaphroditus in vocabulario; mittebantque in vas vel cadum, quem κημὸν dicunt: qui factus erat velut ἠθμὸς, quo purpuræ capiuntur; et est proprie πλέγμα in coni figuram desinens. Invenio autem apud veteres glossographos octo significatus τοῦ κημοῦ; nempe cadum judicialem, equorum frenum, ornatum muliebrem, corium quod ori suo tibicines imponunt, speciem lilii, herbæ genus, legumen Thracicum, et machinam quandam ignivomam: quamvis dubito an istud postremum verum sit, et pro πυρφόρον μηχάνημα melius sit πορφύρεον; ut de purpurarum conchyliis intelligatur. Sed ignoratio illius instrumenti πυρφόρου fortean mihi imposuerit. Itaque cohibebo assensionem, donec ex ampliori auctorum lectione doctior evasero. Fl. Chr. Vide ad Equit. 1329. Apparet autem, super lapide solitos fuisse numerare suffragia urnis exemta. Berg. Pollux viii. 16. ubi vasa forensia recenset: χοιρίναι· πάλαι γὰρ χοιρίνοις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἵπερ ἦσαν κόγχαι θαλάττιαι. Brunck.

334. De versibus 334—378. hæc mecum peregregia communicavit Hermannus. " V. 334—345. elegantissima sunt antistrophica. Scribe: στροφή. ΧΟΡ. τίς γὰρ ἔσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων, κἀποκλείων τὰς θύρας; | λέξον· πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις. | ΦΙΛ. οὑμὸς υἱός. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε· καὶ γὰρ τυγχάνει | οὑτοσὶ πρόσθεν καθεύδων. ἀλλ' ὕφεσθε τοῦ τόνου. | ΧΟΡ. τοῦ δ' ἐφέξειν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρῶν σε βούλεται; (5.) | τίνα πρόφασιν δ' ἔχων; | ΦΙΛ. οὐκ ἐᾷ μ', ὦ 'νδρες, δικάζειν, οὐδὲ δρᾶν οὐδὲν κακόν· | ἀλλά μ' εὐωχεῖν ἕτοιμος ἐστ'· ἐγὼ δ' οὐ βούλομαι. | ΧΟΡ. τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χα-|νεῖν ὁ Δημολογοκλέων ὅδ', (10.) | ὅτι λέγεις τι περὶ τελωνει-|ῶν ἀληθές. οὐ γὰρ ἄν ποθ' | οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμη-|σεν λέγειν, εἰ | μὴ ξυνωμότης τις ἦν. (15.) | ἀντιστροφή. ΧΟΡ. ἀλλ' ὅπως τάχιστα καὶ νῦν ἐκπόριζε μηχανὴν | ἕως γάρ, ὦ μελίττιον. | ΦΙΛ. διατραγεῖν τοίνυν κράτιστον ἐστί μοι τὸ δίκτυον. | ἡ δέ μοι Δίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου. | ΧΟΡ. ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἔστ' ἄνοντος εἰς σωτηρίαν. (20.) | ἀλλ' ἔπαγε τὴν γνάθον. | ΦΙΛ. διατέτρωκται τοῦτό γ'. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε μηδαμῶς· | ἀλλὰ τηρώμεσθ', ὅπως μὴ Βδελυκλέων αἰσθήσεται. | ΧΟΡ. μηδὲν, ὦ 'τὰν, δέδιθι, μηδέν· | ὡς ἐγὼ τοῦτόν γ' ἐὰν γρύ- (25.)|ξῃ τι, ποιήσω δακεῖν τὴν | καρδίαν καὶ τὸν περὶ ψυ-|χῆς δρόμον δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ | μὴ πατεῖν τὰ | τῶν θεῶν ψηφίσματα.—" Dind. (5.) Vid. Albert. ad Hesych. t. i. c. 1543. Id. (12.) Laborabat Cleon τελωνείας infamia: vide Eq. 248. et ibi Schol. ac Suidam v. τελώνης. Non discrevit Schneiderus τελωνείαν et τελωνίαν. Τελωνία ipsam redemptionem vectigalium, τελωνεία munus potius et conditionem publicani significare videtur. Numeris hic adversaretur τελωνιῶν. Herm. (16.) Sic emendavi veterum editionum scripturam: ἀλλὰ καὶ νῦν ἐκπόριζε μηχανὴν ὅπως τάχιστα: quam recentiores editores indocte correxerunt, τάχιστα in τάχισθ' mutato. Dind. (21.) Hanc libri Ravennatis scripturam in codice suo habuit Scholiastes. Dind. 334—345. Hæc quoque agnoscas esse strophica, modo in utraque stropha tollas interpretamenta γὰρ φράσεις et ἀληθές. Prius adscriptum ex quo perperam interpungi cœperat post λέξον, cum concinnius hoc poetæ placuisset: Λέξον πρὸς εὔνους: posterius est glossema verbi τι. Totus iste versiculus sic est legendus: Ὅτι τι λέγεις περὶ τῶν νεῶν; Secundum antistrophæ numerosiórem reddes reponendo: Πρόφασιν ἔχων

τίν'; Hotib. Hæc quatuor systemata sic legenda sunt: σύστημα α'. τίς γάρ ἐσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων κἀποκλείων τὰς θύρας; | λέξον· πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις· | σύστημα β'. τοῦ δ' ἔφεξιν, ὦν μάταιος, ταῦτα δρᾶν σε βούλεται | τίνα τε πρόφασιν ἔχων; λέγεις; | σύστημα γ'. τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ κημο — βδελυ — κλέων, | ὁ τὸ πρὶν νέων ἐν ἤθεσι; | σύστημα δ'. οὐ γὰρ ἄν ποθ' οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμησεν λέγειν, | εἰ μὴ ξυνωμότης τις ἦν. In β' optime Rav. ἔφεξιν — δρᾶν, pro ἐφέξειν et δρῶν: etenim copulantur ἔφεξιν et πρόφασιν: quod ut melius fieri posset, huc retuli ex γ'. voces ibi abundantes: legitur enim ὅτι λέγεις τι περὶ τῶν νεῶν ἀληθές: unde erui τε λέγεις ὁ τὸ πρὶν ἐν ἤθεσι, et eruta suis locis inserui. Quod ad sensum, redde ὁ τὸ πρὶν νέων ἐν ἤθεσι per Latinum illud *qui vixdum ex ephebis egressus est:* quod ad verba, adi Photium Ἤθεσι, τοῖς συνήθεσι τόποις, ταῖς ἐξ ἔθους διατριβαῖς, et confer Euripideum λέσχαι γυναικῶν. Mox vice ὦ μάταιε dedi ὦν μάταιος. Certe Chorus eo nomine minime compellasset Philocleona, sed filium ejus postea dictum μιαρόν. In γ'. legitur Δημολοκλέων. At juvenis ille fuit Βδελυκλέων: et collatis v. 99. et 100. patet quo jure dici possit κημο—βδελυ—κλέων: quo nomine et ipse pater dici poterat ad fabulæ finem; ubi moribus tandem mutatis exclamat βάλλε κημοὺς in v. 1339. 365, 6. σύστημα α'. 366, 370. σύστημα β'. 373, 4. σύστημα γ'. In α'. vulgo ἕως γὰρ ὦ μελίτιον. Brunck. μελίττιον, qui toto cœlo errat. lege ἕως γάρ· οὐ μελλητέον. Cf. Phœn. 1395. οὐ μελλητέον, et Eccl. 876. κοὐ μελλητέον; ubi Ald. μελητέον. Hinc corrige Strattidem apud Etymol. v. φώζειν, legendo ἀλλ' εἰ μελλήσεις ἀνδρείως φώζειν, ὥσπερ μύστακα, σαυτὸν vice μέλλεις — σεαυτόν: at μύστακα est dactylus apud Eubulum in τίτθῃ, teste Antiatticista p. 108. μελλήσεις quoque est legitimum futurum. In β'. vulgo ἀλλ' ἔπαγε δὴ τὴν σὴν γνάθον. Rav. omittit δὴ et σήν. Recte, ut opinor. Ipse lego τὴν γ' ὄνου γνάθον. Hesych. ὄνου γνάθος. Εὔπολις παίζει εἰς πολυφαγίαν. G. Burges. Reponendum arbitror κἀποκλείων ταῖς θύραις. Reisig.

335. λέξον. πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις. v. Euripides in Iph. Aul. 44. et Noster in Pluto 25. Berg.

338. Fo. ἀφέξων, i. e. ἀποκωλύσων. Bent. ἐφέξων, Reisk. Scilicet vulgo legitur, τοῦ δ' ἀφέξειν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρᾶν σε βούλεται. Brunck. tacite edidit: τοῦ δ' ἐφέξειν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρῶν, σε βούλεται. Dind. Monet Scholiastes Græcus etiam ὑφέξειν legi; quod adluderet ad proximum ὕφεσθε τόνου, quod esset *promittere.* Sed satius duco ἐφέξειν, ut dicat, qua gratia te detinet et ire prohibet? quem prætextum aut causam habet quod te includat? Sed et idem notat, apud tragicos ἔφεξιν (male illic ἔφεσις) esse πρόφασιν, id est causam retentionis et cohibitionis; ut testatur etiam Hesychius ex Euripidis Pirithoo, ubi leve mendum corriges, et pro ἐφέξειν et ἐφέξεις leges ἔφεξιν et ἔφεξις; aitque esse χάριν et λύσιν: unde verbum ἐφέξω est πέμψω. Putem vero sequentia, τίνα πρόφασιν ἔχων, esse delenda [et uncis inclusit Bentl.] velut glossema superiorum verborum τοῦ δ' ἐφέξειν, id est *quo prætextu.* Tamen non absurde existimo explicari posse ἐφελκύσειν; quasi dicat: *quid sperat tandem obtinere, dum te hic male habet?* Paulo post ubi habet τ' ἀνδρὸς τοῦδε, legerem propter metrum τουδί: sed et paulo superius ἐτόλμησεν λέγειν, non ἐτόλμησε. Fl. Chr. Ellipsis; deest enim οἴεται, *putat,* aut ἐλπίζει, *sperat,* aut simile: ut sit, τοῦδε σε ἐφέξειν οἴεται; *ab hoc te inhibiturum se putat?* nemo autem putet infinitivum ἐφέξειν cum βούλεται construi; nam βούλομαι et similia nunquam construuntur cum futuro infinitivi; non enim dicimus βούλομαι aut ἐπιθυμῶ γράψειν. Berg. Eundem errorem alibi Brunck. erravit. V. Schæfer. ad Gnomicos poetas p. 16. Dind. Schol. adnotat: γράφεται καὶ ὑφέξειν, οἷον ὑποσχεῖν τι, ὑπισχνούμενός τι ἐπισχεῖ σε, ἢ τίνος χάριν. Sed quænam tum esset constructio, si sensus, quem elicere hoc modo Schol. vult, esset, *quo prætextu te detinet?* Scholion alterum, quod lect. ἐφέξειν tueri videtur, eundem ex hac lectione constituit sensum τί προφασιζόμενος συγκλείει σε, Homerum provocans et Tragicos apud quos ἔφεσις et ἐπισχεσίη æque valeat quod πρόφασις. Sed quoquo te vertas, ægre, immo contorte ex verbis prodit, quam volunt, sententia. Et si ἔφεξιν etiam legas cum Flor. Christiano, qui mire se cruciat in explicandis Scholiis, fluctuans et contradictionibus se involvens, unde et Schneiderus in Lexico suo in voce ἔφεξις verba dari sibi passus est, nullo modo nasci potest sensus, *qua gratia te detinet,* s. quod sub finem anteponit, *Quid sperat tandem obtinere dum te male sic habet.* Lectio Brunckii optima mihi videtur et sensum fundere bonum: *quanam a re se prohibiturum te cogitat? quamnam prætendit causam?* Laudanda tamen est ingeniosa J. H. Vossii conjectura, qualem eam ex versione sua possumus augurari, aliter distinguentis et servantis vulg. δρᾶν—τοῦ δὲ ἐφέξειν; ita ut gen. art. æqualis esset

pron. τούτου — scil. τόνου de quo v. antec. — ταῦτα δρᾷν σε βούλεται. Conz.

339. τίνα πρόφασιν ἔχων. v. infra v. 468. Berg.

340. οὐδὲ δρᾷν οὐδὲν κακόν. Supra v. 322. βούλομαι μεθ' ὑμῶν κακόν τι ποιῆσαι, id est καταδικάσαι τινὰ, ut bene exponit Scholiastes. At hic non deterior esset sententia, si legeretur, οὐδὲ δρᾷ μ' οὐδὲν κακόν. Sic major esset oppositio inter hoc et sequens membrum: *nec tamen quidquam mihi facit mali; quin conviviis* etc. Si minus hoc placeat, saltem pro οὐδὲ legendum videtur οὔτε. Brunck. Quia multa mala solebant judices facere et sæpe innocentes condemnare, si essent divites. Berg. Nostra ex sententia nihil mutandum. Formula δρᾷν κακὸν — recte quidem ut de judiciis desumta intelligenda est; sed cum ambiguitatem hic quandam involvat, oppositio adest omnino congrua, ut sensus sit: Pro vita rixosa, tristi et invidiæ plena, mihi suadet vitam hilarem, conviviis lautam. Conz.

342. Δημολογοκλέων. Ex δῆμος et λόγος et Κλέων, exponitur a Scholiaste: ὁ τύραννος καὶ ἀρχοντιῶν, id est *tyrannus ille et imperii affectator*. Quasi sui oblitus hoc dicit Chorus: nam alias φιλόδημον Cleonem putat. Berg. Bdelycleo, qui conciones omniaque ista otiosæ plebeculæ aversatur delectamenta, quo pacto dici possit ὁ Δημολογοκλέων, si nescis mecum, fortasse haud invitus reposueris ὁ Δημολοχοκλέων, i. e. quasi populo insidians Cleo. Ridicule nomen hominis sic immutat ac detorquet chorus. Δημολόχος formatum ut βωμολόχος, δειπνολόχος. Non parci ejusmodi criminum oratores atque de plebe homines: cf. infra 411. 473. 501. Equ. 436 seqq. et huc pertinet, quod conjurasse contra rempublicam suspicatur filium Philocleo 4 abhinc versu. Hotib. F. Δημοκλονοκλέων aut Δημογελοκλέων, *qui populum simul et Cleonem* aut *concutit, percellit*, aut *irridet*. Reisk. Si assequor mentem Bothii, innuere vult hac immutatione; chorum, qui Cleonem non carpere poterat, intelligere: filium hunc Cleonis nomen ut Bdelycl. præ se ferentem, esse non tam osorem Cleonis, quod nomen integrum significet, quam esse Cleonem quendam *populo* insidiantem. Ita saltim melior foret sensus, quam quem versio in ed. Brunckiana dat: *populi et Cleonis osorem*, qui cum vocabulo comice ficto non conspirat, quamvis occasionem dedisse videatur Bothii acutæ conjecturæ. J. H. Vossius nihil mutat et sequitur Scholiastæ explicationem, quam et Florens Christ. defendit, πολυλόγον hominem indigitari hic subjicientis. Residere et in hac explicatione scrupulos nequaquam nego, offendit enim etiam hic, senes Cleonis amicos Cleonem notare ut clamosum, quum senes sint a partibus Cleonis, et venerentur illum ut κηδεμόνα suum v. 242. Quare nomen dederim fere Bothii immutationi, quamvis textui inserere illam nollem. Conz.

343. εἴπερ λέγεις. Scholia Græca videntur legisse ὅτι λέγεις, vel potius accepisse *si* pro *quia*. Tamen si legis εἴπερ, legendum λέγοις: et hanc diversam lectionem notant eadem scholia, ut dicat: *si quid mali autumas de navibus et trierarchia* (quod erat publicum munium) *hoc verum est*. Sed calumniose infert de triremibus, de quibus nulla querela instituitur, sed de eo, quod judicare prohibetur Philocleo. Notandum vero quod, quum de Bdelycleone loquitur, eum vocat Δημολογοκλέωνα; quasi innuat tyrannidem erga populum occupantem et non solum δημαγωγὸν, sed etiam δημαρχικόν. At quum ait ξυνωμότης, ostendit Cleonem meditari solutionem status popularis. Sic enim vocabant τοὺς συνερχομένους ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου. Fl. Chr. εἴπερ λέγεις περὶ τῶν νεῶν. νέων, *juvenum*, retracto accentu. Reisk. Sic etiam Bentl. Dind. Quasi illa causa sit, cur Bdelycleo a concione arceat Philocleonem, quia iste soleret ibi de navibus instruendis aut non instruendis audacter nimis pronuntiare; erat autem quibusdam utile, si classis instrueretur, quibusdam non: v. Eccles. 197. Berg. ὅτι λέγεις περὶ τῶν νεῶν τἀληθές. Versus est trochaicus. Sic emendari debuit codd. scriptura. In B. ὅτι λέγεις τι περὶ τῶν νεῶν ἀληθές. Hæc lectio margini etiam adscripta in A. qui vulgatum in textu habet inepte interpolatum: εἴπερ λέγεις περὶ τῶν νεῶν ἀληθὲς ἄν. Brunck. Et sine ἂν, ut in aliis ed. v. c. Rav. quæ lectio fortassis melius sic institui possit: νεῶν. ἄληθες; ita ut ἄληθες ceu formula adverb. ironice interrogatoria, quomodo sæpe occurrit B. 840. O. 174. etc. ad antecedens referretur ἐτόλμησε. Cæterum non opus est: Placet Brunckii lectio τἀληθές. Est enim in verbis περὶ νεῶν sermo de τριηραρχίαις, muniis publicis illis, ut Schol. recte admonet, quibusdam utilibus, quibusdam non. cf. Eccl. v. 197. et Ran. 1466. Conz. εἴπερ λέγεις περὶ τῶν νεῶν ἀληθὲς ἄν. Lege τἀληθὲς ὄν, *id quod verum est*. Diphil. apud Stob. Florileg. 30. κακὴ γὰρ αἰδὼς, ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ. Ita legendum. Vulgo pessime, ἔνθα γ' ἀναιδές. Sed recte emendavit Valckenærius ad Eurip. Hippol. 385. Pors.

344. ἐτόλμησεν ad metri legem scribi debuit, ut recte est in A. Vulgo ἐτόλμησε. Brunck.

345. εἰ μὴ ξυνωμότης τις ἦν. Levibus de causis statim quemlibet suspectum habebant conjurationis aut tyrannidis affectatæ: infra v. 488. ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται. Berg.

347. τἀνδρὸς τουδί. Perperam vulgo, metro ruente, τοῦδε. Brunck. Lege τουδὶ ob metrum, et ὁδὶ pro ὅδε in Cratino apud Plutarch. i. p. 160. Pors. De opprobriis talibus, in republ. ath. perquam familiaribus cf. Eq. 474. Conz.

348. ὡς πᾶν ἂν ἔγωγε ποιοίμην. Exciderat particula ἂν, a præcedente πᾶν absorpta: eam reponi jubebant et sermonis et metri lex, quod Dawes. [et Bentl.] observavit. Brunck. Legendum, τίς ἂν οὖν εἴη; ζητεῖθ' ὑμεῖς. ὡς πᾶν ἂν ἔγωγε ποιοίην. Elmsl. ποιοίην jam legitur in ed. Ph. Juntæ. Dind. πᾶν ἂν Dawes. Misc. Crit. p. 259. qui interrogat post εἴη. ποιοίμην edd. Ald. Kuster. Pors.

349. κιττῶ. Metaphora sumpta ab uterum ferentibus mulieribus et tactis alicujus cibi cupiditate. Diximus in glossematis comment. ad Irenam, quis esset morbus in fœminis ἡ κίττα: piget revocare. Sed hoc quidem loco Græcas glossas non sequor, quæ vocem translatam volunt ἀπὸ τῶν ἀρτίως τικτουσῶν γυναικῶν. Non enim hoc fœtis usu venire solet, sed incientibus aut potius gravidis ex fœtu concepto. Quod autem ait σανίδων, vel intelligendum cancellos judiciales et tabulata sedilia, vel tabulas illas, quæ nomina continent per seriem eorum, qui jure agunt et in judicium introducuntur. Fl. Chr. κιττῶμαι διὰ Suid. Ms. in v. et χοιρίναι. κιττῶμαι δὴ τ. in κιττῶντες, κιττῶμαι διὰ τ. in χοιρίναι ed. Med. Pors. μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν. Optimam lectionem, qua melior altera ex ipsius Comici manu esse non possit, emendat, si diis placet, Abreschius ad Aristænetum p. 239. festive sic disputans: 'τῷ περιελθεῖν, quod editur, substitui παρελθεῖν, sensu ita postulante — nec spondeum metrum hac sede refugere docet Hephæstio p. 26. Adde ipsum Aristoph. Vesp. 701. et Nub. v. 972.' Age ergo versum dimetiamur: ούτω | κιττω | δια των | σανιδων | μετα χοι | ρινης | παρελ | θειν. Bono isti homini παρελ pes erat spondeus. Nescio quo ille prosodiæ magistro usus fuerat: crediderim fere ex disciplina Clarissimi Professoris Parisini eum profecisse. Versus quem citat e Nubibus, nobis est 976, ad quem vide quæ notavimus. Quem ex hac fabula citat v. 701. pejus adhuc ac fœdius, quam alter e Nubibus depravatus erat, cumque feliciter, ut opinamur, restituimus. Nusquam Aristophanes in tetrametris anapæsticis syllabam catalecticam spondeo subjicit. Hanc sibi licentiam sumsisse Cratinum testatur Hephæstio, cujus hunc versum profert: ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῶν πειθαρχῇ. Sed nihil tale de Aristophane dicit. Alia quæ adducit istius metri exempla, e Doricis poetis petita sunt, quorum inventum fuisse videtur; nec adeo temere metrum ipsum *Laconicum* appellatum fuit. Quid alii fecerint, non curamus: Comicum vero nostrum, Cratino longe castigatiorem, istius vitii immunem esse contendimus. Quod autem ad sensum adtinet, is illam mutationem minime suadet. Perperam Scholiastes verbum περιελθεῖν exponit per εἰσελθεῖν. Fucum non fecit interpretibus. Brunck.

350. ἔστιν. Immo οὐκ ἔστιν. Bent. Propter dactylum in quarta sede Porsonus corrigebat, ἔστιν ὀπὴ δῆθ' ἥντιν' ἂν οἷός τ' ἔνδοθεν εἴης διορύξαι. Refutarunt Hermannus Elem. doctr. metr. p. 402. Dind. οἷός τ' εἴης διορύξαι. Sic et metri et linguæ ratio poetam scripsisse ostendit [et conjecit Bent.]. Solœce in impressis et versu ruente οἷός τ' ἦς διορύξαι. In codd. non melius οἷός τε ἦς. Brunck. Æque Inverniz. Conz. ἥντιν' ἂν——ἦς. εἴης. Vide Dawes. ad Pac. 1290. Canter. et Scaliger. ad Euripidis Iph. Taur. 1321. ubi paulo ante pro εἴποι 1313. lege εἴπῃ. Præf. Hecub. p. liv. Pors. Quis tandem offenderet, si inter alios anapæsticos hos inveniret versus: ἔστιν ὀπὴ δῆθ', ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν | οἷός τ' εἴης διορύξαι. Equidem certe neminem novi, cui, ut exemplo utar, Euripidis versus displicuerint propter dactylum, ἢ Κασάνδραν ἐσίδω, Τρῳάδες, | ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους. Hæc igitur si vere sunt disputata, eo jam res redit, ut versus ipsi considerentur, si forte in dubium possint vocari, vel quod cum alio dactylus sit vitio conjunctus, vel quod mutatio aliqua fieri possit probabilis. Vespis igitur Chorus adhortatur Philocleonem, ut periculum faciat, si per foramen aliquod e custodia possit elabi: ἔστιν ὀπὴ δῆθ', ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' εἴης διορύξαι. Nec in oratione neque in sententia res est ulla, quæ merito possit vituperari. At Porsoni fieri posse videtur, ut voces transponantur hoc modo: ἔστιν ὀπὴ δῆθ', ἥντιν' ἂν οἷός τ' ἔνδοθεν εἴης διορύξαι. Sed οἷός τ' εἰμί, οἷός τ' εἶ, οἷός τ' ἐστί, cætera, ita tantum constructione orationis disjungi possunt, ut in verbis interpositis summa ejus rei vertatur, cujus potestas indicanda est. Recte igitur dicit Pluti versu 821.

Cario: ἐμὲ δ' ἐξέπεμψεν ὁ καπνός· οὐχ οἷός τε γάρ | ἔνδον μένειν ἦν· ἔδακνε γὰρ τὰ βλέφαρά μου. Equitibusque, v. 212., scribendum e Ravennate libro: θαυμάζω δ', ὅπως | τὸν δῆμον οἷός τ' ἐπιτροπεύειν εἴμ' ἐγώ. Nec minus perspicua est ratio loquendi Nubibus, v. 200., ἀλλ' οὐχ οἷόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα | ἔξω διατρίβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον. Atqui Vespis non quæritur, intusne foramen possit perfodere Philocleo: inclusus enim non poterat aliter, nisi ex interiore parte: sed omnino, perfodere foramen possit, si quod sit intus. Hoc potest Græce dici ἥντιν' ἂν οἷός τε διορύξαι εἴης ἔνδοθεν, non, ἥντιν' ἂν οἷός τ' ἔνδοθεν εἴης διορύξαι. REISIG.

351. ῥάκεσιν κρυφθείς. Sic scribendum. Perperam vulgo ῥάκεσι. Vide not. ad Thesm. 450. BRUNCK. In fine hujus versus signum interrogationis poni debuit. BRUNCK.

352. σέρφῳ. Est bestiola parva, quibusdam *formica alata*. Scholiastes hic annotat proverbium: ἔνεστι κἀν μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολή. BERG. Animalculum est instar culicis vel formicæ *serphus*, quem *cossum* dicerem, nisi Hesychius vocaret πτερωτόν. Et Nicophon in Ἀφροδίτης γοναῖς eum numerat inter malignas et parvas aviculas, ἀκρίδας et πάρνοπας. Habes infra in Avibus hanc vocem bis aut ter. FL. CHR. σέρφος animalculum πτερωτὸν, fortassis culex, saltem non formica; nam in Cratini senario distinguitur a formicula: ἔνεστι κἂν μύρμηκι, κἂν σέρφῳ χολή. cf. et Aves v. 82. 569. CONZ.

353. ὀπίαν. Quam Chorus ὀπὴν, iste ὀπίαν dicit. BERG. Festive ἀπὸ τῆς ὀπῆς formavit ὀπίαν, negatque eum per foramina posse evadere, et interim alludit ad caseum ὀπίαν sic dictum, quia lacte fici concretus induit δριμύτητα. Nam apud Euripidem Cyclope v. 136. habes καὶ τυρὸς ὀπίας καὶ βοὸς γάλα, quod recenset Athenæus, sed legit Διὸς non βοός. FL. CHR.

354. κλέψας ποτὲ τοὺς ὀβελίσκους. Supra etiam v. 237. unus de Choro commemorat sodali suo furtum, quod militiæ commiserint: περιπατοῦντες νύκτωρ τῆς ἀρτοπώλιδος λαθόντ' ἐκλέψαμεν τὸν ὅλμον. Iste ipse Bdelycleo narraturus quid ipse juvenis fortiter et præclare gesserit, dicit, ἐκεῖν' ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν, ὅτ' Ἐργασίωνος τὰς χάρακας ὑφειλόμην. BERG.

355. ἵεις. Ita recte edd. pristinæ; non ἱεὶς ut nupera, quod orationem imperfectam reddit. BERG. ἵεις, retracto accentu, in imperfecto, ut est in edit. Leidensi, *demittebas*. REISK. ὅτε Νάξος ἑάλω. Quod fuit tempore Pisistrati. Est autem una ex insulis Cycladibus, cujus descriptionem et irritam Persarum cum exsulibus obsidionem operæ pretium est videre apud Herodotum in Terpsichore [c. 28.]. Plures vero sunt Naxi, sed hæc nobilior et a qua pendent Parus et Andrus. Ibi Bacchum natum credunt ὀκτάμηνον: et propterea Asclepiades scripsit solas Naxias feminas octomestres partus edere, idque Junonis munere, postquam Baccho cœpit bene velle. Ibi magna vinearum fertur esse fertilitas; quin et fons perhibetur suavissimo manans vino. Dictam vero Νάξον existimant ἀπὸ τοῦ νάξαι, quod quidam sacrificare sic vocent; alii a Naxo Carum duce; alii ab Endymionis filio, ut voluit Euphorion. FL. CHR. Veram scripturam, ex libro Rav. repositam, κατὰ τοῦ τείχους ταχέως, ὅτε Νάξος ἑάλω, in libro suo habuisse videri potest Scholiastes, cujus adnotationi præfixum est ὅτε Νάξος ἑάλω, omisso interpolatoris additamento δή γ' ἡ. DIND. Quoad historiam hic allatam cf. Thucyd. i. 98. Fere quinquaginta ann. ante datam hanc fabulam Naxii rebelles domiti sunt a Cimone. CONZ. ἑάλω ed. Kuster. improbante Dawesio Misc. Crit. p. 323. Vide ad Hec. 307. PORS.

356. τοῦτ' ἐστ' ἐκείνῳ [sic veteres aliquot edd.]. Lege ἐστὶν, ut constet versus mensura. Nam et sic in Veneta impressione. Sed et mox legerem ἐφύλαττ', non autem integre ἐφύλαττεν. Sunt enim hi septem versus dimetri anapæstici sibique similes præter septimum, qui catalecticus est et coronis. FL. CHR. τοῦτ' ἐστὶν — τοῦτο = τὸ νῦν, res, ut se nunc habent, sunt diversæ ab illis. Male Bergl. *non hoc est simile illi facto*. CONZ.

357. ἰσχυόν τ' αὐτὸς ἐμαυτοῦ. Pro, καὶ τότε αὐτὸς ἐμαυτοῦ ἰσχυρότατος ἤμην. BERG. ἴσχυόν τ' αὐτὸς ἐμαυτοῦ — non vertendum, ut Brunck. dat. vers. 'integerrimi vigoris eram,' sive ut Flor. Christ. 'auctis viribus eram:' sed referendum ad sequens: κουδείς μ' ἐφυλ. — Scil. 'meæ potestatis eram.' Lect. κοὐδεὶς μ. ἐφυλάττ' —recte jam sic emendavit Dawesius Misc. crit. p. 98. vulg. ἐφύλαττεν mendose. Bini a Brunck. coll. cd. atque etiam Inverniziani æque legunt, ut Dawes. correxit. CONZ.

358. κουδείς μ' ἐφύλαττ', ἀλλ' — Sic bini codd. recte, ut jam emendaverat Dawes. Miscell. crit. p. 98. Perperam vulgo cum versus labe μ' ἐφύλαττεν. BRUNCK. ἐφύλαττ' Fl. Chr. PORS.

359. νῦν δὲ ξὺν ὅπλοις. Sic certissime Dawesius vulgatam lectionem σὺν ὅπλοις emendavit Miscell. crit. p. 196. Ejus doctrinam de potestate consonantium te-

nuium et asperatarum post vocales breves rursus hic confirmat codd. consensus. In duobus nostris dictincte scriptum ξὺν ὅπλοις. Unde liquet recte in Pluto e sagacissimi viri sententia nos edidisse v. 449. ποῖος ὅπλοισιν, ἢ δυνάμει πεποιθότες· ubi vulgo legebatur ποίοισιν ὅπλοις, ἢ δυνάμει — producta contra artem et Comici usum prima in ὅπλοις, ut et in hoc versu necesse erat eam produci juxta mendosam impressorum lectionem. Brunck.

361. σκοπιωροῦνται, *speculantur:* voce ducta, auctore Hermippo, ἀπὸ τῆς σκοπῆς (malim σκοπιᾶς) et θεωρεῖν. Sunt enim σκοπιωροῦντες, κατάσκοποι, vel φυλακτικῶς σκοποῦντες ἐκ μετεώρου. Qui etiam simpliciter σκοποὶ dicuntur, ut in illo, σοὶ δ' ἐγὼ οὐκ ἀλαὸς σκοπὸς ἔσσομαι. Sic duos exploratores et speculatores Juno apud Callimachum Latonæ erranti collocaverat in Hæmo et Mimante, Mortem et Irida; quos vocat Callimachus σκοποὺς et φρουροὺς γαῖαν ὑποπτεύοντας. Fl. Chr.

363. γαλῆν. v. Pace v. 1132. Berg.

365. Hanc stropham putat Scholiastes Græcus amœbæam esse et antistropham superiori strophæ respondentem, sed mancam et deficientem, quia octo tantum constet colis sive versibus. Quod ego non puto verum esse vel ex eo quod sextus versus, qui hic dimeter est iambicus, similis non est sexto alterius strophæ, ubi habes, τίνα πρόφασιν ἔχων; quem nos diximus supra videri nobis irreptitium glossema. Verum quidem est, ut et illic, primum versum, ut et sequentes longiores, esse trochaicum tetrametrum catalecticum, quales amavit Epicharmus, ut ille: νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ταῦτα νεῦρα τῶν φρενῶν. Ceterum legendum est ὅπως τάχιστ', non autem plene τάχιστα. Nam eliditur τὸ α propter vocalem in secundo versu sequentem. Fl. Chr. Sic etiam Bentleius. Dind.

366. μελίττιον. Ita edd. pristinæ, non [ut Kust.] μελίτιον. Berg. μελῖτιον. Longum est λῖ. Bent. μελίττιον — apicula — per schema ὑποκορίσματος, qualia blandientis vocabula multa habebant et Græci et Rom. cf. huc Rich. Bentlei. ad Hor. Serm. l. ii. 3. v. 259. ubi plura congesta sunt, et Bast. ep. crit. p. 195. Conz.

367. διατραγεῖν. v. supra v. 164. Erat autem area ædium reti obducta, ne senex tanquam avis evolare possit: supra v. 131. ἡμεῖς δὲ τὴν αὐλὴν ἅπασαν δικτύοις καταπετάσαντες ἐν κύκλῳ φυλάττομεν. Berg.

368. ἡ δέ μοι Δίκτυννα. Ludit in vocibus Δίκτυννα et δίκτυον. Notum est Dianam dictam Dictynnam ἀπὸ τῶν δικτύων. In Ranis 1402. ἅμα δὲ Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις καλὴ τὰς κυνίσκας ἔχουσ' ἐλθέτω. Berg. Ubi v. Scholia. Dind.

369. ταῦτα πρὸς ἀνδρός ἐστί. In Ranis 531. ταῦτα πρὸς ἀνδρός ἐστι νοῦν ἔχοντος. Euripides in Hercule f. 585. πρὸς σοῦ μέν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον. Berg. ἄνοντος ἐς σωτηρίαν. De ellipsi vide ad Av. 241. Verbum ἄνω Ionicæ dialecti est, vel, si mavis, veteris Atticæ. E Phrynicho ἄνοις, ἀντὶ ἀνύοις citatur a Suida, si Kusteri editioni fides habeatur; nam in Mediolanensi res aliter se habet. Utut sit, certum est, poetarum nostrorum ætate formam illam ἄνειν obsoluisse, Atticisque frequentatum fuisse ἀνύω vel magis ἀνύτω. Ab ἄνειν est ἄνη, vox itidem Ionica, quæ occurrit apud Æschylum S. Th. 715. λέγοιτ' ἄν, ὧν ἄνη τις, οὐδὲ χρὴ μακράν. Ad quem versum ineptissima est Pawii nota. Non memini apud posteriores Æschylo poetas Atticos nomen ἄνη observare, ut neque verbum ἄνειν, præterquam hoc in loco. Sed alia quædam sunt apud Comicum ad antiquissimam dialectum Atticam pertinentia, quod ostendam in supplemento notarum ad Ranas: et forte hic versus e veteri aliquo tragico per parodiam expressus est. Quod eo probabilius mihi videtur, quo facilius erat poetæ absque ullo concinnitatis detrimento scribere: ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἔστ' ἀνύτοντος ἐς σωτηρίαν. De verbo ἄνω disputavit pro more suo ad Sophoclis Trachin. 317. diobolaris Magister, cui dialectorum tam perspecta est ratio, quam prosodiæ et metrorum. *ἄνειν Ionicum esse et poeticum,* ex eo elucet, quod Herodotus et Ionici poetæ eo usi fuerint. *Atticum non esse* ex eo liquet, quod apud Atticos scriptores non occurrit, nisi rarissime, et solum apud eos, quibus antiqua et obsoleta sectari licuit. Ubinam exstat apud Thucydidem? Xenophontis locum, ubi ἄνειν (sic enim scribendum erat, non ἀνεῖν) *reperitur,* indicare debuerat. Atqui non *reperitur:* sed si Suidam audiamus, sublestæ fidei testem, *reperiebatur* olim. At vero vel scriptura depravata est in Suida, vel ipse fallitur. Atque etiam sic sentit summus Valckenarius, cujus en tibi verba in nota ad Herodotum [vii. 20.] p. 520. 1. 'Sed quod illic (Miscell. observ. v. p. 95.) vir eruditissimus Xenophonti tribuit ex Suida, id ego velut minime Xenophonteum Suidæ libenter reliquerim.' Videat nunc clarissimus professor, quo eum abripuerit furor: nam furor est is qui eum perpetuo agitat, obloquendi mihi, me carpendi et sugillandi. Nihil tamen mihi unquam fuit cum illo homine, nec eum noveram, neque novisse etiamnum volo. Ex unico

hoc Comici exemplo, ἦνεν, quod in Euripidea Andromache unica exhibet Musgravii editio, unici Ms. cod. fide nixum, tuetur, quia ego scite, ut opinor, et prudenter ceterorum codd. omnium et primariarum editt. revocavi lectionem, ἤνυεν, *nescire me* professus, *an illud in tragico senario locum tueri possit*. Ceteras illius ad Trachinias notæ ineptias persequar suo loco. Brunck. V. Scholia. Utitur hoc verbo et Æschylus in Choephoris 797. ἀνομένων πημάτων, ubi scholia, ἀνυομένων. Berg. ἄγοντος, *tendentis ad*—. Reisk. ἄνω cæterum signif. habet *procedere* ut apud Herod. πέμπτῳ δ' ἔτει ἀνομένῳ. Conz. Suid. Ms. paullo ante καὶ κακὰ λ. Pors. Ἄνοις pro ἀνύοις. Bekkeri Lex. SG. p. 406. ἀνόμεν' restituit Æschylo Suppl. 54. Porsonus Opusc. p. 209. In Eurip. Androm. 1133. non protinus spernendum ἦνεν. In Platone Cratyl. p. 415. A. recte ἄνειν Heindorfius. Æschylus Stobæi cxvii. p. 599, 2. (485.) οὔτ' ἄν τι θύων οὔτ' ἐπισπένδων ναοῖς. λάβοις schol. Venetus Homeri, et Eustathius. Libenter legerim ἄνοις. Ab ἄνω vetus substantivum ἄνη, quod servandum videtur in Æsch. Theb. 719. Vide Albertum ad Hesych. v. κατάνεται. Dobr.

370. ἔπαγε τ. γν. rectius fortassis legeretur, ut dimeter trochaicus esset perfectus similisque v. superiori 377. ἀλλ' ἔπειγε τ. γνάθον, significatione scilicet verbi metonymica; accelera maxillam s. morsum cum maxilla: Justius etiam fort. dispescendi essent 365-6.—ὅπως τάχιστα—ἕως γ. ω. μ. ut ἕως per crasin pro monosyllabo sumendum esset. Conz.

371. διατέτρωκται τοῦτό γε. Apparet senem edentulum misere laborasse in perrodendo reti. Supra v. 164. quum dixisset, διατρώξομαι τὸ δίκτυον· filius ad eum dicebat, ἀλλ' οὐκ ἔχεις ὀδόντας. Berg.

373. ἐὰν γρύξῃ τι. In Nub. 942. ἢν ἀναγρύξῃ. In Acharn. 1. ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Berg. Sic lege: τὴν καρδίαν· καὶ τὸν δρόμον ψυχῆς πέρι Δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τ' Ἀθηναίων (sic enim lego pro τὰ ταῖν θεαῖν), deleto ψηφίσματα: quod præcepit et Hotibius. G. Burges. δακεῖν τ. καρδ. ut et Latini aiunt, corculum suum edere. in sequent. v. phrasis τ. περ. ψυχ. δρόμον δραμεῖν a ludis Olympicis desumta metaphora proverbiale quid sapit, innuens hic, *ad incitas redigetur*, ut in Plaut. Trin. ii. 4. 136. Pœn. iv. 28. etc. Comparari potest cum hac phrasi alia apud Eurip. occurrens in Orest.—v. 875. ubi de Oreste capitis accusato Argis ob matricidium nuntius dicit, vidisse se illum—ἀγῶνα θανάσιμον δρομούμενον. Conz.

376. Per cursum certamen intelligo. Sic doctissimus poetarum dixit, *certare de vita et sanguine Turni;* hoc est, περὶ ψυχῆς. Fl. Chr.

377. μὴ πατεῖν. Pro *contemnere*. Æschylus in Agamemn. 378. οὐκ ἔφα τις etc. Berg. Ut suo malo, inquit, cognoscat non lædere dearum mysteria. Nam velut qui Cereris arcana vulgabant et Proserpinæ, quas deas innuit, debebantur morti; vel, ut ait Flaccus lyricus, trabibus naufragis; vel exsecrati et devoti erant omnibus diis, ut factum est de Alcibiade, qui Cereris initia enuntiarat teste Justino, præter Plutarchum. Ita qui decreta et psephismata Themidis et Minervæ violant (hoc enim est πατεῖν) periculum subire debent mortis. Hæc ait senum chorus in gratiam Philocleonis, quibus mores suos ostendit φιλοδίκους; et Comicus quum debuisset. μυστήρια, addidit ψηφίσματα. Fl. Chr.

378. ταῖν θεαῖν. Recte Rav. τῶν θεῶν, deorum, i. e. dignitate præstantissimorum, Cleonisque adeo. cf. Erasm. adag. 1. 5. 99. 100. Ceterum non inepte τὰ ψηφίσματα pro interpretamento quis habuerit, reponatque, usurpato iambico senario: Δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τὰ τῶν θεῶν. Τὰ τῶν θεῶν, hoc est τοὺς θεούς, sicut Sophocl. Trach. 490. cf. ejusdem fabulæ 431. Œdip. R. 956. Electræ 1162. Hoc longe fortius vulgato, vid. etiam ad Thesm. 318. seqq. Hotib. ψηφίσματα. Scholia: ἀντὶ τοῦ μυστήρια εἰπεῖν, ψηφίσματα εἶπεν, ὡς δὲ οὐχ ἧττον περὶ ταῦτα ἢ περὶ ἐκεῖνα ἐσπουδακέναι. Berg. Schœmannus de comitiis Athen. p. 249. postquam ostendit ψήφισμα interdum de *lege* dici, 'illud quoque, inquit, fortassis non alienum est hoc loco notari, quod Aristophanes Vesp. v. 378. τὰ ταῖν θεαῖν ψηφίσματα dicit, facete, pro τοὺς ταῖν θεαῖν νόμους, de pietate erga parentes, quæ ideo earum dearum, Cereris atque Proserpinæ, lex dici poterat, quoniam omnem in vita et moribus humanitatem iis acceptam referebant, mysteriaque iis etiam in hujus rei memoriam celebrabant.' Dind.

379. καθίμα δήσας σαυτόν. Infra v. 396. καθιμᾶ αὑτὸν δήσας. Berg.

380. Διοπείθους. Amipsias comicus: Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ. apud Schol. ad Aves 989. Posuit autem Comicus noster Diopithem pro furore Diopithis, per metonymiam subjecti pro adjuncto; sic in Acharnensibus Euripidem ponit pro ejus arte musica v. 483. καταπιὼν Εὐριπίδην. Berg. Tanquam furentem perstrinxerunt illum rhetorem comici. Brunck. Videtur furiosum innuere Diopithea, qui rhetor fuit, et fortassis is, quem Phryni-

chus induxit in scenam his versibus: ἀνὴρ χορεύει, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά. | βούλει Διοπείθη μεταδραμὼ καὶ τύμπανα; Quin Amipsias eum ut furentem et χρησμολόγον (quod et Aristophanes innuit in Avium fabula) describit in Κόννῳ: sic enim corrigo locum Scholiastæ Aristophanici in Avibus, qui male κοινῷ scripsit. At in Equitum fabula claudus memoratur; ubi Scholiastes ait Niciæ fuisse sodalem, neque solum κυλλὸς, sed et δωροδόκος. Sed Symmachus ipsum rhetorem facit vere μανώδη, ut in Amphictyonis ostendit Teleclides. De hoc Diopithe tradit Suidas, eum olim legem tulisse, ut damnas esset mortis, qui urbe egressus in Piræeo mansisset. Postea ipse legislator quum serius adveniens coactus fuisset ibidem consistere, vocatus est in jus ab adversariis. Hæc narrantur ab Æliano apud collectorem Suidam. Fl. Chr. Vel scripsit Aristophanes διοπετοῦς, vel si scripsit ut editum est et ut legunt Scholiastæ, eo quod Διοπείθης fuit nomen rhetoris eo tempore viventis, allusit procul dubio in hoc viri nomine ad vocem διοπετής. Nam quum ex alto in terram desilire vellet Philocleo tenuis funiculi adjumento, adhortantur eum socii et aiunt eum debere fieri διοπετῆ; nam simulacra quæ e cœlo decidisse putabantur, dicebantur ἀγάλματα Διοπετῆ, tanquam a Jove cadentia, ut simulacrum matris deum in Pessinunte Phrygiæ. Palmer. Formula ἐμπλησαμ. Διοπειθοὺς fere similis illi in Ranis, δρᾶμα ποιήσας Ἄρεως μεστόν. v. 1021. Conz.

381. ζητῆτον. Sic bene ambo codd. in subjunctivo, quem modum requirit conjunctio ἤν. Male vulgo ζητεῖτον. Brunck. ἐκκαλαμᾶσθαι. Pro ἀνασπᾶσθαι, quod est *extrahere* et *evellere*, sumpta metaphora ab iis, qui post messem stipulas ex agris auferunt qui calami sunt, unde casas et dura mapalia tegant. Nos Gallo-Franco idiotismo hoc vocamus *chaumer*, quasi *calamare*; et in agro Belsiæ latissimo et frumentario calami illi vicem præstant tegularum. Fortassis etiam a piscibus translatio est, quos attrahunt piscatores cum arundine vel calamo, quasi ἀνιμᾶν. Fl. Chr. V. Scholia. Occurrit et infra v. 609. Berg. ἐκκαλαμᾶσθαι a re piscatoria desumta metaphora, non ut Flor. Christ. somniat, a stipularum post messem collectione. Conz.

383. πρινώδη θυμὸν — animum ilignum ut in Acharn. v. 180. πρίνινον. (στιπτοὶ γέροντ. πρίνινοι). Conz.

384. Toto pede defectus est hic versus. Legendum: ὥστ' οὐ δυνατόν σ' εἴργειν ἔσται· τὰ τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς. Brunck. Satis probabile est verbum ἔσται olim in hoc versu fuisse, et librarii negligentia excidisse. Redigit mihi in memoriam hic error alium similem in Lysistrata versum toto pede defectum, ad quem oblitus sum conjecturam meam proponere, non ita certam quidem, nec tamen forte contemnendam. Est illius fabulæ 1109. ubi legi possit, ἀγανὴν, γλαφυρὴν, πολύπειρον. Brunck. ἐστὶν vel ἔσται inseri jam voluit Bentl., ἔσται Tyrwhittus. Scribo, ὥστ' οὐ δυνατόν σ' εἴργειν εἶναι, τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς. Dind. Hiat versus, quem sic sarciendum putabat Brunckius, ut ἔσται inculcaretur post εἴργειν. Non male etiam addas ἀργὸν, quod raptum fuerit a voce simili, quæ antecedit. Senis, qui cupit ποιῆσαί τι, ποιῆσαί τι κακὸν, recte chorus conqueritur τὴν ἀργίαν. Hotib. F. εἴργειν ἔσται· τοιαῦτα. Pors. Hunc versum Reisig. tacite sic correxit: ὥστ' οὐ δυνατόν σ' εἴργειν εἴσω· τὰ τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς. Dind.

385. δράσω τοίνυν ὑμῖν πίσυνος. In Nub. 436. δράσω τοῦθ' ὑμῖν πιστεύσας. quod idem plane est. Berg. τοίνυν ὑμῖν. Sic B. omissa quæ vulgo inseritur particula [γε]. Brunck. Fo. μέμνησθ'. Bent. Hic τὸ μανθάνειν est σκοπεῖν. Nam *discere* sæpe pro *contemplari*. Sic divinus poeta: 'Disce puer virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex aliis.' Sane enim fortuna non est τῶν διδακτῶν aut μαθητῶν; sed hoc loco lusit ad verba μαθεῖν et παθεῖν; ut ille qui dixit παθήματα esse μαθήματα. Per illud autem πάθος letum intelligere videtur. Nam et de vetula annosiore Nicarchus epigrammatarius, miratus longævitatem, ait: ὥστε με διστάζειν, μή τι πέπονθ' Ἀΐδης. Quin mors domini nostri Servatoris a theologis πάθος vocatur. Ipse, inquit, sive Orcus sive Pluto leto forsan datus est, quando ista tam senex vivere potest, neque eum visere. Fl. Chr.

386. ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. Videte, inquit, ut, si forte ex lapsu moriar, dum vobis obtemperare volo, elatum me et defletum collocetis in foro judiciali. Nam quum ait δρυφάκτοις, quæ sunt septa lignea et tabulata judicialia, vel ligna quæ ex ædificiis superextant velut mœniana, quæ κιγκλίδας et καγκελωτὰς vocant, partem accipit pro toto; nempe subsellia pro foro, quæ ἐκ δρυὸς structa erant, propterea δρύφακτα dicta. Fl. Chr. Vulgo sic legitur hic versus: ἀνελόντες καὶ κλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. Corrupti sunt numeri, claudicante versu in tertio pede. Certissima emendatione reposui [quod etiam Bentl. conjecit] præpositionem verbi compositi, e quo simplex fecerat librarius, κατακλαύσαντες. Vide

not. ad Thesm. 408. Brunck. Lege κατακλαύσαντες. Antea tentarunt ὥστ' ἀνελόντες. Pors. δρύφακτοι sunt cancelli, septa lignea dicasterii. Conz.

387. καθίει. Euripides in Troad. 1010. κἄπειτα πλεκταῖς σῶμα σὸν κλέπτειν λέγεις πύργων καθιεῖσα. Berg.

389. ὦ Λύκε. Lycum heroem invocat potius quam alios deos, quia erat forensis. Infra v. 825. Philocleo litem canum domi dijudicaturus, etiam simulacrum Lyci, tanquam rem scilicet necessariam in judicio, jubet efferri. Berg. Dii Πατρῷοι Atheniensibus erant Apollo et Jupiter. Facete vero Comicus Philocleoni Πατρῷον esse fingit Lycum. Erat autem ille heros, Pandionis filius, cui posita erat Athenis statua, ad quam erat forum, ex eo vocatum τὸ ἐπὶ Λύκῳ δικαστήριον. Vide Pollucem viii. 121. et Meursii Lect. Att. iii. 9. Brunck. Lyci herois effigies, quæ et ἡρῷον dicta, stabat in foro, ubi tribuebant et partiebantur sportulam, vel mercedem trioboli judicibus sorte electis debitam: atque inibi decem olim viri vel sycophantæ conveniebant, unde proverbium Λύκου δεκάς, quod referunt ad decada numerum: sed fortassis, quia respicit δωροδόκους, dicta est δεκὰς ἀπὸ τοῦ δεκάζειν, vel ἀπὸ τοῦ δικάζειν, ut sint Lyci δίκαι. Fl. Chr. Vide not. ad schol. Dind. Etiam Gymnasium Lyceum inde nomen fuerat nactum. Cf. Pausan. i. 78. Conz.

390. τοῖς δακρύοισιν. Sic emendate scriptum in A. Male vulgo δακρύοισι. Brunck.

391. ἐπίτηδες ἰὼν — elegans Atticis familiaris formula pr. cum studio (mit Fleiss). Eur. Iphig. Aul. v. 475. sine ἰὼν parumper aliorsum detorto sensu occurrit, scil. callido consilio, oppos. candido animo:—καὶ μὴ 'πίτηδες μηδὲν, ἀλλ' ὅσον φρονῶ (ἐρεῖν σοι κατόμνυμι.). Conz.

392. παρὰ τὸν κλάοντα. Imo damnati plorantes sedent ad heroum; sed voluit εὐφημότερον, et Lycum ait voluisse sedere juxta miseros et mœrentes. Fl. Chr.

393. σῶσον νυνί. Propter metrum lege, σὺ νυνί; vel puta νυνὶ spondeum esse. Fl. Chr.

394. Quia τὸ ἡρῷον septum erat cannis et tegetibus, ubi libere meiere et pedere solebant ipsimet judices, promittit se porro cautius acturum et venerabiliorem sibi fore illam sedem Lyci. κάννη vel κάννα Latine canna; sed et notant grammatici κάννητα dici, a κάννης, unde κανηφόρος. Nam κάνης et κάννης eadem. Fl. Chr. v. Scholia. Similis phrasis est κατατιλᾶν τῶν Ἑκατείων, in Ran. 369. Berg. παρὰ τὰς κάννας. *Ad septum tuum.* Lyci statua ab accessu munita erat septo e palis et plexis viminibus. Hoc κάννας appellat. Non perspicuum est, quod in versione reliqui, *ad storeas tuas.* ἀποπαρδεῖν ex consequenti significat *ventrem exonerare*, idque magno cum crepitu, ἀποπατεῖν, ut est in Pluto 1184. ubi Jovis sacerdos dei sui religionem ita contemni queritur, ut nemo amplius templum ingrediatur, πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μυρίοι. Brunck. ἀποπαρδῶ. Scr. ἀποπάρδω. Monuit Buttman. Gr. Gr. t. i. p. 407. Aliam publicam curam de publicis statuis contra tempestatis injuriam docet locus in Avibus, et 1114—18. Χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν ὥσπερ ἀνδριάντες κ. τ. λ. Conz. Alicubi in schedis monet, ni fallor, ἀποπάρδω scribendum esse, mutato accentu, quum sit aoristus subjunctivi. Pors. καταπάρδω in schedis Porsonus, errore pro ἀποπάρδω, quomodo citat Elmsleius (Cl. Journal, N. xv.) ad Herc. F. 884. Dobr.

396. μῶν ὁ γέρων ὅδε πῃ διαδύεται. Claudicat versus in libris omnibus: μῶν ὁ γέρων πῃ διαδύεται. Numeros restituere mihi visus sum inserendo voculam ὅδε. Vereor, ut bene, quod ad dictionem: tum in διαδύεται tertia syllaba producitur. Excidit οὐ, quod bis a poeta positum, semel tantum scripsit librarius: μῶν ὁ γέρων πη διαδύεται;—οὐ μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ καθιμᾷ. Probabile est hoc et pro certo admitti potest. πη encliticum est. Brunck. Eleganter Brunckius in notis substituit illam οὐ, quam bis a poeta positam semel tantum scripsit librarius. Ita etiam laudans Br. legit Inverniz. (ed. Arist. i. p. 343.) paullo post ed. Rav. idem adverbium geminat οὐχὶ σοῦσθ' οὐκ ἐς κόρακας; licet ex libris omnibus absit secundum ut in hoc versu. Quod in textu ipso, ut medelam afferret versui claudicanti, inseruit antecedenti Sosiæ interrogationi — ὅδε — μῶν ὁ γέρων ὅδε πῃ διαδ. rectius itaque resumsit Brunckius, quum ὅδε ad dictionem hic minus quadret, deinde tertia syllaba in διαδύεται producatur. Conz. μῶν ὁ γέρων πῃ διαδύεται; ΒΔΕ. μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἀλλὰ καθιμᾷ. οὐ μὰ Δί'. Sed in margine ed. 1532. hæc annotavit. Vide supra 212. Liban. in Julian. Imp. nec. ii. p. 318. A. (i. p. 601. Reisk.) Synes. Ep. 58. p. 203. A. ad firmandam scil. egregiam emendationem, quam in schedis reperi; μῶν ὁ γέρων πη διαδὺς ἔλαθεν; μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ καθιμᾷ. Pors.

397. δήσας. λήσας. *nos latens, nobis insciis.* Reisk. οὐ μὴ καταβήσει. Typothetæ errore repetitum hic fuit interrogationis signum. Brunck. Porsono in præfat. ad Hecubam p. liv. scribendum videtur: αὐτὸν δήσας. ὦ μιάρ' ἀνδρῶν, τί

ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει. scilicet ne dactylum anapæstus sequatur. Vulgatam scripturam sanam esse putat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 402. Dind. Mihi, et quod pluris est, Elmsleio ad Med. 1120. satisfacit Porsoni emendatio. ὦ μιάρ' ἀνδρῶν. Dobr. Versus, αὐτὸν δήσας — ὦ μιαρώτατε, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει; idcirco vitiosus est, quia dactylum sequitur anapæstus, id quod ubiubi est in hoc metro certum est corruptelæ indicium. Omninò enim hæc licentia quædam est in systematis anapæsticis, quæ suum habent modum, si admittunt. Isto autem de genere in tetrametris catalecticis præter Vespas unus tantum Pace versus invenitur 733. Illic igitur ad inelegantem pedum compositionem accedit aliquid, quod est præter sermonis consuetudinem. Sosias enim quum repente Bdelycleone expergefactus audiret, Philocleonem in eo esse, ut fugam capesseret, statim exinde ad hunc se convertit: *heus, tu, quid agis, quorsum tendis?* Hoc autem modo ubi compellant Attici aliunde ad aliquem conversi, non dicunt simpliciter, τί ποιεῖς; sed aut suo quemque nomine alloquuntur, aut pronomine οὗτος utuntur: οὗτος, τί ποιεῖς; Sic Vesparum versu ab initio, quem affert Apollonius Dyscolus περὶ ἀντωνυμίας, p. 285. οὗτος, τί πάσχεις, ὦ κακόδαιμον Ξανθία; Ecclesiazuzis, αὕτη, πόθεν ἥκεις, Πραξαγόρα; Pluto, οὗτος, τί δρᾷς, ὦ δειλότατον σὺ θηρίον; οὐ παραμένεις; sic enim ista sunt construenda interpunctione. Thesmophoriazusis, ποῖ, ποῖ σὺ φεύγεις, οὗτος, οὗτος, οὐ μενεῖς; Acharnensibus v. 564. οὗτος σύ, ποῖ θεῖς, οὐ μενεῖς; Equitibus, v. 240. interpunge: οὗτος, τί φεύγεις, οὐ μενεῖς; ὦ γεννάδα Ἀλλαντοπῶλα, μὴ προδῷς τὰ πράγματα. Sed hujus loquutionis exemplorum cumulus potest immensus congeri, eamque tractavit Dav. Ruhnkenius annotatione ad Timæi Lexicon Platonicum, p. 279. 280. Quamobrem scripsisse Aristoph. puto hæc: αὐτὸν δήσας. — ὦ μιάρ' οὗτος, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει. Reisig.

398. ταῖσιν φυλλάσι. Male vulgo ταῖσι. Brunck.

399. πρύμναν ἀνακρούσηται. Quasi de remigante. Berg. Baifius notat ex Livio et aliis bonis auctoribus, πρύμναν κρούσασθαι esse remum inhibere, vel inhibere simpliciter: aliquando ῥυμουλκεῖν, *remulco trahere.* Hic nihil aliud est quam navem repellere in posticam; quod sæpe faciunt remiges ut portum appellant, aut oræ alicui applicent: scilicet ut puppem habeant terræ propinquam et intra littus; proram autem versus mare. Hic ergo ait, feri ipsum ramis siccis (sic vocat εἰρεσιώνας) ut retro per sua vestigia regrediatur et recurrat. Fl. Chr. Elmsleius in Museo Crit. Cantabrig. vi. p. 278. scribendum esse putat πρύμνην, postulante, ut ait, veterum Atticorum consuetudine. Dind. εἰρεσιώναις. Hoc loco ταῖς φυλλάσι. Sunt autem φυλλάδες rami aridi una cum foliis. Quid proprie sit εἰρεσιώνη vide ad Plut. 1055. Berg.

400. Puto hic loqui Philocleonis personam; sed legendum, ut constet metri ratio, ὁπόσοισι. Mox ubi habes, πότε δ' εἰ μὴν ἐπαρήξετε, quoniam deest syllaba ad metri supplementum, lege, εἰ μὴν νῦν, cum Veneta edit. Tamen mentem Comici propius rimanti, videtur mihi potius legendum, εἰ μὴ νῦν: *quando,* inquit, *mihi succurretis, si non nunc, priusquam introire magis cogar?* Fl. Chr. Philocleoni, cui etiam Reisk. assignaverat, tribuitur in ed. Brubach., monente Berglero. Dind. ὁπόσοις δίκαι. Turpiter claudicat versus. Scribi debuit ὁπόσοισι δίκαι. Vide not. ad Pl. 815. Versus hic filio continuatur in impressis: patri melius eum tribuit A. Brunck. ὁπόσοισι lege cum Fl. Christiano ob metrum. Ita τοῖσι καλοῖς Eccl. 624. τοῖσι μὴ εἰδόσι Sophocl. Antig. 33. cum Heathio, non ut male edidit Brunckius, τοῖς μὴ οὐκ εἰδόσι. κυνιδίοισι τοῖσιν Eupolis in Schol. ad Av. 1297. quod male emendat Kusterus. προθύροισι Eccles. 704. τοῖσι γόνασι Thesm. 1192. ἀγαθοῖσι Æschyl. Suppl. 973. κοπιώσαισιν Aristoph. Thesm. sec. apud Athen. iii. 23. p. 104. αὐτοῖσιν Aristoph. Pythagor. apud Athen. iv. 17. p. 161. καὶ κολλύραν τοῖσι περῶσιν Aristoph. Holcasin apud Athen. iii. 27. p. 111. A. λουτηρίοισιν, ἐξαλείπτροις, κυλικίσιν Antiphan. apud Polluc. x. 46. ubi cætera recte tractavit Jungermannus. Pors.

401. ὦ Σμικυθίων. Pherecrates apud Athenæum vi. p. 246. Σμικυθίων ἐπισίτιε. V. noster in Eccles. 46. ibidem v. 293. aliter. In Equit. 964. διώξεις Σμικύθην. Qui forte diversi sunt. Alloquitur autem membra chori. Berg.

402. εἰ μή, νῦν ed. Kuster. εἰ μήν, νῦν Ald. Pors. εἰ μὴ νῦν Cod. Vat. P. Id.

403. εἰπέ μοι. Verbo singularis numeri alloquitur plures: ut in Acharn. 318. εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων; Berg. V. Av. 366. Conz. κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν. Sic Latine dicitur *movere bilem;* ut Horatius: 'sæpe mihi vestri bilem movere tumultus.' Sic dicunt Græci κινεῖν καμάριναν, ut est in versu proverbiali, μὴ κίνει καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Dixit autem hic κολαζόμεθα pro κολάζομεν. Fl. Chr.

403-414. Hæc strophica esse, quibus re-

spondeant versus 461. seqq. pulcre vidit Hermann. de Metr. p. 109; sed quod et verba ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν ὄντα κἀπολούμενον prorsus damnat, servatis sequentibus ὅτι τόνδε λόγον εἰσφέρει, ὡς χρὴ μὴ δικάζειν δίκας, nisi quod οὗτος inculcat ante ὅτι et pro χρὴ scribit χρεὼν, id nemini facile verum se approbabit, siquidem verba μισόπολιν et ἀπολούμενον ingenium interpolatoris minime produnt, servata ista produnt. Reponendum censeo: Ὡς ἐπί τε μισόπολιν ὄντα κῴλόμενον, ὅτι | Τόνδε λόγον εἰσφέρει. Hotib.

404. ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν. Mox v. 425. σμῆνος οἷον ὤργισεν. Berg.

405. et sqq. νῦν ἐκεῖνο, νῦν ἐκεῖνο | τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζό-|μεσθα, τὸ κέντρον | ἐντέτατ' ὀξύ. Hic vulgo deest τό. 410. et sqq. καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν, | ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόδημον | ὄντα κἀπολούμενον, | ὃς λόγον τόνδ' εἰσφέρει, | ὡς μὴ δικάζ-|ειν χρὴ δίκας. Pro μισόπολιν dedi quod est in 473. Totus locus fœde corruptus est, tum scholiastarum interpretamentis, tum etiam scripturæ depravatione. Primum hosce tres versiculos, καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν | ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν | ὄντα κἀπολούμενον, qui vel orationis frigore malam manum produnt, cave ab Aristophane scriptos putes. Interpretis hæc verba esse, post in Aristophanis orationem illata, antistrophica monstrant, quæ v. 468. et seqq. leguntur. Ista autem verba quum semel pro Aristophaneis haberi cœpissent, fieri non potuit, quin ipsis poetæ verbis aliquid detrimenti afferrent. At hæc si vel nutu indicentur, facile erit genuinam scripturam restituere. Sic igitur totus locus legendus est: νῦν ἐκεῖνο, νῦν ἐκεῖνο | τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζό-|μεσθα, κέντρον ἐντέτατ' ὀξύ. | ἀλλὰ θαιμάτια βαλόντες ὡς τάχιστα, παιδία, | θεῖτε καὶ βοᾶτε καὶ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε, | οὗτος ὅτι τόνδε λόγον | εἰσφέρει, ὡς χρεὼν | μὴ δικάζειν δίκας. Sequuntur duo trochaici tetrametri catalectici: qui vero tum sequitur ejusdem metri versus, is in duos dimetros acatalecticos dispesci debet, hoc modo: [Non assentior. Vide quæ ad antistroph. v. 473. dicentur. Cf. etiam Reisig. i. p. 300. Dind.] ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυ-| ραννίς ἐστιν; ἐμφανής γε. Hæc, inquit, non est audacia, non dominatio? Immo aperta quidem. Γε excidit, quoniam videbatur in septenario redundare. Herman. de metris p. 109. sq. His dudum rejectis, nuper vir eximius hæc mecum communicavit: "In antistropha [v. 484.] non dubitandum, quin sanum sit ὡς ἐλάνθαν' ὑπιοῦσά με. Corruptum strophicum ita restituendum puto: τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζό-|μεσθα, κέντρον | ὀξὺ τέταταί τινι. Quæ mox sequuntur, ita emendari debent, ut appareat, unde nata sint ista interpretamenta. Apparebit autem, si sic scribetur: μισόπολιν ἄνδρ' ἐπ' ἀπο-|λούμενον, ὃς εἰσέφερε (sive εἰσφέρει) | μὴ δικάζειν δίκας. Ἐπὶ pendet ex verbo βοᾶτε." Dind.

406. κολαζόμεσθα. Vid. Heindorf. ad Platonis Protagor. p. 516. Dind.

408. θαιμάτια βαλόντες. Vulgo θοιμάτια λαβόντες. Illorum prius θαιμάτια est in utroque cod. In A. contextus exhibet λαβόντες, et superne scriptum ab eadem manu βαλόντες, quod verum est. Non enim pallium deposuerant illi pueri. Quorsum ergo monentur ut id sumant? Sed quia jubentur quam citissime currentes Cleonem arcessere, ut expeditiores sint, præcipit eis Chorus senum, pallium ut abjiciant. θοιμάτιον λαβεῖν id significare non potest, quod Latini Comici dicunt *pallium attollere, colligere, in collum conjicere;* id Græce diceretur θοιμάτιον ἀναστέλλεσθαι. Qui celeriter aliquid acturi erant, pallium aut deponebant, aut colligebant: prius hic facere jubentur pueri. Brunck.

409. Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε. In Ran. 571. ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλέωνα. Berg.

414. ὡς δίκας χρὴ μὴ δικάζειν. Ordinem vocum inverterant librarii: ὡς χρὴ μὴ δικάζειν δίκας. Versus hic, ut superiores, trochaicus est. Brunck.

415. Hic est εἴσθεσις διπλῆς ἀμοιβαίας, versus continens 48. omnes trochaicos tetrametros catalecticos, præter quartum et quintum, decimum quartum et decimum quintum, qui trimetri sunt antispastici acatalecti, mixti epitritis et diiambis. Sed notandum decimum quintum habere secundum pedem quinque syllabarum. Lego autem pro τόνδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι, ut versus constet suis pedibus, τόνδε γ' οὔ: sed et malim μεθήσομεν. Quod autem ait, μὴ κεκράγατε, in hoc œconomiam fabulæ agnoscas. Nam interea saltaturus pallium ponit Chorus, et facessunt pueri. Fl. Chr.

416. νὴ Δί' ἐς τὸν οὐρανόν γε. Scilicet κεκραξόμεθα. In Ran. 787. νὴ Δί', οὐράνιόν γ' ὅσον (ἀνεβόα). Euripides in Hippolyt. 1203. ὀρθόν τε κρᾶτ' ἔστησαν, οὖς δ' εἰς οὐρανὸν ἵπποι. Berg. τόνδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι. In unam syllabam coalescunt ω ου, quod miror Florentem ignorasse. Vide not. ad Ran. 513. p. 229. Præterea observandum librorum omnium hanc esse lectionem: nullus habet, τοῦδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι, quod, ni fallor, ingratum auribus accideret. Haud temere ergo in nota ad Euripidis Medeam 737. statui formam mediam μεθίεμαι æque bene cum

quarto et cum secundo casu construi, tametsi hic frequentius occurrit. Mox in v. 434. καὶ λάβεσθε τουτουί, καὶ μὴ μεθῆσθε μηδενί. Tam bene αὐτὸν quam αὐτοῦ subaudiri potest. Mecum sensisse videtur Musgravius, quem non offendit istud in Iphig. A. v. 310. οὐκ ἂν μεθείμην, quod Menelaus respondet seni, qui dixerat: ἄλλως ἁμιλλᾷ ταῦτ'· ἄφες δὲ τήνδ' ἐμοί. ibi et αὐτῆς et αὐτὴν subaudiri potest. Brunck. ω et οὐ in ἐγὼ et οὐ coalescunt in unam syllabam. Omnes libri etiamque codex Ravennas sic habent. τόνδε non mutandum est in τοῦδε, præsertim cum sit lectio omnium cdd. etiam Rav. Conz. τόνδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι. τοῦδε δ' οὐ Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. 522. Legendum, τοῦδ' ἐγὼ οὐ. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 238. cui frustra et nullo suo merito repugnat R. Fr. Ph. Brunckius ad Eurip. Med. 737. ubi ἐμοῦ lege, si quid sit e vulgato mutandum. In Sophocl. Electr. 1277. quis non præferat, litera mutata, ἀδονᾶς? Vide ad Med. 734. Pors. τόνδ' ἐγὼ οὐ. Cod. Vat. P. Id.

417. Hunc versum Choro tribuunt Bentleius et Tyrwhittus. Dind. ταῦτα δῆτ' — ἐμφανής. Tuemur hic vulg. Hermann. cf. l. 2. de metr. p. Gr. et Lat. p. 110. dispescit v. in duos versiculos, et quidem ita: ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυ-|ραννίς ἐστιν; ἐμφανής γε. *Hæc non est audacia, non dominatio? Immo aperta quidem*, γε excidisse, quoniam visum sit in septenario vulg. lect. redundare. Immutationis hujus rationem sufficientem non intelligere nos fatemur. Quod ad sententiam vero ipsam attinet, carpitur, ut sæpe apud nostrum, (cf. Aves v. 1075. et plures infra in fabula nostra ipsa locos) immodica Atheniensium in cives de statu reipubl. deturbando suspicio, his temporibus potissimum grassans. cf. Thucydides quod egregie adnotavit in hist. bell. Pelop. vi. l. c. 53. sub finem: ἐφοβεῖτο ἀεὶ καὶ πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε. In versu sq. de Theoro v. v. 42. et Nub. 400. Acharn. 134. 165. Conz.

418. Θεώρου θεοσεχθρία. Theorus perstringitur alibi a nostro Comico ut perjurus et mœchus, olim missus ad Sitalcem ab Atheniensibus: hic vero tanquam assentator et δημαγωγὸς, quique cum Cleone præfuerit judiciis et judicibus. Meminit hujus in Equit. [608.] et in Acharn. [134. 155.] et infra [599. 1220. 1236.] in hac fabula. Quod autem improbus esset et nequam, ei θεοσεχθρίαν tribuit, i. e. *odium deorum*: ut a καλὸς et ἀγαθὸς dicitur καλοκἀγαθία, sic a θεὸς et ἐχθρὸς, θεοσεχθρία, quæ proprie est malitiosa impietas et πανοῦργος ἀσέβεια. Usus est hac voce in Pluto suo Archippus: οἴμοι, τί ἐστι, μῶν ἔδωκε (lego ἔδακε); τί σ' ἔδακεν; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξε, τίς ἡ πανουργία τε καὶ θευσεχθρία; Fl. Chr. Hunc tanquam perjurum perstringit in Nub. 399. Vide supra ad v. 45. Berg. Manifesto vitio laborat hujus versiculi metrum. Tetrameter est pæonicus e solis creticis constans, ut et sequens: unde liquet 1° mendosam esse codicis B. lectionem, ὦ πόλι, καὶ — 2° versum in tertio pede claudicare, qui dactylus est. Haud proclive est divinare, quid poeta reliquerit: forte καὶ Θεώρου θεοισεχθρία. Versus 428. et sequens sunt etiam tetrametri pæonici. Brunck. Δὲ inserendum post Θεώρου metri causa. Hotib. 418, 9. στρ. 428, 9. ἀντιστρ. } Ita Bentl. qui legit θεοισεχθρία, et sic Brunck. G. Burges.

419. προέστηκεν ὑμῶν. Ex vi sententiæ Florens et Berglerus verterunt, tanquam si legissent ἡμῶν, quod in textu reponi debuit, eoque fidentius, quod sic plane scriptum est in B. Frequens in horum pronominum permutatione librariorum est lapsus. Brunck.

421. ἐν δίκῃ. Scholia: ἐν τῇ δίκῃ· ἀντὶ τοῦ δικάζοντες. Berg. Gorgias tangitur ut proditor, barbarorum partes fovens. Puto itaque legendum τοῦ Γοργίου, vel τῇ. Valet autem ἐν τῇ δίκῃ idem ac δικάζοντες: sed fortassis de Philippo quodam innuit Gorgiæ filio. Tamen puto intelligi de Macedonum rege, paulo retro tempora Aristophanis et convenienter pro ætate senum istorum. Fl. Chr. Philippi hic filius Gorgias teste Scholiasta — κωμῳδοῖται ὡς προδότης καὶ βάρβαρος. Conferendus est locus in Avib. v. 1702 — 1707. βάρβαροι δ' εἰσὶ γένος | Γοργίαι καὶ Φίλιπποι | κἀπὸ κείνων τῶν Φιλίππων | ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Versiculi hi non sunt recte intellecti ab omnibus interpretibus. Dum poeta ait ἀπὸ κείνων — τέμνεται, ludens dicere vult, ab his et talibus sui generis vafris rhetoribus morem in Attica profectum fuisse, in sacrificiis celebrandis victimæ linguam separatim exscindendi; quod observatum fuit eo consilio, ut post convivium exscissa hæc lingua Hermeti λογιω Mercur. ut facundiæ Deo sigillatim sacrificaretur v. Pac. v. 1062. et quod in notulis addidit patris versioni sæpius laudatæ filius H. Voss. ὁ μακαρίτης. Quod Berglerus ait, apparere ex his versiculis, pœnam aliquam sustinuisse ab Atheniensibus Gorgiam et Philippum, non sequitur necessario. Quod poeta, meo quidem judicio, indigitare sic vult, nihil est aliud, nisi, dignos esse homunciones hos nequitiæ magistros, quibus

exscindatur lingua nequitiæ suæ ministra. Conz.

423. ἵεσο. Sic A. Perperam vulgo ἴεσο. Est ab ἵεμαι significante ὁρμῶ, cujus prima producitur. Brunck.

424. ἐμπλήμενος. Codd. ut primariæ editt. ἐμπλησμένος. At illud in A. superscriptum. Vide ad Conc. 56. Brunck. ἐμπλησμένος Ald. mendose. Pors. ἐμπεπλησμένος Cod. Vat. P. Id.

425. σμῆνος. Examen apum proprie σμῆνος, et recte his senibus attribuitur, quorum chorus est σύστημα σφηκῶδες. Fl. Chr.

428. εἰ δὲ μή γε, φημ' ἐγώ. Reisk.

429. Ita, inquit, calebunt tibi costæ præ verberibus ut pellem cupias habere testudinis. Etenim ossea testudinum cutis et apta ictibus accipiendis. In hoc versu ut diximus, secundus pes est πεντασύλλαβος. Fl. Chr. v. 1292. Berg.

430. εἶα νῦν, ὦ ξυνδικασταί. Sic B. omissa particula γε, post νῦν vulgo inserta; et hoc quidem bene. Sed male in eo cod. εἶα geminatum. In A. etiam ξυνδ—. Brunck. ὀξυκάρδιοι. Æschylus in Septemth. 913. de Eteocle et Polynice loquens: ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι κτήματα. ubi scholia, ὀξύθυμοι ὄντες. Berg.

431. αὐτῶν. F. ἀνδρῶν. Reisk.

432. Hæret in hoc versu metrica macula, quam eluere possis, si legas me conjectore, κεντεῖτε καὶ τοὺς δ. Sed et putarem melius τὼ 'φθαλμῶν κύκλω, *orbes* oculorum: nisi intelligas de vespis circumvolantibus ipsos oculos. Fl. Chr. τὼ 'φθαλμὼ κεντεῖτε. In Nub. 943. τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τὼ 'φθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν — ἀπολεῖται. Berg. οἱ δὲ τὼ 'φθαλμῶν κύκλω κεντεῖτε καὶ τοὺς δακτύλους. Sic optime Florens. Mendosissime in libris omnibus legitur: οἱ δὲ τὼ 'φθαλμὼ κύκλῳ κεντεῖθ'· οἱ δὲ τοὺς δακτύλους. Brunck. Reponendum τὠφθαλμὼ 'ν κύκλῳ. Elmsl. Etiam Inverniz. qui in cd. suo vulg. invenit, præter morem Br. emendationem quam elegantissimam prædicat, in textum suum recepit. Conz. In schedis, F. κεντήσαθ', οἱ δὲ δακτύλους. Sed repudiasse videtur. Pors.

433. ὦ Μίδα καὶ Φρύξ. Servos vocat. Berg. Servorum nomina sic olim imposita a gentibus vel regibus devictis; proinde ut vides apud Vitruvium columnas Doricas, Persicas, et Caryatidas, figuram habentes feminarum ex illis nationibus ad memoriam perpetuæ servitutis et gloriam victorum, qui has sibi obnoxias reddiderint et fecerint esse Atlantes et Telamones in oneribus ferendis. Notandum —η. Fl. Chr. Sic legitur hic versus in libris omnibus, scriptis et impressis: ὦ Μίδα, καὶ Φρύξ, βοηθεῖτε δεῦρο, καὶ Μασυντία. Prorsus corrupti sunt numeri, quod statim animadvertit, quicunque legitimum sonum digitis et aure callet. In perspicienda menda acutus non fuit Florens: aliquid his inesse a more alienum persensit, sed vitium dissimulavit festiva excusatione: 'Notandum est in hoc versu βοηθεῖτε trisyllabum esse et coalescere (ut ego quidem judico, raro tamen exemplo) ο et η.' Sed, o dulcissime, si ο et η coalescunt, quidni scribebas βωθεῖτε? Nempe hoc Ionicum est, ut norunt qui Herodotum legerunt, quod et docent Hesychii interpretes ad βωθεῖν. Neque sic quidem versui consultum esset, inducto in tertiam sedem spondeo contra metri legem, idque sive βωθεῖτε, sive βοηθεῖτε legatur; nam syllaba e duabus vocalibus in unam coalitis necessario longa est. Jam quod res est dicam. Scripserat Comicus: ὦ Μίδα, καὶ Φρύξ, βοηδρομεῖτε, καὶ Μασυντία. Superscripta verbo βοηδρομεῖτε glossa, βοηθεῖτε, in genuinæ vocis locum irrepsit: postea versus fulciendi gratia sciolus δεῦρο infersit. Vide Suidam in βοηδρομεῖν, ubi per verbum βοηθεῖν bis illud explicat. Est vox veteris Atticismi, ut liquet e mensis nomine Βοηδρομιών, et nomine festi Βοηδρομία. Mirabor, ni ludos faciat emendationem hanc facetus aliquis cavillator: sed ipse ludet operam, eumque deridebit quidquid est eruditorum. Brunck. Mirare Brunckii, dum errat, confidentiam. Quid tanto molimine opus erat? Quod Aristophanem scripsisse primus adspectus docet, βοήθει, repositum est a Bentleio. Dind. Invernizius leg. βοηδρομεῖτε. Hotibius p. 103. vult βοηθεῖν δεῦρο, ut infinitivus positus sit loco imperativi. Nec necesse est, nec probabile ob sequentes imper. Conz. F. βοηθεῖ. Voluit βοήθει. Pors.

434. λάβεσθε τουτονί. Sic codd. ut impressi. Florens: 'Nescio quo modo malim legere τουτονὶ, non τουτουί.' Quod tu nescis, neque ego profecto scio. λαβέσθαι eodem modo, quo ἔχεσθαι, μεθίεσθαι, cum genitivo construitur. In Lys. 445. ταύτης ἔχου. 1121. οὗ δ' ἂν δίδωσι, πρόσαγε τούτους, λαβομένη. ubi constructio est, πρόσαγε δὲ τούτους, λαβομένη οὗ ἂν δίδωσι. Lucianus in Cataplo, ὧν εἰ λαβοίμην — quod non absimile est Virgiliani 'Quos ego' — μὴ μεθῆσθε. Sic duo codd. recte. Vulgo μεθεῖσθε. Vide not. ad Ran. 1380. Brunck. Ed. Inverniz. habet κάλεσθε quam lect. non invidemus viro docto. Inverniz. habet etiam μεθῆσθε. Conz.

435. εἰ δὲ μή, πέδαις. Ex Græco Scholiaste suspicor legendum, μὴ 'ν pro μὴ ἐν. *Si*, inquit, *statim non accurritis huc et*

succurritis, faciam ut vincti crassis compedibus nihil omnino habeatis ad edendum. Sic autem Æschylus Agam.: ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότῳ (male κότῳ legebatur ante correctionem Josephi Scaligeri) λιμὸς σύνοικος μαλθακὴν σφ' ἐπόψεται. Ubi σκότῳ pro tenebrico carcere dictum est. Et Pacuvius in Duloreste (censente divino conjectore eodem Scaligero) dixit, *tenebrica lacerabo fame clausum et fatigans artus torto distraham.* Fl. Chr. εἰ δὲ μὴ, 'ν πέδαις. Istone modo scribatur, an plene μὴ ἐν, nihil interest. Vide Orvillium ad Charit. p. 323. In codd. ut in primariis editt. omissa præpositione, scriptum est μὴ πέδαις. At in A. superscripta nostra lectio. Brunck. 'ν πέδαις ed. Kuster. Schol. Pors.

436. πολλῶν ἀκούσας οἶδα θρίων τὸν ψόφον. Alludit ad proverbium πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα, quod alias illi usurpant, qui minas alicujus parum se curare volunt significare; hic Bdelycleo timet minas chori: itaque, ut dixi, tantum est allusio ad proverbium. Vocat autem senes istos θρῖα, id est, φύλλα συκῆς, *folia ficus*, respiciens ad etymon vocis συκοφάντης, atque istos tecte sycophantas appellat. Berg. Hæc folia, ut lauri, in ignem posita crepitant, et locum dedere proverbio per hunc senarium: πολλῶν — ἀκήκοα, in eos, qui interminari solent et tumultuari ventoso et inani conatu. Fl. Chr. v. Eq. 328. Conz.

437. ἔν τι σοι. Male Aldina et Juntina et Brub. ἒν pro ἐν. Farrei ἐν τί σοι. Berg. εἰ δὲ μὴ τοῦτον μεθήσεις. Sic recte B. Solœce vulgo μεθήσῃς. Vide not. ad v. 190. — ἔν τί σοι — Sic bini codd. recte, ut et primariæ editt. Male Berglerus ἐν τί σοι. Scilicet ἒν παγήσεταί τι κέντρον σοι. In altera lectione quam auctoritate carentem invexerunt Farrei operæ, ex errore, ut videtur, tmesis est, ἐμπαγήσεταί τι σοι. Brunck. Bergl. legit ἔν τι σοι, quæ lectio fortassis ut tmesis defendi possit futur. ἐμπαγήσεται. Conz.

438. Δρακοντίδη. Tractus a servis Philocleo, quiritat et Cecropa urbis conditorem inclamat, qui διφυὴς fuisse perhibetur et pedes in serpentem desinentes habuisse. Propterea ludit Aristophanes et jocatur in nomine Δρακοντίδου, qui et serpentis naturam designat, et eo tempore hoc nomine vocatum reum quendam antea vidimus. Fl. Chr.

439. βαρβάρων. Evocabantur enim Midas et Phryx v. 433. Berg. Barberi vero compellantur hic servi, ut ab extraneis emti, unde et servi et ancillæ nomen sæpe obtinebant, ut in nostra fabula, *Phryx, Midas, Thratta.* Conz.

440. ἐδίδαξα κλαίειν. Voluerat non κλαίειν, sed πέττειν et διαρτίζειν. Tamen ambigua significatio τῆς χοίνικος, qua et notantur pedicæ et mensura sextarii, facit ut non male existimem servis exprobrari vetera beneficia tanquam ingratis: ut hinc eos μαστιγίας et ἀνδραποδώδεις significet. Porro in chœnice mensura quatuor magni panes pinsebantur, octo parvi. Fortassis autem hæc verba, οὓς ἐγὼ 'δίδαξα, proverbium fuit. *Quos*, inquit, *docui farinas pinsere et coquere.* Fl. Chr. Beneficia sua commemoraturus, contrarium dicit, ut infra v. 449. Dicitur autem κλαίειν τέτταρα, ut ἡσθῆναι τέτταρα, in Acharn. 2. ἐς τὴν χοίνικα. Plut. 276. Vult autem significare illos servos vinctos fuisse. Berg.

441. Cecrops conditor urbis hic invocatur cum cognomine comico Δρακοντίδης. De Cecropis enim figura in draconem finiente cognitæ sunt fabulæ apud Hyginum aliosque. cf. et Ovid. Met. ii. 555. Plin. Hist. N. v. 56. Conz. Ad Phœn. 538. Pors. "Fortasse οὐ πολλά γ' ἔστε"— Kidd. ad Dawes. p. 617. Dind.

442. Δηλαδὴ ab antiquioribus scriptoribus, si recte memoriæ fido, non ita nude, ut Latinorum *nempe, utique,* sermoni adjungitur, sed vel sequente ὅτι, vel absolute et elliptice in responsionibus. Quare non recte editur in Ar. Vesp. 441. 442. εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακὰ | δηλαδή; κ. τ. λ. cum scribendum sit, εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά; | δῆλα δή· κ. τ. λ. Buttmann. ad Platonis Critonem p. 93. τούτω, dualis. Operarum errore in Kusteriana τούτῳ, quam mendam retinuit novissima Batava. Brunck. Emendationem occupavit Fl. Chr. "post κακὰ distinguo cum interrogatione, et lego δῆλα δή: Attice pro δῆλον." Dind. τούτων, *horum*, servorum nempe; *pristinum dominum.* Reisk.

443. πρὸς βίαν χειροῦσι. v. Æschylus in Prometh. 352. Ibidem aliter v. 212. οὐ κατ' ἰσχὺν, οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερόν. Agam. 133. Sophocles Philoct. 613. πρὸς ἰσχύος κράτος. Vide ad Acharn. 73. Berg.

445. καὶ κυνᾶς. Rustici galeri vel petasi, quales Mercurius ferre solet, ex canina olim pelle fiebant et iis utebantur ad defendendam pluviæ injuriam. Sic in Nubibus [268.] senex ille imbrem metuens ait, τὸ δὲ μὴ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα. Dixit autem ῥιγῶν pro ῥιγοῦν Dorico more et Atticis usitato. Fl. Chr. χειμῶνος οἵως ὠφέλει. Reisk. Idem v. seq. ῥιγεῖν aut ῥιγῷεν scribi vult et v. 449. ἀναμνησθήσει. Dind.

447. L. ῥιγοῦν, spretis Scholiastæ et Fl. Christiani notis. Sententiam postea mu-

tavit, ῥιγῶν καὶ ex Ach. 1145. citans ad Hec. 1161. p. 77. ed. 1808. Pors.

448. παλαιῶν ἐμβάδων. — παρὰ προσδοκίαν dictum est festive; expectabatur enim aliud κεφαλὴ παλαιὰ sive simile quid, calceos vero distribuere tritos ceu magni quid inter servulos non spernebat Philocleon. Conz.

450. πρὸς τὴν ἐλάαν. Sic B. In A. ut vulgo, ἐλαίαν. Sed ι delendum esse, subscriptum minio punctum indicat. Vide notam ad Aves 617. Brunck. ἐλάαν — ex dialecto Attica pro vulg. ἐλαίαν. — ζηλωτὸν hic ad risum movendum ita est sumendum, ut sensus sit: verberavi te, ut invidendus videri posses aliis. Inverniz. excitat locum Josephi Antiq. l. i. 24. ζηλωτοὺς ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις, *omnibus invidiæ futuros.* Sic e contrario ἄζηλος, qui aliorum non ciet invidiam, haud invidendus, ut Æschyl. Choëph. 1006. ἄζηλα νίκης — μιάσματα — haud invidendæ victoriæ cruenta (de maculis manuum intellige) documenta habens. Conz.

451. ᾖσθ' ἄρα. Conf. Heindorf. ad Platon. Phædon. p. 54. Dind.

452. ἀλλὰ τούτων μέν. Pro ὑπὲρ τούτων, vel τούτω in duali legendum, ut respondeat ad δώσετον. Fl. Chr. δώσετον καλὴν δίκην. In Equit. 918. δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην. Berg.

454. οὐκέτ' ἐς μακράν. Æschylus in Suppl. 932. κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' ἐς μακράν. Demosthenes Olynth. ii. δοκεῖ δ' ἔμοιγε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείξειν οὐκ εἰς μακρὰν, ἄν οἵ τε θεοὶ θέλωσι, καὶ ὑμεῖς βούλησθε. Berg. οἷον. οἷος Suid v. ἵν' εἰδῇς. Bent. Corrupte Suid. ed. Ms. ἵν' εἰδῇς. Pors.

455. ὀξυθύμων. Euripides in Bacch. 669. τὸ γὰρ τάχος σοῦ τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ, καὶ τοὐξύθυμον. Noster infra v. 1104. Berg. δικαίων. Fo. δικαστῶν: vid. 550. Bent. βλεπόντων κάρδαμα. Id est δριμύτατα, *acerrime videntium.* Nihil enim acrius nasturtio, quod a tormento narium dictum; et testatur Plinius et Virgilius ostendit in Moreto: 'quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu.' Proverbium habes apud Hesychium: sed deest explicatio. Etymon censent quidam quasi κάρη δάμνον, quia tentet caput sua acrimonia et torpori addicat: alii ἀπὸ τῆς καρδίας; unde stolidi et segnes κάρδαμον ἐσθίειν jubentur, ut sint acriores; quod mirari me facit de torpore. Dioscorides erucæ simile facit et propterea τὰ ἀφροδίσια παρορμᾶν scribit. Contra censet Plinius, cui succinit Cassianus in Geoponicis l. ii. c. 27. Ait enim, τὸ κάρδαμον συνουσίας ἐφεκτικόν. Sane quum vim habeat attractivam, non mirum si officia naturæ inhibeat. Sunt enim τὰ κάρδαμα ἐπισχετικὰ τῶν οὔρων καὶ τῶν πτυσμάτων. Itaque pueri Persarum pro opsoniis assuescebant cardamis, quia apud ipsos turpe erat palam mingere, mungere, spuere, ut scribit Xenophon l. i. [2. 16.] τῶν Κύρου πράξεων: hunc enim titulum malo, quando invenitur etiam in vetustis codicibus, quam Κύρου παιδείας: plenior enim, imo verior videtur. Nicander καρδαμίδα dixit pro *cardamo.* Fl. Chr. Vide ad Ranas 616. Berg. βλεπόντων κάρδαμα — intuentium triste et acre, qualis sapor est cardamorum, formula Atticis familiari, cf. Arist. Aves 1169. 1671. Æschyl. S. c. Th. v. 53. λεόντων ὡς Ἄρη δεδορκότων, ubi versio, Schüzianæ edit. annexa, leonum pugnam sibi imminere videntium, minus justa mihi videtur: Dandum foret ad exemplar hoc: martiali vultu intuentium. Conz.

456. τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας. In Acharn. 864. οἱ σφῆκες ἀπὸ τῶν θυρῶν. Berg.

457. τῦφε πολλῷ τῷ καπνῷ. Apes enim et vespæ fumo et suffitu exagitantur, ut dixit Maro: 'fumos prætende sequaces.' Hoc enim est καπνῷ διώκειν vel ἀποσοβεῖν. Ceterum σοῦσθε verbum abigeum, ut supra σοῦ, σοῦ. Fl. Chr.

458. σοῦσθε. Verbum σοῦσθαι habet significationem concitationis et impetus. Æschylus in Persis 24. ubi scholia, ὁρμῶσι. Idem in Suppl. 843. σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν. Sophocles in Ajace 1423. σούσθω, βάτω. ubi scholia, ὁρμάσθω. Berg. οὐκ ἄπιεσθε. Sic omnino scribi debuit. Vulgo corruptis numeris legitur οὐκ ἄπιτε [quod in οὐκ ἄπεστε mutari volebat Bentl.], quintam sedem pyrrichio tenente. Brunck. Vulgo, οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε; παῖε τῷ ξύλῳ. Meliorem scripturam ex cod. Rav. recepit Invern. G. Burgesio in præfat. ad Euripid. Troad. p. xvi. scribendum videtur, οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας· ἄπιτε. παῖε, παῖε τῷ ξύλῳ. Reiskio in mentem venerat οὔκουν ἄπιτε. Dind. Vid. Elmsl. ad Acharn. p. 102. et Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 265. Dind. F. οὐκ ἔτ' ἄπιτε. Antea tentaverat, ἐς τοὺς κόρακας. Recte Hermannus de Metris p. 116. e Rav. οὐχὶ σοῦσθ'; οὐκ ἐς κόρακας; οὐκ ἄ. Pors.

459. Αἰσχίνην. V. Scholia et supra ad v. 324. Berg. Quum debuisset ignem vel fumum dicere, dixit Æschinem Selli filium, qui, ut supra notavimus, fumus dictus est ob ψευδαλαζονείαν. Lusit autem facete ad Selliadem, quum ait Σελαρτίου: quia σέλας flamma est et fumus a flamma. Fl. Chr. De Æschine hoc Selli filio et de Selartii Theagene, cf. Av. v. 823. et 1125. ubi ut vani carpuntur ostentato-

res. Conz.

469. ἆρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν. In Nub. 1305. ἔμελλον ἄρα παύσειν σ' ἐγώ. In Ran. 268. ἔμελλον ἄρα παύσειν ποθ' ὑμᾶς. Berg.

461. Inepte vulgo Choro tribuuntur duo isti versus. Brunck. Editor adnotationum Bentleii refert, hæc Sosiæ a Bentl. tributa esse, ut a Brunckio quoque factum sit. Apparet, eum aut Bentleii librum aut Br. editionem negligenter inspexisse. Dind.

462. Fo. τῶν τι μελέων vel τῶν μελέων τῶν. Bent. Hic est ultimus versus τῆς εἰσθέσεως, quam diximus 48 versibus constantem. Salse autem invehitur in Philoclem poetam, ut arbitror, comicum, dura et aspera vocans ipsius carmina. Non me latet duos fuisse tragicos, ut in Avibus [282.] notat Scholiastes quum de Philocle tragico, qui post Sophoclem Tereum vel Epopa scripsit in tetralogia Pandionide. Sed quum idem glossographus dicat de tragico, eum οὐδαμοῦ κεκωμῳδῆσθαι, facile adducor ut ad comicum hæc referam, qui Philopeithis filius fuit, ex Æschyli sorore, qui 'Αλμίων dictus, quia asper et amarus erat: est autem ἄλμη, πικρία. Hæc sane expetere videntur in hunc Philoclem, neque aliter censeam. Fl. Chr. Xenarchus [Aristophanes] comicus apud Athenæum ix. p. 367. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥῆμά τι εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενον, ἢ λευκοὺς ἅλας; Philocles autem fuit malus poeta; v. noster in Thesm. 174. Berg. Vulgo legitur corruptis numeris: εἴπερ ἔτυχον τῶν μελέων Φιλοκλέους βεβρωκότες. quartam sedem iambo tenente, cui non magis locus est in metro trochaico, quam trochæo in iambico. In B. scriptum τῶν μελέων τῶν. In A. posterior articulus τῶν inter lineas repositus. Inde pronum fuit versum restituere: εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες. Brunck. v. Aves 1295. Vid. scholiastes. Conz. τῶν μελέων Φιλοκλέους. L. τῶν μελῶν τοῦ. Pors.

463. Chori persona hic reponi debuit: libri semichorum habent e librarii sedulitate, qui sic errorem corrigere se existimavit, quo binis superioribus versibus pro Bdelycleonis persona Chorum præfixerat. Brunck. οὐκ αὐτὰ δῆλα. Cum interrogatione hæc legenda. Male autem videtur Scholiastes referre αὐτὰ δῆλα ad τυραννίς: male, inquam. Nam primus hic versus cum secundo dimeter est trochaicus. Fl. Chr. 463. et sqq. ἆρα δῆτ' οὐκ αὐτὰ δῆλα | τοῖς πένησιν, ἡ τύραννὶς | ὡς λάθρα γ' ἔλαβ' | ὑποπιοῦσά με. Vulgo ἐλάνθαν' ὑπιοῦσα. Rav. ἐλάμβαν': Ipse dedi ἔλαβ' ὑποπιοῦσα: cf. Antig. 531. ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη, λήθουσά μ' ἐξέπινες. 468. et sqq. οὔτε τιν ἔχων πρόφασιν | οὔτε λόγον εὐτράπελον | αὐτὸς ἀρχ-|ων μόνος. | 473. et sqq. σοὶ λόγους, ὦ μισόδημε | καὶ μοναρχίας ἐραστά, | καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ καὶ φορῶν κράσπεδα | στεμμάτων τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων. 486, 7. οὐδέποτ' ἄν· οὐχ ἕως σοῦ τι λοιπὸν ᾖ, | ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδ' ἐστάλης. Vulgo τί μου. G. Burges.

465. Vulgo sic legitur hic versus: ὡς λάθρα γ' ἐλάνθαν' ὑπιοῦσά με. Rejectis librariorum sordibus, dimeter fit trochaicus, ut duo superiores: ὡς λάθρα μ' ἐλάνθαν' ὑπιοῦσ'. Brunck. Puto equidem, forte depravatum ἐλάνθανεν addendi λάθρα ansam præbuisse, scribendumque esse, 'Ως ἐλάνθανέν μ' ὑπιοῦσα, vel, fere secundum Brunckium, 'Ως λάθρα μ' ὑπιοῦσ' ἐλάνθαν'. Versus glycon. hypercat., sicut ille. Hotib.

466. πονωπόνηρε. Hoc etiam verbum, ni fallor, exstat in Lysistrata, ubi nos aliquid notavimus. Valet autem hic, ἐν ἀσκήσει καὶ μελέτῃ τῆς τυραννίδος πεπονημένε. At κομηταμυνία vox est composita a κομᾶν, quod est μέγα φρονεῖν et proinde λακωνίζειν (nam Lacones gloriabantur de fortitudine) et ab Amynia, qui notus erat osor populi. Epitheton utrumque nihil aliud innuit, quam patriæ inimicum et tyrannum. Ceterum κόμης est etiam ὁ λαοῦ ἄρχων, Latina, ut reor, originatione, quæ *comites* regulos vocat. Fl. Chr. πόνῳ πονηρέ. Sic divisim scribendum. [Monuerat jam Lennepius ad Phalarin p. 61. b. Dind.] In Lys. 350. [quem locum attulit Bergl. Dind.] ὦ 'νδρες πόνῳ πονηροί. Ibi observare neglexi scripturam hanc exhibere Regium B. et Augustanum. Eadem est etiam apud Suidam. Brunck. κομηταμυνία. κομήτης dicitur homo superbus, ut in proverbio, οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται. Amynias autem erat talis; hinc infra etiam v. 1267. Berg.

469. λόγον εὐτράπελον. Comici hoc nomine δεξιὸν vocant (et Comicus hic noster celebris est δεξιότητος ἕνεκα ἐν λόγοις et προσώποις, quod tamen negat Plutarchus) et hominem natura factum ad ἀρέσκειαν, imo natum rebus agendis: hic sane pro εὔστροφον et πιθανὴν ἀπολογίαν. Sæpe pro scurra et faceto μιμολόγῳ usurpatur, et apud M. Tullium pro urbanitate εὐτραπελίαν agnoscas. Nos Gallofranco idiotismo dicimus *un plaisant*. Hoc nomine dives vocatur apud Horatium in Sermonibus; sed fortasse ab εὐτραπελίᾳ hoc ille nomen sibi pepererat. Fl. Chr. Suid. εὐτράπελον. Pors.

471. Sanissima librorum omnium scriptura καὶ τῆς Elmsleio ad Euripidis Medeam p. 99. in τε καὶ mutanda esse videtur. Dind.

472. ἔλθωμεν. Elmsleius l. l. scribi vult ἔλθοιμεν, collata Hermanni nota ad Sophoclis Ajac. 1200. Dind.

473-477. Respondent hæc versibus 417—419. et sic scribenda sunt: σοὺς λόγους, ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐρῶν, | καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν κράσπεδα | στεμμάτων, τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων; Vulgatam scripturam ἐραστὰ agnoscit Suidas v. μισόδημε et ἄκουρος. Dind. Hæc ita scribenda ac digerenda: Σοὶ 's λόγους, ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐρα-| (στροφή.) στὰ, ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν κράσπεδα | Στεμμάτων, τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων; Mire chori increbrescens πάθος exprimit medio in verbo cœpta stropha, sicut Ran. 243. Σοὶ 's λόγους, i. e. Σοὶ ἐς λόγους, pro vulgato Σοὶ λόγους reponi lingua jussit. Καὶ vulgo lectum ante ξυνὼν versum evertit. Hotib. Sed nimis duriuscula et audax videtur hæc digestio. Cæterum de Brasida, Lacedæmoniorum duce forti, confer Pacem Arist. v. 60. et Thucyd. l. ii. 25. l. iv. 11. et alibi. Conz. Suid. ἄκουρον, et μισόδημε. Pors.

475. καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ. Id est λακωνίζων. Nam Brasidas fuit Lacedæmoniorum imperator fortissimus, cujus mater egregia matrona, quum fortiter ipsius occasum accepisset, memorabile dictum extulit, quod recenset Plutarchus in apophthegmatis Laconum. Dux ille in bello Peloponnesiaco occubuit cum Cleone Atheniensium duce, ita ut mutua ambo occidione occiderent. Eum Brasidam alterum Græciæ pistillum vocat hic Comicus in Irena; non alia ratione, nisi quia paci adversabatur. Causam cum elogio refert Thucydides: διὰ τὸ εὐτυχεῖν καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν. Multi enim bello nobiles et clari evaserunt, qui si pacem quæsivissent, ignoti fuissent. Sed illa sæpe φιλοτιμία et ducibus et civibus fraudi fuit. Testis Annibal, qui cladibus Romanis sæpe clarus victor, laudem et decus ad tempus sibi forsan paravit; tandem pacem petere coactus a Scipione, non ultra æstimatus est, et patriæ Carthagini periculum, imo excidium paravit. Fl. Chr. Ita solebant calumniatores statim fingere aliquem conspirare cum Lacedæmoniis: in Pace 939. αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. Erat autem Brasidas celebris strategus Lacedæmoniorum. Berg.

476. Perperam digesti sunt hi duo versus. Uterque pæonicus est: prior, ut præcedens, trimeter; posterior, dimeter. Proinde sic divisos eos oportuit: κράσπεδα στεμμάτων, τήν θ' ὑπή-| νην ἄκουρον τρέφων. Versus 446. ut antea legebatur, erat etiam trimeter pæonicus. Non reluctabor, si quis veterem scripturam retineri malit. Brunck. κρ. χρυσᾶ στ. Suid. v. μισόδημος. Om. μισόδημος Suid. Ms. Pors. κράσπεδα στεμμάτων. Fimbriæ sunt ex lana. Nam στέφειν, unde στέμματα, est colum nubere, ut notavit jam dudum divinus conjector [Scaliger]. Sic usurpat Euripides in Oresta v. 12. Ea *velamina* vel *vellimina* vocat Varro, quæ in colu sunt; ut dubium mihi de etymo, sitne a velando, an a vellendo. στεμμάτων nomen postea latius diffusum, et Latini ex eo stemmata dixerunt titulos et insignia nobilitatis. Fl. Chr. Scholia exponunt ἀντὶ τοῦ ἐξ ἐρίου. Id est *ex lana*. Dicitque illud gestamen fuisse Laconum. Hoc ergo etiam signum erit Philocleonem [Bdelycleonem] λακωνίζειν cum ceteris. Berg. τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων. Barba et coma promissa gaudebant Lacones. Hoc fuit vetus Lycurgi nomothetæ institutum, qui etiam, ut ait Xenophon, viris κομᾷν permisit, quo majores, liberiores, et formidabiliores apparerent hostibus. Ejus legislatoris hoc dictum recenset Plutarchus in apophthegmatis Laconum. Ideo Spartiatas comam producere et colere, quia formosos deceat; deformes, ut metuantur, faciat. Recteque respondit Lacon rogatus, quare comam et barbam sic colat; ut, quum canos videbo, nihil indignum illis faciam. Similiter Nicander Lacedæmonius eadem de re interrogatus: quia, inquit, decor ille et ornatus virorum est proprius et nativus, nulloque sumtu coli potest. Fl. Chr. Ad hæc Bisetus: ὑπήνην δὲ κυρίως καλοῦσιν (ὥς φησιν Εὐστάθιος [p. 1353, 56.]) τοῦ πώγωνος τὰς κάτω τρίχας, μύστακας δὲ τὰς ἄνω χείλους τρίχας. Ergo tempore Eustathii mutata erat nominis significatio, ut fit aliquando. Nam priscis Græcis e contrario ὑπήνη erat superioris labri barba, quæ etiam μύσταξ dicebatur. Ejus rei testis Aristoteles l. iii. de hist. animal. c. 11. περὶ δὲ τὸ γένειον τοῖς μὲν συμβαίνει καὶ τὴν ὑπήνην καὶ τὸ γένειον δασὺ ἔχειν: opponit ὑπήνην τῷ γενείῳ, quod est mentum. Sed apertius Diodorus l. v. οἱ δὲ εὐγενεῖς τὰς μὲν παρειὰς ἀπολειαίνουσι, τὰς δὲ ὑπήνας ἀνειμένας ἐῶσιν, ὥστε τὰ στόματα αὐτῶν ἐπικαλύπτεσθαι. At menti barba non potest obumbrare aut occultare os, sed labri superioris barba, si intonsa geratur, id facit. Breviorum scholiorum auctor ad Odyss. K. 279. ὑπήνη δὲ ἐστὶ τὸ ἐπάνω χεῖλος, ἀφ' οὗ πρῶτον γεννᾶται χνοῦς. Sed et ipse Bisetus etiam infra ad Lysistrat. ex Suida, ubi ἡ τοῦ ἄνω χείλους τρίχωσις dicitur ὑπήνη et μύσταξ. Ergo facessat Eustathius, qui secundum sui temporis morem loquitur, cujus locum Bisetus citare [non] debebat. Jam Hesychii tem-

pore videtur ea vox fuisse ambigui significatus: utrique enim interpretationi adstipulatur. *ὑπήνη· τὸ γένειον ἤτοι πώγων, ἄλλοι μύσταξ, ἄλλοι ὑπήνη· ὅ ἐστιν ὑπὸ τὴν ῥῖνα τόπος.* Palmer.

480. *οὐδὲ μέν γ'* — Prava est hæc scriptura; reponi debuit *οὐδὲ μήν γ'* — *Ne in apio rutave res est adhuc*, proverbium est in eos qui nondum initium rei attigerunt: sumta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Horum olim ambitus apio vel ruta conserebatur, quam qui nondum præteriissent, velut in horti limine adhuc esse videbantur. Brunck. *μέν γ'. μέν τ'.* i. e. *μέν τοι.* Reisk. *οὐδ' ἐν σελίνῳ.* Proverbium *οὐδ' ἐν σελίνοις* dictum in eos, qui ne minimum quidem processerunt in opere, quod aggressi fuerint: translatum ab hortis, in quorum ambitu et ingressu (*περίκηποι* vocantur illi ambitus) apium et rutam serere solebant. Alii ad apium referunt gymnici agonis. Nam apio imponebant recens natos infantes, quasi ut rudimentis erudiantur certaminis in ludicro agone postea obeundi. Legendum autem puto *πω 'στιν*, non *που*; ut sit, *nondum principium habes instituti operis.* Fl. Chr. Ceterum in reliquis edd. hæc Choro tribuuntur. Dind.

481. *τῶν τριχοινίκων ἐπῶν.* Sic *ῥῆμα μυριάμφορον* in Pac. 520. Berg. Vilia et inepta deridet poetarum carmina, præcipue Archippi, qui fortassis proverbium illud de apio et ruta extulerat, quod *εὐτελὲς* censet et dignum tribus chœnicibus. Puto autem per parenthesin scribendum hunc versum *τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν* etc. et quasi dicere, *nam hanc quasi insertum dabimus ex vulgari et ridendo carmine.* Ceterum *ξυνηγόρος* hic est rhetor et accusator: nam *καταντλῇ* est *καταχέῃ* et *κατηγορῇ*, ut docuit glossographus. Fl. Chr. Conf. Schœmann. de comitiis Athen. p. 210. Dind. *ἔπη τριχοίνικα* metaphorice sumta sunt = *ἀγοραῖα*. Conz.

483. *ταὐτὰ ταῦτα.* Ita scribo: mirum est in omnibus edd. hærere *ταῦτα ταῦτα.* Berg. Emendavit etiam Reisk. Dind. *καὶ ξυνωμότας καλῇ.* Quia illi identidem dicebant, *hæc sunt tyrannica et conjurationis plena*, ut postea illis exprobrat Bdelycleo, propterea ait, hæc sola vestra est meditatio et cantio, verberare et verberari. Fl. Chr. In schedis, *ταυτὰ ταῦτα.* Pors.

484. *ἀπαλλάχθητε* aut *ἀπαλλαχθῆτε.* Reisk. Lege *διαλλαχθῆτε.* Bent.

485. *οὐ δέδοκται.* Reisk. *δέρεσθαι καὶ δέρειν.* Sic *δάκνειν καὶ δάκνεσθαι* in Ranis 897. Berg.

487. Hunc versum pessumdedit librariorum imperita temeritas. Scripserat procul dubio poeta, *ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδα κατεστάλης.* Versum dimetire, et tetrametrum pæonicum esse deprehendes suis absolutum numeris. Tetrametri pæonici catalectici nulli sunt, si bene memini, apud Comicum. Brunck. Reponendum versus causa, qui est pæonicus tetrameter, sicut strophicus 487. *Ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδα γ' ἐπεστάλης*, quod et elegantius. cf. Ach. 321. Hotib. Fo. *ἐπὶ τυραννίδι διεστάλης.* Bent. Sed multo probabilius Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 200. scribit *ἐπὶ τυραννίδ' ὧδ' ἐστάλης.* Dind.

488. *ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται.* Athenienses memores eorum, quæ sub tyrannide Pisistratidarum respublica esset passa, semper cavebant ne iterum aliquando exsisteret aliquis tyrannus Athenis: hinc etiam si quid insoliti in urbe accideret, statim suspicionem de dissolvendo populari eorum statu et de instituenda tyrannide in promtu habebant. Sic quum Hermæ fuissent mutilati et mysteria profanata tempore Alcibiadis, tyrannidis causa id factum putabant: *καὶ πάντα αὐτοῖς ἐδόκει ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ πεπρᾶχθαι*, ut dicit Thucydides l. vi. c. 27. V. Demosthenes de Syntaxi p. 176. Comicus ridiculas causas suspicionum comminiscitur. Berg. *ὡς ἅπαντ'.* — *ξυνωμόται.* cf. supr. v. 404. et 419. Etiam Av. v. 1074 — 1075. lepidissimam chori apostrophen: — *ἤν τε τῶν τυράννων τις τινα τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν. κ. τ. λ.* Conz.

489. *τ'* post *μεῖζον* recte abest a reliquis edd. Dind.

490. *οὐδὲ πεντήκοντ' ἐτῶν.* Nam post cæsum ab Harmodio et Aristogitone Hipparchum et paullo post ejectis Hippia et Pisistratidarum tyrannide, quæ teste Aristotele in quinto Politic. stetit totos triginta quinque annos, fluxerunt circiter quinquaginta anni usque ad oligarchiam primam et quadringentos abrogatos. Tamen putat Scholiastes dictum quasi *ἐκ πολλοῦ χρόνου*, [Recte hoc putat: "nam ab anno, quo Vespæ agebantur Ol. lxxxix. 2. ad Ol. lxxx. 3. (quo tempore oligarchici homines res novas moliebantur) triginta quinque tantum anni intersunt." Meier. de bonis damnatorum p. 4. Dind.] a multo, inquit, tempore tyrannidis nomen ignotum mihi fuit: at nunc, inquit, vilius est vili opsonio. *ἄξιον* apud Atticos est *εὔωνον*, ut in Equit. 673. dixit, *οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.* Sic Latini *dignum* (ut etiam digitus) ab indicando, quasi sit *δεῖγμα.* Hæc autem dicuntur, ut appareat Athenas non fovere tyrannos. Fl. Chr. Nescio quare oligarchiam primam incipere dicat post quadringentos abrogatos: contra enim status quadrin-

gentorum fuit oligarchia prima, qui ad se attraxerant potestatem et jus, quod fuerat universi populi. Ideo forte habebat in animo *constitutos*, quod inadvertentia mutavit in *abrogatos*. Sed majus ulcus sanandum est in ejus sententia, et cavendum est nobis et omnibus ab ista chronologia, qua nihil falsius: errat enim calculus ille totis quinquaginta annis. Audi Thucydidem l. viii. *χαλεπὸν γὰρ ἦν τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἔτει ἑκατόστῳ μάλιστα, ἐπειδὰν οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι.* Et Pisistratidæ ejecti secundum Thucydidem et marmoreum chronicon anno 2. Olymp. lxvii. secundum Eusebium vero sex annis prius. Status vero quadringentorum Athenis constitutus Olymp. xcii. annis 99. post Pisistratidas ejectos, anno 20. vel 21. belli Peloponnesiaci. Itaque error typographo tribuatur, aut non potest excusari Florens, quin gravissime lapsus fuerit. Palmer.

493. *ὀρφῶς.* Utraque declinatione dicitur *ὀρφὼς* ut *λαγὼς*, et *ὀρφὸς* ut *λόγος*. Itaque sive *ὀρφοὺς* hic legas, sive *ὀρφὼς*, nihil refert. Piscis est, qui apud Græcos fuit in pretio, marinus et littoralis. Latinum nomen non habere ait Bellonius satis diligens piscium historiæ scrutator et scriptor. Nam cernuam quod vocant, id a Gaza est, et fortasse quia latere solet et caput abdere, sic vocare voluit. Sane Græci *ὀρφὸν* dixisse videntur quasi orbum, quia est *μονήρης*. Ex parvo (tunc vocari *ὀρφακίνην* scripsit Dorion) statim crescit et grandis evadit, ut testatur Aristoteles et recenset Athenæus in Dipnosoph. Hyeme quia *φωλεύει*, vix capitur, idque statis et certis tantum diebus. Mirum est quod de eo tradidere, meatus feminales non habere, ut ceteri pisces, qui auctore Aristotele omnes testibus carent, et in partes dissectum etiam diu vivere. Ceterum vitam non extendit ultra bimatum. Littore et terra potius gaudet, quam pelago. Esse autem cartilaginosum (id est *σελαχώδη* vel *χονδρώδη*) testatur Plato in Cleophonte: *σὲ γὰρ, γραῦ, συγκατῴκισεν σαπρὰν, ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.* Et tamen ut asperum Numenius dixit *ὀρφὸν περιτρήχεα*. Nam prætcrea serratis est dentibus et carnivorus. Vide Athenæum l. vii. ubi multa ex veteribus poetis invenies de hoc pisce. Orphum luculentis versibus descripsit Oppianus in Piscatu, *ὀψίμορον* vocans. Fl. Chr. Codices Athenæi t. iii. p. 155. qui h. l. citat, habent *ὀρφὼς, ὀξυτόνως*. *ὀρφοὺς* ut variam lectionem commemorat Scholiastes. Dind.

496. *ἣν δὲ γήτειον προσαιτῇ τις ἀφύαις ἥδυσμά τι.* Sic legendum ad metri normam. Mendosissime in libris omnibus *ταῖς ἀφύαις*, dactylo in quinta sede. Supra *ἣν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφῶς*: nunc vero *ἣν δὲ γήτειον προσαιτῇ τις.* Brunck. *ἀφύαις.* Pisces sunt minuti (*apuas* recte dicas), quorum genus a cœno vel spuma, unde aphritides dictæ, multas habet species, nempe *ἔγγραυλιν, κωβῖτιν, ἐγκρασίχολον, μαινίδα, μεμβράδα* et *μικρὸν κεστρέα*. Celeriter autem coquuntur; unde proverbium *ἀφύα εἰς πῦρ*. Aristophanes *ἐν Ταγηνισταῖς* usus est singulari *ἀφύῃ*, quod placuisse videtur Aristarcho: alias semper plurali. Sed quod rarius est, etiam Latini in singulari usurparunt. Nam Catullus, corrigente Scaligero, dixit: ‘at Volusi annales apuam porgentur ad ipsam.’ Tamen in loco Catulliano adhuc assensionem cohibendam puto et de lectionis veritate satis liquere non puto. Hos pisciculos fluviatiles, si sale condiantur, edi cum alacriori olere scribit Oribasius. Tanta vero fuit apuarum Athenis affluentia, ut eas auctore Chrysippo dixerint esse opsonia plebis, ut de alausis dixit Ausonius. Sed et solas Atticas apuas in commendatione esse, ceteras stercori comparandas, si bene memini, scriptum reperies apud Athenæum. Itaque quum grandes et præstantes apuas dicere volebant, Phalericas dicebant, a Phalereo portu Atticæ, ut habes in Avium fabula 76. *τότε μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φαληρικάς.* Recte autem et proprie *ὀψωνεῖν* dixit, quod de piscibus, ut sæpe monuimus, *ὀπτοῖς* primaria significatione usurpatum est. Fl. Chr. v. Equit. 673. *κορίανν' ἐπριάμην* &c. Berg.

497. *θατέρῳ.* Elmsleio ad Acharn. p. 218 scribendum videtur *θατέρᾳ*.

498. *γήτειον.* Sic sæpe vocant, quia *κεφαλωτόν*: aliter *κρόμμυον*, quia facit *τὰς κόρας μύειν*, connivere oculis, ut fletum alliciat. Gratum vero ad opsonia condimentum hinc fiebat. Imo hic videtur *regium cibum* vocare, quasi deorum dapes; ut qui hoc embammate utatur, affectare videri possit tyrannidem. Fl. Chr. Suid. *γήτεια.* Pors.

500. *κἀμέ γ' ἡ πόρνη.* Ex apuis minuto opsonio tyrannidem erumpere posse narraverat herus Bdelycleo. Nunc Xanthias servus, non recedens a nomine, ad *πόρνας* hoc transtulit et figuram *τῆς συνουσίας*. Sane enim etiam meretrices olim quædam dicebantur *ἀφύαι*. Equitandi autem verbum etiam in obscœnis esse patet ex illo versu a nobis alias laudato: *Hectoreo quoties sederat uxor equo.* Imo in veterum grammaticorum glossis reperio, *φιλίππους* dici *τοὺς μοιχούς*. Et recte, quia *κελητίζειν* dicit, quod est singulari equo pugnare, Hippiam tyrannum memo-

rat, crudelissimum tyrannum inter Pisistratidas. Nam longe deterior Hippias fuit non fratre solum Hipparcho, sed Pisistrato patre. Quumque quatuor fuerint Pisistratidæ, Hippias iste et major fuit et tyrannide potitus est, ut ait Thucydides. Constitutaque fuit tyrannis per annos quinquaginta, ut vult Eratosthenes, non satis accuratus temporum censor aut pensiculator; Aristophanes quadraginta et unum numerat; Herodotus sex et triginta. Fl. Chr. V. not. ad Schol. Dind.

501. κελητίσαι. Equitare significat et certare singulari equo; transfertur autem ad obscœna, estque σχῆμα συνουσίας. In Pace 900. ἱπποδρομίαν ἄξετε· ἡνίκα δὲ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ, ubi ambæ significationes miscentur. Vide notam sequentem. Berg. De hoc schemate fornicationis cf. Brunckium in notis ad Lysistratam v. 60. ubi ad eundem Ἀφροδίτης τρόπον alluditur, et a Brunckio plures ex Horatio et Apuleio huc facientes excitantur loci. Occurrit etiam vox in nostro Thesmoph. v. 153. ubi Mnesilochus interrogat Agathonem tragicum, quem comici ut effœminatum carpere solebant, οὐκοῦν κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποιῇς. In versu postsequenti verbis Ἱππίου τυρ. festive luditur eodem sensu nomine proprio hoc, ipsiusque vi significativa. Conz.

502. τὴν Ἱππίου τυραννίδα. Hippias tyrannus nomen habuit ab equis, ἀπὸ τῶν ἵππων. Xanthias autem jusserat meretricem κελητίσαι, quod, ut dixi, ab equitatione transfertur ad obscœna: ut et verbum ἱππάζεσθαι, quamvis rarius, ut in Machonis iambis apud Athenæum xiii. p. 581. κατεσχόλαζε τῆς Γναθαινίου λέγων, ἑτέρῳ τρόπῳ μὲν συγγενέσθαι μηδενὶ, ἑξῆς καθιππάσασθαι δ' ὑπ' αὐτῆς πεντάκις. Describit rem Horat. ii. Sat. 7. 50. *clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.* Ab ista igitur equitatione festive dicit meretricem suspicatam esse, Xanthiam tyrannidem, qualis erat Hippiæ, moliri. Berg.

503. Quod in Rav. libro scriptum esse refert Invern. ἠδέα. εἰ καὶ νῦν, habet etiam melior pars edd. vett. nulla distinctione post ἠδέα posita. Brunckius ex Bern. Juntæ ed. et aliis scripsit ἠδέα γε. καὶ νῦν — quæ tamen distinctionem post γε omittunt. εἰ καὶ νῦν agnoscit Suidas s. h. v. et hoc revocandum. Dind. ἠδέα εἰ καὶ νῦν. ἠδέα γε. καὶ νῦν Ed. Kuster. Ald. Junt. 1515. ἠδέα εἰ καὶ νῦν Junt. 1525. Pors. Ald. et Suid. v. εἰ καὶ νῦν, ὅτι. at ὁτιὴ Suid. in ὀρθοφοι — ubi Kusterus corrigit ὁτιὴ θέλω, male. Bent.

504. τὸν πατέρ' ὅτι βούλομαι. Sic ad metri normam legendum. Mendose libri omnes ὁτιὴ, dactylo in prima sede. Brunck. L. ὅτι β. ὁτιὴ Suid. Ms. et Med. v. ὀρθοφ. Pors.

505. ὀρθροφοιτοσυκοφ. — Scholia: παρὰ τὸ ὀρθρεύειν καὶ φοιτᾷν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἐν δίκαις ταλαιπωρεῖν. Nempe quia summo mane iret et in litibus dijudicandis se maceraret atque sycophantam etiam ageret. Ita autem recte ὀρθρο — ed. Brubachii et in scholiis Aldina, non ὀρθο —. Berg. Fortasse melius legatur ὀρθροφ. ut sit παρὰ τὸ ὀρθρεύεσθαι, quia summo mane senes illi itabant ad judicia. Fl. Chr. ὀρθροφ. probat etiam Reisk. Dind.

506. ὥσπερ Μόρυχος. Tragicus erat poeta hic Morychus, qui propter ὀψοφαγίαν et victum deliciosum non semel perstringitur ab hoc Comico, ut videre est in Acharn. 887. et Irena 1008. Non puto esse eundem, de quo proverbium tollitur, μωρότερος Μορύχου. Zenodotus et post eum Suidas tradunt, apud Siculos Bacchum cognomen tulisse Morychi, quia ora perunctus esset fæcibus, ut dixit Horatius; nam μορύξαι esse μολύνεσθαι. Vide Erasmum in hoc adagio. Ceterum hic αἰτία est μέμψις et ἔγκλημα. Fl. Chr. Iste erat luxui deditus; Plato comicus apud Schol. ad Nubes 109. ὦ θεῖε Μόρυχέ τε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, καὶ Γλαυκέτης, ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας, οἳ ζῆτε τερπνὸν, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι. Noster semel iterumque eum tanquam ὀψοφάγον notat. Berg. V. Pac. 803. et infra in fabula nostra 1125. Conz.

507. ξυνωμότης ὢν, καὶ φρονῶν τυραννίδα. Erravit Valckenarius ad Herodot. i. 59. ὡς pro ὢν legens. Sed recte ὢν retinet Suidas vv. εἰ καὶ νῦν ἐγώ. ξυνωμότης. recte utrobique τυραννικὰ habet pro τυραννίδα. Pors. τυραννικὰ Suid. Ms. ξυν. alterum l. εἰ καὶ νῦν om. τυραννικὰ Med. in εἰ καὶ νῦν et ξυνωμότης. Vide Porson. ad Hec. 782. Opusc. p. xcii. Pors.

508. ὀρνίθων γάλα. Proverbium est, quod de beatis et divitibus dici solet. Eustathius in Dionysii Periegesin scribit de Samo Ionica, eam eo felicitatis venisse, ut crederentur illic aves lac habere: sed ea felicitas postea Sylosontis duro imperio decollavit. Eo pertinet quod de haustu lactis gallinacei dici solet in eos qui grandia promittunt: et sane putem nomine ὀρνίθων gallinas proprie intelligi. Sic Theocritus xxii. 72. ὄρνιθας φοινικολόφους gallos gallinaceos dixit; et in epigrammate ὄρνις κατοικίδιος gallina est. Sic etiam Martialis dixit *cortis aves.* Huic vero proverbio non abludit versiculus senarius, quem Tranquillus in vita, ut puto, Caligulæ laudat: τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία, *Etiam beatis sunt trimestres liberi.* Tamen apud Athenæum *lac avium*

dicitur ovi albumen. Fl. Chr. Notum proverbium de rebus quæ ob raritatem in pretio sunt. Noster in Avib. 1672. *ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα*. Vide et infra v. 712. Berg. *γάρ*. *μὲν οὖν* Suid. *λοπάς*. Ms. scil. *μὲν* sine *οὖν* edd. Med. Ald. *γὰρ* Kust. Pors. Infra 524. phrasis *Κωλακρέτου γάλα* de mercede judicum lepide usurpata efformata videtur ad proverb. *ὀρν. γάλα*, quum *κωλακρ.* muneris nomen erat eorum, qui mercedem solverent. Conz.

510. *βατίσιν*. Diximus in Irena, quid esset *βατίς*: a qua differt *βάτος*, ut censet magnus magister Aristoteles. Videtur olim fuisse in commendatione piscis; sed puto apud plebeium palatum. Sane Dorion tibicen apud Athenæum l. viii. dicenti cuidam, batin optimum esse piscem, respondit: *ὥσπερ ἂν εἴ τις ἑφθὸν τριβώνιον ἐσθίοι*. In Irena 811. *βατιδοσκόπους* vocat *ὀψοφάγους*, ut putem a secando pisce, non inspiciendo factum nomen. Fl. Chr. *ἐγχέλυσιν*. Athenæus vii. p. 299. c. et grammaticus post Hermanni librum de em. rat. Gr. gr. p. 322. *ἐγχέλεσιν* scriptum citant. *ἐγχέλυσιν* agnoscit Suidas v. *οὐδὲ χαίρω*. V. infra 1367. Berg.

511. *πεπνιγμένον*. *κρέα πεπνιγμένα* et *πνικτὰ* sunt quæ in vase obturato coquuntur et simul torrentur in vapore et proprio succo: vide Athenæum ix. p. 396. ubi hic locus citatur. Vocat autem *δικίδιον πεπνιγμένον* metaphorice, quia in judiciis innocentes sæpe misere vexarentur et pene enecarentur. Berg. Pro *ἑψημένον* putat dictum Scholiastes; sed *παρὰ προσδοκίαν* expressisse judicum pœnam, quæ suspendio et strangulatione reos damnat. Sed fortassis respicit ad veteres delicias suffocatæ carnis, de quibus Athenæus. Sane inter dapes prohibitas ab antiqua apostolorum ecclesia etiam locum habent *τὰ πνικτὰ*, ut apparet ex ipsorum Actis, quæ scripsit D. Lucas, quæque nos in epici carminis Græcam paraphrasin transtulimus. Fl. Chr. *δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ' ἂν*—facete sic positum et cum delicatis piscium generibus *βατίσιν* et *ἐγχέλυσιν* ita comparatum, quasi *δικίδιον* piscium genus esset delicatius. Sic ludit poeta aliis vocabulis, ita usurpans illa et a proprio sensu deflectens, quasi significatum haberent rerum communium sensibus subjectarum, ut verbis *γνωμίδιον*, *νοΐδιον*, *βουλευμάτιον* v. Equ. v. 100. cf. etiam huc Ran. v. 939—941. et Nub. 1007. ubi de otio loquitur poëta quasi de herbula delicata, (*σμίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης*) cf. etiam N. 921. *τρώγων γνώμας πανδελ.*—et quæ sunt alia multa hujus generis in fabulis Aristophaneis. Conz.

512. *εἰθίσθης*. Nempe injustis condemnationibus. Quæ autem hic ad Philocleonem dicit et de eo, illa de plebe Atheniensi accipienda sunt; hæc enim gaudet foro et sycophantas atque rhetoras fovet. Berg.

516. *ἀνδρῶν—προσκυνεῖς*. scil. demagogos et rhetores, magistratus etiam, inter quos Cleon. Conz.

521. *τούτοισιν*. Invenuste vulgo *τούτοισί γ'*—Brunck. *ἐπιτρέψαι θέλω*. Sic Demosthenes dixit, *ἐπιτρέπειν τοῖς οἰκείοις*, i. e. *δικαστὰς αἱρεῖσθαι*, *judices ipsos capere*. Et Lysias, *ἐπέτρεψεν ἀνδράσι*, i. e. *arbitros constituit*. Sic etiam dicitur *δίαιταν ἐπιτρέπειν*. Itaque mox ait, *ἣν τῇ διαίτῃ μὴ 'μμένῃς*, i. e. *si dicta arbitrorum refellis*. Fl. Chr.

523. v. Acharn. 316. Berg.

524. Forte *εἰ δὲ νικῴην, ὁ δεῖνα τῇ διαίτῃ μὴ 'μμένῃς* vel *σὺ δ' εἶτα* [vice *ὁ δεῖνα*] vel *εἰ δὲ μὴ νίκη 'σθ', ὁ δεῖνα*. Scaliger *ὁ δεῖνα*. [Illud *νίκῃ* tuetur] infr. 725. [at vulgatum retinere voluit Bentl. propter] Pac. 879. Lys. 920. 925. 1170. Bent. Hunc versum a Bdelycleone malim pronunciari. Berg. Aliud egisse videtur. Versus in omnibus edd. Bdelycleonis est. Dind.

525. *ἀγαθοῦ δαίμονος*. Festiviter et lepide *ἄκρατον*, i. e. *merum*, vocat *ἀγαθὸν δαίμονα*, *bonum genium*. Scholiastes putat *μισθὸν* positum pro *ἄκρατον*; non puto, etsi certum est id additum *παρὰ προσδοκίαν*. Sed quia mens hujus senis tota est in mercede senatoria, propterea dixit *μισθὸν* pro triobolo, sed non dixisset *ἄκρατον*, imo potius *κύλικα*, quandoquidem jam dixerat *ἀκράτου*. In fabula Equitum habes *ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος*. Quod velut proverbiale recensetur ab Erasmo parœmiographo, et *bonam fortunam* intelligit. Non puto hic aliud esse quam bonum Bacchi genium. Quidni enim, si de fortuna accipiendum, dixisset *ἀγαθῆς δαίμονος*. In Irena diximus satis aut nimis multa de hoc antiquorum more, qui, ut ait Theopompus, solebant quum mensa tollenda esset, *ἐπιῤῥοφεῖν ἀγαθοῦ δαίμονος*. Nam, teste Apollodoro, rursum poculum implebant. Hunc morem libavit divinus Parthenius in Georgicis: 'Non ego te mensis et diis accepta secundis Transierim, Rhodia, et tumidis Bumaste racemis;' sane innuens secundas mensas et *ἐπιῤῥόφησιν ἀγαθοῦ δαίμονος* (quid enim aliud est *diis secundis*?). Sed ista jam pridem in nostris ad Irenam glossematis non satis pensiculate enucleavimus; imo duce Græco glossographo erravimus (veniam peto pudentem) quum existimavimus apud illum Scholiastam legendum non

δειπνήσαντες, sed δειπνήσοντες. Hoc enim fiebat in fine convivii. Est dictum vulgarium in ore gentis nostræ: *post actionem gratiarum bibisse deum.* Hoc ad servatorem dominum Jesum refertur, qui post cœnam poculum implevit vere ἀγαθοῦ δαίμονος, et bibi jussit. Ceterum non videntur Platonis in Symposio interpretes locum, qui illic est, intellexisse, ἀγαθῇ τύχῃ Φαῖδρος καταρχέτω, quum verterunt, *bonis avibus Phædrus exordiatur.* Nam potius dixissem, *bonæ fortunæ princeps libet Phædrus.* Xenophon vero in Symposio hoc vocat libare, quum ait: ὡς δ' ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι, καὶ ἐσπείσαντο καὶ ἐπαιάνισαν. Fl. Chr. μισθὸν Ἀγαθοῦ Δαίμονος.—dicturus erat pro μισθὸν—κύλικα, sed etiam hic aberrat ad cancellos, de mercede somnians judiciali. De bono genio, qui mero et floribus solebat curari, vid. et Hor. Od. iii. 15—17. Ep. ad Pis. 209. 210. et Hor. Ep. i. 143. 144. confer simul locos similes in nostro l. v. 85. (ἄκρατον οἶνον Ἀγαθοῦ Δαίμονος) 160. Εἰρ. 300. Conz.

526-45. (στροφή.) νῦν δὴ τὸν ἐκ θημετέρου | γυμνασίου δεῖ τι λέγειν | καινὸν, ὅπως φανήσει. | ΒΔ. ἐνεγκάτω μοι δεῦρο τὴν κίστην τις ὡς τάχιστα. | ΧΟ. ἀτὰρ φανεῖ ποῖός τις ὤν, ἢν ταῦτα παρακελεύῃ; (5.) | μὴ κατὰ τὸν νεανίαν | τονδὶ λέγειν· ὁρᾷς γὰρ ὡς | σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν νῦν, | καὶ περὶ τῶν ἁπάντων, | εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗ-(10.) | τός σ' ἐθέλει κρατῆσαι. | ΒΔ. καὶ μὴν, ὅσ' ἂν λέξῃ γ' ἁπλῶς, μνημόσυνα γράψομαι 'γώ. | ΦΙ. τί γὰρ φάθ' ὑμεῖς, ἢν ὁδί με τῷ λόγῳ κρατήσῃ; | ΧΟ. οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος | χρήσιμος ἔστ' οὐδ' ἀκαρῆ. (15.) | σκωπτόμενοι δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς | θαλλοφόροι καλούμεθ', ἀντ-|ωμοσιῶν κελύφη. Ita descripsit Porsonus, mox 528. τί γὰρ εὔδαιμον καὶ μ. exhibens. Olim conferebat Plut. 144-5. Tres primæ εὔδαιμόν γ' ἢ καὶ μ. duabus lectionibus confusis. 1. δὲ Ald. δὴ Ms. Brunckii. 2. λ. τ. δ. Ald. 3. φανείσῃ Ald. 7. τόνδε Ald. 8-11. Ita prorsus tres primæ: Σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγὼν | Εἴπερ ὃ μὴ γένοιτο νῦν, | Καὶ περὶ τῶν ἁπάντων | Οὗτος ἐθέλει κρατῆσαι. (ἔστ' non ἐστὶν Junt. 2.) Vides quam facile, versibus semel per columnas, quas vocant, distributis, defluere potuerit νῦν in inferiorem locum. Confer Gaisford. ad Hephæst. p. 292. et ad Iph. Aul. 27. ubi insignem errorem e columnarum ratione minus intellecta ortum patefecit vir eruditissimus. 12. γράψομ' ἐγὼ Ald. 16. γὰρ ἂν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις Ald. δ' ἂν ἐν Rav. 17. καλοίμεθ' Ald. Pors.

526. ἐκ θἠμετέρου. Pro ἐκ τοῦ ἡμετέρου, et hoc ad Cleonem dirigit. Sequentia vero ἀτὰρ φανεῖ etc. etsi obscura et intricata videntur, sic explicanda puto: *at vide,* inquit, *si Cleon ille hoc permittat, ut aliter ores quam juvenis ille filius tuus et melius magisque serio causam dicas.* Et autem hic παρακελεύειν, προτρέπεσθαι, διεγείρειν, ἐπιτρέπειν. Fl. Chr. Philocleonem alloquitur Chorus. Vel pronomen σὲ subauditur; vel, quod probabilius mihi videtur, scriptum oportuit, νῦν σὲ, τὸν ἐκ θἠμετέρου. Enimvero nullus est hic locus particulæ adversativæ δέ. In cod. B. scriptum νῦν δὴ, quod ad sententiam præstaret longe, et esset optimum: sed metrum scripturam illam non admittit. Brunck.

528. ὅπως φανήσει. Sic ex Atticismi usu scribi debuit. Male vulgo φανήσῃ. Illa ipsa scriptura exstat in B. ut et in primariis editt. transpositis elementis, φανείσῃ, quod in φανήσει, non in φανήσῃ mutandum erat. Orationis connexionem indicavi parentheseos signis: ὅπως φανήσει μὴ κατὰ τὸν νεανίαν τόνδε λέγειν. Brunck. 532. habentur quæ cum his cohærent. Berg. Interrumpitur chorus sequentibus verbis ἐνεγκάτω—παρακελεύῃ et continuat sermo in versiculo μὴ κατὰ κ. τ. λ. Brunckius quidem in ed. sua orationis connexionem indicavit parentheseos signis, sed in eo peccavit, quod verba ἀτὰρ φανεῖ—παρακελεύῃ distributa falso in dimetros iambicos, quum cæteri sint choriambici, choro tribuerit. Contrahendi sunt versiculi in iambicum tetrametrum catalecticum, similem antecedenti ἐνεγκάτω—τάχιστα, et ut responsio ad Bdelycleonis sermonem hunc dandi Philocleoni. Sic multo etiam concinnior prodit contextus sensusque. Cæterum scriptionem in textu ποῖός τις in notis Brunckius mutavit in ποιός τις, admonens, subindicante Berglero, ποιός τις valere οὐχ ὁ τυχὼν, citansque huc Henr. Steph. Thes. t. iii. col. 449. Conz.

529. ἐνεγκάτω—τὴν κίστην τις. Interpellat orationem Chori. Petit autem cistam cum instrumentis scriptoriis, quia vult, memoriæ causa, describere argumenta Philocleonis, ut ipse dicit v. 538. γράψομαι μνημόσυνα. Berg. Quo diligentius hunc locum considero, eo minus excogitare possum quid lepidi aut faceti sit in hac parenthesi. Tam absurde Chori ῥῆσις intercisa est, ut animum inducere nequeam, sincerum esse et ex poetæ sententia istum, quem habemus, versuum ordinem. Grassatus hic fuit veteris alicujus librarii stupor, haud secus ac in Acharnensium loco [976.], ubi versus in ordinem restitui, quod et hic etiam facere debueram. Tales versuum trajectiones in libris quos nunc habemus, occurrunt per-

multæ: nec contra rationem istas ineptias tueri potest codicum numerus. Nam si centum etiam sint, non plus in centum illis est auctoritatis, quam in antiquiore unico, in quo menda jampridem inoluerat, et a quo posteriores derivati sunt. Ridiculus est Gruterus, vir doctus alioquin, sed erga codices suos male religiosus, quum versus in Plautinis fabulis manifeste transpositos in suum locum reponi ægre patitur, *ob pervicacem omnis ævi codicum consensum.* Jam vero, ut e diverticulo in viam revertar, hos versus sic in posterum legi velim: ΧΟΡ. νῦν σὲ, τὸν ἐκ θὴμετέρου | γυμνασίου, λέγειν τι δεῖ | καινὸν, ὅπως φανήσει | μὴ κατὰ τὸν νεανίαν | τόνδε λέγειν. ὁρᾷς γὰρ ὡς | σοι μέγας ἔστ' ἀγὼν, | καὶ περὶ τῶν ἁπάντων, | εἴπερ, ὃ μὴ γένοιτο, νῦν | οὗτος ἐθέλει κρατῆσαι. | ΒΔΕ. ἐνεγκάτω μοι δεῦρο τὴν κίστην τις ὡς τάχιστα. | ΧΟΡ. ἀτὰρ φανεῖ ποιός τις ὤν, | ἢν ταῦτα παρακελεύῃ. | ΒΔΕ. καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γ', ἁπλῶς μνημόσυνα γράψομαι 'γώ. Cupisne jam scire, qui contigerit, ut tres isti versus loco suo moti fuerint? facilis conjectura est. Eos supinus quis omiserat librarius: animadverso deinde errore, in margine illos reposuit, e regione novem priorum versiculorum Chori, quia ibi erat amplius marginis spatium. Alius librarius, qui postmodo codicem illum descripsit, non animadverso forte signo, quod versuum illorum sedem indicabat, aut quia signum nullum fuerat adscriptum, eos textui inseruit, post versiculum, quem proxime contingebat horum primus, nulla sententiæ, quam probabile est eum ne quidem adsequi potuisse, habita ratione. Et quod hujusmodi bardis temere libuerit, nobis erit hodie recte sentiendi norma! Rem autem proinde se habere, ut dico, liquet etiam ex ipso metrorum genere. Animadverte Philocleonis qui proxime antecedit versum, trochaicum, ut superiores, esse: novem Chori versiculos choriambicos esse; tum a versu ἐνεγκάτω incipere iambicos, qui sunt quinque continui. Brunck.

530. et 531. in unum conjungendi sunt. Philocleoni tribuit Hermannus de metris p. 315. Dind. ἀτὰρ φανεῖ ποιός τις. Obiter alloquitur Bdelycleonem, qui Chori orationem interruperat. Deinde rursus convertens se ad Philocleonem, orationem ad eum continuat. ποιός τις est *aliqualis;* ποῖός τις *quisnam?* Berg. ποιός τις ὤν. Sic scribi debuit, non ποῖός τις, quod subindicavit Berglerus. ποιός τις valet οὐχ ὁ τυχών. Vide Henr. Stephani Thesaurum t. iii. col. 449. Brunck.

531. παρακελεύῃ. A παρακελεύεσθαι, *jubere.* Berg.

532. μὴ κατὰ τόν. v. Scholia. Berg.

533. Lege τονδί. Bent.

534. Bene Juntina minor ἐστὶν, quod reponendum esse metri causa animadvertit G. Hermannus de Metr. p. 315. Hotib. Porsono apud Gaisford. ad Hephæst. p. 292. et Bentleio scribendum videtur ἔστ' ἀγὼν νῦν. Sed propter ed. Juntinæ scripturam recte Elmsleius ad Euripidis Heraclid. 722. scribit σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγών. Thucydides ii. 45. παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε, ἢ ἀδελφοῖς, ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα. Cum Porsoni conjectura conf. Pac. 276. Dind. γένοιθ', οὗ-τός γ' Bentleius. ἔστιν ἁ'γὼν malunt, ni fallor, et ἔθ' ἁ'γὼν Eur. Phœn. 597. Vix opus. Pac. 275. ὦ ̓́νδρες, τί πεισόμεσθα; νῦν ἀγὼν μέγας. Dobr.

536. Recte hæc descripsit Porsonus l. l. εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗ-|τός σ' ἐθέλει κρατῆσαι. eodemque modo Bentleius, nisi quod non σ' sed γ' post οὗτος addidit. Dind. γράψομαι γὰρ Cod. Vat. P. Pors.

537. ἐθέλει—de vi verbi ἐθέλειν, cui plerumque potestatem tribuunt τοῦ δύνασθαι (v. Greg. Corinth. p. 56.) quod vero junctum, ut hic, infinitivo præsentis Coraius ad Isocratem p. 244. pro periphrasi futuri habet, v. etiam Ast. ad Phædr. p. 235. et Pol. p. 423. et 548. Lips. 1814. Conz.

538. ὅσ' ἂν λέξῃ γ'. In A. ὅσ' ἂν λέξῃς. Male interpunctus est hic versus: post λέξῃ γ' distinctio poni debuit. ἁπλῶς pertinet ad γράψομαι. Brunck. μνημόσυνα γράψομαι. Ut memoriæ hæreant, inquit, ea describam. Hic versus quum sit iambicus, legendum affirmo γράψομαι 'γώ [nam vett. edd. γράψομ' ἐγώ]. Fl. Chr. Facit hoc infra 559 et 576. Berg. Significatum quod attinet partic. ἁπλῶς est iste, *simpliciter, absolute,* sine ulla exceptione cf. Ast. ad Platonis Politiam p. 339. et ad Phædrum p. 277. Conz. γράψομαι 'γὼ ed. Kuster. γράψομἀγώ. Dawes. Misc. Crit. p. 269. Pors.

539. ἢν ὁδί με κρατήσῃ. Vide not. ad Av. 419. Brunck. ἢν ὁδὶ μὲ—κρατήσῃ. Brunckius provocat hic in animadv. suis notam ad Av. 419. ubi duorum cdd. lectionem τῶν ἐχθρῶν (κρατεῖν) ut pravam rejicit, quum etiam v. 1752. in Avib. locus occurrit διὰ σὲ τὰ πάντα κρατήσας, citat simul, quæ notavit ad Eurip. Phœn. 600. (σκήπτρων κρατοῦντα) sed promiscue cum accus. et gen. construxerunt Attici verbum κρατεῖν ut Sophocl. Philoct. 989. ὁ τῆσδε γῆς κρατῶν et Œd. Colon. 1380. τοὺς θρόνους κρατοῦσι. Idem valet de verbo κρατύνω, et salva est meo judicio lectio σκήπτρων κρατεῖν in Eurip. Phœnissis, cui etiam in eadem tragœdia conspirat alia v. 600. v. 648. κρατήσειν τῆσδε Θηβαίας χθονός:

Utramque etiam tuetur Ricard. Porson in Eur. Trag. p. 292 et 337. Conz.

540. Euripides [Æol. fr. xviii.]: φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει. | γέροντες οὐδέν ἐσμεν ἄλλο πλὴν ὄχλος | καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα. Berg.

541. ἀκαρῆ—cf. O. v. 1649. et N. ἀκαρῆ διαλιπεῖν. Conz.

542. Hæc interpolata sunt. Scribe: σκωπτόμενοι δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς | θαλλοφόροι καλοίμεθ' ἀν-| τωμοσιῶν κελύφη. Dind.

544. θαλλοφόροι. Senes qui in Quinquatribus vel Panathenæis oleæ termitem ferebant pro pompa, nullique præterea rei utiles aut commodi erant, θαλλοφόροι dicebantur. Ejus moris meminerunt ex antiquis Cratinus in Deliasin et Pherecrates Epilesmosin et Philochorus l. ii. (τῆς Ἀτθίδος puta), ut ait glossographus. Eorum opera si exstarent, majorem lucem aspiceremus in vetustis ritibus et sacris. Xenophon certe in Symposio iv. 17. pulcros senes θαλλοφόρους memorat, qui Minervæ in pompa Panathenæorum servirent. Sed et traditur, auctore Dicæarcho in Panathenaico, mulieres vetulas in ea pompa adhibitas ramum olivæ gestantes, quod merito miratur Scholiastes Græcus. Neque enim hoc alibi traditum existimo. Hesychius, bonus et antiquus glossematarius, in hac voce videtur corrigendus, quum ait hos senes tantum utibiles πρὸς τὸ θάλλειν: legendum enim πρὸς τὸ θαλλοφορεῖν. Neque vero spernendum, quod notat idem Scholiastes scriptum in commentariis (sic ὑπομνήματα vocabimus) hujus, ut opinor, Comici ad hunc locum, nempe θαλλοφόρους dici τοὺς ἐργάτας; additque hemistichium ex epico poeta, ut arbitror, θάλλον τ' ἐρίφοισι φορῆναι. Quo intelligitur arbuteas frondes a senibus dari solitas hœdis, credo, depulsis: id enim præcipue satagere in agris senes homines. Fl. Chr. Vide Meursii Panathen. cap. xx. Brunck. κελύφη proprie sunt involucra, hic metaphorice pro *rejectaneis*, quum soleant Vescibilium talia involucra non comedi, sed abjici. De signific. vocab. ἀντωμοσία esse γραφὴν κατά τινος ἔνορκον, περὶ ὧν ἠδικῆσθαί φησι vid Lex. Plat. Tim. et Ruhnken. animadv. p. 27. etiam Suidam, qui sua e Timæo depromsit. De voce κέλυφος confer etiam Bast. epist. crit. ad Boissonad. p. 79. Conz.

545. ἀντωμοσιῶν κελύφη. Scholia, δικῶν. Berg. Primum jusjurandum, ut ait Pollux in Onomastico [viii. 54.], quo adigebatur qui litem intendebat, vera se crimina objecturum, dicebatur προωμοσία. At ἀντωμοσία, quo reus promittebat, se non injuria acturum. Tamen etiam actor dicebatur ἀντομόσαι, ut apud Isocratem in oratione περὶ ζυγοῦ. Et apud Laertium in vita Socratis de Melito accusatore, ubi habes τὰ δ' ἐγράψατο καὶ ἀνθωμολογήσατο, putavi legendum ἀντωμόσατο, quia dixerat ἀντωμοσίαν τῆς δίκης. Sunt autem κελύφη ovorum putamina: sed hic sic vocat litium ablegmina. Quod autem ait ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς, ludit in ambiguitate vocis. Nam βαλβῖδες sunt carceres et initium stadii decurrendi: ἀρχὴ vero et principium et principatus. Fl. Chr.

548. ἀπὸ βαλβίδων. *A principio.* Quia a carceribus fit initium cursus. In Equit. 1154. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί. ibi autem cursu certant duo adulatores populi, ut ostendant, uter promtior sit in cultu præstando. In Lysistrata v. 1001. aliter: ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάτιδος. Vide ad Acharn. 482. Berg. περὶ τῆς ἀρχῆς. Significat principium et imperium. Ad hunc duplicem significatum alludit. ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω, pro ἀπ' ἀρχῆς περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. Berg.

550. εὔδαιμόν γ' ἢ καὶ μακαριστόν. [Sic Phil. Junta.] Expungenda particula conjunctiva καὶ, ut constet versus Aristophanicus. Fl. Chr. Secutus est Brunckius: sed Invernizius recte omisit γε, Ravennatis libri opinor auctoritate. ἢ librariorum emendatio est propter sequentia facta. Scribe, τί γὰρ εὔδαιμον καὶ μακαριστὸν μᾶλλον νῦν ἐστὶ δικαστοῦ, — Theopompus Athenæi t. iv. p. 474. ἐσπούδαζον δὲ δοκεῖν εὐδαίμονες εἶναι καὶ μακαριστοί. ibid. p. 475. συνῆν μετὰ τῶν ὑπάρχων εὐδαίμων καὶ μακαριστὸς ὤν. Dind.

551. τρυφερώτερον. Scholiastes ait τρυφῆς δεόμενον, non sane ex meo sensu. Recte vero addidit γέροντος, quia ut plurimum hebent senes, et languidiores sunt in fructu voluptatum. Fl. Chr. V. Plut. 443. Berg.

553. μεγάλοι καὶ τετραπήχεις. Quatuor cubitorum magnitudo non excedit justam hominis mensuram. Longe grandior et fidem mihi non faciens vir illius Syracusiæ, quem in idyllio Ἀδωνιαζουσῶν v. 17. Theocritus vocat τρισκαιδεκάπηχυν. Tamen alias hac voce usus videtur hic Comicus, quum loquitur de generosis. Hoc loco lictores, ut puto, designat et ostiarios. Fl. Chr. In Ranis 1026. γενναίους καὶ τετραπήχεις. Berg. προσιόντι ἐμβάλλει μοι. Sic rei repetundarum crimini obnoxii judices prensare solent et manum blande contrectant. Malim autem legere προσιών τις quam προσιόντι, non quod prava sit lectio vulgaris, sed quia ἐμβάλλει non potest referri ad nomen multitudinis ἄνδρες μεγάλοι, ut sequentia ἱκετεύουσι ὑποκύπτοντες. Nisi dicamus

transitum esse a plurali numero ad singularem, ut postea ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσι. Fl. Chr. προσιών τις. Male vulgo προσιόντι, illato verbo, cui deficit suus nominativus. Brunck. Male Brunckius de suo dedit προσιών τις, invito etiam libro Rav. Heindorf. ad Platonis Protagoram p. 500. ubi similia exempla allata sunt. Dind. Numerorum, pluralis et singularis, permutatio adhibita est versui 553, ubi Philocleo dicit, sibi ad dicasterii fores accedenti illico manum reos porrigere molliter, judicis benevolentiam captaturos, κἄπειτ' εὐθὺς προσιόντι | ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλὴν, τῶν δημοσίων κεκλοφυῖαν, | ἱκετεύουσίν θ' ὑποπίπτοντες, τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες. In verbo ἐμβάλλει quæ est persona cogitanda, non pertinet ad illos ἄνδρας μεγάλους καὶ τετραπήχεις, de quibus ante dixit Philocleo: sunt enim isti ministri aut ostiarii, qui dicasterii vestibulum custodiunt, illorum instar hominum, qui in Westphalorum regno Francico nomine *gens d'armes* vocabantur, quum Hieronymus cinædus spurcitie sua Germaniam et bona vina inquinabat. Jam enim de reis agitur: idque mente est tenendum in verbo ἐμβάλλει. Ut hoc loco προσιόντι, ita Nubibus, v. 993., προσιοῦσιν positum est, — τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσιν. Brunckii si diis placet correctio, προσιών τις, auctoris sententiæ non congruit. Referuntur enim ad se invicem hæc tria: ἕρποντ' ἐξ εὐνῆς, εὐθὺς προσιόντι, εἶτ' εἰσελθών. Reisig. τετραπήχεις comica metaphora pro homines magnæ auctoritatis, ut in Ranis v. 1014. τετραπήχεις καὶ γενναίοι. Dubito, an cum b. H. Vossio *heroes ex tempore marathonico* sub his longis sint intelligendi. Contextus et locus a nobis allatus παράλληλος contradicere videntur, nec quadrat huc quem provocat, loc. Acharn. S. 180. Idem dubito, an recte conjiciat Reisig. qui ministros aut ostiarios, dicasterii vestibulum custodientes, non *reos*, intelligit sub his μεγάλοις. Similis saporis est, quod Latini habent, *longi*. cf. Hor. Serm. i. l. iii. 308. 'longos imitaris.' Conz. Brunckii sententiæ repugnat Reisig. sed argumentis quidem non satisfacientibus. Conz.

554. In χεῖρ' ἁπαλὴν latet nomen aliquod proprium, e. c. χεῖρα Πάχης vel simile quid. Reisk. ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλήν. Hoc modo blandiri solitos reos judicibus, dicit etiam Xenophon in libro de Rep. Athen. [i. 18.] cujus verba adscribam, quia in illis notari aliud etiam debet scitu necessarium, nempe quod dicit, sociis Atheniensium Athenas proficiscendum ad judicia fuisse: νῦν δ' ἀναγκάζεται τὸν δῆμον κολακεύειν τῶν 'Αθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων· γινώσκων ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον 'Αθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἐν ἄλλοις τισιν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ, ὅς ἐστι νόμος 'Αθήνησι· καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ εἰσιόντός του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. διὰ τοῦτο οὖν οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τοῦ δήμου τῶν 'Αθηναίων καθεστᾶσι. Berg.

555. ἱκετεύουσίν θ' — Male vulgo omissum ν paragogicum. Brunck. τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες. Fundentes vocem miserabilem. Sic apud Homerum, ἧτε χέει πολυηχέα φωνήν. Fl. Chr. v. Scholia. Conz.

558. οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδειν. Nisi, inquit beneficium a me accepisset, non me nosset, neque mei rationem ullam haberet. Malim autem ᾔδει quam ᾔδειν, et sic Scholiasten puto legisse. Fl. Chr. ἀπόφευξιν. Sic bene scriptum mox et in Nub. v. 874. Hic vero libri omnes ἀπόφυξιν. Brunck. Correxit jam Bentl. Dind. ᾔδην Elmsl. ad Acharn. p. 37. Id. ἀπόφυξις, antiquior forma, de qua Lobeck. ad Phrynich. p. 726. non est dubium quin præferenda sit in anapæstis. Id.

559. τουτί, *signum hoc, quod in pugillari exaro*, ἔστω τὸ μνημόσυνόν μοι. Articulum τὸ non minus requirit sermonis proprietas, quam metri lex: et est in libris omnibus, præterquam in novissima Batava, ubi operarum errore omissus fuit. Brunck.

560. τὴν ὀργὴν ἀπομορχθείς. Ira detersa et abjecta, leviter curo, quo promissa cadant. Claudicabit versus, nisi fulmentum adhibemus, et legimus καὶ τὴν ὀργήν. Fl. Chr. κἀντιβοληθείς. Dobr.

561. τούτων — πεποίηκα. Euripides in Phœniss. 439. ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετο. Berg.

563. Fallitur Elmsleius ad Acharn. p. 30. corrigens τί ἄρ' οὐκ. Dind.

565. ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν. Sophocles in Œdipo Tyr. 1506. μὴ δ' ἐξισώσῃς τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. Berg. Lege κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ut Schol. Bent. Sic vulgo legitur hic versus: κακά γε πρὸς τοῖσιν οὖσιν, ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν. In B. nec melius, nec pejus, κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσι ἐμοῖων. In istis nulla metri forma apparet. Numeros restitui ea ratione, cujus frequentissimum in emendando Comico nostro usum esse in not. ad Lys. 408. ostendi, revocanda præpositione verbi compositi: κακὰ πρὸς τοῖσίν γ' οὖσιν, ἕως ἂν παρισώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν. Brunck. Atticismus est, quo a plurali numero transitur ad singularem, Thucydidi familiaris; debuerat enim ἰσώσωσιν. Neque vero male legendum putem τοῖσιν ἑοῖσιν, quod ex Scholiasta

conjicio. Fl. Chr. ἕως ἀνισωθῇ. Reisk. κακὰ πρὸς τοῖσιν νῦν οὖσιν. Dobr. οἱ μέν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὐτῶν, καὶ προστιθέασιν | κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως κλάων ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν. id est, *illi quidem lamentantur egestatem suam, et malorum cumulum addunt iis ipsis, quibus urgentur, malis, donec lamentando sua quisque meis æquaverit.* Loquendi figuram animadvertit Scholiastes. Namque ἰσοῦν activam, quam dicunt, apud Aristophanem significationem habet. Sic apud Sophoclem quoque, in verbis a Berglero percommode allatis, μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. Brunckius annotatione ad Sophoclis Œdipum Regem, v. 425. ἅ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις, neutralem ejus verbi vim his ipsis Aristophanis verbis confirmare conatus est. Sed fefellit eum de universa illa sententia opinio. Sophoclis Electra, v. 1193., Clytæmnestra vocari mater Electræ sed indigna hoc nomine dicitur, μήτηρ καλεῖται, μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ. Recte interpretatur Scholiastes, οὐκ ἴσα πράττει τῷ τῆς μητρὸς ὀνόματι., neque ego ἐξισοῖ pro ἐξισοῦται dictum accipio. Suam autem Erfurdtius correctionem verborum in Vespis, κακὰ πρὸς τοῖς οὖσι κακοῖσιν, ἕως ἂν ἰσωθῇ τοῖσιν —, ipse, sat scio, aliqua certe ex parte improbaret, si viveret. Reisig. Inverniz. invenit in suo cod. κακὰ πρὸς τοῖς, edidit autem in textu suo, ne delicatiores offendantur aures (!) satis indelicate τοῖσίν οὖστιν (sic!). Conz.

566. Αἰσώπου τι γέλοιον. Quia dixit μύθους, fortassis erunt qui de Æsopo fabularum scriptore hoc ridiculum intelligunt. Sed fuit Æsopus tragœdus histrio facetissimus et γελωτοποιὸς, qualis Œagrus postea. Lego autem κατάθωμαι i. e. ἀναπαύσωμαι, nisi malis esse *deponere iram.* Fl. Chr. Infra v. 1258. ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα Αἰσωπικὸν γελοῖον. Berg. γελοῖον diserte Scholiastes et pars veterum edd. Vide not. ad Schol. Dind. Vid. Aves 784. Conz.

568. Vulgo sic legitur hic versus: κᾂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει. Corruptelam prodit cæsura post quartum pedem. In utroque codice scriptum ἀναπειθόμεθα. In A. litera σ superscripta minio a secunda manu. Legendum, κᾂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεθα, τά γε παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει. Brunck. Porso additamentum Brunckii probans, γε ante παιδάρια, correctione utitur ea, ut ἀναπεισθῶμεν scribat. Atqui sic reprehendendus est grammaticus, quod non satis via processerit et ordine, quum γε posuerit propter ἀναπεισθῶμεν, et ἀναπεισθῶμεν propter γε. In utroque igitur Brunckii codice est ἀναπειθόμεθα, in altero autem σ supra scriptum minio. Unde colligimus, syllabam θα ex subsequenti prognatam esse, Aristophanemque scripsisse, κᾂν μὴ τούτοις ἀναπείθωσίν με, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει. Reisig. τὰ παιδάρι' ἀνέλκει. V. infra in judicio canum v. 976. Berg. Conf. Meier. de bonis damnatorum p. 226. Dind. Vide Præf. Hec. p. li. Pors.

570. συγκύπτοντα βληχᾶται Porsonus in exempl. Porti. Dobr.

571. τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι. Quid sit εὐθύνη vide apud Suidam: hic est τιμωρία. Fl. Chr.

572. εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ. Nempe ut leo delectatur bovis voce, quia libenter comedit illius carnem. Berg. φωνὴν παιδός. Gravior est vox agnorum et virorum, quam fœminarum. Berg. εἰ μὲν χαίρω — ἐλεῆσαι. Pendet ab ἀντιβολεῖ: cohærent enim hi infinitivi. ἀντιβολεῖ με ἀπολῦσαι, ἐλεῆσαι τίθεσθαι. Dicunt nempe Græci τίθεσθαί τινι, *alicui se apponere*, ad alicujus partes accedere, alicui patrocinari. Reisk.

573. εἰ δ' ἄρ' τοῖς χοιριδίοις. In editione Veneta legitur αὐτοῖς. Fortasse distinguendum αὖ τοῖς [sic etiam Bentl.]. Vocari autem χοῖρον vel ὑποκοριστικῶς χοιρίδιον partem eam, qua mulieres feminæ sunt, alibi diximus ex Varrone, et in Acharnensibus satis apparet ex Megarensi χοιροπώλῳ. Fl. Chr. εἰ δ' αὖ τοῖς χοιρ. — τίθεσθαι. Reisk. εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς etc. Vocem feminarum comparat cum voce porcorum. In Acharnensibus rusticus filias suas tanquam porcas venum ferens, dicit v. 746. ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κοΐξετε, χ' ἡσεῖτε φωνὰν χοιρίων. deinde quum puellæ vocem edidissent, mercator, qui ante dubitabat an [non] veræ essent porcæ, voce audita, credit v. 781. νῦν γε χοῖρος φαίνεται. hic in Vespis v. 36. ἔχουσα φωνὴν ἐμπεπρησμένης συός. Male autem pro αὖ τοῖς omnes quas vidi edd. αὐτοῖς. Berg. εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις. Sic bene Berglerus e Florentis sententia. Perperam in aliis editt. εἰ δ' αὐτοῖς. Inepte in A. emendatum inter lineas αὐταῖς. Brunck. εἰ δ' αὐτοῖς edit. Kuster. Pors. Inverniz. habet αὖ τοῖς. Conz.

574. τὸν κόλλοπ' ἀνεῖμεν. Diximus in Irena, quid esset κόλλοψ: solidum nempe et nervosum corium. Hic nihil aliud quam tensio, translatum a citharæ tendinibus, circum quos volvuntur et tenduntur nerviæ. Græci vocant πασσαλίσκους i. e. *paxillos.* Nos Gallofranco idiomate *chevilles*, quasi *capitulos.* Hic igitur κόλλοπα τῆς ὀργῆς iræ intensionem et rigorem vocat. Fl. Chr. V. Scholia. In Ra-

nis 712. est τῆς ὀργῆς ἀνέντες. In Avibus 383. aliter τῆς ὀργῆς χαλᾷν. Berg.

575. τοῦ πλούτου καταχήνη. In Eccles. 630. καταχήνη τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλή. Berg. καταχήνην. Versus hic ruente metro legitur in primariis ed. δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράψομαι τ. τ. πλ. καταχ. Sic etiam Kusterus, nisi quod τουτὶ dedit. Ant. Fracinus, ut Brunck. adnotat, edidit, δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι, τ. τ. πλ. κατ. Quum hanc lectionem etiam deprehenderit in cd. B. nisi quod artic. fuerit omissus, cd. A. vero obtulerit lect. δεύτερον αὖ ταδὶ γράψομαι, τὴν τοῦ — et superne varia lectio seu emendatio scripta esset δεύτερον αὖ σου τουτὶ, restituit bene Brunckius numeros sic, ut supra in textu dedimus. A poëtæ manu, addit, est γράφομαι: sed quia librarii animo obversabatur v. supra occurrens ἁπλ. μνημ. γράψομαι 'γὼ, hic etiam futurum loco præsentis posuit. Dawesii duriusculæ duæ conjecturæ: δεύτερον αὖ τοῦτο γράφωμαι 'γὼ vel δεύτερον αὖ τουτὶ γράφομαι 'γω — merito reprobantur. —Inverniz. exhibet defenditque more suo, quam deprehendit in cd. suo lect. δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι, τ. τ. οἴκου καταχήνην. Conz.

576. δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι [sic Ph. Junta]. Jamdudum censebam legendum αὖ pro ἄν: postea in Venetis libris conjecturam meam vidi confirmatam. Legerem autem γράψω, non γράψομαι: aut certum est αι diphthongum breviari, quod et alias alii adverterunt. Ceterum καταχήνη risus est et ludibrium, atque adeo contemtus divitiarum. Origo est παρὰ τὸ καταχαίνειν, quod est cum risu inhiare. Fl. Chr. Inepte Toup. Em. in Suid. i. p. 116. δεύτερον αὖ τουτὶ γράψομαι 'γὼ — "Lege δεύτερον αὖ τουτὶ γράψω μοι. Supra 557. τὸ μνημόσυνόν μοι." Bent. δεύτερον. Vide supra v. 535. Berg. Sic legitur hic versus in primariis editt. δεύτερον αὖ ταυτὶ γράψομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην. Et sic etiam Kusterus, nisi quod τουτὶ dedit. Ant. Fracinus vero edidit: δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην. [Sic et Rav. nisi quod οἴκου pro πλούτου.] Hæc est lectio cod. B. nisi quod articulum τοῦ omittit. In A. δεύτερον αὖ ταδὶ γράψομαι, τὴν τοῦ — et superne varia lectio seu emendatio scripta δεύτερον αὖ σου τουτὶ — Inde pronum fuit numeros restituere: δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράφομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην. A poetæ manu est γράφομαι: sed quia librarii animo obversabatur versus 538. ἁπλῶς μνημόσυνα γράψομαι 'γὼ, hic etiam futurum loco præsentis posuit. Sic in Lys. v. 676. διαγράψω ante nos legebatur, ubi ad metri legem reposuimus διαγράφω. Duabus conjecturis hunc locum tentavit Dawesius, quarum neutra scopum ferit: δεύτερον αὖ τοῦτο γράφωμαι 'γώ. Vel δεύτερον αἶ τουτὶ γράφομαι 'γώ. Observes etiam ut ἂν et αὖ a librariis commutentur: cujus rei exemplum enotatum fuit ad Av. 789. 832. Brunck. δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι. δεύτερον αὖ τουτὶ ed. Kuster. δεύτερον αὖ τοῦτο γράφωμαι 'γὼ Dawes. Misc. Crit. p. 274. αὖ τουτί. Cod. Vat. P. Pors.

577. καὶ τ' ἀγαθ' ἅ μοι ὑμνεῖς, πάσης φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν. Reisk. φάσκων τὴν Ἑλλάδος ἀρχήν. Sic uterque cod. et primariæ editt. Ant. Fracinus ex emendatione minime necessaria edidit, φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν. Tertiam lectionem invexit Cratander, φάσκων τῆς Ἑ. ἀρχήν. Brunck. Veram scripturam τῆς (typothetæ, opinor, errore τὴν legitur in Invern. ed.) Ἑλλάδος ἄρχειν agnoscit Scholiastes. Confer Pac. 1081. ed. Inv. Dind. Inverniz. edit. τὴν Ἑλλάδος ἄρχειν. Plaudens sibi addit in notis: "Ita elegantissime lib. noster." (!) Conz.

578. παίδων δοκιμαζομένων. Non poterant ingenuorum filii se gerere pro civibus, nisi adhuc pueruli professi essent nomina, primum apud curiales, deinde apud populares. Ea professio dicebatur δοκιμασία. Prioris professionis annus legitimus erat quindecimus. Quum autem qui præfecti erant isti probationi et δοκιμασίᾳ, non satis certum ætatis argumentum sumere poterant, solebant puerorum pudenda studiose explorare. Addit Scholiastes, ut ad publica munia utiles essent. Ait enim, εἰς τὸ χρησιμεύειν ἐν ταῖς λειτουργίαις. Quo λειτουργίαν pro re divina (ut neoterici volunt theologi), putabunt ad papatum vel presbyteratum adipiscendum testes esse necessarios, scilicet ne quid mutilum deo offeratur. Sane enim hodie neque presbyteri neque papæ creantur, nisi se mares esse ostenderint. Quæ lex maxime est fraudi maritis, et præstaret ipsos, si non propter regnum cœlorum, at propter damnum pudicitiæ κολούρους fieri, neque tam bene vasatos. Huic professioni dicata erat dies Apaturiorum tertia, quæ propterea Κουρεῶτις dicta. Jurabant autem parentes, liberos eos suos esse natos ex sua conjuge cive Attica. Posterioris annus professionis erat decimus octavus, quum pueri in ephebos et viros adscribebantur. Fl. Chr. Erant autem virorum oculi curiosi in talibus spectandis. V. Nubes 960. Berg. Vide Petitum ad Leges Att. p. 227. Epheborum explorationem ab inscriptione apud Curiales non satis distinxit Florens, cujus tamen nota digna est quæ legatur, ob facetum nec

prorsus ineptum cordati viri consilium. Brunck. Vide not. ad scholia. Dind. Annum scilicet decimum octavum agentes pueri in ordinem epheborum referebantur, explorata prius publice maturitate illorum. Post explorationem hanc solemnem Herculi sacra faciebant, cum laurea super capite corona et tonderi sibi curabant capillos, quos Delphos portabant ut donum votivum. Qua re peracta, demum apud Curiales inscriptio, prævia formula juris jurandi, quo cives obstringebantur civitati, subsequebatur. Conz.

579. Οἴαγρος. Diximus antea hunc Œagrum histrionem fuisse et ὑποκριτὴν tragicum. Apparet autem hinc, in magno ipsum fuisse pretio et commendatione, additque ex Niobe, quia personam ille egerat Niobes ex fabula Sophoclis vel Æschyli. Fl. Chr. V. schol. Berg. Non commutandus cum Œagro mythologico, Thraciæ rege, et, ut volunt alii, Orphei patre. V. Hygin. fab. Conz.

580. ἐκ τῆς Νιόβης. In Nubib. 1375. ᾖσ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τινα. Berg.

581. ἐπίχειρα. Sic mercedes vocat. Proprie sic dicuntur quæ lucra procedunt ex operibus manuum, τὰ ἀπὸ τῶν χειρῶν κέρδη. Unde tales operarii non solum ἐργάται, sed etiam χειρώνακτες et ἀποχειροβίωτοι vocantur apud bonos auctores, præsertim Xenophontem. Fl. Chr.

582. ἐν φορβειᾷ. Versus ex Sophocle laudat Dionysius Longinus in libello de alto genere dicendi [c. 3.] in hunc modum: φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖς αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ. quos etiam usurpavit Cicero in epist. ad Atticum l. ii. Sed quod omnes φορβειὰν ligulam exponunt, quæ tibiæ solent inseri, non arbitror hic convenire, quia Scholiastes ait esse pelliculam, quæ ob os tibicinis alligabatur. Lego autem paulo post καταλείπων, non καταλιπών. Fl. Chr. Id est, ἐμπεφορβειωμένος, ut in Avibus 862. ubi etiam de tibicine. Berg. Vid. omnino comment. in Aves v. 857. et seq. vers. alios. Berg. τοῖσι δικασταῖς. Sic vett. editt. recte. In Kusteriana τοῖσιν, quam mendam retinuit novissima. Brunck. φορβειὰ capistra ex corio confecta quibus tibicines ora sibi colligabant, eo fine, teste Scholiasta, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ; Secund. Suidam autem, qui affert φόρβιον et φορβιὰν (Hesychius φορβαία et φορβία, etiam φορβειὰ habet, ex quibus probabiliter forma φορβέα spuria est, cf. Lex. p. 1510.) ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος. Undecunque hoc sumserit lexicographus, minus aptum est. Conz.

583. καταλείπων. Sic legendum esse metri lex arguit, et sic scriptum est in A. Vulgo καταλιπών. Brunck. καταλιπών. Hæc vulgata est, quam mutavit præter necessit. Brunckius in καταλείπων. Retinuimus illam. Et codex Ravennas sic legit. — De filia ἐπίκληρος parentis fratrisque experti puella, v. Köpke in libro jam citato p. 499. Conz. καταλείπων recte Fl. Christian. pro καταλιπὼν, quod habent edd. Ald. Kuster. Pors. ἐπίκληρον. Ad quam rediit omnis hereditas. Berg. Nomine κλήρου omnia bona, quæ cernere potest heres, comprehenduntur, sive ἔγγεια, sive ἔπιπλα. Hinc ἐπίκληροι dicuntur, ad quos devenit hereditas, quia κλήρῳ, id est sorte, bona erciscebantur. Sed κατ' ἐξοχὴν pupilla virgo, quæ sola erat, vocabatur ἐπίκληρος: quanquam invenio ad nuptas etiam et ad pauperes virgines hanc vocem usurpatam. Hesychius ἐνούσιον vocat et πατροῦχον, et vivente etiam patre sic dici testantur grammatici, quia bona patris ad eam pertinebant. Ubi enim filia legitima, paternam hereditatem nothi non cernebant. Scholiastes Græcus ἐπίκληρον etiam vocatam dicit ἐπιπταματίδα, quod verbi quid sit, nondum perquirenti mihi et indaganti compertum esse potuit; neque Rhodiginum capio, qui Mandam videtur vocare. Aliquando conjicere libuit, num esset ἐπιπλαμματὶς, id est τὰ ἔπιπλα ματεύουσα. Sed mihi non satisfacit conjectura. Sane ἐπίκληρος id est quod vernaculi lingua Galli dicimus *une heritière*. Apud Maronem Lavinia virgo dotalis dicta id videtur esse, quia illi patris bona pro dote cedunt: etsi scio apud Græcos ἐπίπροικον aliam esse, puellam nempe, quæ fratres habens hereditatis partem pro dote assecuta est. Quia autem controversia erat cui nuptum esset danda pupilla ἐπίκληρος, propterea vocata etiam est ἐπίδικος. Nam bona ea, de quibus aliquis contendebat ut ad se pertinentibus propter generis proximitatem, quum mortuus nec filios haberet, nec heredes testamento reliquisset, dicebantur ἐπίδικα: unde ἐπιδικάζεσθαι litem de hereditate intendere, cujus actionis partes sunt ἀμφισβήτησις et παρακαταβολή. Sed hæc omnia diligenter et accurate tractavit vir maximus ingenio et doctrina Car. Sigonius lib. iii. de Rep. Atheniensium, ex Græcis oratoribus præcipue sumpta et post maximum Budæum recensita et recocta. Fl. Chr. Vide not. ad schol. Dind.

584. κλαίειν μακρὰ τὴν κεφαλήν. Dictum fortassis ut illud, *o multa fleturum caput!* Sed quia testamentum res est inanimata, fortassis sic vocat τὴν κεφαλίδα

τοῦ βιβλίου, ut de prima cera et capite testamenti, quæ isti insuper habent, hæc intelligantur, nisi Hesychium audimus, qui κεφαλὴν (nisi codices mendosi) ait esse τὸ σύνηθες et τὸ ὄνομα : ut hic nomina innuat tabulis testamenti contenta. Fl. Chr. In Pluto 612. ἐᾶν κλαίειν μακρὰ τὴν κεφαλήν. Omittitur etiam vox κεφαλὴν ut in Thesmoph. 218. τοῦτον μὲν μακρὰ κλαίειν κέλευε. Dicitur etiam μακρὰν, ut in Ecclesiaz. 426. δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν, ἢ κλαίειν μακράν. Est autem κλαίειν εἰπόντες τῇ κόγχῃ idem quod ἀνακογχυλιάσαντες τὴν διαθήκην, ut infra loquitur v. 589. Berg. V. Horat. i. Sat. x. 91. et ii. v. 6. Conz.

585. τῇ κόγχῃ. Sigillis conchas vel conchylia pro involucro imponebant, ut tutius asservarentur, neu typi et characteres delerentur. Propterea statim ait, ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων, quasi sit conchylium aperiens. Etsi interpres Græcus videtur accepisse pro ἀνακωλύων, ubi notanda brevis syllaba χυ, alias semper, quod sciam, producta. Fl. Chr. V. Scholia. Berg.

586. ἔδομεν ταύτην. Elocamus, inquit, virginem potiora nobis dona adferenti. Hinc nota vox illa apud Ciceronem de Verre prætore : *pupillos et pupillas certissimam esse prædam prætoribus.* Fl. Chr.

587. καὶ ταῦτ' ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν. Vide Hudtwalckeri librum de diætetis p. 32. Dind. ἀνυπεύθυνοι — nulli obnoxii reddendæ rationi. Conz. τῶν δ' ἄλλων οὐδενὶ ἀρκεῖ, *reliquorum hoc nemini bene cedit*, aut *licet*. Reisk.

588. τουτὶ γάρ τοι σεμνὸν τούτων. Nempe τὸ τὰ τῶν παίδων αἰδοῖα θεᾶσθαι, quod dicebat v. 576. Loquitur autem ironice. Berg. Fo. σεμνὸν ἁπάντων. Bent. τουτὶ (propterea) γάρ τοι σε μόνον, *ergo te solum beatum prædico* (et pæne invideo tibi) *ob ea quæ* —. Reisk. τουτὶ γάρ τοι σεμνὸν τούτων, ὧν εἴρηκας, μακαρίζω. Non procedit constructio. Lege σε μόνον. Pors.

589. ἀνακογχυλιάζων. Utitur verbo ἀνασπᾶν in eadem re in Lysistr. 1200. καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς τύπους ἀνασπάσαι. Alias ἀνακογχυλιάσασθαι est ἀναγαργαρίσασθαι. Vide Pollucem vi. 25. et Athenæum v. p. 187. Berg. Suidas: ἀνακογχυλιάσαι, ἀναγαργαρίσασθαι. Pollux vi. 25. ὃ μέντοι ἀναγαργαρίσασθαι νῦν λέγουσιν, ἀνακογχυλιάσασθαι ἔλεγον, τὸ ἀνακλύσασθαι τὴν φάρυγγα. Πλάτων δὲ ὁ κωμικός· ἀνακογχυλιαστὸν ἐχθοδοπόν τι σκευάσω. Hic autem facete Comicus ad alium sensum detorquet hoc verbum, nempe ad id quod supra dixerat, τῇ κόγχῃ, respiciens, ἀνακογχυλιάζειν adhibet pro ἀνασπᾶν τὴν κόγχην. Sigilla autem, ut conservarentur, conchyliis muniebant. Brunck.

590. ἡ βουλὴ χὠ δῆμος. Sic Latini *senatus populusque Romanus*; ut βουλὴ sit τὸ πρῶτον τάξει καὶ τιμῇ : at multiceps illa bestia secundum habeat locum, sit tamen τὸ κύριον καὶ ἄρχον. Etiam apud Thucydidem hic ordo observatur. Fl. Chr. Conf. Schœmann. de comitiis Athen. p. 156. Dind.

592. Εὔαθλος. Fuit hic Euathlus rhetor improbus sycophanta, qui a comicis frequens sugillatur, præsertim a Platone in Pisandro et a Cratino in Threissis vel potius Cressis, rursusque ab Aristophane in Acharn. 710. et in fabula Ὁλκάσι, ex qua sunt hi duo versus trochaici, quos integros et emendatos adferam: ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης συνήγορος, | ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ἡμῖν τοῖς νέοις. ubi Euathlus non solum scelestus, sed et ignobilis censetur, quia τοξότης et ibi in Acharnensibus inducitur. Fuisse enim τοξότας inter viles et εὐτελεῖς velutque servos, videre est etiam in Lysistrata et ex Ajace Sophoclis, ubi Teucer ab adversario τοξότης in opprobrium appellatur et βάναυσον τέχνην κεκτημένος. Emendandus obiter Suidas in hac voce, ubi habes, ῥήτωρ πονηρός· ἄριστος Ὁλκάσι : legendum enim Ἀριστοφάνης Ὁλκάσι. Etiam hunc Euathlum ob εὐρυπρωκτίαν et λαλιὰν traducebant, ut in Acharnensibus glossographus scripsit. Quem autem vocat Colaconymum, is est Cleonymus, quem non semel ῥιψασπίδα vocat, et præterea blandum assentatorem hic innuit. Legendum autem cum sibilo in fine ἀσπιδαποβλής. [Scilicet s in fine omisit Ph. Juntæ typotheta.] Fl. Chr. κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής. His Cleonymum innuit. Brunck. Pro Κλεώνυμος et κόλαξ et ῥίψασπις. In Nub. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. Berg. V. Schol. Carpitur scilicet iste ut assentator populi, et alias homo nullius frugis, et sæpe occurrit ut in nostra fabula v. 19. 822. ita in N. 353. 400. 673. O. 289. 1475. I. 958. 1293. 1372. A. 88. 844. Ei. 446. 673. 1295.— ἀσπιδαποβλὴς = ῥίψασπις N. 353. et Ei. 1186. Conz.

593. οὐχὶ προδώσειν ὑμᾶς φασί. Infra v. 666. Berg. φασίν. Perperam vulgo φασί. Brunck. οὐχὶ προδώσειν — μαχεῖσθαι. Secundum formulas oratorum Græcorum — ὑπὲρ ὑμῶν ἀγωνίζομαι καὶ οὐχὶ προδώσω τὴν πόλιν — quibus captare ipsis solemne erat et circumducere vanam Atheniens. plebeculam. cf. infra v. 663. et 696. Conz.

594. Κἂν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδ. legit Bent. F.

595. πρώτιστα μίαν δικάσαντας. V.

Equit. 50. Berg. δικάσαντας, tanquam si præcessisset δικαστάς. Brunck.

596. κεκραξιδάμας. De eodem Cleone in Equit. 36. ἅρπαξ, κεκράκτης. Berg. Clamando omnia domans. Conz. μόνους. [Sic Ph. Junta.] Puto legendum μόνον et fortassis esse μονονούκ. Fl. Chr. μόνον ἡμᾶς. Sic legendum. In binis codd. μόνους ἡμᾶς eadem sententia, sed metro repugnante. Pessimo sensu, si modo aliquis est, vulgo μόνος. Brunck.

597. τὰς μυίας ἀπαμύνει. De eodem Cleone in Equit. 60. Berg. φυλάττει — observat — studiose curat — ἀπαμύν. τ. μ. cf. Equ. 1037. Conz.

598. οὐ πώποτ' ἔδρασας. Elegans Atticismus ἔδρασας τὸν πατέρα, quem Lucianus in primo dialogo deorum imitatus est, quum ait illic Prometheus ad Jovem, οἷα καὶ ἔδρασας τὸν Κρόνον. Fl. Chr.

599. Θέωρος. Tanquam adulatorem notat hunc et supra v. 45. ubi de eo dicitur, κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Berg. Ravennatis libri καί που 'στὶν ducit ad veram scripturam καί τοὐστὶν, quod animadverterunt Elmsleius ad Acharn. p. 166. et Reisig. in syntagmate critico p. 27. Dind. Εὐφημίου οὐδὲν ἐλάττων. Iste etiam adulator fuit. Berg. Theorum comparat Euphemio, qui rhetor fuit habitus inter maximos assentatores, eumque adeo judicibus obnoxium fuisse ait, ut eorum baxeas non pigeret detergere. Hoc enim est τὰ ἐμβάδια περικωνεῖν, sumta metaphora a vasibus picatis. Nam κωνεῖν est πισσοκοπεῖν, puto ἀπὸ τοῦ κονιάματος, quasi *incrustare:* nam pice dolia incrustabant. Hinc πισσοκόνιτος μόρος mors est, qua moriuntur qui pice obliti cremantur, ut Æschylus in Cressis dixit, et post illum Cratinus Æschylei characteris æmulus. Hinc et πισσοκονία Herodoto, quam alii πισιδίαν vocant, quum pice linuntur pecudum tonsillæ. Fortassis autem a pice ipsum vas Græci dixerunt πίθον, quem Lacones πίσος vocant. Fl. Chr.

600. ἔχων. F. ἑλών. Reisk. τὸν σπόγγον. Magis Atticum esset τὸν σφόγγον. — περικωνεῖν, *oblinere.* Etymol. M. κωνῆσαι, κυρίως τὸ κέραμον πισσῶσαι. Notam integram vide in Tagenistis xxvi. Hinc adstruitur forma κωνέω. Brunck. Conf. Barkerum in Classical Journal xxiv. p. 404. sive ad Etymol. M. t. ii. p. 1104. 1111. Dind.

602. Scribe cum Bentleio καὶ ὑπηρεσίαν. Dind.

604. πρωκτὸς λουτροῦ περιγενόμενος. [Sic Ph. Junta.] Legendum propter versum περιγινόμενος. Est autem proverbium, quod Erasmus sic vertit: *podex lutionem vincit;* et ex Scholiasta Græco convenire facit in eos qui suo ipsorum damno vincunt; tum in eos qui semper inquinantur et inviti lavantur. Malim ego sic vertere: *podex latrinam superat.* Quid enim aliud latrina quam lavatrina, et lavatrina quid nisi λουτρόν? Et sane credibile est de iis, qui alvo sunt soluta et qui foria (quæ stercora sunt liquida, sic Callimachus φορυτὸν dixit) sæpius quam conveniat naturali εὐεξίᾳ emittunt, quosque apud Nonium *foriolos* dici videmus. Antiqui munditiarum talium eligentiores fuerunt quam hodie sumus, qui satis elegantes et mundi extra videri volumus, interne porci et si quid immundius. Propterea balneo identidem utebantur etiam post opus adsellatum (sic placet Latine dicere ἐργασίαν γαστρικήν) spongiamque adhibebant; unde Seneca in epistola 70. de Germano, qui in ludo bestiariorum secesserat ad exonerandum corpus, dixit, *ibi lignum id, quod ad emundanda obscœna adhærente spongia positum est, totum in gulam farsit* etc. In Irena (ubi enim balneum deest, aliud auxilium petendum) tres habes lapides asperos vel quatuor læves. At in Divite fabula tersionem podicis ex alliis facit. Ait enim, οὐ λίθοις, ἀλλὰ σκορόδοις ἀποψώμεθα, mutationem innuens pauperis vitæ in beatam. Fl. Chr. Post περιγιγνόμενος commate distingui debuit. Ordo est: παύσει ποτὲ τῆς ἀρχῆς, pro παύσει λέγων περὶ τῆς ἀρχῆς. Brunck. περιγινόμενος Fl. Chr. et ita ed. Kuster. Pors.

605. ὃ δέ γ' ἥδιστον. Malim ὃ δ' ἔθ' ἧδ. Pors.

606. κἄπειθ' ἥκονθ' [sic Ald.] ἅμα πάντες ἀσπάζωνται. Sic perbene A. ἀσπάζωνται in subjunctivo [quod reponendum esse monuerunt Berg. et Reisk. Dind.] prorsus requirit constructionis lex, quandoquidem pendet ab ὅταν. Male vulgo ἀσπάζονται. B. vett. omnium editt. lectionem habet, κἄπειθ' εἰσήκονθ'. Quod Kusterus dedit κᾆτ' εἰσήκονθ' ab emendatore est et Florenti debetur. Quid autem hic sibi voluerit, miror. 'Ut versus constet ἔμμετρος, lege ἥκονθ' simpliciter, non εἰσήκονθ' ἅμα. Sed quid tergiversor? Legendum affirmo ἥκοντά με πάντες, sive κᾆτ' εἰσήκοντα, sive κἄπειθ' ἥκοντα, sive κἄπειτ' εἰσήκοντα, delendo articulum τὸν ante μισθόν.' Si paulo acutius vidisset, non dubitasset quin κἄπειθ' ἥκοντα sincerum esset. εἰσήκοντα ex librarii libidine est. Sic solet istud genus hominum composita verba in simplicia mutare, et simplicia in composita, ut alibi nobis observatum fuit. Bonæ lectionis indicium servat asperata litera in quam vox κἄπειθ' desinit, quæque ibi non esset, nisi ἥκονθ' sub-

jectum fuisset. Sed quisnam versus exstiturus esset, si tertia admitteretur Florentis conjectura? *ὅταν οἴκαδ' ἴω μισθὸν ἔχων, κᾆπειτ' εἰσήκοντά με πάντες.* Ignorabat ergo commatum legem in tetrametris anapæsticis? nam in illo versu cæsura est post quartum pedem. Tum articulum *τὸν* hic requirit linguæ indoles, siquidem de mercede determinata, nempe *τῷ τριωβόλῳ*, sermo est. Denique minime omnium necesse est pronomen *με* inserere, quod subauditum ex ipsa sententia, quæ perspicua est, facile suppletur. BRUNCK. *κᾄπειθ' εἰσήκονθ'. κᾆθ' εἰσήκονθ'* vel *κᾄπειθ' ἤκονθ'* Fl. Christian. *κᾆτ'* ed. Kuster. recte. PORS.

607. *ἡ θυγάτηρ με ἀπονίζῃ.* Hæc officia feminis mandata erant antiquitus: præcipue vero parentes senes filiæ sic curabant et colebant, ut lotos pedes ungere solerent. Unde illud veteris poetæ, ***bona femina lavit et unxit.*** Hunc adeo morem priscum fuisse et laudatum, vel satis apparet ex femina peccatrice, quæ domini servatoris Jesu pedes unxit pretioso et caro unguento. Sane apud Homerum propterea dici *λιπαροὺς πόδας*, existimavit Euphronius. FL. CHR. *ἀσπάζωνται.* PORS.

609. *παππάζουσα.* Id est *πάππαν με καλοῦσα*, ut loquitur in Pace 119. BERG. *παππίζουσ'* Suidas in *ἐκκαλαμᾶται*. BENT. *τριώβολον ἐκκαλαμᾶται.* [Sic cod. Rav. et Phil. Junta. DIND.] Lego *τὸ τριώβολον*, ut expleantur numeri. Verbum autem *ἐκκαλαμᾶσθαι* dixit translatum ab iis, qui calamo vel arundine pisces extrahunt in littus. FL. CHR. Triobolum illum, quem acceperam mercedem judiciariam, elicit mihi ex ore lingua sua, ut piscatores calamo extrahunt piscem. Solebant autem in ore gestare pecuniam; infra v. 791. ubi vide notam. BERG. *τὸ τριώβολον* ed. Kuster. ex conjectura Fl. Christiani. Articulus *τὸ* etiam restituendus Hermippo in *Θεοῖς* apud Schol. infra 674. *τὸ κήθιον. παππίζουσ'* Suid. ed. et Ms. *ἐκκαλαμᾶται. με* in Suid. om. Ms. et ed. Med. PORS. De more hoc, in ore portandi pecuniam, cf. Aves v. 502—3. et infra in fabula nostra v. 808. CONZ.

610. *φυστὴν μᾶζαν.* Non multum *subactam.* Vide Casaub. ad Athen. iii. c. 29. BERG. Testatur Athenæus lib. iii. Dipnosoph. apud Athenienses esse mazam vel turundam (quanquam turunda a terendo) quæ trita non esset, et Hesychius vocat *μᾶζαν ἄτριπτον*. Puta fuisse fermentatam. Scholiastes Græcus ex farina et vino conflatam scribit. *φυστὴ* autem *ὀξυτόνως* scribendum auctore Herodiano, et sic dicta quasi inflata. Apud Suidam male coaluerunt duæ voces, *φυστημάζα*: distingue, *φύστη, μᾶζα* etc. Hunc enim locum laudat, sed *ἐπιθωπεῦσαν* legit, non autem *ὑποθωπ.* Quin et pentametrum vetus adfert: *φυστῇ ἐνιγρώνῃ μασσωμένη παλάμαις.* ubi primum emendo *μασσαμένη* (est enim *μάσσαι, φυρᾶσαι*, unde *μᾶζα*), deinde legerim *φυστὴν ἐν γρώνῃ* etc. FL. CHR. *ἐπιθωπεῦσαν* Suid. ed. Ms. *φύστη.* ubi *προσενέγκοι* ed. Med. PORS.

611. *φάγε τουτὶ, ἔντραγε τουτί.* In Equit. 51. *ἔνθου, ῥόφησον, ἔντραγε.* BERG.

612. Lego *ἐγὼ γὰρ γάνυμαι*: vel cum duplici *ν γάννυμαι*, secunda syllaba producta; ut inde Latinum *gannire* ortum videatur. Mox etiam lego *ὁππότ' ἄριστον*, ut *π* sit geminatum. Hoc enim poscit versus ratio metrica. FL. CHR. *τούτοισιν ἐγὼ γάνυμαι.* [Sic Bent.] Perperam vulgo, versu ruente, *τοῖσιν ἐγώ.* Mendose in codd. *γάννυμαι.* Futiles sunt Florentis ad hunc versum prolatæ conjecturæ. BRUNCK. *καὶ μή με δεήσει.* Male vulgo *δεήσῃ*. BRUNCK. Legendum *κεἰ μή με δεήσει*, et mox *ἀλλ' ἦν*, cum plena distinctione post *τονθορύσας*. ELMSL. v. Eq. 51. CONZ. *τοῖσιν.* L. *τοιοῖσιν.* PORS.

614. *τονθορύσας.* In Ranis 759. *τονθορύζων ἡνίκ' ἂν πληγὰς λαβὼν πολλὰς ἀπῇς θύραζε.* BERG. In *μὴ* subintelligendum *δέει. metu, ne protinus sibi altera maza paranda sit.* REISK.

615. Loquitur *Ὁμηρικῶς*, Il. M, 57. *πυκνοὺς καὶ μεγάλους, δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν.* Conf. Valcken. ad Callimachi fragm. p. 291. DIND. *πρόβλημα κακ.* præsidium s. propugnaculum malorum *σκευ. βελέων ἀλεωρήν.* munimentum telis arcendis. CONZ. Hinc firmari lectionem scholiastæ Townleio-Burneiani Iliad. Π. 134. *ποικίλον, ἀστερόεντα, κακῶν βελέων ἀλεωρὴν*, Kiddio monente, agnovit Porsonus. Vide illum ad Dawes. p. 83. DOBR.

616. *κἂν οἶνόν μοι μὴν 'κχῇς.* [Sic Ph. Junta.] Lege *μὴ 'κχῇς*, pro *μὴ ἐκχῇς*, vel potius *μὴ 'γχῇς* pro *μὴ ἐγχῇς*, et distingue post *πιεῖν*. Ludit autem in vocibus *οἶνος* et *ὄνος*. Est autem hic *ὄνος* vasis species facta fortassis in figuram aselli; neque aliam ob rem aurita pocula dicta puto dyotam, *ἀμφῶες*, et similia. Lege autem *τὸν ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι.* [Scilicet Ph. Junta *τόνδε* sine elisione habet. DIND.] FL. CHR. *μὴ 'γχῇς.* Ab *ἐγχέω.* Sic recte A. Mendose vulgo *μὴ 'κχῇς.* BRUNCK. Reisigii i. p. 44. sententia [*δεῖ* pro *δέῃ* dici] si vera est, haud dubie legendum, *κἂν οἶνόν μοι μὴ 'γχεῖς σὺ πιεῖν, τὸν ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι | οἴνου μεστόν.* Sed hæc monosyllaba subjunctivi forma idonea auctoritate caret, altera disyllaba passim occurrit. ELMSL. *ὄνος* et *δῖνος*

nomina sunt poculorum. In prioris ambiguitate ludit Comicus, *poculo* tribuens, quæ sunt *asini*, ut βρωμήσασθαι et καταπαρδεῖν. — στράτιον. Hesych. πολεμικὸν, ἢ φοβερόν. Photius: τὸ μέγα καὶ σοβαρόν. Brunck. ὄνου. Scholia: εἶδος ἀγγείου· ἴσως διὰ τὸ διάπλασμα ἔχειν ὄνου μορφήν. Aut quia fremitum quendam excitaret infuso liquore. Berg. V. Nub. 1473. Conz.

617. οὗτος δὲ κεχηνώς. Scholia: ὁ ὄνος. ἔπαιξε δὲ πρὸς τὸ ζῶον. Berg. Tanquam de animali asino loquitur. Nam βρωμᾶσθαι proprie asinus dicitur esuriens et rudens. Unde apud Nicandrum λέπαργος βρωμήεις vocatur. Est autem δῖνος vas fictile sine basi et inferne rotundum. Fl. Chr.

618. δίνου. Poculi genus. Vide ad Nub. 1476. Berg. καὶ στράτιον κατέπαρδεν. Pro ἐψόφησεν: sed quasi de quadrupede asino dixit *pedere*, quod solent calcitrones aselli. στράτιον autem, quod ad plures militantes satis sit. Utebantur enim in exercitu calicibus. Fl. Chr.

619. Concludit Philocleo magnum se gerere principatum nec minorem Jovis regno. Sunt autem hic duodecim anapæstici versus dimetri omnes et acatalectici præter coronidem. Legerem tamen πᾶς τις φήσει, non φησί. Deinde ταῦθ' ἅπερ ὁ Ζεὺς, ut videtur voluisse Scholiastes. Fl. Chr. Scilicet Phil. Junta et cod. Rav. ὥσπερ habent. Recte reliqui libri ἅπερ. Dind.

620. Ut unum versiculum legit hosce duos Invernizius, omittens ante Διὸς gen. artic. τοῦ. Qui cum non bene abesse videatur posse, deinde quum poscat metri nunc excurrentis, ut fere sub finem orationis, in minores versiculos anapæsticos ratio, secuti sumus vulgatam, etiam a Brunckio servatam lectionem. Conz. Dele τῆς cum Rav. Pors.

621. Inverniz. ex cd. Ravennate legit ὥσπερ, quod neque Atticam sapit dictionem, neque metro satis hic congruum videtur. Conz. Deinde non ea audit Philocleon quæ Jupiter, si retineatur vulgata 621-4. Lege πᾶς τίς φησιν τῶν παριόντων Τὸ δικαστήριον, οἷον βροντᾷς, Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. Pors. ὅστις ἀκούω ταῦθ' ὥσπερ ὁ Ζεύς; ἅπερ ed. Kuster. Ald. Pors.

625. κἂν ἀστράψω, ποππύζουσι κἀγκεχόδασιν. Illud ποππύζουσι non possim melius interpretari quam si dicam cum veteri poeta, *gannitu vocis adulant*. Virgilius in Georgicis circumlocutus est de equo, *blandis gaudere magistri laudibus*. Sunt enim poppysmata. Apud Theocritum [v. 7.] est exiliter sonare inflante bucca et quasi strepere, ut et ποππυλιάζειν. Martialis poppysmata traduxit ad γυναικεῖον αἰδοῖον oris æmulum, quod contractum sonum edit. Sed ex hoc fumo dare lucem mihi cautio est. At ἐγκεχόδασι, quod addit, ab ἐγχέζω est præteritum, scilicet medium, ut vocant. Hoc proprie est *percacare*, quod ex metu sæpe contingit. Fl. Chr. Plinius l. xxviii. c. 2. 'fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est.' Berg. Legit vers. Inverniz. ita digestos: ὦ Ζεῦ βασιλεῦ — | κἂν ἀστράψω, ποππύζουσιν, | κἀγκεχόδασίν μ' οἱ πλουτοῦντες | καὶ πάνυ σεμνοί. numero minus bene decurrente. Conz.

629. Post verbum δέδοικας idem Invern. nimis superstitiose habens suum codicem, inserit personam Bdelycleonis, ita ut verba ἐγὼ δ' ἀπολοίμην — δέδοικα — huic tribuat. Quod ait in notis p. 359. ridiculum esse, senem sibi ipsum respondere his verbis, si nimirum verba, ut vulgo, dentur orationi Philocleonis, ipsum, pace dixerim viri, ridiculum videtur. Nullo enim modo sic sibi ipse respondet. Ubi enim est quæstio in antecedentibus, quæ poscat responsionem? Quodsi intelligat auctor quæstionem superiorem, revera autem exclamationem potius — ἆρ' οὖν μεγάλην — quænam huc esset responsio? — Bdelycleonem usque ad v. 643. ne verbulum quidem dicere, itaque personam distributionem vulgatam, quam Brunckius sequitur et nos tuemur, unice veram esse, cogitur ex sermone Philocleonis v. 643. — ὥσθ οὗτος ἤδη σκορδινᾶται, κἄστιν οὐκ ἐν αὑτῷ — Quomodo hæc dicere potuisset, si supra sic respondisset Bdelycleon? Conz.

631. In Thesmoph. 440. οὐ πώποτε ταύτης ἤκουσα πολυπλοκωτέρας γυναικὸς, οὐδὲ δεινότερον λεγούσης. Berg. καθαρῶς significat hic aperte, ut sæpius καθαρὸς usurpatur cf. Plat. Polit. vii. c. 5. ἐν τῷ καθαρῷ (in aperto) Phædr. c. 16. ἐν ἡλίῳ καθαρῷ, v. et Astii animadv. ad Polit. p. 561. 644. Conz.

631-47. (ἀντ.) ΧΟ. οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς | οὐδενὸς ἠκούσαμεν, οὐ-|δὲ ξυνετῶς λέγοντος. | ΦΙ. οὐκ, ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω ῥᾳδίως τρυγήσειν, | καλῶς γὰρ ᾔδειν, ὡς ἐγὼ ταύτῃ κράτιστός εἰμι. (5) | ΧΟ. ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν, | κοὐδὲν παρῆλθεν, ὥστ' ἔγωγ' | ηὐξανόμην ἀκούων, | κἂν μακάρων δικάζειν | αὐτὸς ἔδοξα νήσοις, (10) | ἡδόμενος λέγοντι. | ΦΙ. ὥσθ' οὗτος ἤδη σκορδινᾶται, κἄστιν οὐκ ἐν αὑτοῦ. | ἦ μὴν ἐγώ σε τήμερον σκύτη βλέπειν ποιήσω. | ΧΟ. δεῖ δέ σε παντοίας πλέκειν | εἰς ἀπόφευξιν παλάμας. (15) | τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶ-|ναι χαλεπὸν [νεανίᾳ] | μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι. Ita ordinanda ista monebat Porsonus. Strophen vide supra 526. v. 4.

οὕτω olim descripsi, ut Ald. Junt. 1. 2. Vide Porsonum hic et in Advss. p. 229. 6. ὡς δὲ πάντ' ἐπελήλυθεν Ald. 12. κὰ. ο. ε. α. Quatuor verba nescio quomodo dictarit Porsonus. Nunc ex edd. et Mss. supplevi. αὑτῷ Invern. ex Rav. ut videtur. 13. βλ. σκ. ποιήσω Ald. 17. νεανίᾳ supplet Porsonus. Pors.

634. ἐρήμας. Proverbium est, οὐκ ἐρήμας τρυγήσεις, cadens in eos qui sine metu aliquid designant, neque metuunt prohibitorem. Ductum autem ab iis qui incuriose vites custodiunt. Nam ἐρήμας ἀμπέλους intelligendum vineas desertas a custode. Vir magni et indefessi ingenii Erasmus non satis digne sensum hujus adagii extricavit, meritoque censuram doctissimi et diligentissimi H. Stephani incurrit: sed recte tamen proverbium hoc notavit illi esse affine: γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος, *custode moto dulcis est autumnitas:* quam sententiam sunt qui ad obscœna traducant, et nos monuimus ad Lysistratam hujus Comici. Fl. Chr. Putabat me causam meam deserturum. Est autem proverbium in Ecclesiaz. 883. ᾤου δ' ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθάδε ἐμοῦ, τρυγήσειν; Berg. ᾤεθ' οὗτος. Si bene Dawes. Misc. crit. p. 231. Brunck. Legebatur οὕτω. Dind. οὕτω ῥᾳδίως citat Marklandus ad Euripid. Suppl. 159. L. cum Dawesio οὗτος ῥᾳδίως, ut Menander Clyp. apud Stob. Florileg. 49. εἰ πάντας ὑπονοοῦσιν οὗτοι ῥᾳδίως. Ubi vulgo male legitur οὕτω. Euripides Cyclop. 558. ἀπολεῖς. δὸς, οὗτος. Ita optime Tyrwhittus pro vulgato οὕτω. Vide Adverss. p. 229. Pors.

635. ᾔδειν est tertia persona singularis, ut supra 558. Brunck. ταύτῃ κράτιστός εἰμι. Hac, inquit, parte potens sum, aut, hanc sententiam semper valere puto: nempe melius esse judicia exercere, quam domi sedere et quiescere. Interpres Græcus hic contrarium pronunciat. Ait enim: ταύτῃ τῇ γνώμῃ κράτιστός εἰμι, ὅτι τοῦ δικάζειν βέλτιόν ἐστι τὸ ἔνδον καθέζεσθαι. Sed opinor articulos τοῦ et τὸ locum mutare debere. Alii subaudiunt χειρὶ in ταύτῃ, et translatum putant a pugilibus, qui alteram manum habent valentiorem. Fl. Chr. Fl. Christiani ᾔδειν quasi primæ esset personæ vertentis errorem notavit Dawesius Misc. Crit. p. 233. Addere potuisset, in eodem errore versatum esse T. Fabrum ad Eccl. 646. confer Schol. ad Pac. 1182. ubi exemplum desumptum est ex Plut. 696. Pors.

636. Recte Porsonus apud Gaisfordium ad Hephæstion. p. 292. scripsit, ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν. Dind. V. Thesmoph. 443. Berg.

639. κᾀν Μακάρων δικάζειν — νήσοις de judicibus insularum beatarum cf. Pindar. Olymp. 2. De insulis ipsis Brunck. Anal. I. p. 155. in carmine Callistrati νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ (Ἁρμόδιε) φασὶν εἶναι, ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεὺς κ. τ. λ. Plat. Pol. vii. c. 4. Gataker ad M. Anton. x. 558. p. 295. et Heynii Opusc. Academ. t. i. p. 395. sqq. Conz.

640. Quæ in fine hujus strophæ post νήσοις leguntur ἡδόμενος λέγοντι glossatoris sunt, ut quæ idem, sed languidius, dicant quod præcedentia, et sui simile nihil inveniant in antistropha. Hanc quidem, levissimis mutationibus, ita digerebam: Δεῖ δὲ παντοίας σε πλέκειν | Εἰς ἀπόφευξιν παλάμας· | Τὴν γὰρ ἐμὴν πεπάναι | Τὴν ὀργὴν χαλεπόν τι | Μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι. Ita Xenophontis etiam Memorab. Socrat. iii. 6. 10. verbis ὁπόσαι τε φυλακαὶ ἐπίκαιροί εἰσι καὶ ὁπόσαι μὴ hæc adscripta: Καὶ ὁπόσοι τε φρουροὶ ἱκανοί εἰσι καὶ ὁπόσοι μή εἰσι, quæ tum signo ταυτολεξίας deprehenduntur esse addititia, tum eo quod nihil iis respondet in sequentibus. Hotib.

642. σκορδινᾶται. Hoc verbi deductum putant ab alliorum repletione et arbitrantur ex eorum acrimonia convelli membra et extendi. Latine hoc dicitur *pandiculari*, quia talis convulsio pandum faciat corpus; sed quum sine esu alliorum membrorum illa extensio contingat etiam iis, qui a somno excitantur; non putem veram esse hanc vocis originationem. [Vide interpretes ad Acharn. p. 36. Dind.] Erotianus vocum Hippocraticarum antiquus et diligens enarrator ait esse qui hunc morbum κορδίνημα potius vocent, quam σκορδίνημα, quos errare putat eruditissimus Gorræus in medicis definitionibus. Ego vero quamvis non dubitem lubricam esse aleam in veriloquiorum et etymorum investigatione, existimo tamen κορδίνημα non spernendum, et deductum quasi καρηδίνημα vel κοροδίνημα (sive a pupulis sive a satietate); præsertim quum idem Erotianus dicat σκορδινᾶσθαι esse καρηβαρέειν et hunc nostrum Comicum laudet. Tamen Galenus in Lexidio earundem vocum agnoscit σκορδίνημα vel σκορδινισμὸν, pro extensione membrorum cum oscitatione, quæ hic locum habet. Ait enim illum jam oscitare et protendi sensibus ereptis (sic enim ἀθυμίαν, quod ait Scholiastes, interpretor, quam in Acharnensibus vocat ἀλογίαν, quæ vox reponenda in Suidæ codicibus, ubi male ait gigni hunc morbum ἐξ ἀναλογίας) et quasi e somno surrecturus. Propterea hic sequitur κᾆστιν οὐκ ἐν αὑτῷ: sic enim lego, vel οὐκέθ' αὑτοῦ. Fl. Chr. [Lege ἑαυτοῦ vel οὐκέθ' αὑτοῦ.

Bent.] Sic etiam in Ran. 954. de eo qui videbatur convictus, et non habere quod respondeat, *τί σκορδινᾷ καὶ δυσφορεῖς*; deinde alter, qui videbatur eum confutasse, *ὅτ' αὐτὸν ἐλέγχω*. Berg. *κᾄστιν οὐκ ἐν αὐτοῦ*. Sic etiam bini codices. Florenti auscultandum non est ista mutanti. Brunck. V. Hermann. ad Viger. p. 858. Dind. *οὐκέθ' αὑτοῦ* vel *οὐκ ἐν αὐτῷ* Fl. Christian. Utravis emendatio proba. Vide Sophocl. Œd. Col. 653. Philoct. 973. Pors.

643. *βλέπειν σκύτη*. Proverbium est, quod expetit in meticulosos, qui flagra et lora et scuticas semper præ oculis habent, cujus meminit Eupolis in Aureo Seculo: *ἀτεχνῶς — βλέπει*. *Vere ergo lora respicit, quod inquiunt.* Erasmus in adagiis non videtur vidisse mentem Aristophanis, neque sensum proverbii, quum vertit *σκύτη tergora*. Nam de coriis et nervis bubulis intelligendum. Unde Plautus servorum et verberonum genus ferratile dixit, quod mortui incursant boves. Itaque merito Desiderius castigatus est ab H. Stephano. Fl. Chr. *Terrefaciam te.* Proverbium sumtum ab illis, qui verbera timent. Eupolis apud Schol. *ἀ.* — *β.* Berg. *βλέπειν σκύτη* inter proverbiales locutiones refertur. Zenobius e Comici Scholiaste: *μέμνηται αὐτῆς Εὔπολις ἐν Χρυσογένει. φησὶ γάρ· ἀτεχνῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον σκύτη βλέπει. εἴρηται δὲ ἐπὶ τοῖς ὑποψιαστικῶς διακειμένοις πρὸς τὰ μέλλοντα κακά.* Brunck. Turpiter claudicat hic versus, cujus in sexta sede spondeus est: nam *σκύτη* priorem semper producit. Transpositæ fuerunt duæ voces, quibus in ordinem suum repositis, recte talo versus incedit: *ἦ μὴν ἐγώ σε τήμερον σκύτη βλέπειν ποιήσω*. Hæc et similia si quis criminetur, me animadvertere debuisse antequam textus excuderetur, culpam me in me commeruisse ingenue fatebor. Sed istæ mendæ prioribus editoribus ne suboluerant quidem, easque serius etiam deprehendisse satius est, quam intactas præteriisse. Brunck. *σκύτη βλέπειν* Scholiastæ adnotationi præfixum est, et reposuit etiam Bentl. Dind. Cæterum formula proverbialis metaphorica *σκύτη βλέπειν* inter eas referenda, de quibus supra ad v. 432. diximus. (confer huc *βλέπειν θυμβροφάγον* Acharn. 254. *ὀριγάνον βλέπειν* Ran. 603. *πυρρίχην βλέπειν* Av. 1169. *αἰκίαν βλέπειν* ibid. 1671.) Zenobius e Comici scholiaste affert, Eupolin in Chrysigene eodem uti locutionis schemate, additque: *εἴρηται ἐπὶ τοῖς ὑποψιαστικῶς διακειμένοις πρὸς τὰ μέλλοντα κακά.* Conz. *σκύτη βλέπειν* Kuster. ad Plut. 514. quo quidem ordine citat Scholiastes. Pors.

644. *παντοίας πλέκειν παλάμας*. Euripides in Andromacha 66. *τί δρῶσι; ποίας μηχανὰς πλέκουσι νῦν;* Berg.

646. Scribe: *τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶ-|ναι χαλεπὸν . . . . | μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι*. Dind. *πεπάναι*. Id est mollire et remittere. Sic Hippocrates dixit *τὰ μὴ πέπονα, dura et cruda*. Et Homerus eodem sensu l. l. Iliad. dixit *χόλον καταπέψει*, ut hic *ὀργὴν πεπάναι*. At *πρὸς ἐμοῦ* est pro *ὑπὲρ ἐμοῦ* vel *ἐμοὶ ἀρέσκοντα*. Nam Bdelycleo dicturus est contra judices. Quod autem ait *κατερεῖξαι*, proprie est quando agit de mola, cujus officium frangere est, vel potius frendere, unde dentes molares, quia frendunt, et porculi nefrendes, qui frendere nequeunt, et faba fresa *ἐρεγμὸς*, et *τὰ ἐρεικτὰ* legumina Homerus in Iliade dixit: *ἤρικε κόρις*, id est *ἐσχίσθη*, ut et illud *ἐρεικόμενος περὶ δουρί*. Fl. Chr.

647. *μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι*, *Non e re mea dicenti.* Vide Kœnium ad Corinthum p. 44. Brunck. Sophocles in Œdipo Tyr. 1433. *πιθοῦ τι μοι· πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ' ἐμοῦ φράσω*. Herodotus in Clione: *ἐλπίσας πρὸς ἑαυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι*. Berg. Similis usus particul. *πρὸς* occurrit in Sophocl. Trach. 480. *δεῖ γὰρ καὶ τὰ πρὸς κείνου λέγειν*. Lucian. t. i. p. 255. Conz.

649. *κατερεῖξαι*. Vide ad Ranas 508. Berg. Vide Valckenar. ad Herodot. iii. 66. p. 68. Schweigh. Dind. *ἢν μή τι λέγεις*, (absol. sumend.) *si nihil sane profers*, usitata vi formulæ *τι λέγειν*, cui respondet negativo sensu altera *μηδὲν*, s. *οὐδὲν λέγειν* cf. Arist. O. 634. N. 781. O. 986. *ὥρα ζητ. 6. μυλ. ἀγαθ. ἥτις δυνατὴ τ. ἐμ. θυμὸν κατερ.* Conz.

650. *ἢ 'πὶ τρυγῳδοῖς*. Majus, inquit, est opus et labor, quam ferre possit comœdia, sanare morbum urbis inveteratum et jamdudum in animis plebis nidulantem: hoc enim est *ἐντετοκυῖαν νόσον*. Ceterum *τρυγῳδεῖν* esse *κωμῳδεῖν* testatur etiam Hesychius; quia scilicet ante inventas personas actores fæcibus ora perungebantur. Plautus Pœnulo contra dixit, *indoctior sum quam in tragœdia comici*. Recte autem vocat morbum insaniam illam judicandi. Sane *τραγῳδοὺς* etiam esse *χορευτὰς* et *κωμῳδοὺς* idem censet grammaticus. Fl. Chr. Perperam in binis codd. *τραγῳδοῖς*. Vide ad Nub. 296. Brunck. *τρυγῳδοῖς*. Facete usurpata est vox, ut et substant. *τρυγῳδία* pro *τραγῳδία* A. 499. 500. ut traducantur scil. sic tragœdi allusione hac ad rudia suæ artis primordia et ante personæ honestæ vulgo tributum Æschylo inventum, ad *perunctos illos fæcibus ora* poematum tragicorum super plau-

stris cantores actoresque e familia Thespidis.—Sic et infra τρυγωδὸς, et A. 886. τρυγωδικὸς (χορός). Conz.

651. F. ἐντετακυῖαν pro ἐντετηκυῖαν, quæ velut liquor totam massam urbis penetravit. Reisk.

652. ἡμέτερε. Ultima producitur ante literas κρ anapæstorum licentia. Brunck. Non "anapæstorum licentia," sed quod Homeri verba sunt, producitur ultima pronominis syllaba. Pors. ἀλλ' Brunckius scripsit tacite. V. Pors. ad Hec. p. lvi. Dind. ὦ πατ.—Κρονίδη, adludit vers. Hom. Il. A. simulque ludit in patre sene, quum per risum sæpe grandævi nuncupari soleant a nostro Κρόνοι, Κρονίδαι, Κρονικοὶ, Κρόνιπποι. cf. Arist. N. 929. Σ. 1480. N. 1070. etc. ceu stulti, fatui, s. κρονίων ὄζοντες N. 398. cf. et Lucian. Rhet. præc. p. 229. ed. Bipont.—in pron. ἡμέτερε producta est ultima syllaba ρε ante κρ, sed, ut statuerim, non tam ex licentia anapæstorum, quod Brunckius vult, sed ex lege sub hac conditione communi. Conz.

653. διδάξεις. Solœce vulgo διδάξῃς. Vide supra ad v. 190. Brunck. διδάξεις. Pors.

654. τεθνήξει. Sic A. Vulgo τεθνήσει. Hoc tanquam Atticum enotavit Suidas, sed prava libri sui scriptura deceptus, ut videtur. In Nub. 1436. σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει, codd. non variantibus. In Acharn. 590. posthabita Suidæ auctoritate, reposui etiam τεθνήξει ad meliorum codd. fidem. τεθνήσομαι nullibi occurrit, et est plane barbarum.—κᾆν χρῇ. Male vulgo χρὴ in indicativo. Vide ad Lys. 133.—σπλάγχνων ἀπέχεσθαι. Schol. ὅτι οἱ ἀνδροφόνοι οὐ μεταλαμβάνουσι θυσιῶν. Vide Petitum ad Leg. Att. p. 612. § vi. Brunck. Plural. σπλάγχνα scilicet metonymice positus est hic pro sacrificiis, quibus interdicebantur cæde polluti. V. inter alios locos etiam Sophocl. Œd. Tyr. v. 238—μηδὲ θύματι κοινὸν ποιεῖσθαι. Conz. σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι. Exta hic et viscera pro sacrificiis usurpat, quibus excludebantur piaculares et homicidæ; ut putem exsecrandum dictum, quasi e sacris tollendum: qui etiam extorris dicitur. Erat autem hoc vetustum genus excommunicationis, ut vocant, non esse inter ὁμοτραπέζους, vel ut ait Aristoteles in Politicis, ὁμοκάπους. Sic Orestes exsul propter cædem matris et furiis agitatus, hospitum mensæ, ad quos deveniebat, non participavit, sed præbita sunt ei, ut ait Euripides in Taurica Iphigenia, ξένια μονοτράπεζα. Sic Circe apud Apollonium Rhodium non assedit Jasoni et Medeæ, nisi prius purgatis a cæde Absyrti. Existimo autem posse hoc genus loquendi, σπλάγχνων ἀπέχεσθαι, tolli in proverbium; neque, quod sciam, suboluit Erasmo viro sagaci et naris emunctæ. Fl. Chr. Per exta intelliguntur sacrificia, a quibus excludebantur homicidæ, nisi rite essent expiati. Berg.

655. χαλάσας τὸ μέτωπον. Dicitur etiam χαλᾶν τὴν ὀφρὺν, χαλᾶν τὸ σκυθρωπὸν, et χαλᾶν τὴν ὀργήν. Berg.

656. λόγισαι. Supputationem facit reditiuum, ut ostendat posse plebem aliunde ali, ut non necesse sit eam mercedi judiciariæ adeo inhiare. Berg. φαύλως, μὴ ψήφοις. Scholiastes putat hoc loco φαύλως esse pro ἁπλῶς et ἀφελῶς, et Suidas exponit εὐχερῶς. Tamen putem esse male et non exacte, quia certior et exactior computatio per calculos quam digitos. Ludit autem in voce ψήφων, quæ et calculos et sententias significat, ut etiam τὸ ψηφίζειν, quia sibi rem videt esse cum φιλοδίκῳ homine. Fl. Chr. Recte Brunck. ex Mss. πρῶτον: in antiquis exemplaribus typis impressis πρῶτα. Καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως; Suidas v. φαύλως πάνυ scriptum πρῶτα exhibet. Reisig. Reditus Atheniensium publici, sub primordiis belli Peloponnesiaci mille talenta complectentes, (Xenoph. Anab. 7.) tempore, quo fabula nostra fuit edita ex mille istis, reipublicæ Atheniensi tum in continenti terra, tum in insulis subditis urbibus, variis injustitiæ modis fere in dupli summam excreverant. Cf. et B. Voss. annot. Conz. πρῶτα—ὑπὸ χειρὸς Suid. ed. Ms. in φαύλως. Pors.

658. κἄξω τούτου, τὰ τέλη καὶ ἑκατοστάς. De drachma intelligit, quæ judicibus pendebatur, quum ait ἔξω τούτου. At ἑκατοσταὶ vectigalia erant et tributa pensitata a civitatibus. Latini *centesimas* vocant fœnora maxima, sic dictas quia singulis mensibus sortis vel capitis pars centesima solvebatur, quæ quotannis duodenos asses pariebat. As enim dicebatur unaquæque centesima, ut semis dimidia pars centesimæ. Lege tamen 12 tabularum cautum erat, ne quis fœnus unciario majus exerceret, id est duodecima parte centesimæ in quoslibet menses. Sed postea mensariorum et fœneratorum licentia ita exercuit, ut merito Cato fœnerari juxta censuerit atque hominem occidere. Fl. Chr. V. Schneider. ad Xenophont. opusc. polit. p. 93. 108. Dind.

659. πρυτανεῖα. Non solum locus, sed etiam pecunia, quam litigantes deponebant in ærario, πρυτανεῖον dicebatur. Hesychius menstruum tributum ait fuisse. Videtur autem hæc pecunia dicta etiam *parastasis*, quod tamen inter vectigalia esse apud Aristotelem Politic. l. i., video

etiam doctis persuasum (quamvis ego non doctus existimem apud Aristotelem valere παράστασιν *institoriam mercaturam*). Græcus tamen interpres hoc loco prytanea intelligit decimas fœneratorum, facitque publica tributa, cum pecuniis metallorum, fori, portuum et rerum sub hasta venditarum. Est autem hic ἐγγὺς pro ὁμοῦ. Fl. Chr. In his quæ memorantur τέλη, tributa sunt inquilinorum et libertinorum, vectigalia artium aliaque hujusmodi; ἑκατοσταὶ autem portoria quædam esse videntur in Piræeo exacta, quamquam alibi frequentior est πεντηκοστῆς s. quinquagesimæ mentio; ἀγορὰς et λιμένας nominat propterea quod in foris ac portubus mercium importatarum, exportatarum, ac venditarum vectigalia pendenda erant; μισθοὺς autem esse puto, quæ alias μισθώματα aut μισθώσεις dicuntur, pensiones ædium, agrorum, pascuorum, aliarumque rerum publicarum, quæ privatis elocari solebant; πρυτανεῖα sunt pecuniæ quædam a litigantibus ante judicium depositæ, qualia erant quæ apud Romanos sacramenta dicebantur; δημιόπρατα denique sunt bona publicata, quorum venditorum pretia in ærarium redigebantur; reliqua non opus est explicare. Schœmann. V. Matthiæi Miscell. Philol. i. p. 262. A Suida in πρυτανεῖα hæc citari adnotavit Bent. Dind. πρυτανεῖα. Sportulæ, quæ deponi solebant a reis et accus. cf. Nub. 1133.—μέταλλα Lauriotica scil. in Attica ipsa, cf. et Av. v. 1105. ubi de Laurioticis noctuis, nummo nimirum cum symbolo tutelaris Deæ impresso, facete sermo est. Sed etiam in Thracia fodinis gaudebant Athenienses.—ἀγορὰς—λιμένας—de forensibus vectigalibus, ut etiam de portoriis impositis cf. Acharn. 905. μισθὸς fort. de servulorum familia et de μετοίκοις exactum tributum, δημιόπρατα venditione sub hasta bonorum eorum, quæ a condemnatis publice hominibus cesserant in fiscum. cf. Equ. 103. Conz. καὶ om. Suid. Ms. et ed. πρυτ. δημιόπρατα Suid. Ms. ibid. ubi δημοσιόπρατα ed. Med. Pors.

660. De summa redituum v. Böckh. Staatshaush. der Athener i. p. 465. Dind.

661. Quum Inverniz. pro vulgata scriptura μισθὸν κατάθες ediderit κατάθες μισθὸν, κατάθες, in cod. Rav. meliorem verborum collocationem κατάθες μισθὸν invenisse videtur. Dind. τοῖσι δικασταῖς ἐνιαυτοῦ. Perperam vulgo τοῦ ἐνιαυτοῦ. In B. non melius τοῦ 'νιαυτοῦ. In A. vulgatum est: sed voci νυν subposita quatuor puncta indicant eam delendam esse, ita ut librarii judicio hic versus sic legendus esset: ἀπὸ τούτων μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ. Hujusmodi correctoribus suæ ineptiæ relinquendæ sunt. Brunck. τοῦ delevit Bentleius. Dind. Dele τοῦ. Pors.

662. κατένασθε. Pro κατανένασθε, a νάω, *habito*. Berg. Syncope, pro κατενάσθητε. Brunck. Inverniz. tacite edidit κατένασθεν, quod probat Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 110. Dind.

663. ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα. Facile subducetur ratio. Centum et quinquaginta talentum annuorum si perpendamus sex millibus hominum in singulos menses quindecim talenta tribuenda, nempe tres obolos viritim. Sed advertendum est, annum hic accipi decem tantum mensium, non quod non constet duodecim mensibus, sed quia duo saltem in anno menses sunt, quibus nihil jure agi licet, *prætorisque tria verba silentur;* ac, ut ait Horatius, *vacat otioso cum bove pagus.* Itaque festis illis diebus non currebant judicibus sua stipendia. Propterea tanquam decem tantum in anno menses numeret, centum et quinquaginta putat talenta, quem numerum pariunt quindecim decies repetita. Est autem κατένασθε, *incolitis et habitatis,* quo verbo notat immanem et repudiandum numerum judicum. Fl. Chr. Primo tenendum, quod Schol. monet, εἰς ι' μῆνας λογίζεται τὸν ἐνιαυτὸν, ὡς τῶν β' εἰς ἑορτὰς προχωρούντων. Deinde observandum, unumquemque mensem non plus nec minus habere quam triginta dies. Jam si sexies mille hominibus dentur quotidie terni oboli (τριώβολον τὸ δικαστικὸν καὶ ἐκκλησιαστικόν); summa expensarum unius mensis erunt oboli 540000; tot autem oboli, drachma e sex obolis constante, faciunt drachmas 90000; tot autem drachmæ, mina ex centum drachmis constante, faciunt minas 900; tot autem minæ, talento e sexaginta minis constante, faciunt talenta 15; decies quindecim autem sunt 150, quæ est summa expensarum unius anni. Berg. ὑμῖν. Sic Bentl. et Kuster. Vett. edd. ἡμῖν. Dind. Conf. Matthiæi Miscellan. Philol. i. p. 251. Id.

664. οὐδ' ἡ δεκάτη. Nam decima pars de 2000 non est 150, sed 200. Berg.

665. Verba καὶ ποῖ—τἄλλα Philocleoni et sequentia usque ad 679. Bdelycleoni attribuenda esse censeo. Hotib. ποῖ τρέπεται—τὰ χρήματα. Isæus de Philoctemonis hereditate: ἠρώτων ὅπου τετραμμένα εἴη τὰ χρήματα. Berg. δὴ 'πειτα. Perperam vulgo δ' ἤπειτα, quod plane nihil est. Piget me vitiosam illam scripturam in Apollonio passim reliquisse, tametsi monuerat Clarkius ad 'Ιλ. Ο. 163.

ἤπειτα vox Græca non est. In δὴ ἔπειτα non η eliditur, sed ε sequentis vocis. Brunck. δὴ ̓́πειτα. Pors.

666. ἐς τούτους τοὺς, οὐχὶ προδώσω. Ponit formulam rhetoribus usitatam, ut inde tanquam ex nomine cognoscantur; illis enim verbis utentes studebant se populo commendare. V. supra v. 593. In Pluto 536. γραϊδίων κολοσυρτόν. mox σύρφακα, quod idem. Berg.

668. Froben. αἵρει. Lege αἱρεῖ i. e. αἱρῇ, Ἀττικῶς, et sic Ald. Bent. αἱρεῖ. Sic Suid. Ms. περιπεμφθείς. In loco, ρη-
ε ϊ
ματίοις παραπεμφθείς. Ed. Med. ῥήμασι περιπεφθεὶς ἄ. αἱρῇ. Pors.

672. Dele comma post σῆς male positum. τοὺς ἀργελόφους. Schol. τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα. ἀργέλοφοι γὰρ τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι· καὶ οὗτοι ἄχρηστοι. Brunck. ἀργελόφους. Corrodis, inquit, tui principatus extremitates. Metaphora ducta a mastrucis pellibusque villosis, quarum pedes inutiles sunt et ἀργελόφους vocant, nescio unde derivantes; nisi ab alba vel otiosa crista, qua tantum ornantur arma, ceterum ad pugnandum inutili. Apud Suidam ἄργελλα vox est Macedonica, qua balneum videtur designari. Sed apud Hesychium habes ἀργιλόφους, et exponit κωδίων λαπάρας, pellium abdomina, et μηλωτὰς, imo etiam τὸν πρωκτόν. Fortassis autem etymon arcessendum ab inutili terra, quæ ἄργιλος dicitur; unde ἀργιλώδης, sordidus. Fl. Chr. ἀγαπᾷν ut στέργειν sæpe sensu usurpatum est τοῦ acquiescere. Conz. Suid. ἀργελόφους. Pors. τοὺς om. ed. Med. Dobr.

673. ἥσθοντο. Sic Invernizius tacite: vulgo ἥσθοντό γε. "ἥσθηνται Suid. in ἥσθηνται et λαγαριζόμενον." Bent. ἥσθηνται reposuerunt etiam Porsonus præfat. ad Hecub. p. l., qui addit Suidam v. τραγαλίζοντα, et Hermannus Elem. doctr. metr. p. 400. Dind. Ne dactylus sit in incisione versus, reposuerim ὡς ἥσθοντ' οὖν τὸν etc. Hotib. Quamvis autem dactylus ante cæsuram nihil suapte natura habeat duri aut salebrosi, tamen neutiquam ambigo, quin vera sit scriptura ἥσθηνται, quam Suid. non uno loco testatus est. Reisig. σύρφακα τὸν ἄλλον. Quia dixit ante κολοσυρτὸν, nunc de spernenda multitudine judicum σύρφακα dicit, id est ὄχλον συρφετώδη et ex vilibus apolectis victitare autumat. Hoc enim innuit per κηθάριον, quod nexile est canistrum et vile. Alii acetaria esse dicunt vitilia, unde tesseras emittunt. Nam Euphronius κήθια vocat, quæ aliis τρυβλία. Ait ergo ἐκ κηθαρίου λαγαριζόμενον, id est modice sorbentem ex acetabulo, et quasi θηλάζοντα, id est fellantem; tum esitantem et rodentem fabas vel alia legumina: hoc enim est τρωγαλίζοντα vel τραγαλίζοντα. Athenæus etymon nos docuit τοῦ κηθίου vel κητίου, quasi ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, quod non solum fundere, sed capere (sunt qui κισσύβιον ab eadem origine accipiant), unde χειὰ latibulum serpentibus capiendis. Sic κήθιον, quasi χείτιον, est τὸ χωροῦν τοὺς ἀστραγάλους, quod hic convenire potest. Quin et inde κημὸν dictum videri potest; etsi nos alibi aliter ἐτυμολογοῦμεν. Hermippus in Diis sic ad tesseras vel astragalos retulit: καὶ πρὸς κύβους ἕστηκ' ἔχων τὸ κήθιον. Sunt autem qui λαγαρίζεσθαι hic accipiant pro corradere mercedem ex vimineo vase; sed Hesychius videtur audiendus, qui fodere exponit et cubito ilia pertundere. Omnino hoc loco miseros et pauperes judices ostendit. Fl. Chr. *Vilem plebem*, quasi *quisquilias;* Euphron comicus apud Athenæum ix. p. 377. ὅταν μὲν ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετὸν, Δρόμωνα καὶ Κέρδωνα καὶ Σωτηρίδην. Berg. σύρφακα redde Suidæ v. μετέωρον. ἐφ. ὑ. sic Ms. initio articuli. Vide et ὁμοῦ. Pors. Vide Porson. Præf. Hec. p. liv. Dobr.

674. λαγαρυζόμενον. Sic bene A. ut etiam apud Suidam scriptum est. Vulgo λαγαριζόμενον. Vide Hesychium in λαγαριζόμενοι. Brunck. λαγαρίζομαι accipiendum videtur pro *laxus fio et exinanior* in hoc loco Aristophanis, ut sensus sit, eos gavisos esse quum viderent τὸν τῶν δικαστῶν ὄχλον καὶ συρφετὸν (erat enim κηθάριον fiscella, quæ urnæ suffragiorum veluti infundibulum superimponebatur) non amplius tam tumido esse ventre, sed laxiorem fieri et evacari, nec quidquam habere quod roderet. Illa duo vocabula ἐκ κηθαρίου connectenda præcedentibus. Scholiastes tamen cum sequentibus jungit, λαγαριζόμενον exponi posse dicens vel λάγανα ἐσθίοντα vel ἀποξύοντα, ut sit ἀπὸ τῶν δικαστικῶν ἀγγείων ἀποξύοντα. Sed parum ad rem. Hesychius λαγαρίζεσθαι esse ait τὸ πρὸς τὰς λαγάνας τὸν ἀγκῶνα προσάγειν πυκνὰ, διαπείροντα τὴν χεῖρα. Ad meam expositionem facit, quod idem Hesychius λαγαρίττεται affert pro μετριεύεται: nam qui modico victu utitur, is itidem ἐξ ὀγκώδους fit λαγαρὸς sive λαπαρός. Schneider. λαγαριζόμενον Suid. Ms. in v. sed υ in ἥσθηνται. ἐκ κιθαρίου λαγαρυζόμενον ἐκτραγ. ed. Med. in λαγ. et in ἥσθηνται, ἐκ κήθει (sic) λαγαρυζόμενον. Pors.

675. Κόννου ψῆφον. Connus juvenis

fuit citharœdus. Alii Connam ut Midam pronuntiant, de quo meminit Cicero in epistolis, quum de cacephatis agit; eumque nobilissimum fidicinem vocat, quique Socratem docuerit fidibus. Alii Connum quendam scribunt dilapidato patrimonio pauperem evasisse adeoque contemtibilem, ut proverbio dederit locum *Κόννου ψῆφος*. Tamen si de fidicine intelligimus, puto proverbium conceptum *Κόννου ψόφος*; præsertim quum Callistratus parœmiam efferat *Κόννου θρῖον*: nam *θρῖον* vel folium ficulnum inanem edit sonum. Quid si autem allusit Martialis quum dixit poppysmata *Κόννου*? Sed fugitivus pudor ad Fescenninam licentiam retrahendus est. Hic autem quum dicit *ψῆφον*, respicit ad sortes et calculos judiciales. Fl. Chr. Scholiastæ verba attulit Bergl. *Κόννου ψῆφον*. Proverbium erat in hominem nihili nulliusque momenti, *Κόννου θρῖον*, ortum a malo citharœdo, cui nomen Connus. *ψῆφον*, quia de judice loquitur, facete posuit pro *θρῖον*. Vide not. ad Eq. 534. Brunck. J. H. Vossius *Κόννου* non ut nomen proprium, sed adpellativum videtur sumere, quum vox *κόννος* etiam aurium quoddam decorandarum genus significet, v. Polyb. x. 18. dubito an recte. Conz.

676. *ὕρχας, οἶνον*. Aliter hic legebat Pollux, qui ad hunc locum respexit vi. 14. *Εἰ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ὠνόμασεν ὕρχας οἴνου, δηλοῖ μὲν ἡ λέξις τὸ προσεοικὸς τῷ βίκῳ κεράμιον*. Sed proba non est illa lectio. Diversæ res hic significantur. Suidas e Scholiaste: *ὕρχας, κεράμια ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων, δύο ὠτία ἔχοντα*. Brunck.

678. Forte *σοὶ δέ γ', ὃς ἄρχεις*. Bent. *Σὺ δ' ὧν ἄρχεις*. Lege *σὺ δέ γ', ὧν*, ut etiam reperi in Veneta editione, nisi mavis *σοὶ δ' ἂν* ut referatur ad *δίδωσι*, nam *τοῖς ἑψητοῖσι* valet ad coquenda opsonia. Nam *τὸ ὄψον* piscis est ut sæpe monuimus, vel quia *ἑψητὸν* vel quia *ὀπτὸν* coctum vel tostum. Ceterum *πιτυλεύειν* nihil hic aliud esse puto quam satagere et labores anculare multa versantem et moventem. Quid sit *πίτυλος* diximus ad Euripidem, nempe sonum ipsum quem remi acti edunt in aquis, unde vox facta *πιτυλίζειν* et dicta de piscibus qui inter urinandum palpitant, et ut ait Ausonius de lapillis, lucentque latentque. Hinc apud Galenum ludum habes et exercitationem quæ fit per *συστροφὴν χειρῶν*, vocatque *πιτυλίζειν* ut et *ἀκροχειρίζειν* in libris de quærenda valetudine, dicebaturque exercitor etiam *πίτυλος*: nam Scholiastes sic vocat *κτυπητὴν φαντασιοσκόπον*, quod ego refero ad illam *ἄσκησιν*, quæ figuras manuum ostendebat (nisi apud Scholiastem legendum *κτυπήτις* non *κτυπητής*). Itaque non dubitabo apud Juvenalem hanc lectionem asserere cum principe critico: *qui Lacedæmonium pitylismate lubricat orbem*: nam crebra illa manuum agitatio et gesticulatio lævem et lubricum orbem facit. Sic apparet explodendas grammaticorum opiniones jactabundas, qui aliter in Juvenale legendum censuerunt. Fl. Chr. *σὺ δέ γ', ὧν ἄρχεις*. Sic libri omnes, optime. *σὺ δὲ* nominativus est solutus, *tu vero*, id est, *quod vero ad te adtinet*. Ordo est: *σὺ δέ γε πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας, οὐδεὶς ἐκείνων, ὧν ἄρχεις, οὐδέ σοι δίδωσι σκορόδου κεφαλήν*. Nemo non perspicit pronomen *σοι* eleganter suppressum esse, et suppleri debere. Jam vide quam lepide hunc locum corruperit Berglerus. Edidit *σοὶ δέ γ', ὧν ἄρχεις*, et sic commentatus est: *Σὺ δέ γ'*. Lego potius *Σοὶ δέ γ'* propter *δίδωσι*. Vs. autem 684. pro *Σοὶ δ'* legi etiam possit *Σὺ δ'*. Ex unica hac nota liquet hominem illum ab Aristophane manus abstinere debuisse. Qui enim anapæstorum legem ignorat, nec digitis versum dimetiri didicit, quantumvis alias eruditus sit, is impudens est, si poetam edere audet. Brunck. Brunckium, si paullo et acutior et humanior fuisset, scriptura ed. Ph. Juntæ *σὺ δ' ὧν* docere potuisset, Aristophanem scripsisse, *σοὶ δ' ὧν ἄρχεις* — quod jam vidit Fl. Chr. Dind. Præf. Hec. p. lxi. Pors.

680. *Εὐχαρίδου*. Scholia: *ὄνομα σκοροδοπώλου*. Berg. *τρεῖς ἀγλῖθας*. Quid sint *ἀγλῖθες* ipse dixit, nempe alliorum capita, et sic vocavit auctor Moreti, *singula tum capitum numeroso cortice nudat*, sane ut putem alliorum vocem sumptam et detortam *ἀπὸ τῶν ἀγλιθῶν* detrito *τῷ γ*. Fuit autem hic Eucharides olerum aut alliorum venditor. Sed quod ait *μετέπεμψα* existimat Scholiastes esse *ὑποσόλοικον* (ait enim esse *εὔηθες*) et positum pro *μετεπεμψάμην*, quod fateor non solum esse usitatius, sed et *Ἀττικώτερον*. Fl. Chr. *γε* post *τρεῖς* haud dubie ex cod. Rav. insertum, in reliquis edd. non legitur. Dind.

681. *ἀποκναίεις*. Id est angis, molestia afficis, crucias atque enecas. Sic Menander Misumeno, *τί οὐ καθεύδεις, σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν*; id est, quidni ergo dormis? enecas me obambulans. Fl. Chr. *αὐτὴν* — cum emphasi sumendum, ut *αὐτὸς* sæpe usurpatur. — istam, quam dudum minatus es servitutem demonstrare mihi, non exponens enecas me. — ut etiam in Menandr. *Μισουμένῳ* — *τί οὐ καθεύδεις; σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν*; Conz.

682. Scribe *δουλεία 'στὶν* — V. Maltby

ad Morelli Lexic. prosod. p. lxxxiii. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 402. Dind. L. δουλεία 'στίν. Pors.

684. σοὶ δ' ἤν τις γε διδῷ τρεῖς ὀβολούς. Sic A. optime. In B. corruptis numeris: σοὶ δ' ἤν τις διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. In primariis editt. σοὶ δ' ἤν τις γε διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Recentiorum lectionem invexit Ant. Fracinus, σοὶ δ' ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Articulus bene hic omittitur, ad contemtus ἐνέργειαν. Brunck. Recte vulgo consentientibus codd. Rav. et Veneto [Seidleri]: σοὶ δ' ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Herm. Scripsisse auctor videtur: σοὶ δ' ἤν τι διδῷ, τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς, ἀγαπᾷς, οὓς αὐτὸς ἐλαύνων. id est, *tibi vero quum quis ex istis dat aliquid, tres scilicet illos obolos, contentus es.* Nam ἀγαπᾷς, quod recentioribus libris vulgatum est, primus reduxit Gelenius in Frobenianum ex optimo Vesparum illo libro Juntino a. 1525. In Aldino, Juntinis a. 1515. et 1540. Gormontiano, Cratandrio, et reliquis, positum est ἀγαπᾶν vel ἀγαπᾶν. Τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς cum quadam contemtus significatione dicit. Sed Brunckius in omissione articuli cerni contemptus ἐνέργειαν putat: quod mihi videtur secus. Enimvero exiguam articulus in hac sententia vim haberet, si nihil nisi certam quandam rem indicaret, quæ esset in more ac consuetudine hominum, ut paullo post, v. 690. τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται. Reisig. σοὶ δ' ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. σοὶ δ' ἤν τις γε διδῷ Ald. Junt. 1515. ἤν τις δῷ Junt. 1525. Lege σὲ δέ γ' ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς, ἀγαπᾶν, vel σοὶ δ' ἤν. Pors. σοὶ defendas ex viri magni nota ad Med. 734. Pors. [Corrige, "σοὶ δ' ἤν τις γε διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς ἀγαπᾶν Ald. Junt. 1. σοὶ δ' ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς ἀγαπᾷς Junt. 2. et Rav. nisi forte hic ἀγαπᾶν." Aldina lectio nata e 691. Potuisset Porsonus σὲ δ' ἐάν. Vide Brunck. ad 678. Nub. 689. πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ; æque bonum, si dedissent libri, Ἀμυνίαν. Hic servo σοί. Dobr. τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Merces fuit judicibus attributa triobolaris, nam procedebat ex tributis urbium et populi non semper eodem modo, sed pro libidine assentatorum qui demagogi vocantur, ut ait Aristoteles in Πολιτείαις. Qui l. v. enarrat multas respublicas ab illis eversas, sive incitantibus plebem contra potentes et divites qui coacti aliquando sunt democratiam transferre in oligarchiam, sive ipsis tyrannidem occupantibus, scilicet quum duces fuerunt simul et oratores. Fere enim semper accidit ut qui tyranni fuerunt ex oratorum et assentatorum genere fuerint. Fl. Chr. Merces judicialis et comitialis. Demosthenes Olynth. iii. [p. 37.] ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι τῶν θεωρικῶν ὑμῖν. Berg.

687. Χαιρέου υἱός. Chæreas comica videtur fuisse persona (certe ex Eunucho Terentii apparet) hinc puto sumta vel ex Eupolide, qui in Βάπταις fabula Chæream ut inquilinum exagitat, cujus natus hic perstringitur non solum ut illegitimus civis, sed ut puer meritorius et cinædus. Ceterum hinc constat signum olim fuisse datum, ad quod cogerentur judices, post quod non licebat ingredi et merces non procedebat. Fl. Chr.

688. διακινηθείς. In Thesmoph. 170. διεκίνουν Ἰωνικῶς. Berg.

689. πρῴ. Male vulgo πρωΐ. Brunck.

690. ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου. V. Thesmoph. 284. Berg. Conf. Schœmann. de comitiis Athen. p. 153. Dind.

691. τὸ συνηγορικόν. Patroni et causidici atque adeo rhetores drachmam olim accipiebant pro stipendio diurno, quum patrocinium susceperant civitatis alicujus aut civis. Erat autem magistratus annuus et mercenarius τῶν συνηγόρων, qui decem erant sorte lecti ut docet Aristoteles. [Vid. Schneider. ad Aristotelis Politic. p. 503. Dind.] Hæc merces vel munus (sane non castigandum ut apud Romanos postea factum est per legem muneralem a Cincio latam, deinde Trajani tempore animadversum in Thuscillio Nominato, qui auctore Plinio in Epist. sex millia numum acceperat, ut Vescetinorum legatis adesset, tum mille denarios ut abesset. Postremo nostris temporibus in quibusdam patronis me judice vindicandum propter pretii immanitatem) dicebatur συνηγορικὸν, ut judicantium τριώβολον, i. e. semidrachma, qui sunt duo Romani sestertii, quæ pecunia ex publico tribuebatur. At vero quod vocabatur δικαστικὸν, dabatur τοῖς ἡλιασταῖς, qui sedebant pro tribunali magni fori quod Heliæam (quia subdialis erat) dicebant. Hoc ex veteribus grammaticis liquet, et inde vir maximus Budæus expiscatus est quæ amplius docuit in posterioribus ad Pandectas adnotationibus. Legerem autem paullo post ὁ μὲν ἀνέλκει, non simpliciter ἕλκει. Non enim aliter potest suis metris constare versus Aristophanicus. Festive autem utitur similitudine ducta a fabris, qui serram grandiorem ducunt et reducunt infra supraque, ut robur aliquod secent. Fl. Chr.

694. Lege πρίων participium. Bent. ὡς πρίων. Sic bini codd. Nec aliter legi

potest, salva metri lege. Brunck. ἐσπουδάκατον· καθ' ὡς πρίον, ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δ' ἀντανέδωκεν. ita, uti descripsi, πρίον legitur in Aldino, Juntinis, Gormontiano: in cæteris πρίον'. Male Bunckius, quod πρίων ex suis Mss. amplexus est. *Alter trahit, alter remittit, tanquam serra*, perversa comparatio: nam quod vertit ille, *velut quum serra rursum prorsum ducitur, alter trahit, alter remittit:* finxit inane sententiæ complementum arbitratu suo. Ante omnia igitur dualem repono πρίονθ': *tanquam serrantes, alter attrahit, alter* —. Reisig. Versum ita corrigit Reisig. postea: ἐσπουδάκατον, χὤσπερ πρίονθ', ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δ' ἀντανέδωκεν. Dind. Verbi causa Florens Christianus vult legere ὁ μὲν ἀνέλκει contra omnem metri regulam. Quod addit, melius, quamvis in oculos cadat: Festive (ait) similitudine ducta a fabris, qui serram grandiorem ducunt et reducunt, infra supraque, ut robur aliquod secent. cf. adn. in ed. Kuster. p. 140. Conz.

695. χασκάζεις τὸν κωλακρέτην. Tu autem, inquit, interim inhians quæstori stipendia judicibus exsolventi, non advertis quæ illi patrant. κωλακρέτης dictus ἀποδείκτης, quæstor nempe publicarum et divinarum pecuniarum, etsi quidam tantum præfuisse judicialibus stipendiis volunt. Aristophanes grammaticus scripsit eos non solum quæstores fuisse τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ, sed etiam quæ in cultum deorum necessariæ erant solitum impensas facere. Interpres Græcus fabulæ Avium Androtionem citat hæc scribentem: τοῖς δ' ἰοῦσι Πυθῶδε θεωροῖς τοὺς Κωλακρέτας διδόναι ἐκ τῶν ναυκληρικῶν ἐφόδιον ἀργυρία, καὶ εἰς ἄλλο ὅ τι ἂν δέῃ ἀναλῶσαι. i. e. theoris Pythonem profecturis Colacretas dare (subintell. jubet) in viaticum pecunias ex nautica re, tum ut necessarias alias facerent impensas. Quibus verbis colligitur, fuisse ipsos quæstores publici ærarii quando etiam τὸ ναυκληρικὸν exigebant: dictos tamen verisimile ἀπὸ τῶν κωλῶν, quia quæ ex sacris victimis reliqua erant (pelles puta et κωλαῖ) ea illi accipiebant tanquam ἱερεῖς, et fortassis inde κωλακρέται quasi κωλαγρέται, collectores reliquiarum. Fl. Chr.

696. τὸν θῖνα ταράττεις. I. e. penitus mihi animum turbas et cor profundum mihi moves. θὶς vel θὶν a θείνω, quod est pulso, non solum est littus, sed et τὸ βάθος τῆς θαλάσσης, ut dixit Plautus Rudente, *qui a fundamento mihi movisti mare:* quod Hippocrates diceret πυθμενόθεν. Itaque ut θὶν ἐν τῷ βάθει τῆς θαλάσσης, sic in corde situm est τὸ θυμικόν. Notat Euphronius, ut ait Scholiastes, hoc loco τὸν θῖνα in genere masculino, quum feminino soleat efferri. Sed sciendum ipsum Homerum usum sic esse, πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς, in Ulysseæ l. M. Ceterum distingue post δημιζόντων, non post ἅπασι. Hoc enim vult: quum tibi et omnibus reliquis judicibus facile fuisset rem facere, tamen nescio quomodo circumveniris ab istis populi assentatoribus. Fl. Chr.

698. τοίνυν ὡς. Vulgo insertam particulam [γ' post τοίνυν] neuter agnoscit codex. Brunck. καὶ τοῖσιν. Forte ἀγαθοῖσιν. Bent. F. πλουτεῖν ἴσα τοῖσιν ἄπαισιν. Cælibes et liberis destitutos omnes ambiebant et demereri beneficiis studebant spe et cupidine hereditatis. Reisk.

699. ὅπῃ Suidas in ἀκαρὲς, et ὅπως in ἐγκεκύκλησαι. Bent. ὅπῃ Kust. Pors. A re venatoria ducta videtur metaphora. Conz.

701. τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρῆ. Breve, inquit, quod geris et miserandum pallium vix habes reliqui e tuo lucello, atque id illi paullatim tibi velut cum lana infundunt. Ducta hæc metaphora est ab iis qui parotidum malo laborant et quibus cum minuto lanæ flocculo oleum in aures funditur. Sensus est, tantulam esse mercedem trium obolorum, ut ad comparandum amictum vix quicquam comparare possit vel spatio temporis quod sufficiat ad pretium emtionis. Fl. Chr. ἀκαρές. Vulgo ἀκαρῆ. Sincerum illud quod dedi suppeditat Suidas in voce. Brunck. Sed vid. 539. Bent. καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι ἐνστάζουσιν etc. Scholia: ἡ εἰκὼν ἀπὸ τῶν σφόδρα ἀσθενούντων. In eadem re similiter Demosthenes in iii. Olynthiaca [p. 37.]: ἴσως ἂν ἴσως, etc. Berg.

702. ὥσπερ ἄλευρον. Παρὰ προσδοκίαν pro ἔλαιον aut alio liquore. Berg. ἐλεὸν Suid. in ἀκαρές: forte ἔλαιον. Bent. ἄλευρον. ἔλαιον Suid. i. e. in ἀκαρὲς, probante ibi Kustero, qui ex schol. ad 701. eandem lectionem elicit. Pors.

703. τούτων ἕνεκ' ἔρρωσο. Non capio horum verborum sensum, sed neque numeri sibi constant. Lego, donec aliud quid melius noverim, εἵνεκεν ἐῤῥῶσθ' pro ἐῤῥῶσθαι. volunt, inquit, te pauperem esse et propterea valere: nisi mavis ἐῤῥῶσθαι pro οἰμώζειν, ut dicitur ἐῤῥῶσθαι εἰπὼν, et Latini sic *valere*, ut Catullus: *cum suis vivat valeatque mœchis.* Sed quia in fabula Pluto Paupertas ait, facere se fortes et robustos, fortassis huc respexit quum ait πένητα εἶναι καὶ ἐῤῥῶσθαι. Fl. Chr. Lege: ΦΙΛ. καὶ τοῦθ' ὧν εἵνεκα δρῶσιν; ΒΔΕ. ἵνα γιγνώσκῃς. vid. Pac. 209. τοῦδ' εἵνεχ' ἡμᾶς ταῦτ' ἔδρασαν. et Lysistr. 492. τοῦδ' οὕνεκα δρώντων. et Vesp. 719.

ὧν εἵνεκ'. Bent. Vulgo sic legitur hic versus: βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι, καὶ τούτων ἕνεκ' ἔῤῥωσο. Postrema verba licet ne Sibylla quidem quid sibi velint divinare potuisset, eorumque sensum haud se capere professus fuisset Florens, Berglero tamen illa moram non injecerunt. Sic locum vertit: *Id enim volunt, ut tu sis pauper: quapropter valeas, ut cognoscas blandum illum nutricium.* Præter absurditatem quæ est in verbis, unde nihil sani elici potest, metri etiam vitium satis indicat grassatum hic fuisse librariorum stuporem, et poetæ manum indagandam esse. Corruptos numeros esse vidit etiam Florens: sed nihil prætcrea. Satius tamen hoc erat, quam pessimum versum in exemplum trahere metricarum legum, quæ nunquam exstitere, quod fecit ille, cujus memini ad v. 349. In A. scriptum καὶ τούτων εἵνεκ' ἐρῶ σοι. In B. καὶ τούτων εἵνεκ' ἔῤῥωσο. Vides depravationis progressum. Prior scriptura ad verum propius accedit, quod certa, ni fallor, conjectura adsecutus sum: βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι· καὶ τοῦθ', ὧν οὕνεκ', ἐρῶ σοι, *Idque qua gratia velint dicam tibi.* Brunck. Victorii codex in Actis Monac. i. 3. p. 387.: διὰ τί σε βούλονται εἶναι πένητα καὶ τούτων ἕνεκ' ἐρῶσι. Dind.

704. τὸν τιθασευτήν. Metri gratia unicum est σ, nam vulgare est τιθασσεύειν. Innuit autem Cleonem demagogum. Sunt autem verba ἐπισίζειν et ἐπιῤῥύζειν incitationis et invasionis et ficta a duabus litteris σ et ρ, ut apud Æschylum ἐπώζειν ab inclamatione ὤ. Lycophron et Eratosthenes grammatici veteres, laudati a Scholiasta, dicunt ἐπισίζειν esse (puta cum sibilo) canes dimittere et ἐπιῤῥύξαι, irruere cum voce. Sic enim canes irritati et incitati ringunt primum, deinde latratu premunt hostem vel feram et diriter insultant, propterea dixit ἀγρίως ἐπιπηδᾷς. Fl. Chr. Demosthenes paullo ante illa verba, quæ modo citabam: οἶδ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξαντες ὑμᾶς ὑπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα, τιθασσεύουσι, χειροήθεις αὐτοῖς ποιοῦντες. Loquitur uterque de rhetoribus et demagogis. Berg. Hesychius, ἐπισίζειν κύνας, ἐπαφιέναι κ. παρορμᾷν. ἐπὶ τ. ἐχθρόν. Invern. sec. ed. Rav. male ἐ. τ. ἐχθρῶν. Conz.

705. ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' — Sic bene A. In B. ut in vett. editt. ἐπὶ τὸν ἐχθρόν τιν', manifesta menda, quam dudum correxerat Henr. Stephanus Thes. t. ii. col. xi. ubi de verbo ἐπισίζειν agit, quod significat κυνηγετικῶς παρορμᾷν. Eodem sensu verbo simplici σίζειν usus est Theocritus Idyll. vi. 29. juxta præclaram Ruhnkenii emendationem: σίξα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα. Adfinis est significationis sequens participium ἐπιῤῥύξας. Hesychius: ἐπιῤῥύζειν κύνας, ἐπαφιέναι, καὶ παρορμᾷν. Brunck. τῶν ἐχθρῶν ed. Kuster. Pors.

707. πόλεις χίλιαι. Putat Scholiastes mille positum pro multis. Non puto. Itaque potius amplector quod addit, ἢ ἀπὸ ἱστορίας τὸ τοιοῦτον ἔλαβεν. Dixit autem proprie φόρον: sic enim vocabatur tributum civitatibus indictum, quod ipsi ferre tenebantur. ἀπάγουσι positum pro ἐπάγουσι, quamvis ipsum ἀπάγειν rectum est et deportationem notet a loco ad locum. Fl. Chr.

708. εἴ τις προσέταττεν ἑκάστῃ, | δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἂν πᾶσι λαγῴοις. Sic optime locum hunc constituit Dawesius [p. 271.]. Male vulgo legitur προσέταξεν, contra temporum rationem, quum præcesserit εἰ ἐβούλοντο — ῥᾴδιον ἦν ἄν. Male etiam in altero versu legitur ἔζων ἐν πᾶσι. Non quod ἔζων ἐν λαγῴοις *loquendi sit ratio a nemine usurpata.* Nam sic alibi loquitur ipse Comicus. Agricola boves suos ab hostibus abactos flens, Acharn. 1025. ait: καὶ ταῦτα μέντοι, νὴ Δί', ὥπερ μ' ἐτρεφέτην | ἐν πᾶσι βολίτοις. Sed ideo mendosa est vulgata lectio, quod, quum sententia flagitet *viverent in omnibus deliciis*, verba dant *vivebant in omnibus deliciis.* Nam ἔζων nude nihil aliud significare potest, quam *vivebant;* nullo autem pacto *viverent.* Hoc acute vidit Dawesius, cui præceps judicium, erroremque inde ortum circa loquendi formulam ἔζων ἐν λαγῴοις, nemo æquus est rerum æstimator, qui non lubens condonet, eo etiam magis, quia nullum omnino ad constitutionem hujus loci momentum adfert. Nam etiamsi alibi in similibus formulis recte adhibeatur præpositio ἐν, hic tamen certo certius est eam particulæ ἂν, quam prorsus requirit sermonis indoles, loco cedere debere. Sagacissimi Britanni emendationem plane confirmat codex A. e quo jam tot eximias lectiones protuli. In eo perspicue scriptum ἔζων ἂν πᾶσι λαγῴοις. Sed quid ego imprudens dico, curve tantis laudibus commenta eveho, quæ optimus Græci sermonis arbiter e cathedra sua exsibilavit, CLARISSIMUS PROFESSOR REGIUS? Vide quo ille supercilio in nota, cujus memini ad Conc. 255. et 772. Dawesii conjecturas in Morboniam amandet. Itaque recte se habet locus Aristophanis in Vespis v. 704. (706.) et seq. ubi nimium quam multos errores CUMULAVERIT vir eruditus, idem Cl. Dawes Miscell. Crit. p. 274. Nam primo quidem sensum orationis necessarium nullo modo perspexit. Non enim si quis nunc imperet, jam nunc vivant, sed si quis olim imperavisset, deinde vixissent. Opus non

erit, mi homo, ut testes advoces (vide not. ad Aj. 887.) qui fidem faciant te Latina ista Adriano Turnebo, vel Dionysio Lambino non surripuisse, qui fuere etiam olim Professores Regii, sed qui non isto modo Latine scribebant. Dilucide et ornate rationes emendationum suarum expediverat ingeniosus Britannus: tu, qui cumulum illius errorum tuæ eruditionis flatu disjicere et dissipare meditabaris, saltem curare debebas, ut ne puteret flatus ille. Quid tibi vis tandem? *ἐβούλοντο, ἦν, ἔζων*, tempus præteritum hic notare, non per imperfectum, sed per plusquamperfectum reddi debere: proinde locum hunc sic vertis: *Singulis earum si quis imperasset vicenos cives alere, bis decem millia plebeiorum in omni alimentorum copia vixissent, et in omni genere coronarum, etc.* Atqui ista cum præcedentibus non cohærent. Versionem meam cum tua conferant eruditi et judicent. Gallicis exemplis uti soles: en tibi Gallicum exemplum proponam: *Si la bonté paternelle du Roi supprimoit les Aides et la Gabelle, le peuple vivroit dans l'abondance.* Dicesne solœcam istam phrasin esse, sic cavillans? *Non; le peuple ne vivroit pas, si le Roi supprimoit: mais si le Roi avoit supprimé, alors le peuple vivroit.* Nonne ludibrium deberes iis qui te sic disputantem audirent, vel, ut tecum loquar, *audivissent?* Et hic quidem subsistere possem: satis enim te confutatum arbitror. Sed, ne tironibus fraudi sint tuæ ineptiæ, aliquid dicendum est de exemplis quæ profers e solutæ orationis scriptoribus. Quum mihi ad manum non sint editiones, quibus uteris, ea non excutiam. Sed quocunque tandem modo ea intellexeris, nihil tamen illa poetas tractantem juvant. Quid enim ex illis colligas? Particulam ἂν abesse. Quis hoc infitiatur? Sed rectene, an secus absit, judicione scriptoris, an librarii socordia, hoc quæritur. Vides imperitos illos librorum exscriptores millies in poetis contra metri rationem particulam illam omisisse: quidni idem contigisse credas in solutæ orationis scriptoribus? Similia exempla multa tibi indicare possem: uno defungar. Æschines c. Tim. p. 174. editionis Reiskii: *ταῦθ' ὁ γέρων, ὁ ἐκ παιδὸς σεσωφρονηκώς, παρήνεσε τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ταχὺ γὰρ* AN *Τίμαρχον, ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἴασε πολιτεύεσθαι.* Ad quem locum Taylorus hæc notat: 'Istud ἂν restituit cum Wolfio H. Stephanus. A codd. vero abest.' Tu procul dubio, si Æschinem edas, illud delebis, sicque committes, ut, quod ille voluerit, nemo possit intelligere. Sic enim soles, et ut quæque sunt absurdiora, ita tibi placent illa magis, maxime si ex iis occasionem arripere possis doctis aliquibus viris obloquendi, quibus ne dignus quidem es tu, qui matulam porrigas. Sic quod in Conc. v. 954. ineptissime legebatur: *πάρελθε, καὶ ξύνευνός μοι | τὴν εὐφροσύνην ὅπως ἔσει.* quia Dawesius in præclara ad eum locum nota ostenderat *τὴν εὐφρόνην* legendum esse, quod ita manifestum est, ut id etiam Berglerus viderit; tu in nota ad Ajac. 1184. loco alienissimo multus es, ut illud tuearis, lectionisque ineptiam tuæ explicationis ineptiis cumules. Os tibi, ut opinor, comprimet codex Regius, in quo *εὐφρόνην* scriptum esse breviter monui. Et quum sic eruditissimis viris obloqueris, eorum existimationi satis te tribuere putas, si singulorum nominibus præfigas *Cla. Cli. Clo.* cujus prædicati tam liberalis es, ut Moschopulum etiam in nota ad Aj. 504. appelles Cl. Moschopule. Scilicet in Nunnesii nota ad Herodiani fragm. post Phrynichum editum p. 207. legeras: 'Moschop. in Sched. futurum *μαχοῦμαι* usitatius ait esse, quam *μαχέσομαι*.' Nec auctorem, nec opus noveras: sed fucum lectoribus tuis facere voluisti, virque videri *πολυμαθὴς* et *πολυΐστωρ*, in eaque, quam dixi, nota ais: 'Et sic esse testatur Cl. Moschopule ad Herod. locum supra citatum.' Dominum Moschopule Germanum aliquem eruditum esse credidisti, aut Batavum, viventem adhuc forte, aut qui non ita pridem e vivis excessisset. Discas velim, o bone, Manuelem Moschopulum hominem fuisse Byzantinum, qui post captam urbem sæculo xv. in Italiam profugit. Hujus exstat opus *περὶ Σχεδῶν*, Nunnesio indicatum hoc literarum compendio *in Sched.* quod pulcherrimis typis excusit Rob. Stephanus Lutetiæ 1545. in 4. ubi p. 134. hæc verba leguntur: *οἱ γὰρ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων τῷ μαχοῦμαι χρῶνται. τὸ μαχέσομαι δὲ, οἱ τοῦ πλήθους.* Brunck.

709. *δύο μυριάδες.* Recte numerum subducit, atque hinc apparet *τὸ χίλιαι* in propria significatione accipiendum, non pro *πολλαί.* Nam si mille civitatum unaquæque viginti populares alat, necesse est popularium numerum excurrere ad viginti mille, quæ, ut arbitror, sunt duæ myriades. Quem numerum non esse verum videtur autumare Scholiastes, quia Demosthenes dixerit, *εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι*, quod fortassis de urbe ipsa Athenis intelligendum. Dixit autem *ἐν πᾶσι λαγῴοις* pro, in deliciis et bonis omnimodis, ut videatur inter quadrupedes lepus fuisse in prima commendatione, quod Martialis postea dixit. Fl. Chr. Eundem numerum civium Atheniensium refert etiam

Demosthenes: εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι: quem locum adduxit Scholiastes. At Ctesicles historicus majorem numerum annotasse dicitur apud Athenæum vi. p. 272. Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν, καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. Aristophanes in Eccles. 1127. civium adhuc majorem numerum ponit, πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων ὄντων τὸ πλῆθος. Sed hic videtur advenas Athenis habitantes cum Atheniensibus simul numerare. Berg. ἐν πᾶσι λαγῴοις. Pro ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Vid. ad Acharn. 1025. Id. ἐν, ut videtur, legit Suid. λαγῴοις, certe in πυριάτης. Qui articulus male conjungitur cum præcedente πυρίνῳ. Pors.

710. καὶ πύῳ καὶ πυριάτῃ. Sunt qui distinguant hæc duo, ut πύος sit τὸ πρῶτον γάλα, et, ut ait Galenus, τὸ μετ' ἀποκύησιν ἀμελχθὲν, quod sic Martialis vocat, quum scribit, *de primo matrum lacte colostra damus.* πυριάτης autem lac coctum, quod et πυρίεφθον dicitur. At Palamedes grammaticus hæc duo eadem facit et ἐκ παραλλήλου. Fl. Chr. καὶ πυαρίτῃ. E prioribus editt. me imprudente et invito remansit fœdissima hæc menda. Repone καὶ πυριάτῃ. Sic distincte scriptum est in A. ut legebant H. Stephanus et Casaubonus, ille Thesauri t. iii. col. 608. B. hic ad Athenæum p. 910. l. 58. Pollux vi. 54. πῦον, πυριάτη. Ad quem locum vide interpretes. πυαρίτη, a πύαρ deductum, si Græcum sit, hic tamen stare non possit, quia primam, ut πῦον vel πυὸς, unde originem ducit, producere omnino debet. Formam hanc agnoscit Eustathius ad Odyss. p. 1626. l. 3. Σημειῶσαι δὲ, ὅτι ὁ λεγόμενος παρὰ τοῖς παλαιοῖς πυὸς ἀρσενικῶς καὶ τῇ προσῳδίᾳ, φασὶν, ὡς τυρὸς, ἀνάπαλιν ἔχει πρὸς τὸν ὀρόν. ἔστι δέ φασι πυὸς τὸ πρωτόῤῥυτον γάλα καὶ νοστιμώτατον κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὅ τινες πύαρ φασίν. ἡ χρῆσις παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ (1150.) ὅθεν φασὶ καὶ πυαρίτης, τὸ πύρεφθον, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄγαν ἡδέων ἡ λέξις. Sed mendosam esse scripturam apud Eustathium credo et legendum πυριάτης, et mox πυρίεφθον. Vide Hesychii interpretes ad glossam πυριατόν. Latine *colostra*, quæ vox etiam in amatoriis blanditiis adhibetur. Plautus Pœn. i. 2. 154. 'Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus.' Brunck. Fallitur Inverniz., cum libros omnes præbere existimat πυαρίτῃ: utraque Juntina dilucide πυριάτῃ, quod tamen fugit et ipsum Brunckium. Hotib. Galen. de Facultate Aliment. iii. t. iv. p. 65. a. 32. Ald. 342. 8. Bas. καλεῖν δὲ ἐοίκασιν οἱ παλαιοὶ κωμικῶς (malim κωμικοὶ) πυριάτην, οἱ δὲ παρ' ἡμῖν ἐν ἀσίᾳ πυρίεφθον ὀνομάζουσιν αὐτό. Levi mendo vulgatur πυριάστην, pro quo Charterius t. vi. p. 384. D. male πυριαστόν. πυριάτη Suid. Pors. πυριάτῃ. Vide Schweigh. ad Athen. xiv. p. 658. E. Dobr.

711. τοῦ 'ν Μαραθῶνι τροπαίου. Nam in Marathone magnus ille Medorum exercitus fusus est, et victores Athenienses tropæa sustulere. Fl. Chr. ἐν deleri volunt Elmsl. ad Acharn. p. 108. et Bentl. Dind.

712. τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι. Id est παρέχοντι. Verbum simplex pro composito. Vide quæ notavi ad Æschyli S. Th. 878. In Pace 547. πέπαρδεν est pro καταπέπαρδεν. Sic γελᾶν apud Sophoclem occurrit pro καταγελᾶν, Philoct. 1125. καί που πολιᾶς | πόντου θινὸς ἐφήμενος | γελᾷ μου. Brunck. Ἔχειν pro παρέχειν nullus Græcorum nec dixit umquam, nec dicere potuit.—Hic non ὁ παρέχων τὸν μισθὸν, ut Brunckius vult, commemoratur, sed is, qui habet mercedem, ideoque dare potest. Herm. ἐλαολόγον Suidas in ἐλεαλόγοι: vide supra. [700.] Bent.

713. ὥσπερ νάρκη. Menander apud Athenæum vii. [p. 314. B.] ὑπελήλυθε δέ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα. Berg. Suidas in νάρκη habet τί πέπονθα; ὥσπερ νάρκη —, unde Kusterus recte legit οἴμοι, τί πέπονθ'; ὡς νάρκη μου. Bent. Suidæ scripturam qui probari cupiunt, scribere debebunt: οἴμοι, τί πέπονθ'; ὥσπερ νάρκη κατὰ χειρός μου καταχεῖται. Dind.

714. καὶ τὸ ξίφος. Menelaus quum stricto gladio post captam Ilion Helenam ulcisci vellet, repressit impetum, ubi nudatum pectus adspexit, et gladium posuit: imo aiunt, illum visa nuda, ut ait poeta, periisse Lacæna. Historiam hanc scripserat olim Ibycus, deinde et Euripides in Andromacha, quod et ad illam tragœdiam et ad hujus Comici Lysistratam notavimus. Huc ergo respexit hic Comicus, magnus adlusor et interpolator veterum tragicorum. Fl. Chr. Philocleo iste petebat gladium supra v. 522. dicebatque se ei incubiturum, si in disputatione victus fuerit: καὶ ξίφος γέ μοι δότε· ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει. nunc autem, quum sentiat se victum esse, simulat se præ torpore gladium tenere non posse, et e manibus dimittit, quasi præ infirmitate se nec interficere possit, quod se facturum dixerat. Scholiastes tanquam simile quid huc trahit illud in Androma-

cha Euripidis v. 629. ubi Menelaus increpatur, quod visa Helena abjecisset gladium, quo eam interfecturus fuerat. Vide ad Lysistr. 155. Berg. ἀλλ' ἄλγιδι Suid. Ms. μαλθάξαι. Locum om. ed. Med. habet Ald. ubi ἀλλ' ἤδη. Pors.

715. τὴν Εὔβοιαν διδόασιν. Similis modus loquendi ut apud Maronem in Bucolicis: 'Tum Phaetontiadas musco circumdat amaræ Corticis, atque solo proceras erigit alnos.' i. e. canit erectas fuisse in alnos. Sic etiam hic ait illos δημαγωγοὺς Eubœam tribuere, quia promittunt insulam illam opulentis urbibus nobilem, præcipue Carysto et Chalcide, ut ait Mela, sub ditione populi Atheniensis futuram, ita ut viritim unicuique daturi sint quinquaginta medimnos, quum tamen in frumenti inopia quinque tantum hordei medimnos tribuerint, idque paullatim et κατὰ χοίνικα. Est autem medimnus mensura siccorum quæ quadraginta octo continet modios. Chœnix autem est semodius, sextarium Gaza vertit, qui quatuor panes facit, toto die sufficientes uni viro. Fl. Chr. Verbis dant, id est promittunt Eubœam sorte inter ipsos distribuendam. Ut Æginam etiam distribuerunt. Berg. Cf. Nub. 204. Conz.

718. Hic versus vulgo in duos divisus est, qui recte in A. coalescunt. Brunck. ξενίας φεύγων. Postulatus peregrinitatis tanquam civis non legitimus, sed adscriptitius. Sunt qui putent hoc referri ad Ægypti donationem: nam teste Philochoro, (scriptor hic vetustus fuit Cycni filius, ἱεροσκόπος, qui libros xvii. scripserat de Attica) quum caritas annonæ et frumenti inopia Athenienses premeret, impetrarunt a Psammeticho (qui rex fuit Libyæ regnavitque in Ægypto per liv. annos, et Syriæ urbem Azotum per xxviii., auctore Herodoto, annos obsessam, tandem expugnavit et cepit) magnam frugum copiam, quumque numerum civium recenserent, coacti sunt recurrere ad ξενηλασίαν: nam peregrinorum numerus erat 4760. at civium et indigenarum, qui singuli quinque medimnos acceperunt, numerus recensetur 14240. Hic ergo Bdelycleo ait patri Philocleoni, vix ipsum evicisse ut civis censeretur. Existimo autem illis temporibus grassatam nobilem illam pestem, de qua Thucydides et Lucretius scribunt (sunt enim λοιμὸς et λιμὸς sæpe σύν τε δύ' ἐρχομένω), quæ ex Æthiopia vel Ægypti finibus primum orta (etsi Ægyptios omnium hominum sanissimos fuisse Herodotus ait, quia illic tempora non mutantur, et auctore Hippocrate αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα) invasit Atticam regionem post Persas. Fl. Chr. Quasi non sis civis germanus, sed adscititius, nec adeo partem capere possis. Berg. V. not. ad Schol. Dind. ξενίας φεύγων v. 724. — accusatus, scil. quasi non esset civis germanus; peregrini enim et adscititii cives exclusi erant tali beneficio. Conz.

719. ὧν οὕνεκ'. Perperam vulgo εἵνεκ', [quod Invern. revocavit.] Brunck.

721. στομφάζοντας. i. e. dure et superbe ridentes. Dictio composita ab ore et uva immatura, quæ ὄμφαξ dicitur, quam vocem ad animi asperitatem et duritiem transtulit Plato comicus in fabula Ἑορτῶν: ait enim: καὶ τὰς ὀφρῦς σχάσασθαι καὶ τὰς ὄμφακας: unde proverbium Σικελὸς ὀμφακίζεται, quod corruptum in epist. Aristæneti sic efferendum puto, sed alio tamen referendum quam adagiorum scriptor voluerit. Illic enim agitur περὶ παιδισκαρίου ἀώρου et vere ὄμφακος. Nam omnia dura et αὐστηρὰ dicuntur ὄμφακες teste Hesychio, qui σικελίζειν, ut hoc obiter dicam, dicit esse ἀτηρεύεσθαι. corrige αὐστηρεύεσθαι. Sic enim Epicharmus, auctor illius adagii, vocat σικελίζειν. Æschylus ob verborum ampullas duramque compositionem dicitur in Nubibus [1367.] hujus Comici στόμφαξ et κρημνοποιός. Fl. Chr. στομφάζοντας — ἀλαζόνας. Conz.

724. πλὴν Κωλακρέτου γάλα. Beatum, inquit, et felicem te præstabo, imo te lacte avium pascam, tantum interdico quæstoris lacte. Quibus verbis avertere patrem vult a frequentia judiciorum et mercede triobolari, quam, ut diximus, accipiebant judicantes a Colacreta: dixit autem γάλα, quia triobolo solo isti alebantur ut lacte infantes. Fl. Chr. Dicturus videbatur ἐθέλω παρέχειν, ὅ τι βούλει, σοί· καὶ ὀρνίθων γάλα· ut in Avib. 1672. ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα. Sed nunc παρ' ὑπόνοιαν dicit ἐθέλω παρέχειν, ὅ τι βούλει, σοί· πλὴν Κωλακρέτου γάλα. alludens tantum ad illud proverbium. Intelligit autem per Κωλακρέτου γάλα mercedem judiciariam, quam distribuebat ὁ Κωλακρέτης, quod est nomen magistratus, quæstoris. Dicit itaque se patri omnia concessurum, tantum, ut judicia frequentet, non permissurum. Berg.

725. Male, ni fallor, legitur ἤπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκεν —. Vide an legendum sit, ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς, ὅστις ἔφασκεν —. Æschylus Prom. 886. ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς, ὃς | γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε, καὶ | γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν, etc. Elmsl. Æschylus in Prometh. 886. ἦ — διεμυθολόγησε. Euripides in Andromach. 957. eandem sententiam cum Comico nostro laudans: σοφόν τι χρῆμα τοῦ διδάξαντος βροτοὺς, λό-

γους ἀκούειν τῶν ἐναντίων πάρα. Berg. πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Proverbialis Phocylidis versus: μή τε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Euripides in Heraclidis v. 180. τίς ἂν δίκην κρίνειεν ἢ γνοίη λόγον, πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ. ubi vide notam Cl. Barnesii. Ceterum laudant hanc sententiam hic judices sive Heliastæ, tanquam bene ipsis notam: nam in eorum juramento erat: ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν: ut est apud Demosthenem contra Timocratem. Comicus infra v. 919. μὴ προκαταγίνωσκ', ὦ πάτερ, πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων. Berg.

726-8. ὃς pro ὅστις Suid. Ms. σκήπων. ἀκούσας οὐδ' ἂν δ. οὐδ' ἤδη πολλῶν νενίκηκας Suid. Ms. sc. ἀκούσας οὐκ ἂν δ. σὺ δ' ἤ. πολλῶ νενίκηκας ed. Med. σκήπωνας Suid. καταβάλω Ms. Duplex parodia, Æschyli Prom. 885. et Pseudo-Hesiodi apud Schol. Pors. Vide Ciceron. ad Attic. vii. 18. Pors. Vide Brunckium et Schæferum ad Pseudo-Phocylidem p. 159. ed. nov. Gnomicorum. Dobr.

727. τὴν ὀργὴν χαλάσας. In Av. 383. τῆς ὀργῆς χαλᾶν. Berg. σκίπωνας. Sic scriptum in B. In A. erat primo σκίμπωνας, ut in impressis; sed μ litura inductum. Vide quæ notavi ad Euripidis Hecubam 65. Brunck. σκήπωνας Suidas in σκήπων. Bent. Cd. Invern. offert σκιπίωνας (manifesto ex glossemate). Ipse exhibet in textu σκίπωνας. Cæterum formula σκήπων a σκήπτω in lexicis etiam frequens est. Conz.

728. συνθιασῶτα. V. Pluto 508. Berg.

729. Carmen est antistrophicum. Stropha incipit a v. 729.—735. antistropha v. 743.—749. V. 732. δὴ cum cod. Rav. delendum, et in antistr. κελεύοντος scribendum pro παρακελεύοντος. V. 733. nihil mutandum. V. 747. cui respondet 733., e cod. τοῖσι pro τοῖς reponendum. Mox λόγοισι mutandum in λόγοις. V. 735. post δῆλος addendum ἐστὶν, quod a librariis ideo omissum est, ut metra sibi incognita ad senarios revocarent. Ibid. revocandum σὺ δὲ, quod Brunckius male mutavit in σὺ δ' αὖ. V. 744. corruptus est, ut e varr. lectt. apparet. V. 749. delendum γ', quod Brunckius demum invexit. A. Meinekius in curis criticis in comicorum fragmenta p. 55. 56. Stropha continetur versibus 729—735. πιθοῦ, πιθοῦ λόγοισι, μηδ' ἄφρων γένῃ, | μηδ' ἀτενὴς ἄγαν, ἀτεράμων τ' ἀνήρ. | εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς | εἶναί τις ὅσ-|τις τοιαῦτ' ἐνουθέτει. | σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν | παρὼν ἐμφανὴς | ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος | καὶ δῆλός ἐστιν εὖ ποιῶν· | σὺ δὲ παρὼν δέχου. Antistropha est in versibus 743—749. νενουθέτηκεν αὐτὸν ἐς τὰ πράγματα· | οἷς γ' ἐπεμαίνετ' ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως, | λογίζεταί τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἁμαρτίας | ἃ σοῦ κελεύ-|οντος οὐκ ἐπείθετο. | νῦν δ' ἴσως τοῖσι σοῖς | λόγοις πείθεται, | καὶ σωφρονεῖ μέντοι μεθι-|στὰς ἐς τολοιπὸν τὸν τρόπον, | πειθόμενός τέ σοι. Et ista quidem omnia ex antiquis libris, imprimisque Rav. nisi quod in stropha nomini δῆλος adjunximus ἐστίν, quod metrum postulat. Memini Seidlerum narrare mihi, id ipsum ex antiquo Ms. se consignatum habere. In antistropha autem οἷς γ' ἐπεμαίνετ' posuimus sequuti scripturæ vestigia in codice uno Brunckii, οἷός τ' ἐπεμαίνετ', in Rav. οἷα τότ' ἐπεμαίνετ', in vetustis exemplaribus typis impressis, οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'. Reisig. Incipit hoc versu stropha, quæ constat iambico senario, dochmaico, itidem iambico senario, asynarteto ex penthemimeri iamb. et iambico dim. brachycat., cretico dim., dochmio, iambico dim., itidemque dochmaico, qui sic legendus: Καὶ δῆλος εὖ ποιῶν· σὺ δὲ παραδέχου. In antistropha rescribendum sententiæ causa: Οἷ' ἔτ' ἐμαίνετ' (ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως), οἷα, i. e. οἵως, ἔτι ἐμαίνετο: quomodo etiam deliraverit, secum reputat; numerorum vero causa λόγοις pro λόγοισι, et, deleto interpretamento τὸν τρόπον: Καὶ σωφρονεῖ μέντοι μεθι-|στὰς ἐς τὸ λοιπὸν πιθόμενός τέ σοι. Πιθόμενος rescribas, quod placuit Brunckio, an serves πειθόμενος, quoad metrum nihil interest, sed elegantiora sunt ἐπιθόμην, πιθόμενος, πιθοῦ, quæ passim cum ἐπειθόμην, πειθόμενος, πείθου, deprehenduntur commutata. Si vero alcaicum hunc versum statuas, quo quidem metri genere rarius utuntur fabularum conditores, necesse est servari vulgatam lectionem πειθόμενος. Hotib. 729. et seqq. (στροφή.) πιθοῦ, πιθοῦ λόγοισι, μηδ' ἄφρων γένῃ, | μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ· | εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς | εἶναί τις, ὅστις τοιαῦτ' ἐνουθέτει· | σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν (5) | παρὼν ἐμφανὴς | ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος, | καὶ δῆλος εὖ ποιῶν σε· | τὸ δ' εὖ παρὸν δέχου. | 743. et sqq. (ἀντιστροφή.) νενουθέτηκεν αὐτὸν, εἰς τὰ πράγμαθ' οἷ-|ος τότ' ἐμαίνετ'· ἔγνωκε γὰρ ἀρτίνους, | λογίζεταί τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἁμαρτίας, | οἷς, σοῦ κελεύοντος, οὐκ ἐπείθετο. | νῦν δ' ἴσως τοῖσι σοῖς (5) | λόγοις πείθεται, | καὶ σώφρον', ὀψὲ γοῦν, μεθιστ-|ὰς ἐς τὸ λοιπὸν τὸν τρόπ-|ον, πιθόμενός τε σοί. Hæc antistrophica detexit Hotibius p. 105. et post eum Reisig. p. 124. ducti procul dubio a Rav. qui veras lectiones, aut vero proximas, conservavit. Etenim in stropha omittit δὴ et τῶν, in v. 4. et 5. Mox

teste Reisigio Ms. apud Seidlerum habet ἐστὶν in v. 8. unde erui potest ποιῶν σὲ τὸ δ' εὖ, vice ποιῶν σὺ δὲ vel δ' αὖ. Et sane memor Horatiani præcepti *præsens carpe diem*, hic reposui τὸ δ' εὖ παρὸν, δέχου: quæ locutio similis est Sophocleæ in Œd. Col. 1694. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν: ubi licet φέρον tueatur Suidas bis, bene tamen Sallier apud Heathium restituit παρόν: cui favet v. 1540. τοὐκ θεοῦ παρόν: neque a Comici mente distat proverbiale dictum, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, apud Platonem in Gorgia p. 340. E. et Diogen. Laert. in Pittaci vita: neque τὸ παρὸν θεραπεύειν apud Sophoclem in Phil. 149. neque χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμ' εὖ καλῶς τ' εἰς δύναμιν τίθεσθαι apud Cratinum, teste Photio: neque illud Hesychio, τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. Seager quoque in Classical Journal, No. IV. [p. 713.] voluit παρὸν, alio licet sensu. In antistrophæ v. 2. Ms. B. οἷός τ' ἐπεμαίνετ': i. e. τότ' ἐμαίνετ': ut patet ex Rav. οἷα τότ' ἐπεμαίνετ': at edd. vett. οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'. Mox ἀρτίως ὅτι: at Rav. et Ms. B. omittunt ὅτι. Pro ἀρτίως reposui ἀρτίνους: quod exponit Euripides in Orest. 248. ἄρτι σωφρονῶν: ubi Porson. e Diogene Laertio sumsit ἀρτίως φρονῶν. In Hesych. est ἀρτίπνουν, ὀρθόπνουν, male. Debuit esse vel ἀρτίνουν vel ἀρτίπουν. Certe ἀρτίφρων bis usurpat Euripides. V. 4. Ita Rav. pro παρακελεύοντος, unde erui potest παρακαλοῦντος. V. 7. Vulgo φρονεῖ μέντοι. Rav. σωφρονεῖ μέντοι. Ipse vero propter Orest. 99. et El. 1111. ὀψέ γε φρονεῖς εὖ: Bacch. 1343. ὀψ' ἐμάθεθ' — Œd. C. 1264. ὀψὲ γοῦν ἐκμανθάνω, Agam. 1427. ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν, et Vesp. 217. νὴ τὸν Δί' ὀψὲ γοῦν. non hæsitavi reponere voces efficaces, loco ineptæ particulæ μέντοι. G. Burges.

730. ἀτενής. Furiosos ἀτενεῖς vocant, quia fixis oculis intueri soleant efferusque est et sanguine velut suffusus eorum obtutus. At τὸ ἀτέραμνον nihil aliud est quam durum et immite, quasi μὴ τέρεν, sed σκληρόν. Sic ὄσπρια ἀτέραμνα dicuntur δύσπεπτα, et ad coquendum contumacia. Apud Suidam legitur ἃ συναψόμενα τοῖς ὀσπρίοις οὐ τήκεται. Male: legendum enim συνεψόμενα. Quæ, inquit, cocta cum leguminibus non macerantur neque mollescunt. Plato usus est ea voce pro ingenio barbaro et rudi et legibus non obtemperanti, et tales cives ἀτεράμνους et κερασβόλους vocat, ducta metaphora a semine quod in boum aratorum cornua incidit neque unquam maturescit. Ælianus etiam hæc duo junxit ἀτεράμων καὶ βάρβαρος τὴν ψυχήν. Paullo post θεὸς ἐμφανὴς designat non qui oculis se cernendum præbuerit mortalibus, sed cujus auxilium et numen clarum et præsens fuerit, atque adeo ἐναργές. Fl. Chr. ἄγαν. Insertam in impressis particulam [γε] neuter agnoscit codex. Brunck. Conf. Ruhnken. ad Timæum p. 53. Dind. Inverniz. hunc et versus sequentes, ut circumferuntur vulgo, manifesto pluribus locis ægrotos, a Brunckio tentatos quidem, sed non plane salubri restitutos medela secundum cd. suum dispescuit in minores versiculos hujuscemodi habitus: μηδ' ἀτενὴς ἄγαν | ὠτερώμων τ' ἀνήρ. | εἴθ' ὠφελέν μοι | κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς | — — — | — — — | σὺ δὲ παρὼν δέχου. Et sic etiam disjecti sunt apud illum antistrophici νενουθέτηκεν — πειθόμενός τε σοι. Optime illos restituisse nobis videtur J. H. Vossius, qui quantum augurari licet ex versione data, quum promissæ criticæ notæ nondum sint editæ, post quatuor chori primarios tetrametros anapæsticos cum versu πιθοῦ, πιθοῦ, incipit stropham sic constitutam, ut complectatur illa a primordio quatuor iambos senarios, quos exciperent tres postremi versiculi:

⏓ – ⏓ – | ⏓ – ⏑ – | – ⏑ – |

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – |

⏑ – ⏑ – ⏑ – |

Legisse videtur hic, quum neque textus vulgatus neque Brunckianus huic schemati respondeant: νῦν δ' αὖ παρών τις ἐκφανὴς σοι θεὸς, | πράγματος ξυλλαμβάνει, καὶ δῆλός ἐστιν εὖ ποιῶν, | σοὶ δ' αὖ παρὼν δέχου. Vulg. legitur v. 733. σοὶ δὲ νῦν τις τῶν θεῶν παρὼν ἐμφανὴς, quem Brunckius suopte ingenio ita efformavit, ut apud nos legitur. Notare hoc voluimus nihil mutantes, quamvis J. H. Vossii metri constitutioni quæ innixa videtur versibus postsequentibus ut antistrophicis assensum majorem præbeamus, modo ipse, quomodo legendum censeat, criticis suis mox adnotationibus aperiat, dum nobis nihil nisi inde conjectare licuit. — Voces ἀτενὴς cæterum et ἀτεράμων sunt synonymæ. Illa = ἄτεγκτος, hæc = σκληρὸς, ut in Ajace Sophocl. — infractus. Conz.

731. ὤφελεν. Perperam vulgo ν paragogicum omissum, quod superne inter lineas repositum in A. Brunck. L. ὤφελεν. νῦν addit Valckenær. ad Eurip. Phœn. 431. Pors.

733. νῦν δ' αὖ παρών τις ἐμφανής σοι τῶν θεῶν. Sic numeros hujus versus restituimus: senarius est, ut duo præcedentes. Vulgo sine ulla metri forma legitur: σοὶ δὲ νῦν τις τῶν θεῶν παρὼν ἐμφανής. In A. τις θεῶν, omisso articulo. In B. νῦν δὲ νῦν τι θεῶν παρών. Brunck.

734. καὶ δῆλός ἐστίν σ' εὖ ποιῶν, σὺ δ'

αὖ δέχου. Reisk. σὺ δ' αὖ. Sic bene impressi, ad metri normam. In binis codd. σὺ δὲ παρών. Sæpissime δὲ et δ' αὖ a librariis commutantur, quod observavi ad Av. 579. Brunck.

737. χόνδρον—alicam, cibus stomacho utilissimus. Ptisanam etiam vocant v. c. Cels. 3, 6. Plin. 20, 25. Plin. ep. ii. 1, 15.

738. σισύραν. Amictum ex pellibus lanigeris esse autumat Scholiastes et aliter βαίτην vocat, et sane credibile est esse διφθέραν et quem Cæsar cum Varrone dicit renonem ab ovibus pellitis. Antiqui, ut notarunt alii, Tityrum vocabant τὸν κριόν: inde ego putem σισύρας nomen. Tamen Hesychius eam componit ex pellibus caprinis, et contra hunc Scholiastem differre facit σισύραν a σισύρνᾳ: nam sisyrnam a Libycis pastoribus vocari ait vestem ex pellibus villosis consutam, at sisyram stragulum potius esse et μηλωτήν. Neque consentiunt grammatici inter se: nam alii σισύραν faciunt lænam simplicem, alii duplicem. Non est facile has controversias conciliare, nobis præsertim Gallis, qui tantum abest ut veterum vestes satis dignoscamus, ut nostras ipsi quotidie mutemus, longe dissimiles Philocleonis istius, qui odio Laconum, baxeas, quæ Laconicæ dictæ, nunquam in animum inducere potuit ut indueret. Nos hodie non βαίτας, sed Bæticas vestes induere gaudemus, exoticarum elegantiarum simioli. Fl. Chr. In Avib. 121. ὥσπερ σισύραν ἐγκατακλιθῆναι μαλθακήν. Berg.

740. Hi anapæsti pessime vulgo distincti sunt. Brunck. Versiculos a πόρνην—προσέσθαι alio ordine exhibet Invernizius, hoc quidem: πόρνην, ἥτις | τὸ π. τρ. κ. τ. ὀσφυν', | ἀλλ' ὅτι σιγᾷ, κουδὲν γρύζει, τοῦτ' | οὐ δυν. προσ. Melius continuantur cum Brunckio cœpti dimetri anapæstici. Conz.

741. κοὐδὲν γρύζει. In Ran. 938. γρύζοντας οὐδὲ τουτί. Berg. Cf. N. 963. Π. 454. 598. Λ. 659. Conz.

742. με προσέσθαι. i. e. ἐφελκύσασθαι, et sic Ælianus dixit: ὁ δὲ οὐ προσεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκων εἶναι μίσθωμα τὸ ἑαυτὴν παραβάλλειν ἀνδρὶ ἀγνῶτι, καὶ ὥσπερ ὤνιον τὸ κάλλος ἀποδόσθαι. Fl. Chr.

741-2. Citat Suidas v. προσέσθαι. Pors.

743. αὑτόν. Ed. Farrei αὐτόν. Berg.

744. οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ', ἔγνωκε γάρ. Ut sit senarius, sic legerem: ἔγνω δ' ἀρτίως ὅτι. quamvis neque sic placet, nam in quinta sede spondeum non temere reperias in senario, ne quidem apud liberrimos et licentiosos comicos Græcos. Sed si trochaicus est, deest aliquid ad versum. Sic autem prior locutus est Sophocles in Ajac. lora tenente: ἐπίσταμαι δ' ἀρτίως ὅτι etc. Fl. Chr. Porson. ap. Kidd. ad Dawesii Miscellan. p. 361. scribit: οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ' ἀρτίως ἔγνωκε γάρ. Inter hunc versum et sequentem excidisse versum putat Reisk. Dind. οἷα γὰρ ἐμαίνετ' ἀρτίως, ἔγνωκε νῦν. Sic ad sententiæ et metri præscriptum reconcinnavimus versum, quem impressi corruptissimum sic exhibent: οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'. ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως, ὅτι. In B. οἷός τ' ἐπεμαίνετ'—et in fine ὅτι omissum. Sic etiam A. Scripta quidem in eo vox ὅτι; sed subducta minio linea indicat eam delendam esse. E vulgata lectione nullus legitimus elici potest sensus. Brunck. Dedimus eos nos, ut Brunck. ad metri præscriptum reconcinnavit. Inverniz. legit ex libro suo: οἷα τότ' ἐπεμαίνετ' ἔ-| γνωκεν γὰρ ἀρτίως | — — — — | ἃ σοῦ κελεύοντος, οὐκ ἐπείθετο. | νῦν δ' ἴσως τοῖσι σοῖς | λόγοισι πείθ'. | καὶ σωφρονεῖ μ. μεθι-|στὰς — — τρόπον, | πειθόμενός τέ σοι. Conz.

743-4. In secundo versu prima τοῦ ἔγνωκε corripitur contra Dawesii regulam, Misc. Crit. p. 196. Forsan igitur legendum, νενουθέτηκεν αὑτὸν ἐς τὰ πράγματα, Οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'· ἀρτίως ἔγνωκε γάρ. ὅτι enim plane incommodum videtur. Neque quisquam offendi debet τοῦ γὰρ sede. Vide Pac. 558. Lysistr. 490. cujus fabulæ v. 20. lege, ἀλλ' ἦν ἕτερα γάρ. v. 595. ὁ μὲν ἥκων γάρ. Menander apud Schol. ad Euripid. Phœniss. 914. ἐκ γειτόνων οἰκῶ γάρ. *Nam vicinus habito.* Atque hæc dixi si quis interpungere velit post ἐπεμαίνετ', sed forsan melius post ἀρτίως distingueretur. Alibi addit γὰρ ex Eurip. Suppl. 365 = 373. Gaisf. Pors.

748. μέντοι valde trajectum et loco suo motum est metro cogente. In constructione debet cum νῦν οὖν jungi. Reisk. μεθιστὰς τὸν τρόπον. Ut μεθίστη φύσιν apud Euripidem in Alcest. 172. Potest etiam legi μεθιστὰς τῶν τρόπων, ut in Pluto 365. ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχεν τρόπων. Berg. μεθιστὰς τὸν τρόπον. Sic bini etiam codd. Nec ulla causa est, cur hæc lectio mutetur. Infra 1451. μετέστη ξηρῶν τρόπων. At ibi aoristus μετέστη neutralem significationem habet: μεθιστὰς autem, participium præsentis active significat, et proinde cum accusativo rite construitur. In Equit. 398. οὐ μεθίστησι τοῦ χρώματος Attice dictum, subaudito τι, vel οὐδέν. Brunck.

749. Lege, πιθόμενός τε σοί γ'. ἰώ μοι μ'. οὗτος ὦ, τί μοι βοᾷς. οὗτος ὦ ut Av. 275. Euripid. Helen. 1647. Pors. Male Brunckius πειθόμενος mutavit in πιθόμενος: nam redit in cogitationem ἐς τολοιπόν. Reisig.

751. κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν. Eu-

ripides in Alcest. 866. κείνων ἔραμαι, κεῖν' ἐπιθυμῶ δώματα ναίειν. Vult autem Philocleo esse in foro judiciario. Berg. Ex Euripidis Hippolyto priore seu Velato. Vide Valckenarium ad Hippol. v. 230. Brunck. Cæterum cf. Alcest. Eur. v. 888. ubi Admetus ita queritur v. 879. 880. κείνων ἔραμαι, κεῖν' ἐπιθυμῶ δώμανα ναίειν. Conz.

753. ἵν' ὁ κήρυξ φησί. In publicis judiciis quum coacti erant judices, præco proferebat cadum qui sortes capiebat quas illi in illum immitterent, ac contingebat sæpe ut voluptatis gratia quidam ex judicibus calces suas retinerent. Itaque clamare solebat præco, qui sententiæ suæ calculum non tulit, surgat et mittat. Sic autem lego et distinguo, ἵν' ὁ κήρυξ φησὶ, τίς ἀψήφι-στος; ἀνιστάσθω. [Interrogandi signum post ἀψ. in vett. edd. omissum restituit etiam Berg.] Nam duo sunt versus anapæstici, prior dimeter, alter monometer duobus tantum anapæstis constans, sed secatur prioris ultimum verbum cujus posterior syllaba alterum versum monometrum adjuvat. Pronunciandum autem τίς per interrogationem. Fl. Chr.

754. ἐπὶ Suid. Ms. κημός. ἐπὶ om. ed. Med. Pors.

756. ποῦ μοι ψυχή; Sic ambo codd. recte. Invenuste vulgo ποῦ μου ψυχή. Brunck. ποῦ μου ψυχή. Hæc verba, male ab interprete intellecta et Latine versa, sic interpretanda sunt: *ubinam est anima? huc ades, o umbratilis* (i. e. latitans). *Certe nunc cum judicibus sedens Cleonem de furto vix convincerem.* Id est, adeo sum amens et stupidus, ut non possem Cleonem furti convincere in judicio, licet sit fur manifestus. Palmer.

757. πάρες ὦ σκιερά. Et hæc ludit per parodiam sumta ex ejusdem tragici Bellerophonte, ex quo laudantur hi versus anapæstici: πάρες — ἐνοδίας, ubi rectius legas εἰνοδίας propter metrum: sunt enim duo anapæsti [στάσιν εἰνοδίας]. Sed non dubito quin legendum sit εὐοδίας, i. e. itineris facilis et pervii, qua voce usus est Æschylus in Glauco Potnieo, et hic noster Comicus in Ranis per parodiam Æschyli. Quin et apud Esdram prophetam Græca versio vetus habet ζητεῖτε εὐοδίαν. Sic autem locum illum ex Bellerophonte Euripidis interpretor totidem anapæstis: Nunc umbrosæ cedite frondes, | nemora et fontes ite, supremum | cœlum visere cupio, sit ne | iter hoc facile. Fl. Chr. πάρες ὦ σκιερά. Male vertitur *ades, o caliginosa.* Verti debuit: *sine me transire, o caliginosa.* πάρες, a παρίημι, *permitte, dimitte.* Transsumta sunt verba ex Euripidis Bellerophonte, cujus pleniorem locum profert Scholiastes: πάρες ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ | κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς | αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει | στάσιν εὐοδίας. Hujus fragmenti sensum explanavit Cur. Nov. in Suidam pag. 120. Toupius, cui facem prætulerat Florens. πάρεσ' Berglerus excudi volebat pro πάρεσο, a πάρειμι, *adsum.* Quod ille non primus excogitavit. In codd. scriptum πάρες. At in A. manu multo recentiore docti nescio cujus viri, qui codicem illum trivit, literæ ς superscriptum σ'. Sed præstat id verbum accipi eo sensu, quo apud Euripidem erat. Brunck. Citat Suidas v. σκιερά. Pors.

760. Personæ in libris omnibus admodum confusæ sunt: eas in ordinem perite restituit Berglerus in versione, quod et ego in Græcis feci. Brunck. Phil. τί π. σοι; Bdel. λέγ' — ἑνός. Phil. ποῖον, — ἰδώ. Bdel. τοῦ μὴ δικάζειν. Phil. τοῦτο, etc. Dind.

761. Lege πείσομαι. Bent. Vulgo τί πείθομαί σοι; Invern., haud dubie e cod. Rav., τί σοι πείθομαι; Hinc Hermannus ad Nubes 88. recte correxit: τί σοι πίθωμαι; Dind. L. τί σοι πίθωμαι; vide Dawes. Misc. Crit. p. 218. Pors.

762. τοῦ μὴ δικάζειν. Confert huc Hotibius p. 106. locum Terentian. Phormio ii. 1. 'Jam depecisci morte cupio.' Conz.

763. Ἅιδης διακρινεῖ. Sic cernere dicunt Latini, et sic locutus est Atreus ad Aeropam in Cressis Euripidis, ut notat Scholiastes. Nihil autem per hoc loquendi genus aliud ait quam *moriar potius:* ut vera sit illa sententia, invitum qui servat, idem facit occidenti, εἰ σώζεις τὸν ἄκοντα, κακόν τι σὺ ταυτὸν ἔδρασας. Fl. Chr. Ex Euripidis Cressis, ut notat Scholiastes. Sophocles in Antig. 333. τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ. Quod autem Comicus dicit Ἅιδης διακρινεῖ, illud Sophocles dixit Ἅιδης ὁ παύσων ἔφυ in eadem fabula 581. Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ. Berg. Similiter Phædria Terentianus Phorm. ii. 1. jam depecisci morte cupio. Hotib. διακρινεῖ. Sic Suid. Ms. τοῦθ' ἅδης, et ἤγ' ἐγὼ, et mox χρόνου πέρα. διακονεῖ edd. Med. Kust. Pors.

767. περὶ τοῦ; Ita recte edd. pristinæ, non περί του, ut nuper. Berg.

768. σηκίς. Male putant quidam nomen esse proprium: nam σηκὶς vel σηκίλη verna est ancilla vel abra cui cura penum servare antiquitus in agris. σηκὸς enim præter alia significata simpliciter domum significat: pro nido usurpat Aristoteles. Apud Suidam habes de Lysia hæc verba: ὃς δύο ἔτη ἐγεώργησεν οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκόν: quæ tria de omni oliva interpretatur, diversa tamen puto, et fortassis σῦκον legendum, ut de olea, moro,

et ficu arboribus intelligat. Fl. Chr. Infelix conjectura. V. Marklandum ad Lysiam p. 268. sq. Dind.

769. ἐπιβολήν. Apud rhetores sic vocatur mulcta et pœna, et eam irrogare est ἐπιβάλλειν. Huic pœnæ vel mulctæ obnoxii erant curatores qui pupillos defraudaverant et qui rempublicam male administrarant, aut rem alienam detinuerant neque dum restituerant. Fl. Chr. Cf. Ruhnk. ad Timæum p. 116. et not. ad Schol. Dind.

770. πάντως γε. Sic optime A. Vulgo δέ. Brunck.

771. ἢν ἐξέχῃ εἵλη. Alludit ad proverbium ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, vel potius dictum vulgarium, ut hic noster Comicus in Insulis fabula dixit, λέξεις — ἥλιε, de quo vide Suidam hunc locum laudantem, sed male scribentem ὕλη pro εἵλη, quo nomine dicitur solis lumen: nam Attici ει pro η enunciant: ludit autem in paronomasia, quia Heliæa a subdiali sole dicta maximum erat forum judiciale. Alii tamen [apud Schol.] pro κατ' ὄρθρον legunt κατ' ὀρθὸν, i. e. interprete Callistrato, κατὰ τὸ ὀρθῶς ἔχον: quæ expositio placere mihi non potest. Quod vero ait ὕοντος subaudiendum θεοῦ vel Διὸς, ut dixit Alcæus ὕει μὲν ὁ Ζεύς. Et sic Latine dicimus impersonaliter, pluit, tonat, ningit. Fl. Chr. Alludit ad illud puerorum dictum, ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, quo usus est Comicus noster in Insulis, λέξεις ἄρ' ὥσπερ τὰ παιδία· ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε. De quo vide Suidam hunc locum laudantem, et Pollucem ix. 123. et 124. Berg. ἢν ἐξέγρῃ εὐνῆς κατ' ὄρθρον, *si surgas lecto horis matutinis, mature, de bonne heure*. Reisk. Conf. Casauboniana p. 49. Distinguit Bentl. ἢν ἐξέχῃ εἵλη κατ' ὄρθρον, *si sol mane affulgeat:* ut ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε. Editor adnot. Bentleii. Dind.

772. ἡλιάσει πρὸς ἥλιον. Jocus ex ambigua significatione verbi ἡλιάζεσθαι, *apricari*, et *judicem esse in Heliæa*. Qui plura cupit H. Stephani Thesaurum adeat. Ad pleniorem eorum quæ sequuntur intelligentiam legendus Pollux viii. 123. Brunck. V. Schol. Berg. ὀρθὸν Schol. probante Dawesio Misc. Crit. p. 273. Pors.

774. ὕοντος. Scholia, ὕοντος τοῦ θεοῦ. Berg. εἴσει. Scholia, γνώσῃ τὴν δίκην. Berg. Hotibius scribi vult χ' ὕοντος. Dind. ὕοντος, εἴσω, nempe ἡλιάσει, *judicabis intus, domi, sub tecto*. Reisk.

775. θεσμοθέτης. Novem erant Athenis magistratus dicti Archontes, nempe rex, archon, polemarchus et sex thesmothetæ, sic dicti quia curam legum et judiciorum habebant, qui judices e sua quisque tribu sortiebantur (Scholiastes addit decimum, qui scriba fuit, aitque singulas tribus unum habuisse thesmothetam et unum γραμματέα ad leges rogandas) in quos imperium habebant, ita ut si ad horam non venissent, eos excludere et consessu interdicere possent. Sic Romæ prætores judiciis centumviralibus et publicis præerant. Fl. Chr. Quicunque judicum citatus ab ipsis ad diætam habendam non apparuit justo tempore, secludebatur ἀπὸ τῆς κιγκλίδος, cf. 316. 691. 104. et trioboli mercedem non accipiebat. Conz.

776. γ' abest a reliquis editionibus. Dind.

778. δάκνων σεαυτόν. Sæpe enim esuriens judex actorem condemnat. Ludit autem hic in voce τοῦ δάκνειν, quæ et dentibus frendere et lædere aliquem significat, proinde ut Latinum *mordere:* ut apud Terentium, *quod illam mordeat*. Fl. Chr. Id est, αὐτοδὰξ ὠργισμένος, ut loquitur in Lysistr. 690. Berg. δάκνων σεαυτόν. cf. B. 43. plenior phrasis δάκνειν τὴν καρδίαν v. supr. 374. — τὸν θυμὸν N. 1369. et alibi. — Formula Latinis etiam familiaris cf. Cic. Att. vi. scribis, morderi te interdum, etc. Conz.

779. διαγιγνώσκειν. Id est ἀνακρίνειν et δοκιμάζειν. Latine proprie cognitiones vocantur etiam de causis et litibus. Fl. Chr.

783. ἀναμασώμενοι. Ut ruminare duo significat, et revocare cibum, ut boves et oves, et animum recolere, sic ἀναμασᾶσθαι et ἀναμηρυκάζειν. Fortassis autem de retractanda sententia innuit. Propterea morem hunc fuisse Athenis ut reus damnatus interrogaretur quam pœnæ æstimationem meruisse fateretur, quasi secundis legibus observatum testatur, et diserte docet M. Tullius sub finem libri primi de oratore, ubi agit de Socratis damnatione et nobili illius ad Lysiæ orationem responso. Fl. Chr. V. Schol. Berg. ἀναμασσώμενοι Suid. in v. Pors.

784. Suid. i. p. 185. in ἀνά τοι μ. π. Pors.

785. τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι. Triobolum puta, quam mercedulam vocat Cicero in lib. i. de oratore, eratque stipendium quotidianum. Aristoteles in libris de republ. ait Ephialtem et Periclem minuisse auctoritatem senatus Areopagitici et studio auræ popularis pauperes admisisse in numerum senatorum, denique fecisse δικαστήρια μισθοφόρα. Fl. Chr.

786. ὁτιὴ κατ' ἐμαυτὸν, κοὐ μεθ' ἑτέρου λήψομαι. Hic versus in editt. omnibus omissus est. Eum servavit cod. A. ubi in contextus serie suo loco ab eadem antiqua manu scriptus est. In B. major adhuc quam in impressis est lacuna, omisso non

solum hoc versu, sed etiam præcedentis dimidio, sic: τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι. | αἴσχιστα γάρ τοι —. Brunck. Versus a Brunckio primum illatus extat quoque in cd. ab Invernizio collato Rav. V. Inv. cd. vol. ii. p. 370. Conz.

787. Λυσίστρατος. In Equitibus ut pauper perstringitur: in Acharn. 854. mollis et cinædus et aleator et ῥιγῶν καὶ πεινῶν ἀεὶ, alibi dictus χηναλώπηξ, ut diximus ad Lysistratam, propterea hic σκωπτόλης, quasi dicas σκωπτικὸν ὀλούμενον. Illusit enim huic Philocleoni: quum enim a Colacreta drachmam pro utriusque mercedula accepisset, et in piscium macello mutata drachma dimidiam partem, tres nempe obolos Philocleoni tribueret, pro obolis squamas mugilum tres dedit, quæ ita grandes sunt ut speciem præ se ferant nummorum saltem obolorum. Fl. Chr.

789. διεκερμάτιζεν ἐν τοῖς ἰχθύσι. Sic legendum; non, ut vulgo, διεκερμάτιζέ μ' — quod ineptum est. Emendationem præceperat Toupius in Suidam i. 137. Casaubonus ad Theophrasti Char. περὶ ἀπονοίας p. 192. legebat διεκερματίζετ'. Formam activam adstruit Suidas [a Bentl. citatus] in διεκερμάτισε. Brunck. ἐν ἰχθύσι, ut et alia formula brachylogica, παρὰ τοὺς ἰχθῦς B. 1068. = in foro piscario. Hanc formam sequi constat et alias ἐν μυῤῥίναις (foro, ubi myrti venduntur) Θ. 448. ἐν λαχάνοις, χύτραις, Lysistr. 557. Equ. 1375. et Eupol. apud Polluc. ix. 47. — εἰς τὰ σκόραδα, — κρόμμυα — λιβανωτὸν, γέλγη. Conz. διεκερμάτισε τὴν δραχμὴν ἐν τ. ι. Suid. v. διεκερμάτισε. διεκερματίζετο Polluc. ix. 89. Pors. Conf. Selecta e Valckenarii scholis in N. T. t. i. p. 316. Dind.

791. κἀγὼ 'νέκαμψα. Lege κἀγὼ 'νέκαψα pro ἐνέκαψα: sed et non male κἀγὼν ἔκαψα simplici verbo. Quid sit κάπτειν, abunde dictum nobis in glossematis ad Irenam. Solebant autem plerique in os indere nummatam pecuniam, ut fortassis inde proverbium manarit, *bovem in lingua*, etsi scio aliunde sensum et originem habere, et de tarda et impedita lingua dictum, ut apud Æschylum βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας, quum libere loqui non licet et arcanum tacendum est. Bovem autem speciem nummi fuisse dicunt qui duas drachmas Atticas penderet. Fortassis autem tales boves in ore habuit Demosthenes quum adversus Milesios dicturus excusationem postulavit propter synanchem, quam dixerunt ἀργυράγχην. Fl. Chr. Alexis apud Athenæum iii. ὁ δ' ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον. Solebant enim pecuniam in ore gestare: v. Ecclesiaz. 815. Vide et supra v. 609. Berg. Scholiastes intelligit ἐνέκαψα et sic legisse videtur et interpretatur ἐνέθηκα τῷ στόματι, optimo quidem sensu: utebantur enim sæpe ore ad nummos servandos, ut videmus simias facere. Sed et nihil mutando ἐνέκαμψα optimum sensum habet, i. e. *inflexi, incurvavi dentibus*, ad explorandum scilicet an probus esset nummus. Palmer.

792. κᾆτα β. ο. ἐξέπτυσα. Sic citat versum Suid. Ms. v. ἐνέκαψα. Suidas editus, ἐνέκαψα. ἐξέπτυσα. κᾆτα β. ὀ. ἐνέκαψα. Scilicet male repetito ἐνέκαψα, adscriptum est pro correctione ἐξέπτυσα, quod alio intrusit alter librarius. Pors.

793. Vid. Reisig. in Diariis Jenensibus a. 1817. N. 223. Dind. εἷλκον — in jus trahere volebam. Conz.

794. ἀλεκτρυόνος κοιλίαν. Est enim gallinaceus edax animal et cujus ingluvies præposita ventriculo est, ut etiam palumbis et perdicibus, teste Aristotele lib. ii. de Hist. Animal. Hinc proverbium sustulit Erasmus: *gallorum ventrem incusare*. Fl. Chr.

795. καθέψεις ἀργύριον. Absolute. Perperam vulgo τἀργύριον. Brunck. ἦ δ' ὃς λέγων. Phrasis Attica familiaris maxime Platoni philosopho. Sed in futuro tempore usurpat, comici autem etiam in aliis temporibus. Vetus fuit verbum ἠμὶ pro φημὶ, unde ἦ pro ἔφη. Fl. Chr. In Equit. 630. ἦν δ' ἐγώ. Pro ἔφη, ἔφην. Plato ad satietatem usus est hoc verbo, ut et Scholiastes notat. Berg. Tyrwhittus conjicit γελῶν. Dind. De more, nummos ori inserendi v. supr. cf. et Theophr. char. σ. περὶ ἀπονοίας — τοὺς τόκους εἰς τ. γνάθον ἐκλέγειν. cf. et Arist. Av. 503. Fragm. Arist. apud Polluc. i. 9. sect. 65. et Alex. apud Athen. ἦ δ' in Brunck. cd. per operarum errores conjunctim. Divisim legendum, descend. ab antiquo verbo ἠαὶ — cf. et Plat. Polit. c. 1. Hermannumque ad Viger. p. 706. Conz. κατεψεῖς Suid. ἀλεκτρυόνα. ubi γὰρ κατεψεῖς edd. Med. Kust. Pors.

798. ταῦθ'. Quæ ad judicium facere videntur exercendum et alia, ridiculi causa. Berg. πάνθ' ἥξω. Reisk.

799. ὅρα τὸ χρῆμα. Sophocles in Trachin. 835. ἴδ' οἷον, ὦ παῖδες, προσέμιξεν ἄφαρ τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν. Berg. τὰ λόγι' ὡς περαίνεται. Homerus diceret, τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται: et vetus poeta, quæ nunc matura videtis, ut videatur unum esse περαίνεσθαι et πεπαίνεσθαι. Hæc autem verba absente filio secum loquitur Philocleo et tanquam vera fingit, ut excuset τὸ φιλόδικον. Fl. Chr. Euripides in Cyclope 892. αἲ αἲ παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεραίνεται. idem in Phœniss. 1697. νῦν χρησμὸς, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται. Noster in Equit. 1046. aliter: ταυτὶ τελεῖσθαι τὰ

λόγι' ἤδη μοι δοκεῖ. Ceterum Philocleo hæc secum loquitur. Berg.

800. ἠκηκόειν. Ita recte ed. Farrei. Ceteræ ἠκηκόεις. Berg. ἠκηκόη. Bini codd. [et Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 387.] ἠκηκόειν. Vide not. ad Conc. 650. Nub. 329. Av. 511. Mendose in omnibus editt. est ἠκηκόεις. Sola posterior Veneta habet ἠκηκόειν, unde id Berglerus adsumsit. Brunck.

802. ἀνοικοδομήσοι. Sic bene Dawesius Miscell. Crit. pag. 104. Præcessit enim δικάσοιεν, pro quo in A est δικάσαιεν, in B. δικάσειεν, utrobique mendose. Hoc autem in versu vulgo legitur ἀνοικοδομήσει ex Ant. Fracini editione: nam primariæ habent ἐνοικοδομήσει, ut scriptum est etiam in binis codd. Brunck. Invernizius vulgatam, quam et bini a Brunckio collati cdd. tuentur, ex suo cd. — ἀνοικοδομήσει exhibet. Conz. ἐνοικο- ed. Ald. male. Alterum verbum restituendum est Machoni apud Athen. vi. 12. p. 245. e. μέλλων ἀνοικοδομεῖν τὴν οἰκίαν, ubi legitur contra metrum οἰκοδομεῖν. Forsan voluit τὴν οἰκ. ἀνοικ. μ. vel τ. ο. μ. ἀνοικ. vel ἀνοικ. τ. ο. μ. Pors. ἀνοικοδομεῖν in Machone Scaliger apud Grot. Exc. p. 997. Dobr.

804. Ἑκάταιον. Templum est Hecates, aliter dictum Ἑκατήσιον (male enim apud Schol. habes κατήσιον). Quo nomine fuisse olim Ephesi donarium vel templum factum a Thrasone ut reliqua a Praxitele, testatur Strabo lib. xiv. aliudque fuisse magnificum in regione Stratonicea eidem Hecatæ dicatum. Ubique vero Athenienses Hecaten statuebant, ut quæ esset omnium ἔφορος et κουροτρόφος. Callistratus effert Ἑκάτιον, ut ἐπινίκιον, alii Ἑκατεῖον. Fl. Chr. Passim in vicis conspiciebantur sacella Hecates, ut et Hermæ atque etiam altaria Apollinis. Berg. Ἑκάταιον. Vellem edidisse Ἑκάτειον, ut est apud Suidam, et in quibusdam exemplaribus scriptum fuisse testatur Scholiastes: quod verius esse censeo, ubi de sacello vel statua Hecatæ sermo est. Brunck. Ἑκάτειον. In ed. Brunckius legit Ἑκάταιον, quam lectionem etiam Inverniz. habet: in Animadversionibus, *vellem*, ait, edidisse Ἑκάτειον (quam scriptionem expressimus in textu), at est apud Suidam, et in quibusdam exemplaribus scriptum fuisse testatur Scholiastes, quod verius esse censeo, ubi de sacello vel statua Hecatæ sermo est. — De Hecate Dea, v. Plutum, p. 594 — 597. sacella et aræ in triviis erant erectæ illi plures. Super his aris solebat Deæ, novilunii præsertim tempore, (διὰ τὸ τὴν αὐτὴν Σελήνην, καὶ Ἀρτέμιδα, καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι cf. Schol. ad Plut.) a ditioribus cœna instructa offerri, ex ovis et caseo frixo præsertim (v. Hemsterhus. ad Plut. v. 595. ed. Plut. Harlingæ 1744.) constans, quam rapere in more erat pauperum plebeculæ, alias victum quærenti quam maxime e sacrificiis, quem ad usum in loco excitato Pluti lepide adludit Comicus. Plura de Hecate Dea et cœnis Hecates erudite, ut solet, exposuit idem Tib. Hemsterhus. in notis ad Luc. Dial. Mort. p. 330. (in ed. Bipont. vol. ii. p. 397-8.) ubi etiam de nostro loco et diversa scribendi forma Ἑκάταιον — Ἑκάτειον — quibus vocabulis non solum purgamenta, sed etiam statuæ et ædiculæ Deæ significabantur, mentio, ita tamen occurrit, ut auctor dubius esse videatur, an de diversis significatibus promiscue usurpata fuerit scriptio diversa necne; ipse saltim nihil dirimit, et nos quidem scrupulosam hanc Brunckii distinctionem non permagni momenti habere, libere profitemur. Conz.

807. ἀμὶς γὰρ — Libri omnes ἀμὶς μέν. Nec mutare volui: casu in calamum illud mihi venit: nec forte deterius est. Brunck. οὐρητιάσεις Suid. in αὐτηΐ: sed οὐρητιάσῃς in ἀμίδα. Bent. μὲν reposuimus. Conz.

807-810. Suid. ἀμίδα. Ed. Med. οὐρητιάσῃς — κρεμήσεται — ἐξεῦρες. κρεμήσεται eadem ed. v. αὐτηΐ. οὐρητιάσσῃς — κρεμήσετ' — ἐφεῦρες ed. Kuster. in ἀμίδα. οὐρητιάσεις Med. Kust. in αὐτηΐ, ubi κρεμήσετ' Kuster. Pro οὐρητιάσῃς Suid. Ms. in ἀμίδα corrupte, sed recte οὐρηρόν. κρεμήσεται ἐγγύς που τ. π. Ms. Pors.

809. σοφόν τε Suid. Ms. στραγ. γε ed. Med. ἐξεῦρ' Suid. ed. Ms. Pors. σοφόν γε τουτί. Eupolis apud Athenæum i. p. 17. εἶεν. τίς εἶπεν, ἀμίδα, πάμπρωτος μεταξὺ πίνων; Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὔξεύρημα καὶ σοφόν. Berg.

812. ῥοφεῖν. Ita coquebant lenticulam, ut sorberi posset: quod apparet etiam ex iambo isto apud Athenæum iv. p. 156. ῥοφεῖν φακῆν ἔσθ' ἡδὺ μὴ δεδοικότα. Berg.

815. ἐξηνέγκατε. Sic libri omnes. Dawesius legendum censebat εἰσηνέγκατε, *quia domi intus versatur, qui ista loquitur.* Sed fallebat eum opinio: non intus versatur Philocleo; sed in domus vestibulo, in atrio. Paullo infra quum judex sine cancellis litem se cogniturum negat, filius ei dicit: αὐτὸς κομιοῦμαι τό γε παραυτίκ' ἔνδοθεν. et, ut cancellos *foras efferat*, domum intrat. Postea vero, ubi vota concipienda sunt, quæ ad eam rem usui sunt e domo etiam efferri jubet, v. 860. ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω, | καὶ μυῤῥίνας, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν. Non ergo hæc domi intus aguntur. Brunck. Cæterum ὄρνιν de gallo gallinaceo hic esse intelligendum contextus et usus etiam alias non infrequens docent. Cf. v. c. Ὀρν. 102. Conz. εἰσηνέγκατε Dawes. Misc. Crit. p. 320. Pors.

819. *θῆρῷον.* Tabulam poscit, in qua picta sit Lyci herois effigies, ut in foro judiciali visitur: neque iste *φιλόδικος* aliter putaret se in foro versari, nisi præsens esset talis imago. De Lyco diximus supra et proverbio *Λύκου δεκὰς*, quod ad sycophantas pertinet. Fl. Chr. Pro *τὸ ἡρῷον*, ut supra *θἠμετέρου* v. 526. Cupit autem simulacrum Lyci, forensis alicujus herois antiqui, de quo et supra v. 389. Berg. *θἠρῷον εἴ πως ἐκκομίσειας τοῦ Λύκου.* Perperam vulgo *θηρῷον εἴ πως ἐκκομίσαις τὸ τοῦ Λύκου.* Articulus *τὸ* [etiam a Reisk. ejectus] invenuste repetitur, qui jam exstat in crasi *θἠρῷον* pro *τὸ ἡρῷον.* Male ille infertus Atticæ formæ, quam revocavi, immutandæ ansam librario dederat. Brunck. Vulgatam scripturam revocandam esse putat Schæferus in Meletem. Crit. p. 85. Herodianus post Hermanni librum de Em. Rat. Gr. gr. p. 309. hunc versum ut Eupolidis sic scriptum affert: *ἡρῷον εἴπως μοι κομίσαιο τοῦ Λύκου.* "Illud *μοι*, quod habet Herodianus, Aristophani restituendum videtur." Barker. Indigitata est sacrata Herois Lyci, Pandionis filii, imago, de quo Heroe cf. v. 402. et Pausan. Att. c. 19. Conz.

820. *καὐτὸς ὤναξ.* Male vulgo *ὦ 'ναξ* e prava correctione. In primariis editt. erat *ὦ ̓ναξ.* Brunck.

821. *ὡς χαλεπόν.* Puto hunc esse horum verborum sensum. o Lyce heros, difficile est ut te videamus similem Cleonymi: nam ille scutum abjecit, tu vero ut heros habes *πανοπλίαν.* Fl. Chr. Subaudi *τὶ* aut *χρῆμα*, sive *πρᾶγμα*, aut *ἡρῷον*, aut lege *χαλεπός.* Cogitandum autem herois hujus imaginem in scena ita exhiberi, ut quodammodo similis videatur Cleonymo, qui valde procerus fuit: nam in Avib. 1473. comparat eum cum arbore. Berg. *ὡς χαλεπὸς ἄρ' ἦσθ' ἰδεῖν.* Sic bene A. [et Bentl.] Ineptum est, quod vulgo legitur, *χαλεπός.* Illud quasi per nebulam vidit Berglerus. Brunck.

822. *Κλεώνυμος.* Ob staturam prægrandem æque ac ob turpem, in tali corporis habitu eo magis ridiculam ignaviam traductus a Comicis cf. et N. 673. 400. 353. O. 289. et fabulam nostram xix. 592. Conz.

823. *οὔκουν ἔχει.* Bdelycleo dicebat Lycum heroem similem videri Cleonymo, quia uterque esset immanis staturæ, sed servus aliam causam similitudinis affert, nempe quia neuter habeat arma: Lycus, quia erat forensis heros, non Martius: Cleonymus, quia in præliis præ timiditate arma abjecerat. Berg.

825. *ὡς κάθημ' ἐγὼ πάλαι.* Prava scriptura. Excudi debuit *κάθημαι 'γὼ* [et sic Invern. edidit. Dind.] ut supra 538. *γράψομαι 'γώ.* Brunck. L. *κάθημαι 'γώ.* Vide Dawes. Misc. Crit. p. 270. Pors.

827. *δέδρακε.* Sic bini codd. [et Reisk.] At quis eorum requisivisset opem ut spondeum e quarta senarii sede eliminaret? Mirum est *δέδρακεν* per omnes editt. propagatum fuisse. Supra bis *νυν* sine accentu excudi volui, ut est in primariis editt. et in A. — *ἐν τῇ οἰκίᾳ.* *η οι* in unam syllabam coalescunt. Sic Sophocles Trach. 84. *κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα.* Brunck. Recte et Inverniz. leg. *δέδρακε.* Conz.

828. *ἡ Θρᾷττα προσκαύσασα.* Ut Scytha et Scythæna nomina servorum et servarum, sic *Θρᾷττα* nomen ancillæ a regione devicta mancipium: nam nomen esse proprium non putem. Fuit autem quum putarem *προσθραύσασα* legendum, quia fregisse ollam lateritiam latior est culpa quam adussisse, quod sæpe necesse est contingere ad ignem. Sed quia Suidas *προσκαύσασα* agnoscit etiam, non tanti mihi erit mea conjectura, quin eam facile ponam. Fl. Chr. Debuisset illa ancilla observare, quod Archestratus præcipit apud Athenæum vii. p. 310. *καὶ κίνει πυκνῶς μὴ προσκαυθέντα λάθῃ σε.* Occurrit aliquoties id nomen apud Comicum nostrum. Berg. Hunc versum servo tribuit Tyrwhittus. Dind. Quum servi servæque, ut ex aliis barbaris regionibus, sic etiam ex Thracia solerent emi, nomen non raro ex barbaro suo natali solo adipiscebantur. Sic supra, v. 433. *Φρὺξ* cf. et O. 762. 1244. et *Σύρα* in Pac. 1146. De nomine *Thratta*, quod ut nomen ancillæ sæpe usurpatur a nostro, v. Acharn. 272-4. Thesm. 293. (etiam meretriculæ Ει. 1138. et Eupol. in Athen. 7. c. 22. s. 198. ed. Schweigh.) cf. et Theophr. Char. 18. *περὶ κακολ.* — *ἡ μέν τοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττα ἐστι.* Conz.

829. *ὀλίγου μ' ἀπώλεσας.* In Nub. 721. *ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι.* Sic et *μικροῦ.* Demosthenes de falsa legatione: *ὅτι δῶρα λαβεῖν ἔδοξε πρεσβεύσας, μικροῦ μὲν ἀπέκτειναν.* Berg.

831. *ἢ πρῶτον ἡμῖν.* [Sic Ph. Junta.] Legendum *ὃ* ut et in Veneta edit. et ad *δρύφακτον* refertur, quod sedile est judicum vel septum cancellatum. Quia vero ait *ἱερῶν*, et antequam sederent sacris operabantur, ideo Scholiastes ait metaphoram sumtam a sacrificantibus, ubi primum hepatis specimen spicitur, deinde splenis et ceterarum partium, ut proclive sit judicare in voce *δρυφάκτου* intelligendum *διάφραγμα* et præcordia. Scholiastes etiam legit *ὃ*, non *ἤ.* Fl. Chr. In Thesm. 638. *σὺ δ' εἰπέ μοι ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο;* Ceterum Philocleo ex nimia ve-

neratione fori et judiciorum loquitur de illis rebus quasi sacrificiis aut mysteriis. Berg.

834. ἡ φιλοχωρία. Adeo a teneris assuescere multum est. τὸ δεινὸν, ut sæpe apud tragicos, admirantis est, ut illud adeo multum est ex Marone. Vocat autem φιλοχωρίαν amorem assueti loci in judicio: quin postea videtur vocare χωρίον tabulas et γραφεῖον. Fl. Chr.

835. Servus intervenit, qui conqueritur de cane, quod caseum rapuisset. Berg.

836. οὐ γάρ; Sic usurpantur hæ particulæ in Acharn. 575. ὦ Λάμαχ', οὐ γὰρ οὗτος ἄνθρωπος πάλαι ἅπασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κακοῤῥοθεῖ; Berg. ὁ Λάβης. Ex querela vernæ famuli, qui canem Labetem, qui intus erat, postulat casei rapti et adesi, occasionem sumit litis contestandæ quæ ad Philocleonem deferatur. Labetis autem nomen conveniens est cani a capiendo vel rapiendo: sed sunt qui existiment per litterulæ mutationem Lacheta innui, qui ad Theram Siciliæ exercitum duxit, et caseorum munere corruptus fuit. Nam furem eum et compilatorem fuisse alibi in comœdia notatur. Tamen cum Scholiasta verisimile esse puto, simpliciter canis nomen sic fictum, quo modo Teleclides in Prytanibus dixit: δάκης τί (lege τίς) ἐστιν ὄντιν' ἀνθρώπων ὁρᾷς; videtur enim canem alloqui et dicere: mordax quis ille est, quem quidem adlatrans vides? Fl. Chr. V. Scholia. Supra v. 240. Berg. De formula τί δ' ἐστὶν ἐτεόν; quid est quæso? cf. supr. 8. 114. Εἰρ. 32. 733. N. 55. 93. 820. et passim in plur. loc. Arist. Conz.

837. παράξας. Sic bene ambo codd. nisi quod in eis ι subscribi nunc solitum abest. Male vulgo παραΐξας.—ἁρπάσας. Agnosce hic frequentissimum librariorum flagitium, nec dubita, quin poeta scripserit ἐξαρπάσας, quod omnino reponendum. Vide not. ad Pl. 815. Brunck. Nihil mutari, sed ἶπνον scribi vult Reisig. Sed Elmsl. ad Acharn. p. 157. tacite scripsit ὑφαρπάσας. Dind. ἰπνόν. Sic furnum vocat, proprie tamen caminus vel φανὸς et per catachresin focus, ut ἴπνια dicuntur purgamenta foci vel ligna camini ustilia. Callimachus tamen sic vocavit animalium retrimenta et stercora, σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἔβαλλεν. Fl. Chr. Codex Inverniz. agnoscit lect. παράξας, idem vero simul vulg. ἁρπάσας.—ἰπνὸς ὁ φοῦρνος, κυρίως μὲν ἡ κάμινος, καταχρηστικῶς δὲ, ἡ ἐσχάρα. Schol. Hic metonymice pro culina. Conz.

837-8. ἁρπάσας τ. τ. σικελὴν κατεδίδοκε (sic Ms.) Suid. τροφαλίς. Pors. Schol. 836. σὺν δ' ἄμυδις. Schol. ad Acharn. 927. Id.

838. τροφαλίδα τυροῦ. Magnum caseum exponunt, quia τρόφιμος est magnus et δεσπόσυνος, ut τρόφιμον ἀνδρὸς δεσπόσυνον, quod nos dicimus *un maistre anneau*. Sic τροφόεις et παχὺς et εὐτραφὴς, quasi bene altus. Tamen quia sciam τρόφαλιν esse coagulatum caseum, et Hippocratem τετραμμένον usurpasse pro πεπηγότα, quin Atticos τρέψαι dixisse pro πῆξαι, acquiesco potius huic etymo, ut caseus τροφαλὶς dicatur ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι quam τρέφεσθαι. Nam Hippocrates scriberet τεθραμμένον, si a τρέφω. Sed τρέπεσθαι verius est, et nos vocamus *tourneure* illud coagulum. Itaque audebo cum bona venia, non dico grammaticorum, sed medicorum, corrigere vel invertere locum Galeni in libello de dictionibus Hippocratis [p. 580. ed. Franz.], quum eum ait τροφιῶδες dictum, quia habet quædam ἐμφερόμενα πεπηγότα, et esse ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι, audebo, inquam, reponere τρέπεσθαι. Nisi τρέφειν fuit antiquitus τρέπειν: certe eadem fuit, me judice, originatio. Neque jam dubito ita fuisse, quum apud Theocritum in idyllio Herculis λεοντοφόνου legatur τρέφε πίονα τυρὸν, i. e. πῆξε. Fl. Chr. τροφαλίδα. Hesych. τροφαλλής. τυρὸς μακρὸς, ubi Albert. conjicit ἁβρὸς, Isaac Voss. πακτὸς ut Theocr. Idyll. xi. 20. τυρὸς πεπηγώς. Scholiast. ἐπιμήκη τυρόν· οἱ δὲ τροχὸν τυροῦ Σικελικοῦ. Conz. Σικελικήν. Sic scriptum est in A. ut legendum esse jam monuerant Orvillius ad Charit. p. 348. Pierson. ad Mœrin p. 221. Vulgo Σικελὴν metro reclamante, quia in hoc nomine prima semper corripitur, quæ in illo longa est. Infra 897. in impressis etiam bene legitur τὸν Σικελικόν. Siculi autem ideo casei mentio fit, quia Laches hic innuitur, qui præfectus classis in Siciliam missus fuerat Olymp. lxxxviii. 2. Brunck. Σικελικὴν etiam Bentleius reposuit, qui monet vulgatam scripturam agnosci a Suida v. τροφαλίς. Dind. κατεδήδοκε præter. a κατέδομαι minus usitatum, sed Atticis non infrequens. Sic Æschines contra Timarchum p. 55-6. ed. Reisk. τὴν πατρῴαν οὐσίαν κατεδηδοκότες et Athen. Deipnos. iv. c. 19. τὰ πατρ. κατεδηδ. ubi Menandri locum ex Naudero affert p. 252. ed. Schæfer. Conz. Lege ob metrum Σικελικὴν ut legisse videri potest Scholiastes. V. Dorv. ad Chariton. p. 384. ed. pr. Pors.

839. πρῶτον τἀδίκημα. Primum, inquit, hoc crimen deferam ad patrem judicem. Sic videtur M. Tullius dixisse pro Ligario: 'Novum crimen, C. Cæsar, et ante hunc diem inauditum, propinquus meus, Q. Tubero, ad te detulit.' Sane eadem phrasis. Fl. Chr.

840. εἰσακτέον. Æschylus in Eumenid. 585. in judicio super Orestis matricidio:

ὑμῶν ὁ μῦθος· εἰσάγω δὲ τὴν δίκην. Berg. παρών. παριών. Reisk.

841. V. Scholia. Berg. ἅτερος Atticis valet ὁ ἕτερος. Sic supra 138. οὐ περιδραμεῖται σφῷν ταχέως δεῦρ' ἅτερος; Sophocles Aj. 1109. εἴτε μὴ σὺ φῇς, | εἴθ' ἅτερος στρατηγός. Euripides Phœn. 1394. εἰ δ' ὄμμ' ὑπερσχὸν ἴτυος ἅτερος μάθοι. Idem Hercule Fur. 1407. ζεῦγος δὲ φίλιον· ἅτερος δὲ δυστυχής. Miror Heathium ad illum versum sic notantem: Lege ὦ ᾽τερος, i. e. ὁ ἕτερος. Tam illi hac in re auscultandum est, quam quum in hoc Sophoclis Trach. versu, qui est, aut erit olim 1245. δείλαιος, ὡς ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω. edicit scribendum esse τὠπορεῖν. Hujus craseos pauca e millenis exempla protuli in fine notarum ad Nubes. — φησὶν — sic emendate scriptum in A. Male vulgo, titubante versu, φησί. Brunck.

842. εἰσάγῃ γραφήν. Si quis, ait, det actionem. Erat officium thesmothetarum judicia constituere et actionem dare i. e. εἰσάγειν τὰς δίκας. Fl. Chr.

844. τουτὶ τί ἐστι; Sic excudi debuit: corrige typothetæ errorem [qui ταυτὶ dedit]. Brunck. χοιροκομεῖον. Vas fuit cannis textum, ubi saginabantur porci prope vestibulum. In Lysistrata paxillus est, ut ibi notavimus, et κλοιὸς, quod collarium dicitur, quia collo adnectitur fortassis ut canibus, ne sepes et vitium ordines transvaricent. Fl. Chr. Cavea pro alendis porcellis. Hæc jam erit instar cancellorum judicii. Berg. Vide ad Lys. 1073. Brunck.

846. ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος. Quia Philocleoni dixerunt, hucne sacrilegus venis, respondet proverbiali dicto, quod a Vesta monet initium facere vel Laribus, vel, ut Romana antiquitas dixit, Laterano deo. Nam in sacris libaminibus a Vesta fit principium, deinde ad ceteros deos transitur. Solebant autem veteres primitias Laribus dare. Qua de re fabulatus est Aristocritus in hunc modum. Quum repressa esset Titanum audacia et regnandi libido, victor, cui regna cesserunt, optionem fecit Vestæ ut exploraret quid vellet, et capesseret secundum vota. At illa primum virginitatem poscit, deinde ut apud homines sibi omnium victimarum primitiæ tribuantur. Hujus proverbii etiam meminit Plato in Euthyphrone, quum ait, ἀφ' Ἑστίας δοκεῖ μοι ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν, etc. et Plutarchus non semel, ut recensuit Erasmus in ipso proverbio, *ab ipso Lare*. Fl. Chr. Proverbium est ἀφ' Ἑστίας ἄρχου, sumtum a sacrificantibus, ut ait Scholiastes. Similis Comici loco est Platonis in Euthyphr. ἀφ' Ἑστίας, etc. Berg. Adludit ad proverbium *ab ipso Lare*, ἀφ' Ἑστίας ἄρχου, de quo videndus Scholiastes. Brunck. Dea Ἑστία præses foci esset, stabulumque cum singulis suis divisionibus propinquum foco (v. 177.); genitivus Ἑστίας additum hic est substantiv. In antec. Brunck. legit minus bene, ταυτί. Scholiastes, qui versus hos οὐκ· — τινα non Bdelycleoni, sed servulo tribuere videtur (ait enim ὡς ἐν κωμῳδίᾳ δὲ εἶπεν ὁ θεράπων, φήσας, ἐπιτρίψω τινα, quod autem contextus justa ratio non patitur), observat hic, quoniam moris fuerit Deæ Hestiæ — τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι — primitias ex domesticis sacrificiis offerre, Philocleonem ὡς φιλόδικον induci ut — μέλλοντα δικάζειν καὶ καταδικάζειν ἐπὶ χειροκομείου. Sed contradictoria sunt hæc verbis εἶπεν ὁ θεράπων, nec quadrant etiam ad interlocutionis omnem hic habitum. Conz. Schol. μετὰ γὰρ τὸ κωλυθῆναι τὴν τῶν τιτάνων ἀρχὴν, τὸν διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν. Malo κολουθῆναι. Lege τὸν Δία δεξάμενον. In Genevensi et Kusteriana exstat τὸν δεξάμενον. Imo καταλυθῆναι legendum postea vidit Adverss. p. 42. Pors. In Schol. καταλυθῆναι — τὸν Δία διαδεξάμενον recte Ruhnkenius e schol. Platonis p. 2. Dobr.

847. τιμᾷν βλέπω. Necesse est ut βλέπειν hic sit positum pro εἰδέναι, ut sæpe ὁρῶ est ἐνθυμοῦμαι, ut Latine dicimus, quantum quidem video, i. e. cogito. At vero τὸ τιμᾷν dixit pro colere et honorem dare, ita tamen ut alludat ad censuras et mulctas, quibus competit τιμῆς nomen. Hæc nisi ita sunt, oportet hunc locum cubare in mendo. Fuit quum putarem τὸ τιμᾷν positum pro τιμᾷεν vel τιμῆεν, ut alibi memini dictum τιμᾶντας pro τιμήεντας, puto apud Theocritum. Quod autem ait τὰς γραφὰς Scholiastes putat dictas ἀντὶ τοῦ γραφείου. Fl. Chr. In Acharn. 375. οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο, πλὴν ψήφῳ δακεῖν, quod idem est: vide ibi notam. Berg. "τιμᾷν βλέπω. Vet. τὸ πᾶν θέλω." Scalig. Quis vetus ille liber sit, nescimus. Dind. τιμᾷν βλέπω. Schema locutionis aliis supra jam obviis congruum, modo hic pro constructione verbi cum accus. substant. (ut βλέπειν κάρδαμα) constructum sit verbum cum infinitiv. alius verbi. ἄγ' ἀνύσ. formula part. cum imper. juncti centies occurrens, v. Π. 229. 349. N. 181. 502. et alibi. Conz.

848. σανίδες sunt tabellæ, in quibus, postquam ex urnis calculos effuderant, eosque numerarant, si damnatorii plures essent, judices longam illam lineam ducebant, de qua supra v. 106. quamque judex noster ungue ducere solebat. At alii illam *stylo*, ἐγκεντρίδι, ducebant, ut docet Pollux, cujus locum protuli in nota ad v. 167. Simile quid post σανίδας inferri debuisse

videtur. Quam bene autem Scholiastes vocem γραφὰς exponat *stylum*, alii dixerint: γραφὰς δὲ νῦν, ἀντὶ τοῦ τὸ γραφεῖον, ἐν ᾧ ἔγραφον. Nullibi, quod sciam, nomen γραφὴ ea significatione occurrit. Scripseratne καὶ τὰ γραφία, vel τάς τε γραφίδας? Nihil decerno: sed vulgatum, quod codd. fide retinui, minime probo. Brunck. V. Schol. Berg. Merito ad verba καὶ τὰς γραφὰς adhærebat Brunckius. Legendum puto κεἴ τις γραφὶς, intellecto ἐστίν: et si forte quis stylus est. Poterat enim nullus esse domi propterea quod eo non soleret uti senex, sed unguibus longam suam lineam ducere in tabula cerata. cf. 106. seqq. et quæ nos ad 882. Hotib. Prætulimus in textu καὶ τὰ γραφία. Conz.

849. τριψημερῶν. Tanta judicandi inerat libido, ut nullam moram ferat et diem absumi putet in horæ momento. τριψημερεῖν Hesychius et στρατεύεσθαι exponit et παρέλκειν τὰς ὥρας, quod hic convenit. Fl. Chr.

850. ἐγὼ δ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον. Unguibus puta styli vicem tabulas se oppleturum autumat. τὸ χωρίον apud Thucydidem est τάξις. Hesychius exponit δοχεῖον, quod hic convenit. Intelligit autem tabulas quas dixit σανίδας, et ἀλοκίζειν τὸ χωρίον est agrum sulcare et versum peragere, unde βουστροφηδὸν γράφειν dicuntur qui versu peracto regrediuntur, et τριώλαξ ἀγὼν cursus qui apud Lacedæmonas perficiebatur a virginibus, sic dictus a triplicito versu, quod video etiam monitum in Conjectaneis a Jos. Scaligero. Sane litterarum ductus et ordines in scribendo recte ἄλοκες dicuntur, ut Theophrastus l. vii. histor. τὸ γραμμῶδες attribuit plantis quæ ita sunt canaliculatæ, ut videantur inesse γραμμαί. Fuit enim antiquitus γραμμὴ scalptura, ut docet magnus criticus, non scriptura: scribebant autem veteres stylo in ceris, ut recte γραφεῖον, quod hic est *scalprum*, vertere possimus. Fl. Chr. Hoc est: Ego enim sulcare poteram tabulam. Quid sulcare? fieri id potest ungue, potest stylo, potest alio quovis instrumento duriore; quonam igitur modo facere se dicit? Sentiens hanc difficultatem Brunckius vertit: Mihi sat erat ungue sulcos ducere in tabula. Recte, vir optime; sed unde habes illud ungue? Simili quodam opus tibi erat vel invento vel restituto apud Comicum. Atqui Juntinæ junctim ἐγῶδ'. A vero non longe hoc aberit: — τριψημερῶν, | Εἴ γ' ὧδ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον, siquidem sic poteram sulcare tabulam. Δεικτικῶς significat id ipsum, de quo hic agitur, unguibus sulcare. Hotib. Fo. τὸ κήριον. Bent. ἀλοκίζειν ἐδεόμην τ. τ. χωρ. Acute quidem, sed præter necessitatem conjicit hic Hotibius, legendum esse, præsertim, cum Juntina legat junctim ἐγωδ' — εἰγ' ὧδ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην — siquidem *sic* poteram sulcare tabulam. δεικτικῶς scilicet sumto τῷ ὧδ', quum absolute ἀλοκίζειν sulcare non justum præbeat sensum. Sed in metaphora ipsa continetur τὸ *sulcare unguibus*, et gestus etiam comitari poterat hoc significans sine τῷ ὧδ'. Conz. Suid. ἀλοκίζειν. Pors.

852. ἐς κόρακας tantumdem hic valet, ac alibi sæpius τὸ δεῖνα. Brunck. Invern. edidit εἰς. Nunquam, credo, Attici dixerunt εἰς κόρακας. Reisig. Quem vide, i. p. 151-2. F. Scil. pro interject. perii Plaut. Truc. iii. 2, 21. Ter. Eun. ii. 3, 69. Malum! cf. Lysistr. 921. et notam Brunckii ad hunc locum. Av. 648. Pax 268. Conferri etiam potest Italorum exclamatio *Cazzo!* Conz.

854. καδίσκους, de his urnis judic. v. Sigon. de Republ. Ath. i. iii. p. 150. cf. et Av. 1033. Conz.

855. ἀρυστίχους. Genus est parvi cyathi vel haustri ἀπὸ τοῦ ἀρύειν. Etiam dicebantur ἀρυστίδες vel ἀρυστῆρες: omnino erant κυλίσκοι parvi calices, utebanturque iis ad διαψήφισιν. Sic etiam vocabant pincernas et οἰνοχόους. Sed vasis illa species dicta etiam est ἔφηβος, ut apud Athenæum censet Zenophanes in συγγενικῷ. Nam antiqui lætitiam convivialem vocabant ἥβην, proptereaque Homerus Heben facit diis vina ministrantem. Fl. Chr. ἀρυστίχους. Schöpfgefässchen — vas dimidium continens cotylum. Talia vasa attulerat supra filius v. 852. Conz.

857. δεόμεθα. Sic B. [et Bent.] Vulgo δεόμεσθα. — κλεψύδρας. Quis clepsydræ usum ignorat in foro Attico? Vide Maussacum ad Harpocr. in διαμεμετρημένη ἡμέρα, et Valesium ad notas p. 108. Perperam hoc Florens accipit de fonte, cujus mentio in Lys. 913. sed totus est in describendo Scholiasta. Brunck. κλεψύδρας. Fons erat in Attica dictus Clepsydra, aliter Empedo, ut diximus ad Lysistratam. Hic pro vase accipit: sed Philocleo peculium, ut arbitror, suum demonstrans, clepsydram vocat, quia ὕδωρ, sed οὐρητικὸν κλέπτει, nisi sic matulam nominat quæ ipsi præsto erat. Hoc nomine Eubulus comicus scortum habuit, quæ Metiche proprio nomine dicebatur, dicta autem est clepsydra, quia ad clepsydram συνουσιάζεν, neque desinebat priusquam exinanita esset. Ceterum ἐπιχωρίως est hoc loco σκωπτικῶς et φλυάρως, quasi tale fuerit ingenium Atticum propter magnam cognitionem totius Hellenismi. Fl. Chr. Conferendus etiam est Sigonius de Rep. Ath. iii. (Bonon. 1564.) p. 147-8. ubi tum verba

Scholiastæ Vesparum, ea vero non satis perspicue rem exponentia, tum clariora ex orationibus, v. c. ex Æschine in Ctesiphontem et Demosthene contra Nicostratum afferuntur testimonia. Addere juvat ex Dem. loc. εἰ μὲν οὖν ἦν μοι ἱκανὸν τὸ ὕδωρ διηγήσασθαι πρὸς ὑμᾶς — νῦν δὲ, οὐδὲ διπλάσιόν μοι τούτου ὕδωρ ἱκανὸν γένοιτο κ. τ. λ. Cautum enim erat horologio clepsydræ, ne facile orator supra horæ terminum protraheret sermonem. Conz.

858. ἡδί, nempe ἡ ἀμὶς, *matula*, quam ei filius adtulerat, supra 807. Scholiastes: μήποτε τὸ αἰδοῖον αὐτῷ δείκνυσιν ὁ πρεσβύτης, ὅτι οὐρεῖ ὡς ἡ κλεψύδρα. Longius hoc petitum videtur. Brunck. Schol. 859. ἐπιχώριον γὰρ ἦν αὐτοῖς. Potius Ἀττικοῖς. Pors. εὖγε — θεοῖς, mori adluditur in judiciis dominanti. Conz.

860. In Ranis 895. ἴθι νυν, etc. Berg.

861. μυῤῥίνας. Myrteis coronis cingebantur Archontes, unde verbum factum μυῤῥινᾷν, quod est magistratum appetere: et Harmodius et Aristogiton tyrannum cæsuri sub myrti frondibus gladium occuluerunt, quod et patet ex cantico, ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, non aliam credo ob causam, nisi ut viderentur honorem, non cædem, adferre principi. Fl. Chr.

863. Jam sequitur periodus amœbæa (quid sit periodus docet Hephæstio, σύνθεσις nempe διαφόρων ποδῶν) tribuenda in tres partes usque ad proximam stropham ξυνευχόμεθα. Prioris periodi quatuor sunt versus anapæstici (prior est trimeter acatal. secundus et tertius dimetri acatal. quartus item dimeter sed catal. vel ἑφθημιμερὴς vel parœmiacus, facitque coronidem), post quos sequitur trimeter iambicus. Secundæ periodi sex sunt versus, primus trimeter iambicus, secundus ἑφθημιμερὴς et similis anacreontico, tres sequentes dimetri iambici acatal. (quamvis pro iambo anapæstum habes in παυσαμένοισι) sextus πενθημιμερής. Tertia periodus incipiens ὦ δέσποτ' ἄναξ decem constat versibus sive κώλοις, quorum quatuor priores sunt tetrametri anapæstici catal. qui et Aristophanici dicuntur, quintus et sextus trimetri acatal. septimus et octavus dimetri acatal. nonus monometer vel pes anapæsticus, qui et vocatur παρατέλευτος, decimus dimeter catal. qui et coronis, post quam signa duo habes postica et antica, quæ vocant διπλᾶς ἔσω νενευκυίας aut βλεπούσας, de quibus minutiis et cui olim erant usui, legendus idem doctiss. Hephæstio, magistellorum δοκησισόφων manibus non terendus. Fl. Chr. Hi rursus anapæsti perperam vulgo digesti sunt. Brunck. Brunckius versus ita digessit, ut monometer parœmiacum præcedat. Dind. Inverniz. sequitur vulg. digestionem: καὶ — σπονδαῖς, | κ. τ. εὐχαῖς, | φημ. — ὑμῖν, | ὅτι — πολέμου | καὶ ξυρέβητον. Conz.

867. ξυνέβητον. Elmsleius ad Acharn. p. 196. scribit ξυνεβήτην. Dind.

869. Opponuntur versus 885-890. versibus 869-871. quos antiquis exemplaribus, imprimisque Ravennate confirmati, corrigimus hoc modo: εὐφημία μὲν πρῶτα νῦν ὑπαρχέτω. — | ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Πύθι', ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ | τὸ πρᾶγμ', ὃ μηχανᾶται | ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν, | ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσαι, | παυσαμένοις πλάνων. antistropham: ταὐτὰ ξυνευχόμεσθα σοὶ κἀπᾴδομεν | νέαις ἐν ἀρχαῖς, ἕνεκά γ' εὖ προλελεγμένων. | εὔνοι γὰρ ἐσμὲν ἐξ οὗ | τὸν δῆμον ᾐσθόμεσθά σου | φιλοῦντος, ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ | τῶν γε νεωτέρων. Reisig. 869-874. 885-890. Sublatis interpretamentis, metra pessumdantibus, hæc ita legas velim: Ὦ Φοῖβε Πύθι', ἐπ' ἀγαθῇ | Τύχῃ τὸ πρᾶγμ', ὃ μηχανᾶ-| τ' ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν, | Ἅπασίν ἧμιν ἁρμόσαι, | Ὡς παυσαμένοισι τῶν πλάνων! | Ἰήϊε Παιάν! 885-890. Ἐπᾴδομεν ἐν ἀρχαῖς νέαις, | Ἕνεκά γε τῶν προλελεγμένων· | Εὔνοι γάρ ἐσμεν, ἐξότου | Τὸν δῆμον ᾐσθόμεσθά σου | Φιλοῦντος ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ | Τῶν γενναιοτέρων. Versus iambici præter strophæ utriusque ultimum, qui est antidasius hypercatalectus. Pariter in Παιὰν atque in γενναιοτέρων corripitur diphthongus, de quo loco egi ad 275. 276. Pessime autem vulgatæ extremo versu τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων. Emendata lectio debetur Ravennati. Hotib. 869. et sqq. (στροφή.) ὦ Φοῖβ' Ἀπόλλων κλῦθι, κἀ-|πὶ τἀγαθῇ τύχῃ | τόδε τὸ πρᾶγμ', ὅ γε μηχανᾶτ' | ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν, | ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσει- (5)| ας παυσαμένοισι τῶν πλάνων, | Ἰήϊε παιάν. 885. et sqq. (ἀντιστροφή.) ξυνευχόμεθα, κἀπᾳδομέν | σέ γ' ἐσχάραις νέαις | ἕνεκα τῶν προλελεγμένων. | εὔνοι γὰρ ἐσμὲν, ἐξότου | τὸν δῆμον ᾐσθόμεσθά σου (5) | φιλοῦντος, ὡς τῶν νῦν γ' ἀνὴρ | γενναιότατ' οὐδείς. Hæc quoque carmina antistrophica esse vidit Hotibius, et post eum Reisig. Sed neuter rem acu tetigit. In strophæ v. 1. dedi κλῦθι pro πύθι'. Etenim abundat nomen; at verbum modo non efflagitatur. V. 3. Vulgo absunt δὲ et τό: mox γε huc retuli ex antithetico post ἕνεκα. V. 5. Vulgo ἁρμόσαι ὡς. Inde erui ἁρμόσειας. In antistrophæ v. 2. Vulgo σοίγ' ἐν νέαισιν ἀρχαῖς. At ἐσχάραις νέαις bene convenit cum τελετὴν καινὴν in 876. V. 6. Vulgo ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων. At Schol. τῶν συνετωτέρων et γενναιοτέρων pro var. lect. quam in textu habet Rav. Meam conjecturam aliquatenus tuetur Pac. 773. Γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν adjuncto Ran. 1254. Ἀνδρὶ τῷ πολὺ πλεῖστα δὴ καὶ κάλ-

λιστα μέλη ποιήσαντι τῶν ἔτι νυνί. G. Burges.

874. *Ἰήϊε Παιάν.* Pæanem hymnum canunt tanquam defuncti periculo et malo imminenti liberati: hinc *παιανίζειν* cum lætitia acclamare. Diximus alibi ab infante Apolline Pæanis originem fuisse. Quum enim ipse Apollo dictus Pæan serpentem Pythonem sagittis confixurus esset, qui spectabant addebant animos hoc celeumate *ἵει παιὰν*, et inde iambici versus origo. Fl. Chr. Cf. Acharn. 1225. Conz.

875. *γεῖτον Ἀγυιεῦ.* In vestibulis ædium columnas statuebant obeliscatas et *κωνοειδεῖς* in honorem Apollinis, quem ideo colebant in ea domus parte, quia deus est averruncus et *ἀλεξίκακος*. Itaque delubrum illud sive ara columnata, quæ pro foribus *αὐλείαις* erat, dicebatur *ἀγυιεὺς*, imo ipse sic deus indigitabatur, ut habes apud Horatium lævis Agyeu (non enim placet quod quidam reponunt Agylleu). Originem vocis grammatici arcessunt a vicis et angiportubus, (quos *ἀγυιὰς* vocant, ut Troja dicitur *εὐρυάγυια*) quia illic erigi et coli solebat Apollo. *ἀγυιὰς* autem dictas putant *ἀπὸ τοῦ ἄγειν*, quia per eas aguntur *τὰ γυῖα*, i. e. membra, quod etymon præter Hesychium etiam Eustathius probat in Il. B. [p. 166.] et addit indidem dici *ἀγῶνα* et *ἀγοράν*. Quin Hesychius *ἄγειν* esse *φοιτᾶν* et *ἔρχεσθαι* probat ex Homeri loco *Λαοδίκην ἐσάγουσα*. Hoc veriloquium mihi videtur *φορτικώτερον*, præsertim quod non tam in vicis et plateis statuebatur Apollo, quam in cujusque ædium liminibus. Sed quum *τὸν ἀγυιέα* apud Suidam videam exponi *τὸν ὁλόκληρον*, quod idem videtur esse atque *τὸν ὑγιέα* vel *ὑγιῆ*, eo labor ut existimem, qua ratione dicta ipsius soror Artemis, quia *ἀρτεμέοντας* facit, i. e. *γυαλκεῖς* et *ὁλοκλήρους*, eadem dictum Apollinem fratrem *ἀγυέα*, i. e. alios reddens *ὑγιεῖς*. Nam propterea Pæon dicitur. Ceterum in hoc versu metrum suadet ut legamus *πρὸ πυλάων*, non *πρὸς πύλας*: et paulo post *τουτὶ τὸ λίαν* [*τὸ* in ed. Ph. Juntæ exciderat], ut etiam video repositum in Veneta edit. etsi scio *τὸ λίαν* aliquando primam producere. Addam etiam ad superiora de Apolline Agyeo versus Sophoclis (ex qua fabula certum nescio, certe non ex iis quæ supersunt), quibus aram illam vocat *ἀγυιέα*. Hi vero sunt, sed correctiores quam apud Scholiastam: *λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀλμίζων* (lege *ἀτμίζων*, error ortus ex inverso *τ*) *πυρὶ σμύρνης σταλαγμοὺς βαρβάρους εὐοσμίας*, i. e. lucetque Agyeus ara, quæ stactas boni odoris urit suffiente murmure. Pherecrates vero in *Κραπαταλλοις* (pisciculi sunt: quanquam etiam stultus sit *κραπάταλλος*, auctore Hesychio) Apollinem Agyeum vocat hoc versu, *ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου*, i. e. o rex Agyeu, sis mei hactenus memor. Fl. Chr. Cognomen Apollinis est *Ἀγυιεύς*. Euripides in Phœniss. 634. *καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε.* Dicitur autem sic ab *ἀγυιὰ*, *via urbana*. Macrobius Saturnal. i. 9. idem Apollo apud illos et *Ἀγυιεὺς* nuncupatur, quasi viis præpositus urbanis: illi enim vias, quæ intra pomœria sunt, *ἀγυιὰς* appellant. Hunc Macrobii locum citavit doctiss. Stanleius ad Æschyli Agam. 1090. Vide ad Aves 1233. Berg. In fine hujus versus duas voces addunt libri omnes, *πρὸς πύλας*. [*πρὸς πύλαις* conjicit Reisk. Dind.] Spurias illas esse, sola metri ratio evincit. Illatæ autem videntur in locum genuinæ vocis, cui olim interpretamenti vice superscriptæ fuerunt. Nam nullus dubito, quin hic versus juxta sequentes tetrameter esse debeat. Scripserat forte Comicus [quod etiam Bentl. conjecit]: *ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον Ἀγυιεῦ, τοῦ 'μοῦ προθύρου Προπύλαιε.* In arcis introitu Mercurii statua erat a Socrate facta, Mercuriusque ille *Προπύλαιος* appellabatur. Plautus Bacch. ii. 1. 3. Saluto te, vicine Apollo, qui ædibus | propinquus nostris accolis, veneroque te. Ad illud *Προπύλαιε* glossa erat *πρὸς πύλας ἱδρυμένε*. Hinc lectionis depravatio. Brunck. Undecunque veniant spuriæ voces *πρὸς πύλας*, perspicio jam nihil omnino hic deesse. Sed perperam distincti sunt hi versus, quos in posterum sic excudi velim: *ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον Ἀγυιεῦ | τοῦ 'μοῦ προθύρου, | δέξαι τελετὴν καινὴν, ὦ 'ναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν· | παῦσόν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος, | ἀντὶ σιραίου, μέλιτος σμικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας· | ἤδη δ' εἶναι τοῖς ἀνθρώποις | ἤπιον αὐτὸν, | τοὺς φεύγοντάς τ' ἐλεεῖν μᾶλλον | τῶν γραψαμένων, | κἀπιδακρύειν* — Id. Elegantem Brunckii emendationem quam secuti sumus, assumsit etiam Inverniz. Conz. *ὦ δέσποτ' ἄναξ, γεῖτον Ἀγυιεῦ, τοὐμοῦ προθύρου πρὸς πύλας.* Olim in schedis, *προπυλαίοις*. Vide Eq. 1323. Lys. 265. Postea ad ed. 1532. *προαστείου τῆς πόλεως*. Thucyd. ii. 34. Athen. viii. p. 333. d. Adde Herodot. iii. 54. Diodor. Sic. xii. 68. p. 525. 5. xiii. 75. p. 600. 41. Scaliger ad Virgilii Culic. p. 8. ed. 1595. "Aristophaneum, — *τοὐμοῦ προθύρου προπύλαιος*." Pors. *προπύλαιε* Bentleius et Brunckius, sed hic male repudiat in addendis, et alia peccat. Dobr.

877. Recte Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 222. correxit *τοῦτο τὸ λίαν*. Dind. *στρυφνὸν ἦθος*, *rigidos mores*. De significatione nominis *στρυφνὸς* vide Ruhnkenium

in aureolo commentario ad Timæi Lexicon p. 169. Brunck. V. πρινώδης θυμὸς supra v. 382. Berg. Addere quædam juvat huc ex longiori animadvers. Ruhnk. ipsa. Quum etiam inveniantur formæ στυφνὸς, στιφρὸς, στριφνὸς passim in lexicis priscis, vir doctus inter alia subjicit: "Neque est, quod miremur, librarios hæc verba toties permutasse, cum ne veteres quidem Grammatici ea distinxerint, v. c. Herodian. apud Eustath. ad Odyss. Φ. p. 1913. Στυφνὸς, vel quod magis tritum est, στρυφνὸς, a verbo στύφω, *adstringendi vim habens, acerbus, austerus*, plerumque ad *saporem* refertur: interdum est (ut in loco nostro, quem effugisse eruditi commentat. oculos mirum) *asper, strigosus*. Consule Foës. Œcon. Hippocr. Verum ab antiquo στέρω est στέριφος, στριφὸς, στριφνὸς, *durus, rigidus, compactus*, quod de *gustus sensu* nunquam adhibitum reperias. Hesychius: στιφνὸς, πυκνὸς, εὐθαλής. Repone εὐπαγής. Alex. apud Ath. L. iii. p. 107. etc. Cæterum Mœris in λεξ. 'Αττ., στιφρὸν, 'Αττικῶς. στριφνὸν Ἕλληνες (ed. Lugd. Bat. 1859. p. 342.) Pierson. editor, Ruhnkenium suum provocans, pauca hic addidit, Pollucem tamen inter alios excitat L. V. sect. 58. 70. subjiciens 'ubi Mss. στρυφνά.' —Fortassis etiam apud Mœrin, pro στιφνὸς leg. στρυφνός. Conz. Citat Suidas v. στρυφνόν. Pors.

878. σιραίου. Galenus apud Hippocratem exponit τὸ σίραιον, γλυκὺ ἕψημα. At Paulus ait esse ficorum decoctum cum defruto, quod σίκνον vocat divinus magister Hippocrates. Cum Paulo consentit Hesychius, qui ait, τὸ ἀπὸ σταφίδος ἑψημένον. Fl. Chr. V. Scholia. Plinius l. xiv. 9. siræum — vocamus. Locum Plinii citavit Kuhnius ad Pollucem vi. 16. Berg. Verti debuit *pro sapa*. Diversum est enim quod Latini *defrutum* appellabant. Plinius t. i. p. 719. Siræum, quod alii hepsema, nostri *sapam* appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, *defrutum* vocamus. Brunck. ἀντὶ σιραίου videtur in unam vocem colliquandum et emendandum esse; qui autem, non video. Si mihi de melle Anticyrano constaret, 'Αντικυραίου legerem. Reisk. μέλιτος — παραμίξας. Eadem fere sententia verbis magis propriis in Pace 996. μίξον δ' ἡμᾶς, etc. Berg. μικρὸν pro σμικρὸν tacite Invern. Dind. Mœris (p. 340.) scribit, σείραιον, adjiciens: σειρ. 'Αττικῶς. ἕψημα 'Ελλην. ubi adnotatur a J. Pierson. lectionem s. scription. σίραιον anteponendam esse, præsertim, quum Aristophanes aliique plures hoc nomen non aliter efferre soleant. Conz.

880-3. Citat Suidas v. φεύγοντας. Pors.

882-4. Suid. ἀκαλήφη. Pors.

884. τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι. Id est asperum et mordax, sumta translatione ab urtica, quæ κνίδη dicitur et quæ admota corpori pruriginem inducit. Sic autem urticam vocavit Crates in Phœnissis, puta quia non belle tangitur. Hinc piscis marinus (si tamen piscis et non potius maris ἔκτρωμα) ἀκαλήφη dicitur, quia vim habet mordacem et pruritum ingenerantem. Sed et eo nomine avem nominant. Fl. Chr. Fac demat ab ira asperitatem et mordacitatem. Est metonymia subjecti pro adjuncto, ut loquuntur. Idem fere propriis verbis dicit Thucydides l. ii. ἀπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης, πρὸς τὸ ἠπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι (ἐβούλετο). Berg.

888. ἠσθόμεσθα. Sic recte scriptum in A. ut metri ratio flagitat. Perperam vulgo ἠσθόμεθα. Brunck. Correxerunt jam Scaliger et Bentl. Dind. ἠσθόμεσθα Chr. Pors.

890. τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων. Scholiastes duas lectiones affert γενναιοτέρων et συνετωτέρων, neutram metro dimetro iambico commodam, ac existimo mendum cubare in posteriore, et potius συννεωτέρων legendum. Sed et paullo ante malim ἠσθόμεσθα quam ἠσθόμεθα. Fl. Chr. τῶν γενναιοτέρων, ex cod. Rav. repositum, habet etiam liber Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 388. Dind.

891. Scribe θύρασιν. Vid. Elmslei. ad Euripidis Medeam p. 157. Dind.

892. ἡνίκ' ἂν λέγωσιν. Antiqui moris fuit priusquam constituerentur oratores, qui causas dicerent, ut judices a præconibus cierentur. Sed postquam causidicorum usus fuit, ubi litem aliquam contestari cœperunt, non licebat judici tardius venienti hora condicta ingredi consessum. Itaque ait, si quis adhuc in limine est judex (sic enim ἡλιαστὴν vocat a magno δικαστηρίῳ Heliæa), ingreditor. Nam si causam cœperint dicere actores, neminem admittemus. Fl. Chr. εἰσφρήσομεν. V. Euripides Troad. 646. Vide supra 125. Ceterum pro more in concionibus recepto denunciat hæc apud Comicum Bdelycleo tanquam præco. Berg.

893. τίς ἄρ' ὁ φεύγων. Videbat fortassis canem fugientem, et tamen ludit ad nomen φεύγοντος, quod tribuitur proprie reo. At ἁλώσεται pariter recte de fugiente dicitur, ut dicat: etiam fugiens apprehendetur, quo modo dixit Simonides ὁ θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγομάχον, quod Horatius vertit: 'Mors fugacem persequitur virum.' Tamen innuit condemnatum iri. Nam ἁλίσκεσθαι est καταδικάζεσθαι. Fl. Chr. ὅσον ἁλώσεται.

Quasi dicat, ut cum Comico loquar ex Plut. 480., *τί δῆτα αὐτῷ τίμημα ἐπιγράψεις τῇ δίκῃ ἐάν γ' ἁλῷ;* Hunc esse sensum, quum Philocleo ad servum dicit *ὅσον ἁλώσεται*, apparet ex servi responsione v. 897. *τίμημα κλοιὸς σύκινος.* Berg. *ὅσον ἁλώσεται; quanta multa causa cadet?* Reisk.

894. *ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς. ἐγράψατο.* Vulgo *τῆς γραφῆς, ἧς ἐγράψατο*, syllaba extra numerum excurrente: cui malo remedium adferre voluit librarius in A. scribendo *ἧς γράψατο*. Sed illud *ἧς* plane delendum erat, quod nemo non videre poterat, et perite ostendit Dawes. p. 273. [Delevit etiam Bentl. Dind.] Erat olim in v. 907. ubi a nobis repositum fuit: inde male huc a librario retractum fuit. Brunck.

895. *κύων Κυδαθηναιεύς.* Tanquam homines accuset loquitur, atque adeo qua solebant formula accusationem instituere, ut videre est apud rhetorum scripta, præcipue oratoris Demosthenis. Sed et notandum est innui per hos canes viros, quos salse perstringit. Ut prius diximus de Labete, innui Lachetem mutata littera, sic hoc loco ludit in nomine canis: nam vir fuit quem vocabant Canem Cydatheneum, quia ex Cydatheno fuit populo tribus Pandionidis: unde et fuit Nichochares comicus. Fl. Chr. *Λάβητ'.* Vide ad v. 837. Berg. *Αἰξωνέα.* Æxona populus fuit propter urbem ex Cecropide tribu. Aliter dicebatur *Ἀλαὶ Αἰξωνίδες*: nam etiam erant *Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες*, de quibus loquitur Callimachus hymno in Dianam, ubi emendanda Græca scholia, quæ habent *ἀλαὶ Ζωνίδες*, quum sit legendum *Αἰξωνίδες*. Erat autem etiam Æxonia urbs Magnesiæ, teste Stephano. Sed Alæ Æxonides populum habebant *βλάσφημον* et *συκοφάντην*, ut notat idem gentilis scriptor, additque inde verbum factum *αἰξωνεύεσθαι* pro *κατηγορεῖν*. Suspicor tamen melius legi posse *κακηγορεῖν*, neque aliter fortassis scripserit Stephanus. Fl. Chr. V. Ruhnken. ad Timæum p. 15. Dind. *Κυδαθῶν* pagus ad tribum Pandioneum pertinens. cf. Meurs. ut *Αἰξόνη* ad Cecropium. Patriam illum conjicit Lachetis H. Voss. Sed satis, quum infamem teste Suida et Harpocratione novimus locum nequitie suorum civium. Conz.

896. *κατήσθιε.* Supra 838. *κατεδήδοκε.* Brunck.

897. *τὸν Σικελικόν.* Caseus e Sicilia erat in pretio. Antiphanes apud Athenæum i. p. 27. *τυρὸς Σικελὸς, μύρον ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχέλεις Βοιώτιαι.* Sed non tantum propterea meminit Aristophanes Siculi casei; verum etiam quia Laches, qui hic sub Labetis canis nomine latet, in rebus a se circa Siciliam gestis fraude aliqua fuit usus, ut quosdam sentire ait Scholiastes. Berg. *κλῳὸς σύκινος.* Attice pro *κλοιός*. Est autem *δεσμὸς περιτραχήλιος*, quod collarium dicitur, quo canes vinciuntur in agris. Alii vocant *καλοιὸν*, ut a ligno videatur dictum: est enim *ξύλινος*, quamvis apud Plutarchum legatur *κλοιὸς σιδηροῦς*. In sexto libro Anthologiæ habes de cane picto, *κλοιὸν ἔχων πέλας ἦλθε*. Dixit autem hic *σύκινον*, ut ait Scholiastes, propter ligni brevitatem. Sed fortassis quia fumum facit *δριμύτατον*, ut prius dixit Philocleo. Fl. Chr. *κλῳὸς σύκινος*—ficulnea boias, cui includi solebant canes. *Σύκινος*, cum consueta allus. ad sycophantas, cf. et supr. 145. et ii. 946. Cæterum canis accusans, cujus nomine Xanthias loquitur, Cleonem significat. Conz.

898. *θάνατος κύνειος.* Pœnæ æstimationem quam ille fecerat boiæ ficulneæ, quæ pro numella esset, Philocleo durus et immitis judex mutari vult in mortis caninæ mulctam. Natura autem canis, ut et felis, ea est ut multis plagis affectus ille vix tamen conficiatur, sed sit *δυσθανατῶν*. Fl. Chr.

900. *ὦ μιαρὸς οὗτος.* Legerem *ὡς μιαρὸς* etc. Est autem *κλέπτον* pro *κλεπτικόν*: sed Attici gravi accentu enuntiant, ut scripsit Irenæus (quem Latini Pacatum dicunt,) puta in libris *Ἀττικῆς συνηθείας περὶ λέξεως καὶ προσῳδίας*, aut potius in libro de nominibus Atticis: difficilis enim conjectura ubi perierunt libri et ex scriptorum relatione judicandum. Proprie vero *σεσηρέναι* de canibus dicitur restricto ore ringentibus, alias est renidere et ridere. Fl. Chr. *ὁ μιαρὸς*, ut v. 900. deinde leg. *κλέπτην*. Reisk. *κλέπτον* V. Scholia. Sæpe ita loquuntur, quia ex vultu fere ingenium, mores, atque affectus hominum cognoscuntur. Sic v. g. *γλίσχρον βλέπειν*. Euphron comicus apud Athenæum ix. p. 377. *καὶ γὰρ αὐτὸς οὑτοσὶ προσέρχεθ' ὁ γέρων. ὡς δὲ καὶ γλίσχρον βλέπει.* Berg.

902. *ποῦ δ' οὑ'διώκων.* Sic recte accusator vocatur, quia reus *ὁ φεύγων*. Verba integra Scholiastes ait esse *ποῦ δὲ ὁ διώκων*, et addit articulum *ὁ* sæpe produci. Si ita est, ergo legendum *ποῦ δ' ὁ*, ut sit spondeus, neque necesse est addito ypsilῳ. Deinde exemplo utitur ex Eupolidis Capris, *τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλήμων ἔχει·* admodum infirmo, quum articulus *ὁ* facile producatur propter sequentes consonantes, sive versus est trochaicus, sive iambicus. Certe raro et licenter (aliquando apud Homerum) vocalis brevis producitur

ante simplicem consonantem, nisi sit ea liquida, ut in *μέλος*. Itaque nisi *ὁ διώκων* ex diametro responderet *τῷ φεύγοντι*, legerem *ποῦ δ' οὐ'κδιώκων*, pro *ποῦ δ' ὁ ἐκδιώκων*. Sic etiam Bentl. Dind. Tamen *ἐπέχω* et assensionem cohiberi volo in meis sive opinionibus sive conjecturis. Fl. Chr. *ποῦ δ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων;* Laborat primus versus. Juntinæ *ποῦ δ' ὀυδιώκων*, quod fuerit *ποῦ δ' οὖν ὁ διώκων*. Sic certe rescribendum puto. Hotib. Aut *ποῦ δὲ ὁ* (integra voce *δὲ*) aut *ποῦ δ' αὖ ὁ*. Reisk. *ποῦ δ' ἔσθ' ὁ διώκων* Toup. Cur. Posterior. in Theocrit. xxi. 15. *ποῦ δὲ ὁ* vel *ποῦ δ' αὖ ὁ* Reisk.! et in priori quidem Scholiasten non solum adsentientem habet, sed et Brunckium ad Æschyl. Prometh. 642. Quo commento nihil stultius fingi potest. Lege autem ibi, *ὡς κἀποκλαῦσαι*, et in Eupolidis versu, apud Schol. ad hunc Aristophanis locum sc. dele *ἀνὴρ*. Hæc dixeram: sed cum Mss. duo in Prometheo dent, *ὥστ' ἀποκλαῦσαι*, legendum omnino, ne litera mutata, *ὡς τἀποκλαῦσαι*, i. e. *τὸ ἀποκλαῦσαι*. Euripid. Œneo apud Stobæ. 114. *τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας*. Quin et editio Turnebi planissime exhibet, *ὡς τ' ἀποκλαῦσαι*. Pors.

903. *πάρεστιν ἕτερος*. Ex Scholiasta conjicere licet hæc loqui patrem Philocleonem, non filium Bdelycleonem. Hoc si ita est, at persona Bdelycleonis præfigenda istis *ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν*. Est autem *αὖ αὖ* imitatio fictitia latrantis canis. Fl. Chr. *αὖν αὖν* Suid. ed. *αὖ αὖν* Ms. v. *ἐποποί*. Pors.

904. Vid. Equit. 1031. *νύκτωρ τὰς λοπάδας καὶ τὰς νήσους διαλείχων*. Berg.

905. Vid. Acharn. 123. ibid. 57. aliter *κάθησο, σίγα*. Berg.

906. *τήνδ'*. Nempe *τὴν φακῆν*. Berg. Respici hoc actu ad v. 780. bene monet B. Henr. Voss. Conz.

907. *ἧς ἐγραψάμην*. Vulgo *ἥν*. In A. superscriptum *σ*, quo melior nostra lectio indicatur. Vide ad Thesm. 835. Pl. 1128. In Conc. v. 665. *ἀπὸ τῆς μάζης, ἧς σιτεῖται*. Av. 271. *οὗτος οὐ τῶν ἠθάδων τῶνδ', ὧν ὁρᾶθ' ὑμεῖς ἀεί*. Brunck. Conf. Lobeck. ad Sophoclis Ajac. p. 297. Dind.

909. Intelligit gentem nauticam per hanc interjectionem acclamantis vocis, qua utuntur nautæ, qui remiges urgent aut hortantur: celeusma dicitur. Ficta autem vox e sordibus: nam in nauticis rebus *ῥύπος* vel *γλοιὸς* (oleæ sunt strigmenta) visitur et olfacitur. Apud Hesychium legitur *ῥυπάπται*, quod si rectum est, a sordium tactu originem ducit, hoc autem loco propter metrum amittit litteram cruciariam. Sed suspicor mendosam Hesychii scripturam, legendumque *ῥυππαπαί*. Hæc autem Aristophanes Lachetis perstringendi causa addidit, qui navalem exercitum damno fortassis affecit et male habuit, victum necessarium non suppeditans, sed eum fraudans et sibi parcens. Ceterum nautæ et remiges libenter caseo vescuntur. Fl. Chr. Scholia: *τὸ ναυτικόν*. Ran. 1105. *ῥυππαπαί*. Berg. Cf. l. 545. ubi, si eadem vox non occurrit, res tamen indigitatur; hic metonymice *pro nautis*, s. sodalibus navalibus. Carpitur iterum Laches, quod non participes fecerit nautas prædæ extortæ. Facete quadrant huc v. 911. *τυρὸν κατεσικέλιζε*, quod verbum comice fictum a poeta adludenti ad expedit. Siculam primam, ubi Laches erat præfectus, cf. Thucyd. iii. 90. Conz.

911. *κατεσικέλιζε*. Diximus antea *σικελίζειν* esse *ὀμφακίζειν* et *αὐστηρεύεσθαι*: hic nihil aliud est quam deglutire et vorare more Siculo. Nam de caseo quæstio est, et multos fert Sicilia *πολυθρέμμων*, quæ sita est velut in angulo et parte occidentis. Propterea dicit *εἰς τὴν γωνίαν*, et *ἐν τῷ σκότῳ*, ut solent canes. Sed interea Lachetem innuit in Sicilia imperatorem, sed furem et *νοσφιστήν*. Fl. Chr. Verbum ex occasione natum, quia de caseo Siculo loquitur. Berg.

913. *ἐνήρυγεν*. V. infra 1151.

914. Est thesmothetæ, aut potius *τοῦ θεράποντος*, servi, canem accusantis: nisi pro persona ΘΕ. substituenda sit persona Cydathenæi, canis ipsius, ut v. 912. Reisk. *κοὐ μετέδωκ'* — Insulsissime vulgo Philocleoni continuantur hæc verba, quæ manifesto sunt caussidici pro cane accusatore loquentis. Brunck. Cani tribuuntur in Scaligeri Excerptis. Dind.

915. In his duobus versibus non satis mihi liquet. Quorsum enim se canem vocet, nescio. Fortassis autem *ὡς* pro *τῷ* legendum: deinde *δυνήσεται* non placet, nisi quia videtur pro *βουλήσεται* positum, aut mutandum in *δὴν ἥσεται*, i. e. diu gaudebit bene mereri de vobis. Exspecto felicius ingenium, quod me doceat. Fl. Chr.

916. Operarum errore, aut nescio qua mea negligentia, excusum fuit *προβάλλοι*, contra constructionis legem, et librorum omnium fidem, quod sane nolui. Reponendum *προβάλλῃ*. Brunck. Famuli fidi canes dominorum. Æschyl. Agam. 8. cf. B. Henr. Voss. adn. Conz.

917. *οὐδὲ τῷ κοινῷ γέ μοι*. Ex Scholiasta apparet personas hic esse confusas et *ἀσυστάτους*, putatque ubi nos thesmothetam intelligimus, illic loqui *τὸν θεράποντα*. Quod et ego suspicor, sed ita ut *θεράπων* agat personam thesmothetæ.

Dixit autem *τῷ κοινῷ*, ait idem Scholiastes, pro *τῷ κοινωνῷ*, vel intelligit *οὐδὲ μέχρι κοινοῦ λόγου*, quia postea vocat *μονοφάγον*. Fl. Chr.

918. *θερμὸς γὰρ ἀνήρ.* Et hæc probant de Lachete innui quod ad Labetem refert, quum ait tanquam de homine *ἀνήρ*. Hæc autem dum loquitur, explorat coctæne sint lentes, quas quum calidiores reperisset, ille enim, inquit, non minus est calidus (i. e. audax) quam lens ista. Fl. Chr. Oppianus iii. 270. Berg.

920. V. supra v. 725. ubi vide notam. Berg.

921. *μονοφαγίστατος.* Amipsias comicus apud Athenæum i. p. 8. *ἔρρ' ἐς κόρακας, μονοφάγε καὶ τοιχωρύχε.* Berg.

922. *αὖ* vim non habet: reponendum censeo *ὡς ὄντ' ἂν πολὺ κυνῶν ἁπάντων ἄνδρα μονοφαγίστατον*: quia solet esse canum omnium vir voracissimus. Hotib. *αὖ* vim habet, si assumamus, Xanthiæ sermonem respicere Bdelycleonis intercessionem. Conz.

924. *τὴν θυείαν ἐν κύκλῳ.* Qui in mortariis caseus terebatur cum herbis, ut vel moretum vel aliud quod intritum fieret. Erant autem mortaria rotunda. In Irena sic vocat *θυείαν* (est autem *ἴγδις*), in qua urbes terere debet Bellum, imo et ipsam Siciliam, quam hoc loco innuit per *θυείαν ἐν κύκλῳ*, quia rotunda est propter insulas inter quas (saltem Plotas Æolidas) Strongylam habes. Fl. Chr. Ita *παρ' ὑπόνοιαν* pro *τὴν Σικελίαν*, ut notat Scholiastes, quia, ut recte Florens, in mortariis caseus terebatur cum herbis, ut vel moretum vel aliud quod intritum fieret. Berg. Cf. Nub. 669. Conz. Schol. Hæc sua fecit Suidas v. *θυεία*. Pors.

925. *τὸ σκίῤῥον.* Sic dicitur casei superficies durior et sordidior atque adeo pinguior. Usus est Eupolis in Aureo Seculo, *τροφαλὶς βαδίζει σκίῤῥον ἠμφιεσμένη.* Hinc autem innuit Lachetem illum ducem in Siciliam profectum urbes corrosisse et spoliasse. Fl. Chr. *τὸ σκίῤῥον, τὸ ῥυπῶδες τὸ ἐπὶ τῷ τυρῷ. τὸ σκληρόν.* In binis codd. scriptum *τὸ σκῖρον.* At Suidas, qui hunc locum protulit in nota cujus partem excerpsi, legebat *τὸν σκίῤῥον*, quod verum esse puto. Idem paulo post, *σκίῤῥος, ὁ γύψος.* Idem nomen *ὁ σκίῤῥος* et *crustam casei*, et *gypsum* notat; qua ex ambiguitate petitus lusus in seq. versu. Vide Hesychii interpretes ad glossam *σκιρεῖται.* Faceta est accusatio, cujus acumen in eo consistit, quod crimina cani objecta fere omnia in Lachetem cadunt, quem respicit Comicus, ut supra observatum fuit. Brunck.

926. *ἐμοὶ δέ γ' οὐκ ἔστ'.* Quum alter de *σκίῤῥῳ*, crusta caseorum, loqueretur, iste putat eum *περὶ τῆς σκιῤῥάδος γῆς* esse locutum. Scholiastes illam *σκιῤῥάδα* vocat *λατύπην*. Berg. *ὑδρίαν.* Ludit in voce *σκίῤῥου*: nam terra alba, Cimolia puta vel gypsus, dicitur *σκίῤῥα*, unde Minerva *σκιῤῥὰς*, quia ex alba illa terra fingebatur, et festum in illius honorem dictum *σκιῤῥοφόρια*, ubi ramos cum gypso ferebant, dederuntque Maio mensi illud nomen, quia tempus illud excitandis ædificiis sit opportunum. Sunt qui *σκίῤῥους* vocent *τὴν λατύπην*, lapidum præcipueque marmoris ramenta et stricturas, a qua duritie morbus ille hepaticus dictus scirrus, et Græci quæ tenacius inhærent et in duritiem incrustantur, dicunt *ἐνεσκιῤῥῶσθαι*. Est autem hydria vas aquale (urceum vocant), unde proverbium *ἐπὶ θύραις ὑδρίαν* ab Aristotele laudatum, cujus usum varie exponunt, sed arbitror ibi positam, ut promtius a servis et ministris caperetur. Nam lixæ *ὑδριαφόροι*, imo etiam Athenis *μέτοικοι* sic dicti, qui etiam in pompis erant *σκαφηφόροι*, ut diximus ad Lysistratam. Hoc loco non dubitem affirmare Philocleonem per hydriam intelligere cadum, in quem sortes mittebantur a judicibus. Fl. Chr.

927. *οὐ γάρ.* Vid. Scholia. Berg.

928. *μία λόχμη κλέπτα δύω.* Saltum, qui *λόχμη* est, dixit pro domo, alludens ad vetus proverbium *μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους.* Nam erithacus avis est *μονήρης* et *μονότροπος*, quæ saltus et deserta colit, dicta a colore rubro propter pectus et collum (male confunditur a quibusdam cum phænicuro auctoritate Plinii et Aristotelis non intellecti). Alciatus hoc proverbio insertam quandam sic clausit, una arbor geminos non alit erithacos, ubi duplex est peccatum, unum *λέξεως*, alterum *προσῳδίας*. Nam *λόχμη* non est arbor, saltus et sylva potius. Erithacus autem non potest primam producere. Dicitur etiam hæc avis *ἐριθεὺς* et *ἐρίθυλος*, credo quasi *ἐρυθρὸς*, nisi a longo et sedentario et solitario situ. Fl. Chr. *κλέπτα δύο.* Sic emendate B. Perperam vulgo *δύω*. Vide not. ad Ran. 1405. Nub. 483. Pro *λόχμη*, quod exhibent ambo codd. [et Victorianus in Actis Monacens. i. 3. p. 388. Dind.] in primariis editt. est *λόγχη*, quod, licet absurdissimum, quum sit in edit. Farrei, miror a Berglero revocatum non fuisse: proculdubio id non animadverterat. Sincerum *λόχμη* primus edidit Anton. Fracinus. Brunck.

929. *κεκλάγχω.* Vulgo *κεκλάγκω*. Bini codd. *κεκλάγγω*. Genuinam formam reposuimus: *κλάζω, κλάγξω, κέκλαγχα*, unde verbum *κεκλάγχω*. Brunck. *διακενῆς ἄλλως.* Idem significant hæ voces. Sic

Plato comicus apud Athenæum x. p. 442. *μάτην ἔξεστιν ὑμῖν διακενῆς κινητιᾶν.* Sic Euripides in Hecuba 489. *δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην.* Berg.

930. **κεκλάγξομαι.** Hinc Latinum *clangere*, quod est alte et acute sonare, quod proprium aiunt esse aquilarum, sed magis canis. Propterea aquila apud Æschylum canis dicitur. Quin grues recte dicuntur clangere, neque solum aves, sed etiam tubæ. Ceterum custodia canum fit cum clangore vel latratu. Fl. Chr. De canibus usurpat hoc verbum et Æschylus in Eumenid. 131. *ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἅπερ κύων.* Berg. Suidas *κεκλάγξω.* Pors.

932. *κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός.* Atticismus pro *κλεπτικὸς ἀνήρ·* (Næ rursus virum ait pro cane, vel quia Philocleo viros sic soleat in judiciis prædamnare, vel Comicus intelligi vult hominem pro cane, puta Lachetem, *νοσφιστὴν* nautici stipendii.) Sic in Nebulis *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον.* Sic sæpe alii scriptores Attici, quos huc advocare ambitiosus sit labor. Fl. Chr. V. supra 900. Et hic et ibi scholia: *ἀντὶ τοῦ κλεπτικόν.* Berg.

934. **ὡλεκτρυών.** Aristophanes valde *χαριεντίζεται*, qui judicem facit volucris judicium explorantem. Facit autem suspicionem Scholiastes ad 811. gallinaceos imponi solitos locis ubi jura dicuntur, quod non memini uspiam me legisse. Si factum est, admonitio fuit vigilantiæ, ut jamdudum debuit esse in templis Christianorum, quorum turres ærisonæ superimpositum habent gallum (scilicet ne quid desit ex Christi œconomia), cujus cantus non potest excitare veternosos episcopos aut pastores. Est autem *ἐπιμύειν* annuere, ut facere videntur qui connivent. Fl. Chr. Aderat autem gallus. Vide supra 811. Berg.

935. *ἀμίδα δότω.* Pamphilus comicus apud Athenæum i. p. 4. *ἀμίδα δότω τις, ἢ πλακοῦντά τις δότω.* Vide supra 815. Berg.

937. *τρύβλιον.* Lepide et festive testes laudat, indidem sumtos ubi crimen admissum, singula nempe vasa cocula et instrumenta culinaria. Quod autem ait *χεσεῖσθαι*, oppositum est *τῷ οὐρεῖν* quod dixit, utrumque cani proprium, sed præcipue reis, mortis metu pallentibus. Dictum autem pro *καταδικασθῆναι.* Fl. Chr. Testes vocat supellectilem culinariam: nam in culina crimen est admissum, supra v. 843. Berg. Post *παρεῖναι* subint. *κελεύω.* Conz.

939. *καὶ τἄλλα δὲ σκεύη.* Reisk.

940. In præcedentibus, ubi personas aliter posui, quam vulgo factum, quia nihil in lectione mutavi, annotandis his emendationibus, quæ semetipsæ probant, lectorem non moratus sum. Hic vero monendus est, vocem *οὐδέπω*, quæ vulgo personæ hac sigla notatæ ΘΕ. continuatur, in A. diversæ personæ tribui, cujus nomen non præfixum; nominis loco ducta minio lineola: in B. vero diserte Philocleoni, cujus nomen præfixum. Proinde pro *καὶ καθίζεις*, rescribi debuit, flagitante sententia, *κοὐ καθίζεις.* Vide infra v. 1002. In B. sequens versus Philocleoni continuatur: in A. præfixam habet Philocleonis personam, quæ ante *οὐδέπω* scribi debuerat. Miserum in modum omnia ista in vulgatis libris perturbata erant. Brunck. In Thesmoph. 624. *πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ.* Berg. *καὶ καθίζεις οὐδέπω*; Contra librorum omnium auctoritatem, ubi verba hæc tribuuntur continuata personæ Sosiæ ut Thesmothetæ, Brunckius illa dilaceravit, *οὐδέπω* dans respondenti Philocleoni, itaque *καὶ* in antec. immutare coactus in *κοὐ.* Restituimus hic vulg. et distributionem et lectionem, quam sequuntur etiam Invernizius et Vossius. Conz.

941. *χεσεῖσθαι.* Nempe præ timore, aut gravitate pœnæ, quæ eum manet; intulit autem hoc verbum ad *οὐρεῖν.* Berg. Philocleoni hunc versum tribuunt Bentl. et Tyrwhitt. Dind. *τριήμερον, totum triduum.* Reisk.

942. *οὐκ αὖ σὺ παύσει.* Hæc puto verba dirigi ad canem accusatorem et *διώκοντα.* Non desines, inquit, durus et morosus esse, præsertim reis, in quos sic dentes restringis. Malo enim ut *παύσει* et *ἔχει* sint secundæ personæ Atticæ. Solens vero est canibus, ut fugientes magis adlatrent et impetant, propterea ait ambigua voce *τοῖς φεύγουσι* et *ὀδὰξ ἔχεσθαι.* Fl. Chr.

943. Leg. *ἀλλ' ὀδὰξ ἔχεις*; intellecto *τοὺς φεύγοντας. ὀδὰξ ἔχει*, mordicus teneris, alienum est. Hotib.

947. *Θουκυδίδης.* Hic Thucydides magnus adversarius Periclis et factionis sodalium princeps adversus eum, Milesiæ filius Atheniensis, vir bonus et orator optimus fuit, Cimonis affinis, non tam *πολεμικὸς* quam *πολιτικὸς*, primum dux fuit xl. navium et velut triumvir cum Agnone et Phormione succurrentibus Pericli, ut lib. i. testatur Thucydides historicus, deinde, ut ait Philochorus, quum in Thracia suspicionem incurrisset proditionis, neque in jus vocatus pro se quidquam dicere potuisset, velutque elinguis obmutuisset, indicta causa damnatus est et ostracismo relegatus est. Plutarchus scriptor castissimus scripsit voluisse eum in idem periculum Periclem constituere, sed victor evasit felicior Pericles et adversarium com-

pulit in pœnam τοῦ ὀστράκου, et sodalitium illud sibi adversarium sic dissolvit. Quum autem exsilium sive φυγὴ diversum sit ab ostracismo, quia exsulum bona proscribebantur, non autem τῶν ἐξοστρακισθέντων, quibus et locus et tempus præscripta erant, ut Hyperbolus primus per sex annos Sami, ubi tum mortuus est. Tamen Idomeneus scriptor antiquus, quem Plutarchus non satis fidum putat, in lib. ii. Historiarum puta Samothraciæ, damnatum ait Thucydidem istum τῆς ἀειφυγίας, et bona ipsius publicata, et fugisse ad Artaxerxem. Ceterum quatuor fuerunt Thucydidæ: primus iste Milesiæ filius ex Alopecide tribu: secundus quem Scholiastes Γήττιον vocat mendose pro Γαργήττιον: tertius Thessalus, vel, ut ait historicus Thucydides, Pharsalius: quartus historiæ scriptor Olori filius, omnes Athenienses. Festiviter autem Thucydidem ἀναπολόγητον fingit in lingua habuisse ἀποπληξίαν. Fl. Chr. Etiam ex Acharn. 703. apparet hunc in judicio male stetisse. Non est autem historicus ille celebris. Berg. V. not. ad Schol. Dind. ἐξαίφνης om. Suid. Ald. Ms. et Med. non Kuster. V. γνάθους. Pors.

949. Comma inserendum post πάρεχε. Scilicet in πάρεχε subintelligitur πάροδον, in ἐκποδὼν autem subintell. ἴθι. Reisk.

950. Ambitiosum prooemium et fortassis ab aliquo rhetore illius temporis pronunciatum, quod tacite hic subsannat. Puto autem legendum διαβεβλημένου, ut ad canem referatur. Per λύκους vero innuit fures et sycophantas. Unde jocus apud Ciceronem: Quid latras? quia furem video. Fl. Chr. διαβεβλημένου. Ita ed. Brubachii, rectius quam ceteræ, quæ διαβεβλημένους. Berg. διαβεβλημένου. Sic bene A. Hoc recte Berglerus e Francofurtana editione adsumsit, cujus non major est auctoritas, quam Florentis [et Reiskii,] qui sic legendum esse monuerat. Aliæ editiones habent διαβεβλημένους. Brunck.

952. διώκει τοὺς λύκους. In honorem hoc dictum Lachetis, utpote strenui militis. Sic etiam Lamachi fortitudo, quicquid traducatur aliis ex rationibus homo, non obscuratur a Comico. V. Acharn. 1198. — Cf. Henr. Voss. not. Conz.

953. ξυνωμότης. V. supra 488. Berg.

959. κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται. Hæc nihil ad excusationem criminis: debuerat enim potius paupertatem, aut inopiam, aut famem prætexere, sed risum populi captare voluit et alludere ad proverbium senario hoc contentum: πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. i. e. 'pedes badisso, qui natare nesciam.' Sic ait canem citharæ esse imperitum, unum hoc scire, furari et vorare. Fl. Chr. Subaudi, ἀλλὰ κλέπτειν. Sic infra 989. κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι· ubi subauditur, ἀλλὰ καταδικάζειν. Sic in Avibus 1431. τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι, ubi subauditur, ἀλλὰ συκοφαντεῖν. Berg. Schol. παρὰ τὴν παροιμίαν παίζει· βαδίζω. Lege πεζῇ βαδίζω· ut monuit Kusterus ad Suid. iii. p. 70. v. πεζῇ, ubi hic senarius emendate legitur. Vide ad Schol. in Av. 1432. Pors. Cf. Eq. 189. Conz.

960. ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἄν. Longe alia ratione dixerat Nero ad Burrum præfectum: Utinam nescirem litteras, ut refert Seneca initio secundi de clementia. Sed hoc loco vulgarium dictum respexit, μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. Male vero puto hic appositam esse Philocleonis personam: nam Bdelycleonem credibile est sic potius loqui quam patrem φιλόδικον. Et sane in exemplari Veneto hæc loquitur Bdelycleo. Sed secundus versus, ubi habes, ἐνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον, non videtur mihi mendo vacare. Fl. Chr.

962. ὦ δαιμόνιε, μοι. Reisk.

964. ταμιεύουσ' ἔτυχες. Eras enim in cella promtuaria et quasi quæsturam exercebas, secans et distribuens militibus acceptos caseos. Jocose imitatur apologias prætorum et ἀρχόντων, qui rationes referunt. Fl. Chr.

967. Articulum τοὺς ex cod. Rav. recipiendum esse docet Reisig. i. p. 57 sq. Bentleius conjicit ὦ δαῖμον, ἐλέει τοὺς —. Dind.

968. τραχήλι' ἐσθίει. Prosicias et trunculos et ἀκρωτηριάσματα piscium sic vocat et capita spinosa. Quin etiam τράχηλοι dicuntur spondyli conchyliorum. Scholia Græca male consuta et consarcinata a variis auctoribus, inprimis a Thoma Magistro, nescio quid blaterant de furfuribus, quæ hic videntur ἀπρυσδιόνυσα et alio fortassis inculcanda, et nos ea insuper habemus. Sane his verbis tangit omnino Lachetem ut μικροκλέπτην: tum Cleonem insimulat μικροψυχίας et ἀστρατείας, quum οἰκουρὸν canem accusatorem esse ait, neque ad bellum ut alter Laches exeuntem. Verum est autem Lachetem a Cleone in jus vocatum, cui Æschyleum illud, quod Orestes matri dicebat, belle congruat, μὴ ἔλεγχε τὸν πονοῦντ' ἔσω καθημένη, i. e. laboriosis parce sedentaria. Graphice describit mores illius Cleonis, quum ait mordere ipsum, nisi omnium quæ in urbem feruntur particeps fiat et cives ipsos defrudet. Fl. Chr.

970. Vid. Av. 171. Berg. οἷος. οὗτος. Reisk. ὁ δ' ἕτερος. His Cleonem innuit Lachetis accusatorem. οἰκουρὸς est in libris omnibus; mendosum tamen esse

censeo. Scribendum, solita Atticis scriptoribus constructione, ὁ δ' ἕτερος οἷός ἐστιν οἰκουρεῖν μόνον. Harpocratio, quem descripsit Suidas: Οἷος εἶ, καὶ οἷός τε εἶ. τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε, σημαίνει τὸ βούλει, καὶ προήρησαι· τὸ δὲ σὺν τῷ τε, τὸ δύνασαι. ἀμφοτέροις ἐχρήσατο Λυσίας. Exemplum e Lysia profert Suidas: ἐβιάζετό τε γὰρ, καὶ οἷος ἦν ἐξευρεῖν τὴν θύραν. aliudque ex incerto auctore: ὁ δὲ ἐπολυπραγμόνησε πάντα. ἦν γὰρ οἷος μηδὲν μήτ' ἀνθρώπειον, μήτε θεῖον ἀδιερεύνητον ἐᾶν. BRUNCK. ὁ δ' ἕτερος. Cleon innuitur Lachetis accusator, qui domi sedens, nulla vitiis immista virtute, quæ in Lachete una cum moderatione aliqua in rapiendis alienis prædicatur, bona avide rapiat publica immodiceque. Nixus audet Brunckius suam immutationem loco Harpocrationis a Suida descripto et communicato in notis ab auctore, secundum quem id esset discriminis inter οἷός ἐστιν et οἷός τ' ἐστιν, ut illud significaret τὸ velle (χωρὶς τοῦ τε, σημαίνει τὸ βούλει) hoc τὸ posse (τὸ δὲ σὺν τῷ τε, τὸ δύνας.). Quare si ita, ut Brunck. putat, legeretur, vertendum esset: *alter non nisi domum custodire* vult; sed hoc aberrat a sententia interlocutoris, qui habitum naturalem manifesto vult innuere in cane, de quo sermo est, s. Cleone, ita ut saltim οἷός τ' ἐστιν οἰκουρεῖν esset immutandum. Sed aliter alii Grammatici statuunt ac Harpocration, cf. etiam Astii adn. in Plat. Politiam p. 360. v. et p. 383. et quidem ratione diversa ea, ut οἷος τ' εἰμι — *possum, valde facere* denotet, οἷος autem sine τ' *comparatus sum a natura*.— Nihil mutandum nos censemus, præcipue, quum subintelligatur post μόνον — εἶναι — aut, cui ellipsis εἶναι non placet, si suppressam ante οἷος vocem τοῖος assumat, ut sensus sit, *valet tantummodo* ea, qua comparatus est natura, (timidiori — respice ad Lachetem, qui extra διώκει λύκους) — custodire domum. CONZ.

973. In Ravennate libro scriptum traditur: αἰβοῖ | τί τὸ κακόν ποτ' ἔσθ', ὅτῳ μαλάττομαι; unde est conjectura facilis de antiquissima scriptura, αἰβοῖ | τουτὶ τὸ κακὸν τί ποτ' ἔσθ', ὅτῳ μαλάττομαι; | αἰβοῖ extra versum collocatum ut Avibus ante versum 1342. REISIG.

975. Facete Bdelycleo: οἰκτείρατ' αὐτὸν, ὦ πάτερ, καὶ μὴ διαφθείρητε. quasi non unus adesset judex, sed frequentes essent judices exorandi, tanquam in re forensi. REISIG.

976. ποῦ τὰ παιδία; V. supra 568—570. BERG.

977. κνυζούμενα. Vox canum propria, sed et ad puerulorum vagitum et ploratum transit τὸ κνυζᾶσθαι. Solebant autem reorum infantes et liberi judicum ascendere subsellia et quiritare ut miseritudinem elicerent, ut dictum alibi. FL. CHR. κνυζούμενα. Sic bini codd. ut edidit Ant. Francinus. Mendose in primariis editt. erat κνυζόμενα. Henr. Stephanus Thes. t. ii. col. 283. locum hunc citans in κνυζάω legit κνυζώμενα. [Sic etiam Bentl.] κνυζεῖσθαι vox canum propria, de vagitu infantium etiam adhibetur. Theocritus in Pharmaceutria 109. κνυζεῦνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα: ubi minus caute lectionem codd. aliquot adscivi κνυζεῦντα φωνεῦντι. Nam forma hujus verbi activa præterquam apud grammaticos in usu non est. Conferri dignus est locus facetissimus Gallicæ comœdiæ ex hoc Aristophanis adumbratus: L'INTIME. Venez, famille désolée, | Venez, pauvres enfans, qu'on veut rendre orphelins, | Venez faire parler vos esprits enfantins. | Oui, Messieurs, vous voyez ici notre misère, | Nous sommes orphelins, rendez-nous noter père, | Notre père, par qui nous fûmes engendrés, | Notre père, qui nous . . . DANDIN. Tirez, tirez, tirez. | L'INTIME. Notre père, Messieurs . . . DANDIN. Tirez donc. quel vacarme! | Ils ont pissé partout. L'INTIME. Monsieur, voyez nos larmes. | DANDIN. Ouf! je me sens déjà pris de compassion. BRUNCK. Cæterum ad morem adluditur, ex quo reorum infantes ut et mulieres sæpenumero deprecationis causa et ut judicibus misericordiam moverent, deducebantur a reis ad tribunal. cf. Πλ. v. 384. et Plat. apol. Socr. p. 82. ed. Wolf. τάχα δ' ἄν τις — παιδία τε αὐτοῦ ἀναβιβασάμενος — καὶ ἄλλους τ. οἰκείων κ. φιλ. πολλούς. CONZ.

979. Præf. Hec. p. xlviii. PORS. κατάβα. Adde iterum κατάβα ut quater pronuncietur, si vis metrum iambicum habere integrum. [In ed. Phil. Juntæ ter tantum legitur. DIND.] Dictum autem barbare pro κατάβηθι. Fortassis sic solebat loqui Cleo, Paphlago ab hoc Comico dictus, quia ἐπάφλαζε τῇ φωνῇ. Itaque in Ranis ubi ait Dionysus κατάβα πονηρὲ, Scholiastes nota decussata, quæ est X, verbum hoc culpavit. Sed in Equitibus docent nos scholia τὸ ἀναβαίνειν esse εἰσιέναι εἰς τὸ λόγιον (qua voce non solum pulpitum, pars orchestræ, sed etiam δικαστήριον intelligitur) et καταβαίνειν ex antiquo more esse ἀπαλλάττεσθαι vel ἀπιέναι. Quum vero ait illud κατάβα multos decepisse, existimo esse quia rei sic abire jussi sperabant se absolutum iri, quod secus tamen sæpe accidit. Ceterum ab imperativo illo βᾶ pro βῆθι factum adverbium βάδην, deinde βαδίζω, unde Latinum *vado*. Et nos Franci lin-

gua qui utimur Romana, dicimus ut Græci imperantes *va:* in plurali tamen heteroclito utimur *allon*, quasi volemus et alas habeamus. Melius Hispani *vamos*, quod proculdubio Græcum est Syracusanum *βᾶμες*, ut est apud Theocritum. Fl. Chr.

982. Invern. tacite *εἰς κόρακας*. Recte vulgo *ἐς κόρακας*. V. Reisig. i. p. 252. Dind. *ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ ῥοφεῖν*. Sic optime B. Vulgo *τό γε ῥοφεῖν*. Particulam infersit imperiti librarii mala sedulitas. Vide not. ad Pl. 1065. Brunck. *ἐστί γε τὸ ῥοφεῖν*. Expunge *γε*, sine quo metrum satis constabit. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 160. Markland. ad Eurip. Suppl. 94. Cujus fabulæ v. 382. ita lege, *νέμεις ἀεὶ* (ita 2 Mss.) *τὸν δυστυχῆ πάντᾱ ῥύῃ*. At inquies, quomodo gemino suo versus iste respondebit? Ibi vero legendum, *τεμεῖ, τέκνοισιν* "INA *ταφὰς ληψώμεθα*; nisi mavis ex Musgravii partim conjectura, *κρανεῖ ποτ' ἆρα φίλια μοῖρ' Ἐμοί, τέκνοισιν ἵνα ταφὰς ληψώμεθα*; [Vide Elmslei. ad Eurip. Bacch. 1380. Dind.] Adde Brunck. ad Æschyl. Prometh. 1031. a quo locus citatus e Sophocl. Œd. Col. 900. recte legitur apud Suid. v. *σπεύδειν*. Theocrit. Idyl. xxviii. 246. Callimach. in Del. 25. Apoll. Rhod. ii. 1229. Pors. In Dawesii sententia de vi metrica *τοῦ ρ̄* perstitisse Porsonum tradit Kiddius ad Dawes. p. 285. Dobr.

983. *ἀπεδάκρυσα*. Lacrymas sibi ortas esse non ex misericordia dicit, sed ex sorbitione fervidæ lentis. Berg. Sic vulgo leguntur et distinguuntur hi versus: | *ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν γνώμην ἐμὴν* | *οὐδέποτέ γ', ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος*. Licet verba sic structa nullam sententiam fundant, istam tamen ex iis expressit Berglerus: *Ego enim nunc sententiam meam lacrymans mutassem nunquam, nisi lente fervida impletus fuissem.* Quam bene ista cum Græcis congruant, ipse viderit. *οὐδέποτε* cum *ἀπεδάκρυσα* jugari non potest, quia, ut sæpe observavimus, cum verbis futuri tantum temporis construitur; [sed vide ad Ecclesiaz. p. 697. et Lobeck. ad Phrynich. p. 458. Dind.] quapropter Piersonus ad Mœrin p. 461. suspicabatur hic legendum esse *οὐπώποτ', ἀλλ' ἢ* —. Sed ne sic quidem locus persanatus esset. Nam, verba eodem sensu accipiendo, quo Berglerus, sic vertendum esset: *Ego enim* nunc *sententiam meam lacrymans mutari* nunquam. Quam lepide, statim quivis percipit. Quid multa? Desideratur particula *ἂν*, quod invitus affirmo: non enim me simultatibus oblecto, nec lubens in Clarissimi Professoris Regii reprehensionem incurro. At quibuscunque ille Græcæ linguæ rudimentis discipulos suos imbuat, dico particulam *ἂν* hic poetæ manu positam fuisse, ejusque vestigia remanere in amborum codd. scriptura, quæ sic habet: *οὐδὲν ποτέ γ', ἀλλ'* —. Manifestum est exscriptoris errorem sic corrigi debuisse, *οὐδ' ἂν ποτέ γ', ἀλλ'* —. Præterea hujus loci sententiam prorsus obscuraverat deterrima interpunctio. Sic autem scribendus est: *ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν. γνώμην ἐμὴν,* | *οὐδ' ἂν ποτέ γ', ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος*. Verba *γνώμην ἐμὴν* valent *mea sententia, ut mihi videtur*, et pendent a suppressa præpositione *κατά*. Suidas: *γνώμην ἐμὴν, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ οἴησιν*. Vide Conc. 349. Pace 232. Verti: *Ecce enim illacrimavi ego, quod, animo quidem meo, haud fecissem unquam, ni implessem me lente.* Pro *πεπλησμένος* melius legitur *ἐμπλήμενος*, [et sic cod. Rav. Dind.] quod, ut magis Atticum, Comico nostro frequentatur. Vide infra ad v. 1127. De constructione adverbii *οὐδέποτε* vide not. ad Conc. 384. Quam hic medelam faciebat Piersonus, ea Philemoni adhibenda est in fragmento apud Bentleium cccxxi. p. 135. *λίθον μὲν εἶναι τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεοὺς,* | *οὐπώποτ' ἐπείσθην· οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,* | *ὡς τοῦτ' ἐγένετο*. Brunck. Recte codex Rav. *οὐδέν ποτ'*. Vid. Elmslei. ad Acharn. p. 61. Dind. Conf. Porson. ad Euripidem, p. 406. Id. Secuti sumus hic lectionem et distinctionem Invernizianam, sane in corrupto hoc loco optimam: *ἐγὼ γάρ ἀπεδάκρυσα νῦν, γνώμην ἐμὴν,* | *οὐδέν ποτ', ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς ἐμπλήμενος*. Quum in Brunckiana hac lectione durior ellipsis statuenda sit post verba — *οὐδ' ἄν ποτ'* — *haud fecissem unquam*, ex præter. antec. repetenda notione et particula *ἂν* intrusa sit sine necess. anteponimus lectionem facilitate se magis commendantem Inverniz. cdd. abjicimus tamen editoris interpretationem, quæ nihili est, vertentis: *Non lubens ego nunc illacrymavi, sed quod lente sum plenus:* verba enim *γνώμην ἐμὴν*, suppresso *κατὰ*, bene quidem exponi possunt: *ut mihi videtur, ex mea sententia*, sed nulla afferri poterit auctoritas, secundum quam admittant etiam significationem *ex animo lubenti.*— Bene Græca phrasis hic foret *οὐχ ἑκὼν*, ut infra 991. Ante *οὐδὲν* subintell. *διά*. Conz.

984. *φακῆς*. Calidiorem et ferventiorem lentem deglutiverat, unde, ut sæpe fit calida sorbentibus, lacrymari coactus est: non enim victum se fuisse misericordine plorantium puerulorum ostendit, quum ait, insolentes sibi esse lacrymas, nisi *ἐκ τοῦ ῥοφεῖν τὴν φακῆν*, ut cognosca-

mus in eo *φύσιν ἀτέραμνον*, neque ignoscere scientem. Puto autem distinguendum post *τὸ νῦν* et subaudiendum *κατὰ* ad *γνώμην ἐμὴν*, ut sit: quantum ego memini vel opinor, nunquam id accidit nisi ex festinata lentis sorbitione et repletione. Fl. Chr. *πεπλησμένος* hic quoque e glossemate est. Res palam perspicua est in B. ubi scriptum *ἐμπεπλησμένος*, quod purum putum est glossema genuinæ vocis Comico usitatæ, *ἐμπλήμενος*. Postquam illud in textum se intrusit, metro consulens alius librarius importunam resecuit syllabam. Hic locus e v. 1127. restitui debuit, ad quem vide quæ notavimus. Simile librariorum flagitium modo deprehendimus in Pluti versu 892. Brunck.

985. *οὔκουν ἀποφεύγει δῆτα* ; Sic in A. cum interrogationis signo. In B. etiam *ἀποφεύγει*. [et conjecerat Reisk. Dind.] Male vulgo *ἀποφεύγῃ*. Brunck. Inverniz.—*φεύγει δῆτα*. Conz.

987. *τηνδὶ λαβών*. Perforatam calcem et condemnatoriam illi ostendit. Sciendum autem duas fuisse in judiciis amphoras vel hydrias vel etiam cados. Prior dicebatur *πρότερος*, vel *κύριος*, in quem calces vel *ψήφους κυρίας* demittebant judices absolventes reum. Alter dicebatur *ὕστερος* vel *ἄκυρος*, eratque *ξύλινος*, in quem calculi *ἄκυροι* mittebantur. Postquam calculi ab omnibus injecti erant, tum recensebantur et numerabantur in æreum cadum, et pleni integrique calculi absolvebant, perforati autem et vacui damnabant et dicebantur *ἀποδοκιμάζουσαι ψῆφοι*. Rogat ergo Bdelycleo patrem ut calcem *ἄκυρον* mittat in amphoram posteriorem et sic reum absolvat. Quod studium absolvendi quia insolens et injucundum erat Philocleoni, ait *μύσας παράϊξον*, injice, inquit, connivens et videre dissimulans. Fl. Chr. *ἐπὶ τὸν ὕστερον*. Subaudi *κάδον*, ut mox etiam in *πρότερος*. Prior cadus in judiciis erat condemnationis, posterior absolutionis. Berg.

988. *παρᾷξον*. Sic A. omisso tamen iota subscripto. Vulgo male *παράϊξον*. Brunck.

989. *κιθαρίζειν — ἐπίστ*. venusta, respiciens v. 976. retorsio, quales amat noster, cf. Ran. v. 606. coll. cum v. 552. et alibi. In v. seq. Inv. *τῇδι*. Conz.

991. *ὅδ' ἔσθ' ὁ πρότερος*. Prior cadiscus et absolutorius et *κύριος*, in quem plenæ mittebantur calces. Bdelycleo autem manibus hydrias vel cados circumferens sedes mutaverat. Hæc autem quum ait, notat eos, qui in calculis ferendis scientes fallebant. Itaque stantibus illic accusatore et reo præco vel thesmotheta adstans cum virga vel commotaculo operam dabat ne quid ibi fraudis fieret et mutaretur jactus in misericordiam pro eo qui in mortem. Fl. Chr.

993. *φέρ' ἐξεράσω*. Eandem rem aliis verbis Æschylus in Eumenid. 745. *ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τεύχεων πάλος*. Verbo *ἐξεράσαι* utitur Comicus in Acharn. 340. Berg. *πῶς γὰρ ἠγωνίσμεθα*. Videtur translatum a certaminibus luctæ, in qua qui adversarium dejecerat *ἐξεράσαι* dicebatur, a terra quæ *ἔρα* vocatur. In Acharn. dicit *ἐξεράσαι λίθους* pro abjicere. Fl. Chr.

994. *δείξειν ἔοικε*. Id est *φανερώσει, δηλώσει*, palam faciet et inspectos calculos ostendet, itaque evasisti, o Labes. Recte *ἐκπέφευγας* dixit de reo qui proprie *φεύγων*. Nam *τὸ ἐκ* absolutionem notat ut *ἀπό*: postea enim dicit *ὄντως ἀπέφυγε*. Miserum et crudelem judicem, qui mortem quærit peccantium, in quem recte illud ex carmine bucolico competat: et si non aliqua nocuisses, mortuus esses. Certe illa miserorum *παθήματα* non sunt *μαθήματα*, sed *τραγήματα*. Sed hic non tam Philocleonis quam ipsius Cleonis ingenium spectatur, cujus etiam eo progreditur impietas, ut a diis veniam petat elapsæ sibi clementiæ, quasi ipsi sint (ut de tyranno legitur apud Valerium Maximum) novi punitores misericordiæ. Fl. Chr. Plena oratio: *τὸ ἔργον αὐτὸ δείξειν ἔοικεν*. ut in Lysistr. 377. *τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει*. Sæpe omittitur vox *ἔργον*, sæpe etiam *αὐτὸ*, sæpe utraque vox; ut in Ran. 1286. *πάνυ γε μέλη θαυμαστά. δείξει δὴ τάχα*. dicunt et *δηλώσει*, et *σημανεῖ*. Berg. *ἐκπέφευγας*. Plenius Æschylus in Eumenid. 755. *ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην*. Berg. Invern. pr. *ἔοικεν — ας*, quod aptius censet (?) Conz.

995. *ποῦ 'σθ' ὕδωρ* ; animi deliquium patitur senex, quia præter morem suum absolvit reum. Petit autem aquam ut ille in Ran. 479. spongiam sine dubio aqua repletam: *ἀλλ' ὡρακιῶ· ἀλλ' οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγίαν*. Berg. Philocleonis persona deletur in Scaligeri Excerptis. Dind.

996. *ἔπαιρε σαυτόν*. Euripides in Andromacha 1072. *ἃ ἅ. τί δράσεις, ὦ γεραιὲ, μὴ πέσῃς. ἔπαιρε σαυτόν*. deinde ibi senex: *οὐδέν εἰμ', ἀπωλόμαν*. Berg. Quod in codice Rav. legitur, *εἰπὲ νῦν ἐκεῖνό μοι*, habet etiam Ph. Juntæ editio. Dind. *εἰπὲ νῦν ἐκεῖνό*. *εἶπ' ἐκεῖνό* ed. Kuster. *εἰπὲ 'κεῖνό* Ald. Pors. *εἶπ' ἐκ. μ.* Cod. Vat. P. Id.

997. Vid. Sophocles Electr. 680. Idem Philoctet. 965. Berg. *ἀπέφυγε*. In scho-

liis scriptum est ἀπέφυγεν. Dind.

1002. κοὐ τοὐ'μοῦ τρόπου. Sic legendum esse res ipsa clamat; nec aliter est in ulla editione. At in A. scriptum est καὶ τοῦ 'μοῦ τρόπου, eadem menda quam supra sustulimus in v. 940. ubi erat καὶ καθίζεις, pro κοὐ καθίζεις. Brunck.

1004. θρέψω καλῶς. Idem iste Bdelycleo dicebat supra 736. Vid. supra 341. Berg. πανταχοῖ. Vulgo πανταχοῦ. Vide not. ad Lys. 1230. Brunck.

1005. ἐπὶ δεῖπνον, εἰς ξυμπόσιον. Idem facit Scholiastes δεῖπνον et συμπόσιον, et illic vinum solum commune fuisse dicit, at πανθοινίαν esse (alii πανθοίνην et πανδαισίαν) quum quisque δεῖπνον ferens in commune deponebat omnibus pariter fruentibus. Apud Athenæum habes multas species, nempe ἐπιδόσιμον, σύνδειπνον, ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, συναγώγιμον et συμβολὴν, ubi notandum συνάγειν esse compotare et collativam pecuniam symbolam ab Argivis dici, ut portionem vel μερίδα, αἶσαν. Fl. Chr.

1006. In Pluto 262. Berg.

1007. ἐγχανεῖται. De Hyperbolo satis multa congessimus in commentariis ad Irenam, quæ hic non recoquo. Dicam tantum hac eadem voce τοῦ ἐγχανεῖσθαι usum Aristophanem in Equitibus, et de eodem Hyperbolo, οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει. i. e. καταπτύσει, καταγελάσει, ἐνυβρίσει, ut etiam in Ranis usurpat. Hesychius putat vocem esse Laconicam pro ἐγχασμᾶσθαι, i. e. patulo ore ridere et cachinnum tollere, ut solebat Abderita philosophus: sed emendandus ille grammaticus, ubi legitur ἐγχαλεῖν pro ἐγχανεῖν. Fl. Chr. Ὑπέρβολος. Unus ex demagogis, qui ex contemto metuendum se crescentibus opibus, quas lampadum mercatu æneaum, plumbo vero, ut objicitur ipsi a nostro, adulteratum augere etiam sciverat, se cœperat facere. Pungitur sæpe a nostro Θ. 840. B. 570. N. 551. 623. 876. 1065. I. 1304. 1363. et passim in aliis comœd. Conz.

1009. Hæc periodus chorica vocatur commation, et est velut præclamatio ad parabasin vel excursionem sequentem. Constat autem septem colis aut versibus choriambicis, mixtis epitritis, bacchiis, et palimbacchiis, quorum prior versus trimeter est catalecticus, secundus dimeter acatal. primum habens pedem quinque syllabarum, quartus dimeter etiam acatal. similis secundo, quintus similis primo, ceteri ut secundus. Fl. Chr. ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βουλε- | σθ'. ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυριάδες | ἀναρίθμητοι, | νῦν μὲν τὰ μέλλοντ' εὖ λεγε- | σθαι, μὴ πέσῃ φαύλως χαμᾶ- | ζ', εὐλαβεῖσθε. verba μυριάδες ἀναρίθμητοι aut ex lyrico carmine aut hyperbolico proverbio videntur ducta. Iisdem usus est Plato libro vii. de Legibus, p. 804. E. Steph. οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον: sed brevem syllabam vocativi non video quomodo excusari possit, nisi scribatur: ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυριάδες | ἀναρίθμητοι. Reisig. Ictu produci mecum consentit Hermannus: quam licentiam cum dactylicis versibus interdum communem habent anapæsti. Dind. Plato Theæteto p. 175. A. λογίζεσθαι ὅτι πάππων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι. Antipater in Jacobsii Antholog. Palat. t. i. p. 524. αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν | μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα. Athenæus t. ii. p. 473. ἀνηρίθμους μυριάδας. Schweighæuser. Not. t. iii. p. 506. "nescio an poetæ alicujus verba in mente habuerit." Dind. ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βούλεσθ'. | ὑμεῖς δὲ τέως ὦ μυριάδες | νῦν τὸ μέλλον τ' εὖ λέγεσθαι, | μὴ πέσῃς (sic) φαύλως χάμαζε. | τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν | ἐστὶ πάσχειν, κοὐ πρὸς ὑμῶν. V. 2. Ita Rav. pro δέ γε ταχέως. V. 3. Delevi ἀναρίθμητοι gl. pro μυριάδες, et εὐλαβεῖσθε pro εὖ λέγεσθαι. G. Burges. ἀλλ' ἴτε χαίροντες. Sic in Acharn. 1142. chorus prosequitur exeuntes histriones: ἴτε δὴ χαίροντες ἐπὶ στρατιάν. Sic in Nub. 510. et alibi. Berg.

1010. ὑμεῖς ταχέως. Jungenda hæc cum præcedente verbo ἴτε. Pessime vulgo legitur: ἀλλ' ἴτε χαίροντες, ὅποι βούλεσθ'. ὑ- | μεῖς δέ γε ταχέως, ὦ μυρι|άδες ἀναρίθμητοι, νῦν — Brunck. Cæterum lectio Invemiziana hic anteponenda videbitur: ἀλλ'— βούλεσθ' | ὑμεῖς γε τέως, ὦ μυριάδες | ἀναρίθμητοι | νῦν — λέγεσθαι | — — — — | — — — — | in quo posteriori versu autem post χάμαζε, quod sine elisione legit V. idem sequentem imperativum εὐλαβεῖσθε ut glossema omisisse consulto videtur ob versiculorum majorem concinnitatem; fortassis vero inseri haud invenuste poterit ut singularis stichus, superiori ἀναρίθμητοι respondens, inter versic. μὴ πέσῃ — — | τοῦτο γὰρ — —. Conz. Insolens est, anapæsticos ad aliud metri genus transire absque parœmiaco; quamobrem suadeo sic hæc digeramus: Ὑμεῖς δὲ τέως, | Ὦ μυριάδες ἀναρίθμητοι, | Νῦν — — — — χάμαζε· | Τοῦτο — — — — ὑμῶν. Jam parœmiacum rite antecedit anapæsticus monometer. Hephæstio: Τὸ ἀναπαιστικὸν κατὰ πᾶσαν χώραν δέχεται σπονδεῖον, ἀνάπαιστον, σπανίως δὲ καὶ προκελευσματικόν. Hotib.

1012. μὴ πέσῃ φαύλως. Videte, inquit, ne improbetur hæc fabula et sic evanescant quæ vos doceo et moneo. Hoc

vero ait quia anno prius non spectata sed exacta fuerat fabula priorum Nebularum, quas docuerat hic Comicus ἐν ἄστει, quo tempore Cratinus vicit Πυτίνῃ, Amipsias autem Κόννῳ. Fuit enim illa fabula præter modum et rationem explosa, ut coactus fuerit Aristophanes secundas Nebulas docere et conqueri de illa injuria, quod et hic facit. Fl. Chr.

1014. *κοὐ πρὸς ὑμῶν, et vobis non convenit.* Vide not. ad Plutum 355. Brunck. Cf. et Plut. 355. Thesm. 177. Ran. 540. *πρὸς τινὸς εἶναι* quidpiam dicitur, quod officii alicujus est, quod alicui convenit. Cf. et Schol. ad Plut., qui ex Soph. Ajace Flag. v. 582. excitat: — *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν ἐπῳδάς.* Conz.

1015. *νῦν κλῦτε λεῴ, nunc audite populi.* Reisk. *προσέχετε.* Vide duplicem notam ad Nub. 916. Hic in A. scriptum *πρόσχετε*, quod magis Atticum esse statuit Bentleius ad Nub. 575. ubi pro *προσέχετε* legi volebat *πρόσχετε.* Illius emendationis, qua nihil magis inutilius, cuique nullus addicit codex, ne meminisse quidem operæ pretium duxi. Plerisque in locis in hac forma *προσέχετε* consentiunt codd. Nec ulla est ratio cur minus Attica, quam altera, videri debeat. *προσέχειν τὸν νοῦν* plene apud Comicum occurrit rursus Equit. 503. pl. 113. 151. *προσέχειν τὴν γνώμην*, Conc. 600. Multo rarius *προσέχειν* simpliciter, per ellipsin substantivi. Quod Thomæ M. observatum fuisse credo, eumque impulisse, ut hanc notam scriberet: *προσέχω σοι τὸν νοῦν κάλλιον, ἢ προσέχω σοι μόνον.* Falsum esse hoc decretum ostendunt interpretes. Brunck. Sicubi *προσέχετε* [in anapæstis] occurrit, extrita literula mutandum in *πρόσχετε.* Pors. *λεώ. λεῴ* Ald. Vide præf. Hec. p. liv. Pors. Cf. Schol. cf. et Ast ad Plat. Pol. 561. Conz.

1017. *φησὶν* ob metrum. Sic recte A. Male vulgo *φησί.* Brunck. *πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποιηκώς.* Quia in fabulis suis fures publicos ostenderat et carmine velut latratu exagitaverat, neque ipsi Cleoni magno *δημαγωγῷ* pepercerat. Fl. Chr. Admonet in hac parabasi auditores poeta, videant, ne iterum cadat hæc fabula, ut Nubes, quas docuerat, priori anno. V. N. 522. Conz.

1018. *τὰ μὲν οὐ φανερῶς.* Fabulas suas aliquando ediderat sub nomine aliorum poetarum, ut Philonidæ et Callistrati. Nam prima, quam sub suo nomine apparere voluit, est Equitum et tota in Cleonem et ejus fautores. Fl. Chr. *κρύβδην ἑτέροισι ποιηταῖς·* alieno docuerat nomine, quum ætatem nondum haberet ex lege præscriptam concertaturis de præmio poetis, tres, quas scripserat, primas comœdias. N. 522. Callistrati Philonidisque nominibus usum fuisse ferunt nostrum. Conz.

1019. *τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν.* Eurycles vates fuit Athenis vaticinans et qui dæmonium in ventre habere credebatur, propterea dictus *ἐγγαστρίμυθος.* Ab eo omnes divini et harioli dicti *Εὐρυκλεῖς* vel *Εὐρυκλεῖται* et *ἐγγαστρῖται.* Itaque comœdias suas ait fuisse poetis aliis vicem dæmonii cujus virtute ipsi loquebantur quæ utilia erant spectatoribus. Fl. Chr. V. 1007. Conz. Conf. Heindorf. ad Platonis Sophist. p. 400. Dind.

1020. Num *χέσασθαι*? Reisk.

1021. *καὶ φανερῶς κινδυνεύων.* Puta quum Equitum fabulam exhibuit, in qua nullum *ὑποκριτὴν* reperire potuit: adeo omnes metuebant Cleonem sibi iratum facere. Dicitur autem ipse Aristophanes ipse sibi *προσωπεῖον* finxisse et partes Cleonis egisse. Fl. Chr.

1022. *οἰκείων μουσῶν.* Musas pro fabulis comœdiarum dixit ut etiam paullo post infra *ἵνα τὰς μούσας*, etc. Eleganter autem dictum *ἡνιοχεύειν στόματα μουσῶν οἰκείων.* Quod vice debet esse proverbii, ut illud non absimile anapæsticum *σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.* Quo monemur nostra, ut ait Horatius, vineta cædere vel colere. Nam suum unicuique pulchrum videri debet et res nostras potius quam alienas satagere debemus. Fl. Chr. Metaphora assurgens ad lyricam immo Pindaricam audaciam. Cf. similes imag. Pindari passim occurrentes apud poetam hunc, v. et quem huc B. Vossius excitat, Æschyl. Pers. 174. Conz.

1023. *ἀρθεὶς δὲ μεγάς.* Demosthenes ii. Olynth. de Philippo: *ὥσπερ οὖν διὰ τούτων ἤρθη μέγας.* Berg.

1024. *οὐδ' ἐκτελέσαι.* Neque propterea altum sapere visus est, inquit, aut magnum opus perfecisse, aut summam sibi in poetica laudem arrogasse. Ea enim hoc loco vis est verbi *ἐκτελέσαι*, et notanda Attica pro *οὐ φησὶν ἐπαρθῆναι τελέως.* Negat se nimis elatum fuisse. Fl. Chr. Vid. Xenophon. Apomn. i. Berg. *ἐκτελέσαι* suspectum. Reisk.

1025. *οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν.* V. in Pace 761. Dicit autem se post victorias non solere apud palæstras apparere ostentationis gratia, quod Eupolidem factitasse, in quem hæc tendunt, ut dicit Scholiastes, utpote *παιδεραστήν.* Berg. Vulgo legitur *περιιὼν* [quod Bentl. in *παριὼν* mutari volebat. Dind.], metro repugnante, nec valde bona sententia. Quid enim addit participium illud præcedenti verbo? Quid differunt *περιϊέναι περικωμάζων*, et

περικωμάζειν περιϊών? Inepta ταυτολογία est. Certissimam emendationem ipse suppeditavit Comicus in parabasi Pacis, v. 762. καὶ γὰρ πρότερον πράξας κατὰ νοῦν, οὐχὶ παλαίστρας περινοστῶν | παῖδας ἐπείρων· ἀλλ' ἀράμενος τὴν σκευὴν εὐθὺς ἐχώρουν. Brunck. Et Invern. ex libro suo πειρῶν. Sensus venereus verbi πειρᾶν, cui Latinum *tentare* respondet (Cf. Hor. iii. Od. 4, 71. — *tentator Dianæ Orion* —) satis cognitus est ex nostro poeta, Luciano, aliisque scriptoribus. Pungitur vero hic Eupolis, qui puerorum amore stimulatus palæstras dicitur sæpe ambiisse, et præsertim, ad convertendos illorum in sese oculos, cum victoriam reportasset Dionysiacam. Conz. περιϊών. Lege παριών, ut metro et sensui consulatur. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 41. sed melius in schedis; περιϊὼν trisyll. Antiphan. apud Athen. ii. 25. p. 66. d. Phrynich. iv. 18. p. 165. c. Plato Poll. vi. 49. Aristophan. Vesp. 1020. apud Schol. ad Acharn. 519. Babri. apud Tyrwhitt. Dissert. p. 39. Adde Thucydid. i. 30. in edd. omnibus, certe Ald. Junt. Pors. In Babrio mirum est dedisse Tyrwhittum, περιϊόντες ἐλέγοντο· τίς γὰρ ἀγροίκων, ex interpolatione vel Nat. Comitis, vel Bentleii Diss. Æsop. p. 145. ἔλεγον Tzetzes xiii. 269. Addo Pherecraten Lex. SG. Bekkeri, p. 373. V. ἄκυλος. Καὶ τὰς βαλάνους καὶ τὰς ἀκύλους καὶ τὰς ἀχράδας περιόντας. Vide Elmsleium, Ed. Rev. N. V. p. 189. Sed in Vespis legendum πειρῶν cum Brunckio et Ravennate. περιῄει vel περιῄειν apud schol. refer vel ad περικωμάζειν vel ad περινοστῶν Pac. 762. Dobr.

1026. κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ. Si quis, ait, obscenam libidinem suam retegi metuens, obserrabat et blandiens contendebat, ne coram populo perstringeretur. Poeta tamen rigidus non passus est se persuaderi, sed vel primates magna cum libertate notavit. Hæc autem addidit Aristophanes propter Eupolin παιδεραστὴν, qui etiam in Irena ejusdem criminis insimulatur, ubi magnam partem habes hujus parabaseos, saltem integros sex versus repetitos ab illo ἀλλ' Ἡρακλέους usque ad illum πρωκτὸν δὲ καμήλου. Itaque non morabimur hic in eorum expositione, quam petet, cui usus veniet, ex nostris ad eam fabulam glossematis. Hoc autem loco τὰ παιδικὰ de præpostera, ut censeo, Venere intelliguntur, ut idem comicus [imo Sophocles] in ἐρασταῖς Ἀχιλλέως dixit, apud quem sic loquitur Phœnix, παπαὶ τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας. Et Cratinus Πανόπταις dixit diserte, μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπεις νῦν. Sed et de feminarum amoribus usurpant comici. Nam et idem Cratinus dixit de Dionysio, quem absentem pellex formosa ardebat, μακάριος τῶν παιδικῶν. Quin et Eupolis inducit quendam hæc verba ad tibicinam facientem: ἐγὼ δὲ χαίρω πρὸς τοῖς σοῖσι παιδικοῖς, ubi legerem πρὸς τὲ, ubi τὰ παιδικὰ sunt femineæ nequitiæ. Quæ vox etiam translata ad omne vehementius studium, ut apud Platonem in Phædro, ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι τῶν σῶν παιδικῶν ἐπελαβόμην. Plerumque tamen de pæderasta dicitur. Fl. Chr. κωμῳδεῖται scriptum est in Scaligeri Excerptis. Dind.

1027. οὐδενὶ πώποτε φησὶ πιθέσθαι. Quis non videt ita emendari debuisse? Sic etiam scriptum est in utroque cod. [et emendaverat Reisk. qui deinde etiam ἔχειν scribi vult, sic interpretatus: *nemini obsecundasse habere*, i. e. ut haberet. Dind.] Vulgo φησὶν πείθεσθαι. Supra v. 1017. ubi metrum requirebat φησὶν, ediderant φησί: hic in contraria abierunt. Solemnis est permutatio formarum πείθεσθαι et πιθέσθαι, etiam in hac fabula observata v. 749. Brunck. Bentl. conjicit φήσ' ἐπιθέσθαι. Dind. Lege φησὶ πιθέσθαι. Pors.

1028. αἶσιν. Perperam vulgo αἶσι. Brunck. μὴ προαγωγούς. Nisi, inquit, hæc vitia palam notasset, periculum erat ne suas fabulas ostendisset quasi lenas et perductrices et pellices. Pœna vero mortis mulctandos esse τοὺς προαγωγοὺς censet Æschines contra Timarchum. Fl. Chr.

1029. ὅτε πρῶτον ἦρξε διδάσκειν. Equites fabulam innuit, quam primam docuisse Aristophanem testantur διδασκαλίαι, ubi Cleo Attico perfunditur aceto, quod generose et audenter fecisse se dicit et aggressum esse non homines sed portenta: sic enim autumat de Paphlagone illo βυρσοπώλῃ. Fl. Chr. Affirmat quod Scholiastes quidam non de meliore nota dubitando proponit: δηλοῖ ὅτι αἱ διδασκαλίαι ἴσως φέρουσι τοὺς Ἱππεῖς πρώτους ὑπ' αὐτοῦ καθιεμένους· περὶ Κλέωνος γὰρ αἰνίσσεται. Sed plus affirmat: nam vult fabulam Equites primam omnium Aristophanem docuisse. Sed Δαιταλεῖς fuit prima ejus fabula, Babylonii vero secunda, ut abunde probavit doctissimus Samuel Petitus, ad quem te remitto, lector. Id vero hic non dicit Scholiastes, Equites primam omnium prodiisse: nam vox πρώτους refertur ad Vespas fabulam, de qua agitur, de quo ordine non debebat dubitare et addere ἴσως. Palmer. ἦρξε ab Invern. ex cod. Rav. repositum, legitur etiam in edit. Ph. Juntæ. Dind. In Pace

750. etiam in parabasi, *οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν*. Berg. Melior fortassis esset lectio *ἀνθρωπίσκοις*, ita ut deletum nunc *φησ'* ante inf. *ἐπιθέσθαι* repetendum esset ex versu superiori 1027. Sensus etiam flagitare videtur hanc immutationem, et sequens *τοῖσι μεγίστοις* cogit, proletarios esse homines intelligendos, quod absolute sumtum *ἄνθρωπος* non significat. Etiam J. H. Vossium sic legisse censeo. Qui lectionem *ἀνθρώποις* tuentur, intelligere hanc ita debent, ut oppositi *ἄνθρωποι* sint monstris, quale Cleonem fuisse, de quo et in fabula sua in illum scripta sub nomine Equitum loquitur noster poeta, ludit idem imaginibus statim additis: sed verba *τοῖσι μεγίστοις*, quæ tum = *τοῖς δεινοτάτοις* (*κνωδάλοις*) essent sumenda, (dubitandum vero valde, an hanc admittant significationem) hunc notionum nexum vix patiuntur. Conz. L. *πρῶτον ὅδ' ἦρξε*, ut Babrius apud Suid. V. *γέρανος*. *ὁ δὲ ταὼς ὅδ' εὐπήληξ*. Plato Comicus apud Schol. ad Nub. 663. *ὁ δὲ παῖς ὅδ' ἔνδον τὰς ἀλεκτρυόνας σοβεῖ*. Quæ cum præcedentibus connectenda nescivit Toupius in Suid. iii. p. 260. Pors. In Babrio *ἠδὲ ταὼς εὐπήληξ* Tyrwhitt. p. 51. e Ms. Harl. In Platone, sive potius Aristophane, *ὅδ'* etiam Hermannus, et loca recte disjungit. Sententiam suam repudiasse videtur Porsonus, quum ad Toupii locum (p. 313. Oxon.) taceat. Dobr.

1031. *ξυστάς*. Tanquam ad depugnandum cum eo conferens pedem. Æschylus in Sept. 678. *τούτοις πεποιθὼς εἶμι, καὶ ξυστήσομαι αὐτός.* ubi scholia, *συμπαρατάξομαι*. Berg. *αὐτῷ*. Fo. *πρῶτον*. vid. Pac. 755. Bent. *καρχαρόδοντι*. Cerberum ita vocat et intelligit Cleonem. In Equit. 1013. de eodem Cleone: *ἱερὸν κύνα καρχαρόδοντα.* Ibid. 1026. de eodem: *κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν*. In Pace 313. de eodem: *εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε, μὴ παφλάζων — ἐμποδὼν ἡμῖν γένηται*. Berg. Cleonem innuit, quem in Equitibus exagitaverat. Brunck. *καρχορόδοντι* — immani rictu dentibusque longis et acutis armatæ belluæ, qualibus tellurem purgasse dicitur Hercules. Intellige Cleonem in Equit. exagitatum. Cf. v. 36. sub init. et Pac. 735. Conz.

1032. *ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες*. Meretrix fuit quædam dicta *Κύννα*, ut notat Scholiastes, adducens Comici locum ex Equit. 761. *μετὰ Λυσικλέα, καὶ Κύνναν, καὶ Σαλαβάκχαν*, ubi vide notam. Dixit autem *Κύννης* pro *κυνὸς* propter similitudinem vocum. Homerus Iliad. A. *οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.* Berg. Pro *κύννης* lege cum Eratosthene *κυνὸς ὡς*: nam *τὸ ὡς* syntaxi necessarium: et Homer. Il. A. 225. *κυνὸς ὄμματ' ἔχων*: et ipse in Equit. 414. *κυνοκέφαλον* se vocat. At illud *κύννης* est ineptum. Qualis enim meretrix tam trucibus oculis? Suid. *κυνοφθαλμίζεται· ἀναιδῶς βλέπει*. Bent. Conf. Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 361. Dind.

1033. Forte *γλῶτται κολάκων*. Bent. Non tantum Cerbero comparat Cleonem, sed et hydræ. Sic Julianus epist. xxiii. *ὅτι δ' ἀπέφυγον, οὔτι μὰ Δία τὴν πολυκέφαλον ὕδραν, οὐ τὸν ἀδελφόν μου Κωνστάντιον· ἐκεῖνος μὲν ἦν οἷος ἦν· ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτὸν θηρία, πᾶσιν ἐποφθαλμιῶντα, ἃ ἐκεῖνον ἐποίει χαλεπώτερον*. Potuit etiam Typhoni eum comparare, ut facit in Equit. 508. Berg. *οἰμωξομένων*. Omnes quas vidi edd. *οἰμωζομένων*, sine dubio male. Berg. *οἰμωξομένων*. Sic recte edidit Berglerus, ut est in parabasi Pacis, ubi hi versus repetuntur: et ita hoc loco scriptum est in B. Brunck. *οἰμωξομένων* Suid. v. *Κύννα*. Pors.

1034. *φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας*. Eundem Cleonem Cycloberi torrentis vocem habere dicit in Equit. 136. Berg.

1035. *φώκης ὀσμήν*. De fœtore phocarum citat Scholiastes Homerum in Od. Δ. 442. item v. 406. Berg. *Λαμίας*. Lamia erat dea, cujus mentione pueros terrefaciebant. Notus est Lucilii versus: 'Terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique Instituere.' Alias *Μορμὼ* dicebatur, ut patet ex Scholiaste ad Equit. 690. ubi etiam de Cleone: *Μορμὼ τοῦ θράσους*. Scholion: *Λαμίαν, τὸ μορμολύκειον, ἣν λέγουσι Λαμίαν*. Ceterum absurde dicit hanc Lamiam habere testiculos. Sed id facit, ut majus monstrum videatur Cleo. Berg. Lamia terriculamenti nomen, non absimilis ei, de quo sub nomine Empusæ varia festiva illudens domino Dionyso in Ranis fingit Xanthias v. 285 — 296. — occurrit etiam infra v. 1161. Conz.

1036. *καταδωροδοκῆσαι*. Hoc loco *δωροδοκεῖν* est *dona dare*: nam illud monstrum, Cleo inquam, non offerebat dona, sed potius quosdam terrebat, ut ipsum donis placarent. Hesychius: *δωροδοκεῖ, δίδωσι δῶρα*. In hac significatione occurrit hic in Vespis 675. Berg.

1037. *ὑμῶν*, a Brunckio tacite repositum, conjecerunt Bentl. Reisk. Libri omnes *ἡμῶν*. Mox Bentl. conjicit *μετ' αὐτὸν*, post Cleonem. Dind. *ὑμῶν* versio Fl. Christian. Pors.

1038. *τοῖς ἠπιάλοις*. Rigoribus et febribus eos comparat. Ut enim febres corpus exercent, sic illi prodigiosi cives rempublicam. Fortassis autem alludit ad illorum maciem et pallorem. *ἠπίαλον* om-

nes τῶν ἰατρῶν παῖδες fatentur esse rigorem illum febris πρόδρομον: querqueram febrem vocare possumus. De epiala febri consulendi medici, sed præcipue eruditissimus Gorræus in definitionibus. Aëtius voluit etymon esse a mari leviter primum accedente ad littus, deinde vehementius feriente, ἀπὸ ἠπίας ἁλός. Non puto inde translatum. Quum enim videam grammaticos ἐπιάλτην vel ἐφιάλτην vocare τὸν ῥιγοπυρετὸν, ut habes apud Suidam, ut contra ἠπιάλης etiam ephialtes incubus dicitur, ac definiri ἐφιάλτην vaporem, qui in caput recurrit ex repletione et cruditate ortum, malim veriloquium arcessere ab invasione et insultu quam lenis malaciæ assultu. Deinde quum hoc loco videantur differre ἠπίαλος et πυρετὸς, fortassis ad morbum ephialtem referendum, qui præcursor est insaniæ. Nam et hi demagogi sæpe faciunt ut insaniat populus etiam contra ipsos. Fl. Chr. *Incubi* reddo hic, secutus auctoritatem Didymi. Berg. πέρυσιν. Scholiastes dicit Comicum tunc dedisse fabulam Nubes, in qua traduxit Socratem et philosophos: quos vocat febres, partim quia essent pallidi, ut febricitantes, partim quia nocerent reipublicæ prava doctrina. Berg. Nubes innuit, quas anno ante infelici successu primum docuerat. Brunck. Utrum sub ἠπιάλοις febris rigores intelligendi sint, an, ut Brunckius vult, incubi, dubitari possit. Priori sententiæ favet oppositum πυρετοὶ, et significatio vocabuli poscere videtur interpretationem, alteri contextus imaginisque color omnis et habitus, — οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ — κατακλινόμενοι τ' ἐπὶ τ. κοιτ. qui cum phænomeno nocturnorum illorum ob impeditum sanguinis circuitum dormientes infestantium angorum magis conspirant — admodum arridet. Sed si per *incubos* explicamus vocabulum, tum melius arbitror esse legendum ἠπιάλαις, quod facile poterat commutari. Ruhnkenius enim in adnot. ad Timæi Lexicon, p. 97. ex Phrynicho adnotat: ἠπιάλης, ὁ ἐπιπίπτων καὶ ἐφέρπων τοῖς κοιμωμένοις ὁ δαίμων. τὸ δὲ ἠπίαλος ἑτερόν τι σημαίνει, τὸ καλούμενον ῥιγοπύρετον. Theognis, v. 174. Alciphr. I. iii. ep. ult. ed. Traj. ad Rhen. MDCCXCI. Lectio hæc omnino plenius facit ad illustrationem universæ imaginis. Insani enim hic homines, metonymice usurpato nomine substantivo pro adjectivo, (ut dicitur, *hæc procella, hæc tempestas*) Sophistæ illi, in Nubibus, quas anno ante parum fausto cum successu docuerat Aristophanes, comparantur, aut statim sistuntur quasi mutati a personis suis in status morbosos insaniæ non raro antecedentes, seu comitantes illam. — J. H. V. notiones, quas grammaticus supradictus in vocabulis ἠπιάλης et ἠπίαλος discretas voluit, in vocabulo ἠπίαλος in unam eandemque, dubito an recte, commiscuit. Conz.

1039. πατέρας ἦγχον. Annus erat quum docuerat Nebulas secundas Aristophanes, archonte Aminia. Asserit quod antiqui Scholiastæ non audent asserere: dubitant enim num prodierint secundæ Nebulæ, quando aiunt secundarum Nebularum didascaliam non exstare. In computo Christiani nihil est sani, et quæ sequuntur, ubi Æliani commentum sequitur, explodenda sunt. Palmer. Nam priores, quæ exactæ fuerunt, exhibuerat Isarcho archonte. In illis Nebulis, quas hodie habemus, Strepsiades se dedit in disciplinam Socratis, et Phidippidæ filio persuasit ut idem faceret: ubi quum δίκαιον et ἄδικον λόγον vel μείζονα et ἥττονα ostenderet, pulsatus est a filio Strepsiades. Hinc est quod hic ait πατέρας τ' ἦγχον καὶ πάππους ἀπέπνιγον, proprie de febribus et rigoribus illis, imo ἠπιάλοις, quæ suffocandi vim habent et cum tussi crebra faucibus imminent. Totam vero illam fabulam nequissimus Comicus contra sapientissimum, et, si quis alius Græcorum, innocentissimum Socratem pretio adductus conscripserat, dignus qui in secundis ut primis Nebulis exigeretur. Mendacia enim scriptoris satis arguit titulus. Nos maximi philosophorum magistri vicem miserati hoc aliquando pro eo contra hunc Comicum epigramma scripsimus, atque hunc tantum de laudibus Aristophanis deruimus cumulum: Εἰς Ἀριστοφάνην ὑπὲρ Σωκράτους. | Οὔτοι Ἀριστοφάνους πρέπει οὔνομα, κωμικὲ, τόσσα | ψευσαμένῳ κατὰ τῆς Σωκρατικῆς σοφίας. | τοῖς περὶ τὸν Μέλιτόν τ' Ἄνυτόν τε νέμων χάριν, αἰνὸν | Ἀτθίδος ἔσπευσας οἶτον ἀηδονίδος, | τωθάζων ἀδίκως, καὶ πλάττων ψεύδε' ἄριστος | οὐκ ἐφάνης τελέθων, μᾶλλον ἄπιστος ἔφυς. Etiam Latinum epigramma diversis tamen argumenti verbis scripsimus. Id ejusmodi est: 'Pro Socrate contra Aristophanem. Nil meream, nisi, supra omnes quos comica virtus | Attollit, palmam te meruisse putem: | Seu quia gratificans nebuloni fabula Nubes | Facta tibi in sancti Socratis exitium, | Futilis et mendax et vanus et impius audis. | Hoc grave judicium posteritatis habes. Fl. Chr. Respicit ad ἠπίαλοι: nam *incubus* videtur homines strangulare. Simul ad fabulam Nubes, in qua introducit discipulum Socratis, qui patrem suum verberat et præfocat, ut in illis etiam est, quas nunc habemus, v. 1380. ubi pater dicit de filio: κᾆπειτ'

ἔφλα με, κᾀσπόδει, κᾄπνιγεν, ut Scholiastes monet. Berg.

1041. ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας. Quid esset ἀντωμοσία supra monuimus: hoc tantum addemus, διωμοσίαν fuisse jusjurandum utrinque datum a reo et actore, quo hic se persequi dicebat et agere in reum ut criminis confessi, ille negare a se factum et probare posse. At vero ἐξωμοσία longe aliud est: nam jurandum erat cum negatione ejus, qui affirmaret non posse se aut debere magistratum gerere. Hoc Latini ejerare munus vel magistratum dicebant. Fl. Chr. προσκλήσεις. Sic dicebantur conditiones, quæ a litigatoribus ante judicium litis offerebantur, quæ velut provocationes et hortamenta erant ad pacta et fœdera ineunda. Id. Vid. Nub. 98. et 445. Berg. ἀντωμοσία. V. supra v. 545. — Cf. et Ruhnk. ad Tim. p. 27. et Plat. Theætet. περὶ ὧν ἠδικῆσθαι φησὶ p. 127. et Apol. p. 309. Huic vocabulo respondent alia ἀντωμοσία τοῦ φεύγοντος (velle se defendere absque dolo). Prius et audit προωμοσία (velle se habere actionem absque dolo). Utraque juramenta nuncupabantur διωμοσία — ὁ ἑκατέρωθεν γινόμενος ὅρκος ὑπὸ τῶν δικαζομένω, τοῦ μὲν ὡς πράξαντα διώκειν, τοῦ δὲ ὡς οὐκ ἔπραξεν, ἀποφάσκειν. — Schol. Προσκλήσεις, conditiones, quæ a litigatoribus ante judicium litis offerebantur velut provocationes et hortamenta ad pacta et fœdera ineunda; sive, ut Schol. ait: παρὰ τὸ προσκαλεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶν εἰς συμβάσεις καὶ διαθήκας καὶ παραλλαγὰς παρακαλεῖν. Conz.

1042. ὡς τὸν πολέμαρχον. Ex novem Archontibus unus erat Polemarchus, cui propria cura cognoscere de peregrinis et inquilinis, quales οἱ μέτοικοι et ἰσοτελεῖς, de quibus diximus; et judicabat inter eos causas et lites violati et neglecti patrocinii, ut ex Aristotele probat Pollux, cujus verba etiam hic Scholiastes refert. Sed Aristotelis testimonium etiam lex confirmat, quam recitat Demosthenes in secunda contra Stephanum et Lysias contra Pancleonem. Nam ut civibus reliquis jus dicebat Archon, ita Polemarchus peregrinis et inquilinis, qui quia suo nomine litem intendere nequibant (neque enim judiciorum erant participes), propterea patronum civem, qui pro se ageret, habere cogebantur, ut alibi diximus ex lib. iii. Politicorum Aristotelis. Atque hinc lex ἀποστασίου [ἀπροστασίου] orta, in eos qui patronum non habebant. Quod autem hic ait multos metuentes accurrisse ad Polemarchum, ideo dictum, quia, ut ex eodem Aristotele Harpocratio tradit, etiam ad Polemarchi magistratum confugiebant qui auxilii indigebant, planeque eosdem esse cum nostris Mareschallis (Romani tribunos militum vocant, et dicti sunt quasi judices in caballo: nam uno magistro equitum minores sunt, quem nos Comestabulum dicimus), facile assentior maximo Budæo. Antiquitus enim etiam bello præfuisse, ut et hodie nostri, et regibus adfuisse, Pausanias indicat, quum ait regem Erechtheum Polemarchum habuisse in bello Eleusinio Ionem Xuthi filium. Apud Ætolos Polemarchi officium erat portas claudere et ante limina interdiu jus dicere. Hoc autem nomine dictus est major frater Lysiæ oratoris, teste Plutarcho. Fl. Chr. Est nomen magistratus Athenis: ad hunc autem dicit istos confugisse auxilii causa. Berg.

1044. πέρυσιν ob metrum, et sic emendate excusum est in vett. edd. Perperam recentiores πέρυσι. Brunck. καταπρούδοτε. Anno elapso, quum priores Nebulas agere voluisset, victusque est a Cratino et Amipsia turpiterque exactus. Quod nunc hic conqueritur. Vacat autem præpositio κατὰ, neque quicquam magis significat, quam προὔδοτε simplex, quod dicit quia favorem sperabat populi meritis suis responsurum. Sed male legitur [in ed. Ph. Juntæ] σπέροντ' αὐτόν: putabam melius καινοτάταισί περ ὄντ' αὐτὸν, sed τὸ ἀναλδεῖς quod sequitur (i. e. humiles et infirmas, necdum adultas) suadet ut legamus σπείροντα. Excusat autem, quantum potest, illius fabulæ hypothesin et διδασκαλίαν, imo laudat quantum pote, et spectatores contra ignorantiæ et ingratitudinis postulat. Fl. Chr. Vid. Nub. in parabasi v. 547. Conz.

1045. ἀναλδεῖς — ταπεινὰς, ἀσθενεῖς. Schol. — scil. quas cum non recte intellexissetis, incrementum me non sivistis capere — sensu enim primario ac proprio ἀναλδὴς (a verbo ἄλδω — ἀλδαίνω) est is, qui non augetur, aut crescere et augeri non valet. Conz.

1046. καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον. Sic bini codd. [et Bentl.] nisi quod in ὄμνυσιν paragogicum ν male in iis omissum. At vulgo fœde corruptis numeris legitur, καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖσιν ὄμνυσι τὸν Διόνυσον. Metrum vel novitius tiro restituere poterat: socordiam editorum satis mirari nequeo, ejusmodi sordes lectoribus identidem objicientium. Brunck. ὄμνυσι τὸν Διόνυσον. Comicus poeta dicit se jurare per Bacchum, quia huic erant sacri ludi scenici. Sic in Nub. 519. νὴ τὸν Διόνυσον τὸν ἐκθρέψαντά με. Ubi de eadem re, de qua hic, jurat. Berg. πολλοῖς ὄμνυσιν ob metrum. Pors.

1047. *μὴ πώποτ' ἀμείνον'.* De eadem comœdia in Nubibus posterioribus, quas habemus, v. 522. *ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν.* BERG.

1048. Lege *παράκριμα.* BENT.

1050. *εἴπερ ἐλαύνων.* Fœda menda, quam reliquisse me pudet. Sic quidem est in libris omnibus. Nihilo tamen segnius repone *εἰ παρελαύνων.* Nec aliter Scholiastam legisse ex illius interpretatione liquet: *νικήσας, φησὶ, τοὺς ἀντιπάλους, τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἀπώλεσε.* Vide not. ad Conc. 513. BRUNCK. Adde quæ in fine scholii leguntur: *πρὸς τὸ παρελαύνων ἐπήνεγκε τὸ ξυνέτριψε.* DIND. *ξυνέτριψεν.* Non ita, inquit, docti et prudentes de poeta nostro judicabunt, ut fecistis, quamvis, dum inimicos exagitat, exciderit sperata victoria: hoc enim *ἐπίνοιαν* vocat. Metaphoram autem *συντρίψεως* sunt qui putent sumtam a remigibus, quorum remi assidua jactatione teruntur. Alii curribus malunt, quorum rotæ crebro circumactu alliduntur, quia *ἐλαύνων* dixerat, quod est agere currum. FL. CHR. Metaphora ab illis, qui curribus certant, quibus quandoque currus franguntur. BERG. V. Nub. 1264, 5. et Soph. Elect. 745, 6. CONZ.

1053. In Avib. 466. *λέγειν ζητῶ τι πάλαι μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος.* BERG. *καινόν τι λέγειν.* Sic bini codd. [et Bentl.] recte. Vulgo *κοινόν.* In Nubium parabasi dixerat v. 547. *ἀλλ' ἀεὶ καινὰς εἰσφέρων σοφίζομαι.* BRUNCK.

1059. *ὀζήσει δεξιότητος.* Hic versus ultimus ex novem dimetris anapæsticis est catalecticus et dicitur coronis anapæstica. Recte autem dictum *δεξιότητος* et proprie de bono poemate, neque tamen respondet vox ad *ἱματίων,* potius ad *ποιηματίων.* Sed quia poeseos *νοήματα* pomis comparavit, quæ in arcas vel riscos conduntur, ut odore bono aspergant vestes ibidem positas, satis habuit dicere *ὀζήσει,* neque addere *ὀσμῆς,* sed ad rem *δεξιότητος.* Diximus autem alibi, bonos poetas et *εὖ πεπαιδευμένους* dictos *δεξιούς.* FL. CHR. Infeliciter Bernardus Epist. ad Reiskium, p. 498. "Corrigendum arbitror *τὼ ἱματίω,* tunc sensus et verborum constructio facilis." SCHÆFER.

1060—1070 et 1091—1101. in veteribus editt. choro tribuuntur: Brunckius suo arbitrio hemichoriis assignavit. Vid. Hermann. ad Nubes 559. Nunc chorus senum vesparum apparet, vere jactator et, ut Horatius, laudator temporis acti se puero. Hæc vero sumta ex vulgato senario *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι,* i. e. *fortes fuere antiquitus Milesii.* Est autem hic prior versus trochaicus tetrameter catalecticus, secundus mixtus est ex trochaico et iambico, tertium puto debere esse similem primo, qualis tertius antistrophæ sequentis, et erit si legas *ἀνέρες* pro *ἄνδρες,* etiamsi sextus pes sit dactylus. FL. CHR. *ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι.* Alludit ad proverbium, ut ait Scholiastes, quod occurrit in Pluto 1002. *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.* Apud Plutarchum senum chorus dicit *ἆμές ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.* deinde ibi juvenum chorus: *ἆμες δέ γ' ἐσμέν· αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο.* deinde puerorum: *ἆμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.* Ex notis Florentis. BERG. Allusio ad proverbium, quod exstat in Pluto 1002. et 1075. BRUNCK.

1062. Lege *καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι,* vel *ἀνδρικώτατοι.* BENT. *καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον ἄνδρες γε μαχιμώτατοι.* Versus hic est, ut esse debet, tetrameter trochaicus, cujus in impressis corrupti sunt numeri ad hunc modum: *καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι.* BRUNCK. Vulgatæ: *Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι.* Ravennas liber paulo melius: *Κ. κ. α. τοῦτο δὴ μόνον ἄνδρες γε μαχιμώτατοι.* Mitto Brunckii commentum, quod sic ipse vertit: fortes in prœliis, ob idque solum viri pugnacissimi! Mitto aliorum febriculosas emendationes. Mihi nequitia subesse videtur scribendumque tum sententiæ tum metri causa: *Κατὰ δὲ τοῦτο τὸ δαιμόνιον ἐν ἀνδράσι μαχιμώτατοι.* Et quod pessimum hoc attinet (quo nunc nihil prorsus valemus), pares tunc viris pugnacissimis. Monstrat chorus, quod Socrati Strepsiades Nub. 655. secundum glossatorem Brunckianum. Dactylus trochaici regione pari, præsertim in Comico, nemini fuerit offensioni. Cf. Pindari Pyth. 4, 14. 6, 6. G. Hermann. ad Nem. 8, 1. Possis tamen et reponere *Κατὰ δὲ τόδε τὸ δαιμ.* Sæpius hæc confusa. HOTIB. Herman. de Metris, p. 116. corrigit: *καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο μόνον ἄνδρες τότε μαχιμώτατοι.* Porson. apud Kiddium ad Dawesii Miscellan. p. 443. sive in præfat. ad Euripidis Hecub. p. xlv. *καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι.* John Seager in Cl. Journ. iv. p. 714. *καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον ἄνδρες ἀλκιμώτατοι.* *τοῦτο* putat *δεικτικῶς* dictum, ut significetur *τὸ κέντρον.* DIND. Omnino *μαχιμώτατοι* ineptum videtur. Quam enim hæc inficeta sententia est: *vel hanc unam ob caussam, quod acriter olim pugnavimus,* *ἄλκιμοι ἐν μάχαις,* *sumus pugnacissimi;* neque sane majorem elegantiam in Porsonis emendatione cernas. Mihi autem paullo diligentius consideranti versum 1077. ubi iidem senes de se, sumus vere Attici, inquiunt, *ἀνδρικώτατον γένος — ἐν μάχαισιν.* et 1090. *ὥστε —*

ἀνδρικώτερον. hæc igitur considerantibus nobis emendatio in mentem venit, καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον μάλ' ἀνδρικώτατοι. Vides senes de rebus fortiter gestis gloriantes, illamque ætatem celebrantes, qua ipsi juvenes fuerint: *O, qui acres nos olim et strenuos in pugnarum certamine præstitimus, et hanc ipsam unam maxime ob caussam plurimum virtute excellimus;* nam ἀνδρικώτατοι etiam de præsenti tempore intelligunt. Loquutionem κατ' αὐτὸ τοῦτο præter alios attigit Valcken. ad Herodot. iii. 71. p. 233. Non sine magna vi hæc amplificantur verbis μόνον μάλα. Cum superlativo enim μάλα conjungi nolim, quia exemplum ejus rei aliquod atque id de Aristophane desidero. REISIG. Si sententia foret poëtæ, quam Bothius vult, eadem etiam ex Brunckiana lectione, quamvis versio, quam ipse dat, *fortes in præliis, ob idque solum viri pugnacissimi,* etiam nobis displiceat, posset elici, imprimis, si leviter, quod olim nobis in mentem venerat, ita immutaretur: καὶ κατ' αὐτὸ τουτοῖ μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι, sed dubitamus tamen nunc, an ita ἄγροικον καὶ σκαιὸν sistere velit chorum suum hic Comicus. κατ' αὐτὸ τοῦτο (αὐτὸ sumt. sensu *gerade,* ut sæpius, cf. et Ast. ad Pol. Platonicam) respicere mihi pugnacem judicum horum, vesparum larvis nunc adparentium, quas indigitant verbis hisce, naturam videtur, quippe quæ etiam tum exserere sese cœperit, πρὶν ποτ' ἦν autem ad ἄλκιμοι ἐν μάχαισι. CONZ. Porsonus in exempl. Porti, "Vide Toup. in Longin. p. 248. ed. 4to." Scil. ad Fr. v. DOBR.

1063. Didymus ait hæc per parodiam sumta a Timocreonte Rhodio. Sed illa, inquit, fortia facta perierunt. Credibile est Catullum, optimum ex antiquis poetam, qui pleraque e Græcis aut vertit aut sumsit, huc etiam respexisse, quum in faseli dedicatione dixit: 'Sed hæc prius fuere.' Est autem hic versus dimeter trochaicus catalecticus. Sequens, qui est quintus ex undecim colis hujus odæ et strophæ, videtur esse trimeter trochaicus acatalecticus. Sextus et septimus similes quarto. Octavus et nonus trimetri iambici, sed nonus hypercatalecticus. Duo reliqui dimetri iambici acatal. FL. CHR. Vid. Schol. BERG.

1064. Versus vel hoc vel simile quiddam poscit: Δ' οἴχεταί γε, καὶ κύκνου πολιώτεραι δὴ —. Mox Ravennatis ὡς ante ἐγὼ esse ab interprete, itidem ostendit metrum. HOTIB. Lege οἴχεται κύκνου τέ γε. BENT. οἴχεται, κύκνου τ' ἔτι πολιώτεραι δή γ'—. REISIG.

1066. Assumpto ὡς ante ἐγὼ ex Ravennate libro, metrum, quod fieri sine ullo labore potest, expolimus hoc modo: ἀλλὰ κἀκ τῶν λειψάνων δεῖ | τῶνδε ῥώμην νεανικὴν σχεῖν· | ὡς ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω | γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ —. REISIG. ὡς habet etiam Suidas v. κύκνου πολιώτεραι. DIND.

1067. Lege δεῖ τῶνδε γνώμην νεανικὴν μεγ' (sic), ὡς—. BENT. γνώμην et ἔχειν ex Suida l. c. sumsit. DIND. γνώμην Suid. v. κύκνου. Locum om. Ms. PORS.

1068. τοὐμὸν νομίζω γῆρας κρεῖττον. Antiphanes apud Stobæum, γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. Xenophon de Agesilao: ποίας γὰρ νεότητος οὐ κρεῖττον τὸ ἐκείνου γῆρας; BERG. νεανικήν. νεανικὸς, *juvenilis,* et inde, per translationem, quicquid magnificum s. insigne est, ut Plat. Pol. iv. 4. νεανικαὶ διάνοιαι. Cf. Arist. Plut. 1138. (κρέας νεανικὸν) et Pac. 897. CONZ.

1069. κικίννους. Non solum senex laudator, ut diximus, est ætatis suæ præteritæ, sed etiam censor castigatorque minorum. Sic faciunt isti vespæ, postquam magnifecerunt sua facta, quæ juvenes ipsi gesserunt, nunc insectantur juvenes et cincinnatos et cinædos: hoc enim per εὐρυπρωκτίαν innuitur. Sed sua cuique ætas commendabilis est Habes apud Plutarchum tres choros trium ætatum, puerilem, juvenilem, et senilem, Laconicos. Senes incipiunt et canunt: ἆμές ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι. viri juvenes sequuntur in hunc modum: ἆμες δέ γ' ἐσμὲν, αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο. pueri demum sic inquiunt: ἆμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες. Tres sunt senarii, quos ita interpretabor: Nos olim eramus puberes fortissimi. | At nos sumus nunc, intuere si lubet. | Nos fortiores postidhac certum est fore. FL. CHR. κικύννους — mos alendi comas juvenum lautiorum innuitur, de quo sub phrasibus κόμαν τρέφειν. κομᾶν v. diversos locos Aristoph. ita ut in quibusdam etiam ut Π. 170. metaphorice pro *superbire* uurpetur. N. 545. O. 1282. I. 580. σχῆμα usurp. ut Theocr. x. 34. CONZ.

1070. κηυρυπρωκτίαν edd. ante Kusterum, quod Reisig. Syntagm. Crit. p. 31. dubitat an Kusterus male mutaverit in κεὐρυπρωκτίαν. DIND.

1071. Epirrhema hoc viginti constat versibus, quod alias tantum decem vel duodecim vel tredecim habet. Sunt autem omnes versus tetrametri trochaici catalectici, quibus chorus iste senum rationem reddit schematis sui et quare vesparum aculeum induerit. FL. CHR. Rationem exponit, cur chorus in hac fabula speciem vesparum ferat. BERG. φύσιν hic *speciem, figuram* significat. Vide not. ad Nub. 504. Male verterat interpres, *si quis vestrum novit meum ingenium.* BRUNCK. Excitare hic placet nobis locum Sophocl. Electr. 1121. ἀλλ' ἢ φίλων τις, ἢ πρὸς αἵμα-

τος φύσιν: ubi φύτιν eodem modo melius verti posse nobis videtur, scilicet nonjuncto accus. φύσιν et quidem signific. originis cum genit. αἵματος, sed ita cohærentibus verbis ἢ πρὸς αἵματος (ἐστὶν, s. εἶναι δοκεῖ) φύσιν subint. κατὰ — *specie*. — Ex integro cæterum loco adparet, ut etiam ex Avibus 665 — 71. Nubibusque v. 388. et 341. 44. ubi editæ fuerint a comicis in choris personæ, animalia, sive ut in Nubibus inanimatum quid ex rerum natura repræsentantes, ab hominis figura κατὰ σκευοποιίαν non prorsus fuisse eas alienatas. Hic in Vesparum choro larva circa os caputque similitudinem quandam vespæ habitus videtur prætulisse, et aculei exibant ex posterioribus. Media pars gracilior eminebat. Cæterum hominis speciem referebant actores. Sic in avibus rostrum v. 672. alæque additæ 805, 6. speciem quandam dabant avium; sed reliquus habitus humanam, virilem, aut muliebrem speciem, ut docent Nubes; ubi Strepsiades ait, v. 341. θνηταῖς εἴξασι γυναιξὶν. et 344. αὗται δὲ ῥῖνας ἔχουσι. Cf. et Av. v. 668-674. præ se ferebat. Conz.

1072. ἐσφηκωμένων ἤ τις [sic Ald. et Ph. Junta]. Legendum proculdubio διεσφηκωμένον, i. e. habitum vespæ habentem: non enim aliter versus fit integer. Sed illud ἤ τις eradendum e fine hujus versus, ut incipiat sequentem, quem sic lego: ἤ τίς ἡμῶν ἡ 'πίνοια etc. delendo τὸ ἐστὶν, ut non necessarium et metro noxium. [Veram scripturam debemus cod. Ravennati. Dind.] Fl. Chr. Sic homines macri dicuntur σφηκώδεις in Pluto 561. ubi Paupertas dicit: παρ' ἐμοὶ δ' ἰσχνοὶ, καὶ σφηκώδεις, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί. Berg. Hesychius t. i. c. 988. διεσφηκωμένον· διαδεδεμένον τῷ κέντρῳ, ἀπὸ τοῦ σφηκώματος, ἢ κατὰ τὸ μέσον ὄντα σφῆκα. τὸ γὰρ κέντρον ἐκεῖ ἔχουσι. Indicavit Bentl. Dind.

1073. ἤ τίς ἐστιν ἡ 'πίνοια. Perperam vulgo inseritur pronomen ἡμῶν, quod sensui inutile, metrum prorsus respuit. Brunck. Dele ἡμῶν vel ἐστίν. Bent. V. supra 223. Berg. ἤ τίς ex priore versu, deleto ἐστὶν, Fl. Christian. Lege vero ἥτις et dele ἡμῶν. Bentleius Epist. ad Mill. p. 18. citat, ἥτις ἡμῶν ἡ 'πίνοια. Pors.

1074. ῥᾳδίως — τὸ πρίν. Scholiastes dicit esse ex Sthenobœa Euripidis, sed non adducit illius verba. Adducam ut edita sunt in fragmentis: μουσικὴν δ' ἄρα ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ἦν τὸ πρὶν, συνετόν τε ποιεῖ. Berg. ἦ. Scholiastes legit ἤ, in prima persona, τὸ δὲ ἢ ἀντὶ τοῦ ἦν Ἀττικόν· ὡς τὸ ἢ παρεσκευασμένος ἐν Πλούτῳ v. 77. Sed nolui eum sequi. Berg.

1075. τοὐῤῥοπύγιον. Uropygium vel oropygium (ut sæpe *o* in *u* mutatur) terminus est spinæ et vertebrarum, dictum quasi οὐρὰ τῆς πυγῆς, quamvis ὄῤῥος etiam dicatur et nostrum *horrire* fortassis inde, ut amplius diximus in commentariis ad Irenam. Ea particula in avibus volatum adjuvat et dirigit temonis instar, et quæ volucres eo carent, pedes habent pro servaculo. Vide quæ diligenter et accurate Georgius Merula, Domitii lorarius, scripsit ad Martialis epigramma in Vetustinam lib. iii. sub finem. Hoc autem loco per orropygium intelligit aculeum illum. quem vespæ habent in illa parte. Fl. Chr.

1076. αὐτόχθονες. Vulgo olim creditum est, quarundam gentium, quæ ex adventitia stirpe non sint, priores terrigenas esse, ut in Attica, Arcadia, Thessalia, etc. Etym. M. ad vocab. hoc: — οὐ κατασκευασταὶ (coloni cf. Lys. p. 754.) ἀλλ' αὐτοκτίσται, p. 157. ed. Lips. 1816. Athenienses etiam hoc titulo φιλόδοξοι. V. Eq. 1332. Conz.

1078. ἡνίκ' ἦλθεν ὁ βάρβαρος. Victoriam innuit, quam de sexcentis millibus Persarum et Dario rege reportarunt Athenienses duce Miltiade in Marathoniis campis, ubi tanta virtute, ut ait Justinus, a decem tantum mille civibus pugnatum est, ut hinc viros, illinc pecudes putares. Quo tempore Themistoclis adolescentis emicuit gloria et indoles et Cynægiri virtus incredibilis apparuit. Legendum autem omnino censeo ἦλθ' ὁ βάρβαρος, ut constet suis numeris trochaicus versus. Fl. Chr. Quum in Marathone contra Datidem Darii præfectum præclare ab Atheniensibus est pugnatum, et postea prœlio navali contra Xerxem. Berg.

1079. τῷ καπνῷ τύφων. Chorus Vesparum loquitur quasi de vespis et apibus, quæ fumigantur. Supra 457. τῦφε πολλῷ τῷ καπνῷ. Fuit autem combusta urbs sub adventum Xerxis. Herodotus in Urania: ἐλήλυθεν ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. Berg.

1080. πρὸς βίαν. Vide supra ad 443. Berg. τἀνθρήνια. Cellas et favos τῶν ἀνθρήνων, quæ sunt apes, vel aliud quid vespæ simile et κηροποιοῦν. Dixit autem ἀνθρήνια ἀντὶ τῶν οἰκιῶν, ut μυρμηκία similiter dicitur κατάδυσις τῶν μυρμήκων. Fl. Chr. Suid. ἀνθρήνη. Pors.

1081. Mendosus est versus in ratione metrica. Lege καὶ ξὺν ἀσπίδι, vel potius, ut reperitur apud Suidam, ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι. Fl. Chr. ξὺν δορὶ, ξὺν ἀσπίδι.

Pessime vulgo ξὺν δουρὶ, quod utique emendasset quivis editor, qui leges trochaici metri cognitas habuisset. Suidas: δορὶ, τῷ δόρατι. Auctor Etymol. M. legebat σὺν δόρει, σὺν ἀσπίδι. Vide eum in δόρει, p. 284. Minime recipi debuit hæc lectio. Brunck. Recipi debuit. Vide quæ in Addendis ad commentar. in Pacem, p. 822. dicta sunt. Dind. ξὺν δορὶ, ξὺν Fl. Christian. ex Suida v. θυμόν. ξὺν δουρὶ ξὺν ed. Kuster. σὺν δορὶ, σὺν Suidas v. σὺν δορί. ξὺν δορὶ Suid. v. θυμόν. Om. Ms. Pors. ἐκδραμόντες δουρὶ ξὺν ἀσπίδι tres primæ, δουρὶ καὶ ξὺν ἀ. post Fl. Christianum Porsonus in ed. Porti, conferens Eq. 608. Ach. 532. Eur. Hec. 146. Phœn. 364. Plaut. Asinar. i. 3. 11. Si de re notissima plura vis, adi Auctar. ad Porson. Opusc. pp. 385, 6. Sed hanc conjecturam eum repudiasse liquet; vide ad Pac. p. 488. v. 11. Dobr.

1082. θυμὸν ὀξίνην. Id-est ὀργὴν δριμεῖαν, *acrem iram.* Sed profecto non dubito quin respexerit ad gratum apibus pabulum, quæ thymo libenter victitant, et ludit in voce θυμοῦ, quæ et iram et herbam illam significat. Fl. Chr. *Iracundiam acidum,* i. e. acrem, ut οἶνος ὀξίνης. Dicit autem θυμὸν ὀξίνην pro θυμὸν ὀξὺν, *iram vehementem,* quod occurrit apud Sophoclem in Œdipo Coloneo 1189. 1256. quod verbum sæpe apud Comicum et alios. Audiendus hic Florens, qui putat Comicum respexisse ad gratum apibus pabulum, nempe θύμον. Virgil. *dumque thymo pascentur apes.* Berg. θυμὸν ὀξίνην — duo substantiva hic juncta, quorum alterum potestate adject. nisi mavis ὀξίνην (vinum acetosum), hic comparative addi ita, ut comparata notio statim in rem ipsam, quacum comparata est, sit transmutata. Conz.

1083. Ausim, ut ait ille, lapidem Jovem jurare, legendum hic esse στὰς, non πᾶς. Est autem χελύνη labrum superius, quod premi et morsicari solet ab iratis. Fl. Chr. στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ' —. Sic optime A. [et Victorianus in Act. Monac. i. 3. p. 389. Dind.] In B. τὰς —. Vulgo πᾶς ἀνὴρ, quod nauci non est, et manifesto depravatum. Jamdudum restitui potuisset hæc lectio, quæ apud Suidam exstat. Sic ille: χελύνη, τὸ ἄνω χεῖλος. Εἰς τὴν ὑπερῴαν χελύνην οἰστὸς Μηδικὸς ἐνεῤῥίζωτο. καὶ αὖθις· Στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ' ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. Brunck. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. Scholia: ἀντὶ τοῦ τὰ χείλη. οἱ γὰρ ὀργιζόμενοι ἐνδάκνουσι τὰ χείλη. Ita Tyrtæus in carmine adhortatorio ad milites pugnaturos, apud Lycurgum oratorem: στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς χεῖλος ὀδοῦσι δακών. Euripides in Bacchis 621. χείλεσι διδοὺς ὀδόντας. Homerus Odyss. ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες, i. e. αὐτοδὰξ ὠργισμένοι, ut Comicus loquitur in Lysistr. 690. Berg. στὰς Suid. ed. Ms. χελύνη. Pors.

1084. ὑπὸ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν. Tam creber fuit sagittarum Persicarum jactus, ut instar nubis densæ cœlum offuscaret. Quod Leonidas, dux Lacedæmonii auxilii, quum postea (in eo bello, ubi contra Xerxem Græci ceciderunt vincendo defatigati) intellexisset a nuntio, Bene, inquit, nuntias, mi hospes, sub umbra ergo pugnabimus. Plutarchus tamen paullo aliter, χάριεν, ἔφη, εἰ ὑπὸ σκιὰν μαχεσόμεθα. Fl. Chr. V. Herodotus in Polymnia c. 226. Berg.

1085. Victorius ad h. l. in Actis Monac. i. 3. p. 389. "ἀπεωσάμεσθα. γρ. ἐσωζόμεσθα." Dind.

1086. γλαῦξ. Proverbium est ab Erasmo recensitum, *noctua volat:* nam hujus avis, tanquam consultissimæ, volatus auspicatus esse dicitur et boni ominis. Aiunt autem ante pugnam illam Marathoniam visam noctuam, quæ Atheniensium exercitum prævolitaverat. Aliud est proverbium, *noctuæ Laurioticæ,* ab aureis fodinis, quæ in ea regione sunt, et aureis numismatis, ubi sculpta erat noctua, dictum in eos qui non viribus sed pecunia vincuntur. Fl. Chr. Quasi dicat, *felicibus auspiciis.* Est enim noctua Minervæ sacra, præsidi Athenarum. Berg. διέπτατο. Scr. διέπτετο. Brunck.

1087. θυννάζοντες. Quia thynni tridentibus puncti capi solent et piscatores θυννάζοντες et θυννοσκόποι dicuntur, qui eos aucupantur et fodiunt, propterea θυννάζειν metaphorice dicitur τὸ κεντεῖν, quod proprium est apum vel vesparum stimulos exserentium. Tamen quum ipse thynnus dictus sit παρὰ τὸ θύνειν, quod est properare, currere, et insilire, malim cum Scholiaste interpretari hæc verba, εἰσπηδῶντες εἰς τὰς ἀναξυρίδας. Est autem θύλακος genus baccarum apud Persas, ideoque Persicas dixerunt Græci quæ sunt velut caligæ et indumenta feminicruralia, quæ Hesychius vocat ἀσκοὺς δερματίνους, ut videantur fuisse alti cothurni et quos nos Franci vocamus *brodequins.* Sic certe intelligendus locus ex Euripidis Cyclope [v. 181. unde apparet etiam Phrygas gestasse thylacos. Berg.], ubi Silenus (de Paride puto) loquitur in hæc verba: ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα (Helenam ait), et sane ita pingitur Paris cum pictis cothurnis. Nos ad illum Euripidæ locum plura diximus. Fl. Chr. Recte unus ex Scholiastis: κεντοῦντες, ὡς τοὺς θύννους τοῖς

τριόδουσι· μεταφορικῶς. videtur enim mihi Comicus imitari Æschylum in Persis, ubi narratur prœlium navale Græcorum cum Persis: nam ibi similitudine a figendis thynnis utitur v. 424. *τοὶ δ' ὡς θύννους, ἤ τιν' ἰχθύων βόλον, ἀγαῖσι κωπῶν, θραύμασίν τ' ἐρειπίων ἔπαιον, ἐῤῥάχιζον.* Berg. Cf. Nub. 763. 'Εκ. 382. 733. 820. O. 533. Conz.

1088. *τὰς γνάθους καὶ τὰς ὀφρῦς.* Hic jam rursus quasi de vespis loquitur. Berg.

1090. Antoda et antistropha respondens proxime præcedenti odæ et strophæ, totque habet cola et versus constantes partim iambicis, ut supra, nisi quod in septimo versu tertius pes est choræus. Est autem *ἢ* hoc etiam loco per crasin *τοῦ ἔα*, et positum pro *ἤμην* vel *ὑπῆρχον ἐγώ.* Fl. Chr.

1094. *οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν.* Sensus est: non enim tunc nobis cura erat, quo pacto scitos verborum globulos rotaturi essemus, aut aliquem calumniose insectaturi, sed in re bellica strenue gerenda tantum erat animus. Græca verba sic dirige: *οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν φροντὶς ὅπως,* etc. Fl. Chr. Conferri possunt cum hoc loco alii Comici loci, in quibus ex umbratili otiosoque eloquentiæ studio morum derivat depravationem, ut in Nubibus v. 1176 sqq. Ran. 970-991. Av. 1696-1706. Conz.

1097. Particula *ἂν* delenda est. Dind.

1098. *πόλεις Μήδων ἑλόντες.* Existimo hoc intelligendum de urbibus Atticæ, quæ venerant sub potestatem barbari exercitus, et postea ab Atheniensibus receptæ sunt. Fl. Chr.

1100. *τὸν φόρον.* Male vulgo *καὶ τὸν φόρον.* Nullus hic locus est copulæ, quam sententia non magis admittit, quam metrum. Recte abest in B. Versus est dimeter trochaicus catalect. In antithetico 1069. duæ primæ syllabæ nominis *νεανιῶν* in unam coalescunt. Brunck.

1105. *μᾶλλον ὀξύθυμον.* Exstat Sulpitiæ poetriæ carmen de Roma, ubi Romanos vespis comparat, videturque innuere contra communem hostem cives idem facere ac vespas crabrones et apes, quas si quis in nidis suis irritet, omnes concurrunt ut ulciscantur et propulsent injuriam. Scribit autem Plinius l. xi. vespas in sublimi nidos e luto ædificare et in iis ceras fingere. Fl. Chr. Supra 430. *σφῆκες ὀξυκάρδιοι.* Berg.

1107. *ξυλλέγοντες.* Sic libri omnes, sed mendose. Lege [cum Bentleio et Reiskio. Dind.] *ξυλλεγέντες.* Brunck. *καθ' ἑσμούς.* Victorii liber in Act. Monac. i. 3. p. 389. habet *κατ' ἐσμούς.* V. Hermann. in Wolfii Analectis iii. p. 73. Dind.

1108. *οὗπερ ἄρχων — ἕνδεκα.* Nomina magistratuum Athenis, de quibus Pollux l. viii. Berg. *ὤ'ρχων.* Vulgo sine articulo *Ἄρχων.* Vide ad 1441. Brunck. *παρὰ τοὺς ἕνδεκα.* Undecimvirum magistratus erat Athenis, quibus cura erat incarceratorum et damnatorum, cognoscebantque de furibus, et grassatoribus, et confessos morte mulctabant, at negantes in judicium ducebant. Scholiastes Græcus eos vocatos ait postea *θεσμοφύλακας,* puto potius *δεσμοφύλακας*: nam illi custodiebant vinctos. Sed et inducebant *ἐνδείξεις,* quod genus est accusationis et pœna in eos qui *ἄτιμοι* quum essent et æs publicum non dissolvissent, tamen magistratum gerere aut judicare parati erant. Eos enim cuilibet civium licuit indicare, quod vocabant *ἐνδείκνυσθαι.* Palamedes grammaticus *ἔνδειξιν* vocat *δίκην κατὰ τῶν τὰ δημόσια πωλούντων.* Jus autem dixisse undecimviros in parabysto constat ex omnibus, qui parabysti meminerunt. Fl. Chr. Vide not. ad Schol. Dind.

1109. *ἐν 'Ωιδείῳ.* Odeum locus fuit ad theatri similitudinem a Pericle constructus, unde musicos et tragœdos audiebant (nam *ᾠδὴ* dicitur etiam *τραγῳδία*) decertantes, ut ait Plutarchus in Pericle c. 13. Ibi farinas dimetiebantur, ut ait Demosthenes Orat. ad Phorm. quo factum ut ibidem Archon forum haberet et judicia exerceret. Fl. Chr. Pollux viii. 33. *ἐπὶ τῷ σίτῳ δίκας ἐν 'Ωιδείῳ ἐδίκαζον,* ubi vide notas Seberi. Berg. *πρὸς τοῖς τειχίοις.* Murorum refectores et curatores, quos Aristoteles *τειχοποιοὺς* vocat, non erant ordinarii magistratus, sed, prout usus postulabat, a tribubus legebantur cum quæstoribus, ut mœnia vetera et ruinam minantia refici curarent. Sic Demosthenes a tribu Pandionide electus est: unde manarunt nobiles illæ orationes Æschinis et Demosthenis contra Ctesiphontem et pro corona. Vult autem Aristophanes innuere ubique in tota Attica tribunal esse et judicia exerceri: quod verum non est, sed respexit ad immensam litium seriem, et fortassis diætas intelligit et arbitria innumera, ut dixit ille: Cedo quemvis arbitrum. Fl. Chr. Suidas ait, sub voce *Ἄρχων,* Archontem primarium circa Eponyma, Archontem Basileum (qui innuitur etiam in Plat. Euthyphr. p. 3. ed. Wolf. sub initium dialogi verbis — *περὶ τ. τοῦ βασιλ. στοάν*; *οὐ γάρ που σ. δικ.* — *πρὸς τ. βασιλέα, ὥσπερ ἐμοὶ* —) circa Bucoleum habuisse judicia. — *παρὰ τοῖς τειχίοις* cod. v. non de murorum refectoribus et curatoribus intelligendum est, ut Florens vult, sed de regione quadam circa muros, ubi judicia haberi solita erant, quum Aristoph. toto in loco ad carpendam immensam in civibus suis litium lubidinem præsertim indigitare

vult, fere nullam Athenis regionem vacuam esse judiciis ac tribunalibus. Conz.

1110. συμβεβυσμένοι. Id est dense contracti, inclinato in terram capite et vere cadaverosi, vermium instar vix se moventes in suis peculiis. Quid sint κύτταροι diximus ad Irenam in glossematis. Hoc loco vix est ut non alludat Comicus πρὸς τὰς τῶν αἰδοίων βαλάνους, quæ etiam κύτταροι dicuntur. Nam senibus plerumque, ut ait satyricus Aquinas, jacet exiguus cum ramice nervus. Quum autem ait δίαιταν, ambiguo de industria utitur vocabulo, quod et arbitrium et victus rationem significat. Propterea sequitur ἐκπορίζομεν βίον, quia dixerat εὐπορώτατοι. Fl. Chr. ξυμβεβυσμένοι, dense stipati, scil. ob angustiam loci, quum murorum porticus occupabant judices de turribus, quas intelligere videtur H. Vossius, dubio, in his quidem multis paganorum, teste, quem citat Thucyd. ii. 17. tempore belli Peloponnesiaci nidulos suos sibi parare permissum fuit, sed quomodo ibi judicia haberi potuerint, non video. Festivum simile a vesparum vermiculis petitum, non minus quadrat, si angustiam porticuum sub muris turribusque illorum subeuntium intelligimus. Cæterum in voce ξυμβεβυσμέν. alludere videtur poeta ad tribunalis nomen Parabyston (μέσον κ. μεῖζον). Conz.

1111. κύτταρος. ἡ ἐν τοῖς κηρίοις τῶν μελιττῶν πυελὶς καὶ κατάτρησις. Suidas, apud quem alias significationes vide. Brunck.

1112. εὐπορώτατοι. Bentl. conjicit ἐμφερέστατοι, collato v. 1103. Dind.

1114. κηφῆνες. Sic dicuntur mares in apibus, qui neque aculeos habent neque favos aut ceras operantur, sed ignavum sunt pecus et apum labores consumunt. Propterea eos fucos κοθούρους vocat Hesiodus Ἔργ. 306. quia spiculis in cauda carent. Per hos autem intelligit Comicus rhetoras, qui in subselliis clamitant, et, cetera ignavi, absumunt quæ fortes viri bello et labore parta in publicum conferunt. Deus bone, quam densa hoc seculo seges est ejusmodi fucorum, Palatinorum præsertim, qui se patroni nomine venditant, et clientum mella quo jure quaque injuria consumunt! Juris se profitentur custodes, sed custodia illa quid nisi est latrocinium et rapina? Si nunc vivat Aristophanes, nunquam latiorem se habuisse materiam ludis dandis fatebitur, imo nec suffecturam libertatem veteris comœdiæ ad indicanda mala illa publica mirabitur. Fl. Chr. Comicus per fucos intelligit τοὺς ἀστρατεύτους, ut ipse mox dicit. Berg. Conf. Ruhnken. ad Timæum, p. 153. Dind. Cf. Virg. Georg. iv. 168. et Vossii adnot. ad hunc locum in comment. p. 791-2. Conz.

1117. τοῦτο δ' ἔστ' ἄλγιστον ἡμῖν, ἥν τις — Sic legi debere manifestum est. In binis codd. est ἡμῶν, quod e seq. versu huc male retractum. Pejus in impressis ὑμῶν. Brunck. Inverniz. ex libro suo ἡμῖν. Conz.

1118. ἐκροφῇ conjicit Reisk. Dind.

1120. ἔμβραχυ. Id est *semel et omnino*. Putus purus Atticismus, nihil augens compositione: nihil enim aliud magis significat quam simplex βραχὺ, ut dicunt illi ἐμφαγεῖν pro φαγεῖν, et apud Euripidem ἐνδυστυχῆσαι pro δυστυχῆσαι. Quod autem φλύκταιναν dixit, laboris indicium notat, quia κώπην et λόγχην dixerat et qui assidue remum tractant vel hastam vibrant, ii vel callum contrahunt, vel pustulas, qui tumores sunt φύσκαι dicti, similes ampullis (propterea nos Gallico idiomate vocamus *ampoulles*). Eas non contrahunt qui sacram dicuntur servare. Fl. Chr. Suidas: ἔμβραχυ· ἁπλῶς, ὅλως, συντόμως. Vide ad Thesm. 390. Brunck. Locus quem intelligit Scholiastes, est sine dubio in Phœnissis tragici v. 734. Berg. Cf. Arist. Ran. v. 236. ubi Dionysus remo assidens exclamat: ἐγὼ δὲ φλυκταίνας ἔχω, | χῷ πρωκτὸς ἐδίει πάλαι. Conz.

1121. ὅστις ἂν μὴ 'χῃ — τριώβολον. Censeo, inquit, ut nullam ferant mercedem vel stipendium, qui arma non tractant et labores bellicos non anclant. Nam per τὸ κέντρον arma, per triobolum stipendia intelligit. Scilicet innuit ut bovi non trituranti os alligetur: neque manducet qui non laborat, ut proverbia canunt. Fl. Chr.

1122. οὔτοι ποτε ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσομαι. Suadebat patri Bdelycleo ut centonem exueret et elegantiorem amictum indueret: at ille persuaderi se non patitur, et depositurum se negat vetus pallium, in quo salutem suam olim positam meminerit, quum flaret vehemens Boreas super prælientibus Græcis, quod fertur accidisse ad Artemisium, ubi barbarorum classem tempestas evertit multasque eorum naves fundo demersit, atque ita Atheniensium partes adjuvit. Propterea recte hic dicitur ὁ Βορέας ὁ μέγας ἐπεστρατεύσατο. Fl. Chr. Sub τοῦτον intelligitur τρίβωνα. Nam filius intus cœpit patrem hortari ut, mutata vivendi ratione, etiam habitum mutet. Jamdudum eo adducere voluerat senem sed frustra; v. supra 115. Hic etiam ægre adducitur. Berg. Intell. χιτῶνα. Conz.

1123. Si ἔσωσεν, quod Invernizius tacite edidit, in codice Ravennate est, non inepte suspiceris antiquitus scriptum fuisse: ἐπεὶ μόνος ἔσωσέν με παρατεταγμένον. Dind.

1124. ὅθ' ὁ Βορέας ὁ μέγας ἐπεστρατεύ-

σατο. Vult dicere, *quum Boreas tam vehementer flaret.* Scholiastes putat eum forte respicere ad illum Boreæ flatum, quo Persarum classis apud Artemisium misere afflicta est. Berg. Scholiasten sequitur Florens. Aptius ad contextum et ingenium poetæ, si interpreteris de Rege Persarum ipso, qui κατ' ἐξοχὴν dicebatur ὁ μέγας Βασιλεὺς, comparato hic cum vi sui exercitus impetuosæ procellæ; et de vento etiam efficaciter dici potest ἐπεστρατεύσατο ut Horat. ait iv. Od. 4, 44. Per Siculas Eurus equitavit undas. Conz.

1127. καὶ γὰρ πρότερον. Prius, inquit, quum pisciculis carbonariis saturatus fuissem et aliquid jurulenti condimenti superfusum fuisset meo pallio, ad eluendas maculas persolvi fulloni tres obolos. Itaque nihil est opus mihi politiore vestitu. Vocat autem ἀνθρακίδας pisces qui torrentur super carbonibus. Fl. Chr. ἐπανθρακίδων. Dum pisciculos tostos muriæ intingeret et comederet, maculaverat sibi vestem, ut fulloni purgandam coactus fuerit eam dare: cui aliquandiu debuit mercedem, tandemque reddidit. Propterea non vult pretiosam vestem induere, ne et illam maculet. Male autem editiones quas vidi omnes ἐπ' ἀνθρακίδων [quod emendatum est in Scaligeri Excerptis. Dind.]. Berg. ἐμπλήμενος. Sic cod. Victorian. in Act. Monac. i. 3. p. 389. Dind. Vulgo πεπλησμένος. Hoc quidem habet A. in contextu; sed superscriptum est illud, quod prætulimus. In B. ἐμπεπλησμένον. Vide not. ad Conc. 56. Brunck. Lennepius Animadv. ad Coluthum, p. 18. Aristophanem scripsisse putat, καὶ γὰρ πρότερον ἐπανθρακίδων ἅλμην πιών. Dind. Inverniz. leg. ἐμπλήμενος. Conz. Singularis hujus versiculi varietas est apud Athen. vii. 24. p. 329. δὶς ἀνθρακίδων ἅλμην πιών. De ultimis non statuo. In priore hemistichio legendum videtur, καὶ γὰρ πρότερον δὶς ἐπανθρακίδων. ἐπανθρακίδων conjunctim ut Acharn. 670. Pors. In Athenæo δισ merum esse errorem puto, ortum ex male formato aut minus intellecto nexu pro εῶ. Dobr.

1129. πεπειράσθω. Impersonaliter. Berg. πεπείρασο, σύ γ' ἐπειδήπερ —. Reisk.

1132. χλαῖναν ἀναβαλοῦ. Sic recte A. Infra 1152. οὐκ ἀναβαλεῖ; Perperam vulgo et hic et tertio abhinc versu ἀναλαβοῦ. Altero in versu emendate etiam cod. A. exhibet ἀναβαλοῦ. Nihil frequentius hac literarum inversione. Similem mendam sustollendam esse monuimus in Conc. v. 536. Consuli potest Ferrarius de Re Vestiaria P. ii. p. 179. Brunck. τριβωνικῶς. Idem vicem pallii tui detriti et decotis, vel ut senem detritum decet. Fl. Chr. In scholiis alia scriptura, γεροντικῶς, commemoratur. Dind.

1133. ἔπειτα παῖδας. Illud ἔπειτα magnam habet ἔμφασιν, quasi dicat: Hæc quum ita sint, quorsum liberis operam demus et procreandis et tollendis, quando hic me patrem suffocare postulat? Dixit autem ἀποπνῖξαι propter calorem nimium, quem sibi pareret illud genus vestis. Nam καυνάκην deducere videtur ἀπὸ τοῦ καύματος, ut fortassis sit dicta quasi νάκος καυματῶδες. Est autem καυνάκη, gaunacum, ut ait Varro, sagum majus et ἀμφίμαλλον, ut quidam censent: ut alii, ἑτερόμαλλον, denique villosum et arcendo frigori accommodum. De caunace et sisyra vide quæ ad Varronem, p. 43. notavit divinus conjector Scaliger. Paullo post quum ait Θυμαιτίδα, variatur lectio a Scholiasta, ut sit Θυμοιτίδα, a populo tribus Hippothoontidis, sic dicto ab heroe Thymæta. Fl. Chr. παῖδας. Sic primus edidit Ant. Fracinus [et sic cod. Victorian. in Act. Monac. i. 3. p. 389. Dind.] Bini codd. et primariæ editt. habent παῖδα. Melius est illud, ob emphasin pluralis numeri. Brunck. ἔπειτα hic notat *quum*, leg. quoque χρῆν, *oporteret.* ὅθ' est ὁ δὲ, *hic vero,* non ὅτε, *quando.* Reisk. Inverniz. leg. παῖδας. Conz.

1134. ἀποπνῖξαι. Quia patri dat vestem nimis calidam. Berg. Non ἀποπνίξαι, scribendum est. V. Lobeck. ad Phrynichum, p. 107. Dind.

1137. Hunc versum citat Pollux vii. 59. Brunck. καυνάκην. — De significatu vocis καυνάκη unus Scholiastarum ait, χλαῖνα Περσικὴ ἀλεεινή. Alius curatius, Περισκὸν ἱμάτιον ἔχον ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλλούς. Cf Æl. 17, 17. cognata videtur etiam nunc in lingua Persica domestico vocabulo كناغ *Kenāgh*, quod filum serici, vel sericum denotat. V. Meninski Thesaur. Ling. Orr. p. 4028. pallium itaque esset sericeum, saltim μαλλοὶ, quos Schol. nuncupat *sericei.* Conz.

1138. Θυμαιτίδα. Sic quidem libri; sed descriptorum errore. Legendum Θυμοιτίδα. Vide Meursium de Pop. Att. in Θυμοιτάδαι. Brunck. Pagus intellig. Atticus, tribus Hippothoonticæ, *Thymotadæ.* An ab heroe quodam Thymoita, ut Schol. vult. derivanda sit denominatio, dubium. Idem Schol. de voce σισύρα cf. B. 1459. Ἐκ. 840. N. 10. etc. — ἐστὶν ἀπὸ δέρματος συῤῥαπτομένη χλανίς. Conz. Θυμαιτάδαι Suid. Ms. In schedis notat Θυμάτιδα dare Ms. C. C. C. in Suida v. καυνάκης. Pors.

1139. κοὺ θαῦμά γε. In Pluto 99. καὶ

θαῦμά γ' οὐδέν. Berg. ἐς Σάρδεις. Sardes urbs Lydiæ maxima quondam dives et Crœsi regia: ei Tmolus mons dives imminet Persarum opus et speculam habens hexedram albi lapidis, ut ait Strabo. Illic ergo Persicæ vestes venibant. Fl. Chr.

1141. τοίνυν. Sic B. sine particula [γ'] quæ vulgo inseritur. Brunck. Omittit γε Ald. Pors.

1142. Μορύχου σάγματι. Sagum villosum σάγμα vocat, quod alias est armarium. Hic autem Morychus tragicus erat poeta, deliciosi victus homo, cetera pallens et ad calescendum villosis utens vestibus et crassis. De quo in Acharn. et Irena meminit. Fl. Chr. Iste luxui et deliciis erat deditus; supra 506. eadem de causa hunc notabat, quum Bdelycleo diceret se velle Philocleonem ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ Μόρυχος. Berg.

1143. ἐν Ἐκβατάνοισι. Ecbatana (prius Acessæa dicta ut ait Scholiastes Æschyli in Persis) et Susa duæ sunt præcipuæ Persidos urbes. In hac hyemare solebat rex, in illa æstatem degere. In Ecbatanis præsertim vestes elegantiores fuisse certum est et constat ex nostro Comico, qui in Acharnens. dixit ὦ 'κβάτανα τοῦ σχήματος, quasi ex Ecbatanis κεκαλλωπισμένοι exiissent legati. Fl. Chr.

1144. Quia læna, qua filius patrem volebat amicire, e molli, villosa, et crispa lana erat, pater comparans illos villos intortis implicitisque intestinis, percontatur an Ecbatanis intestinorum in modum lanæ pararentur, seu an fierent intestina ex lana. Brunck. κρόκης χόλιξ. Laneos floccos in panno exstantes comparat bovis intestino, quod crispum est et velut pellitum. χόλικες vel χολάδες dicitur, sive quia hepatis χολὴν capit sive a concavitate quasi κοιλότητες sive etiam a laxitate quasi χαλαραί. Quanquam hanc vocem intelligit Artemidorus de hypocondrio ventriculi, Euphronius contra non intestina vult esse, sed quicquid constat pinguitudine et membranis. Sane videtur hoc lanæ textum fuisse quod nos vocare solemus *frizam* Gallofranco vocabulo. Fl. Chr.

1145. πόθεν. Hic τὸ πόθεν puto esse ἀρνητικὸν et positum pro οὐδαμῶς, ut et notavimus ad Euripidis Andromacham, quam Latine ut potuimus edidimus. Fl. Chr. Vide ad Ran. 1503. Sic apud Euripidem in Alcestide 94. in Andromacha 83. in Electra 657. et alibi ubique obvia sunt exempla. Berg. Negatio morata. Vide not. ad Ran. 1455. Brunck. Cf. Hemsterhuis. ad Tim. p. 115. Conz.

1147. καταπέπωκε. Metaphora a piscibus; sæpissime usurpatur hoc verbum de helluonibus. Berg.

1148. ἐριώλην. Ludit in verbo ἐριώλη, quod proprie est venti vehemens turbo, hoc detorquet ad pallium ubi multum lanæ consumitur, quasi ἀπωλείαν ἐρίου. Nos vertimus laniperdam, non servata tamen vocis Græcæ ambiguitate: nam solis Græcis licet esse sic disertis. Fl. Chr. Vide in Equit. 508. Berg. Facetissimus jocus. ἐριώλη proprie significat *vehementis venti turbinem*. Hic autem, tanquam si compositum esset ab ἔριον et ὄλλυμι, lænam illam, quæ tantam vim lanæ absumserat, non καυνάκην, sed ἐριώλην appellari debuisse dicit Philocleo. De hujus nominis scriptura opportunior erit dicendi locus ad Acharn. 1177. Brunck.

1151. θερμόν τι — μου κατήρυγεν. Supra 917. ἐμοί γέ τοι — κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν. Diodorus comicus apud Athenæum vi. p. 239. οἷς ἐπειδὴ προσερύγοι, ῥαφανῖδα καὶ σαπρὸν σίλουρον καταφαγών. Berg.

1152. οὐκ ἀναβαλεῖ. Attice pro ἀναβαλῇ, i. e. indues, non impones hunc amictum? Est enim ἀναβάλλεσθαι etiam ὑπερτίθεσθαι, quod postea dicit περιβαλεῖν. Fl. Chr.

1153. κρίβανόν μ' ἀμπίσχετε. Antiphanes comicus apud Athenæum iii. p. 112. ὁρῶν μὲν ἄρτους τούσδε λευκοσωμάτους ἰπνὸν καταμπέχοντας. Berg.

1154. φέρ', ἀλλ'. Sic bini codd. Perperam in impressis φέρε, ἀλλ' —. Brunck.

1155. κρεάγραν. Fuscinam, qua coqui eximunt carnes ex ollis, jubet apponi, ut similiter eximatur e veste quasi coctus. Berg. τί δὴ est Philocleonis. Reisk.

1156. διεῤῥυηκέναι. Quasi carnes quum assatæ sunt, harpago prohibet effluere et cadere. Jocum et risum hinc captat Comicus, sed satis frigide et dignum Plutarchi censura. Fl. Chr.

1157. ἐμβάδας. Quia tales gestare soliti sint judices. Berg.

1158. Λακωνικάς. Sic vocantur calcei viriles et elegantiores, ut feminarum Sicyonii. At Philocleo, qui nihil de pristino statu mutare vult, usum detrectat Laconicarum, et Laconicam (quamvis soleam) ingredi metuit, quia hostes erant Atheniensium Lacones. Sunt autem καττύματα soleæ ex duriore aluta calceis subsutæ, quas nos Gallofranci a quadrata olim figura dicimus *quarrelures*. Fl. Chr.

1160. ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα. Euripides in Heraclid. 1006. ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα. Berg. κάττυμα et κάσσυμα a κασσὺς, καττὺς descendens facete nominantur δυσμενῆ, quia Lacones talibus utebantur. V. Eccl. 74. Conz.

1161. *κἀπόβαιν'*. Recepi lectionem ed. Farrei. Ceteræ quas vidi *κατάβαιν'*, quod versus non admittit. Posset *καὶ κατάβαιν'* aut potius *κᾆτα βαῖν'*. BERG. *ἔνθες πόδ', ὦ 'τὰν, κᾆτα βαῖν' ἐῤῥωμένως*. Perperam editt. omnes et cod. etiam A. habent *ποτ'* pro *πόδ'*. In primariis est, *ὦ 'τὰν κατάβαιν' ἐῤῥωμένως*. In A. *ὦ 'τὰν καὶ κατάβαιν'*, e prava librarii emendatione. Melior non est illa quam invexit Ant. Fracinus *κᾀπόβαιν'*. Nec composito *ἀποβαίνειν*, nec *καταβαίνειν* ullus hic locus est. In B. hic versus omissus. *κατάβαιν'* e librarii errore est, qui scribere debebat *κᾆτα βαῖν'* [et hoc conjecit Bentl. DIND.]. Menda non infrequens est, cujus exempla enotavimus ad Thesm. 482. Ran. 951. 1440. Pl. 69. Conc. 682. Nub. 1076. Av. 825. BRUNCK. *κἀπόβαιν'* parum cogitate repudiavit Brunckius: nam antiqua inde potest erui et reconditior quidem loquendi ratio: *ἔνθες πόδ', ὦ 'τὰν, καὶ πρόβαιν' ἐῤῥωμένως*, | *ἐς τὴν Λακωνικὴν ἀνύσας*. Emendatio comprobatur verbis ex versu 230. *χώρει, πρόβαιν' ἐῤῥωμένως*. REISIG. Rav. liber, (v. Invern. p. 396.) recte legit *ἔνθες πόδ'* et in seq. *κἀπόβαιν' ἐῤῥωμένως* pro vulg. metro ruente, *κατάβαιν'* quam Brunckius in *κᾆτα βαῖν'* mutavit. CONZ. *κᾆτα βαῖν'* Markland. ad Eurip. Iph. Taur. 1207. PORS.

1163. *ἐς τὴν πολεμίαν*. Per *Λακωνικὴν* alter significare volebat *τὴν ἐμβάδα*· at iste intelligit *τὴν χώραν*. BERG.

1164. *φέρε καὶ τὸν ἕτερον*. Puta *τὸν εὐώνυμον*. Nam inter Pythagoræ præcepta etiam istud fuit, dextrum pedem in calceum præmitte, lævum in *ποδάνιπτρον*, id est pelvim vel pelluvium. FL. CHR.

1166. Iste versus est etiam in Nubibus 698. BERG.

1169. *διασαλακώνισον*. Variæ notantur lectiones: quidam enim legunt *διαλυκώνισον*, a Lyco quinquertione, qui motus molles edere solebat, ut auctor est Amipsias: alii, inter quos Artemidorus, *διαλακώνισον*, et sane ad Laconas arbitror allusisse; rara enim in Laconibus *τρυφή*. Sed vulgata lectio mihi potior videtur. Est autem *σαλακωνίζειν* quod Tibullus dixit versare mobilem natem: hic est *ἁβρύνεσθαι* et *διαθρύπτεσθαι*, effluere in mollitiam et delicias facere, sive a quodam Salacone, qui mollis fuit et cinædus, quem Autolyci patrem ferunt, sive quia *σαῦλον* dicitur, quod corruptum et fluxum est, unde idem Comicus finxit *τὸ σαυλοπρωκτιᾷν*, quod est inhoneste movere sedem, id Latini cævere vocant. Aristoteles tamen in Rhetoricis differre facit *σαλάκωνας ἀπὸ τῶν τρυφερῶν*, quasi illi molles sint, hi deliciosi tantum. Cicero lib. vii. Epistolar. ad Familiares, meminit Salaconis, quo nomine infamem aliquem cinædum notat. Menander etiam Glyceram inducit, quæ suas infirmitates vocari ait *τρυφὰς καὶ σαλακωνίας*. et Hermippus in Dimetris dixit, *καὶ κασαλβάζουσαν εἶδον καὶ σεσαλακισμένην*: quem trochaicum versum sic interpretor: Vidi eam conviciantem et indecore mobilem. Apud Suidam Salaco pauper est, sed dives videri vult. FL. CHR. Unus ex Scholiastis exponit: *ἁβρῶς καὶ μαλακῶς σεαυτὸν διακίνησον· ἀπό τινος Σαλάκωνος τρυφηλοῦ*. Simul autem videtur alludere ad vocem *Λάκων*, quia modo loquebatur de Laconicis crepidis. BERG. Simul alludit ad nomen *Λάκων*, tanquam si diceret, *τρυφερόν τι διακίνει τὰς Λακωνικάς*. BRUNCK. De numeris hujus versus vid. Reisig. i. p. 53. DIND. *διασαλακωνίσαι* Suid. Ms. bis in v. ubi *-ώνισον* ed. Med. in loco Aristoph. *σαλακονίσαι* Ms. in v. Per *ω* ed. Med. in *σαλάκων*. PORS.

1172. *δοθιῆνι σκόροδον ἠμφιεσμένῳ*. Hoc mihi videtur proverbiale, quod usurpari potest in rebus disconvenientibus proinde ut humano capiti cervix equina. Quæ enim medicina magis *ἀνάρμοστος* furunculo quam allium plenum acrimoniæ et phlyctænas potius facturum quam medicaturum. Miror si a parœmiographis hoc sit præteritum, qui multa non proverbialia inculcarunt in farraginem suam. FL. CHR. Scholia: *ἀπροσλόγως παίζει*. Et sane absurde comparatur homo eleganter vestitus pustulæ et quidem allio amictæ. Facit autem id solens et de industria. Sic etiam in Ecclesiaz. 126. mulieres, quæ sibi barbas applicaverant, comparat cum sepiis tostis, si nempe sepiis illis barbæ etiam applicentur: *ὥσπερ εἴ τις σηπίαις πώγωνα περιδήσειεν ἐσταθευμέναις*. Non minus absurde comparatur idem Philocleo fæci recens ditatæ, hic in Vespis 1309. *ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ τρυγί*. Hoc vere est *λόγους λέγειν οὐδὲν εἰκότας τῷ πράγματι*, ut est apud ipsum Comicum infra 1320. BERG. Florens nugas profert, et sensum similis hujus jocique festivi genuinum minime est assecutus.— Responsio est: ***similis mihi esse videris furunculo, allii emplastrum cui impositum est.*** Ut pruritum tale excitat furunculo, ita pallium, quale gestare solent divites, jam etiam omnes prurientes divitum lubidines in patre ciere luditur. Sic nos olim jam interpretati sumus hunc locum, nec sumi potest aliter, si bene advertimus oculos ad (v. 1167. et v. sq. 1170.) mutatam austeri senis mentem, quasi exuto cum forensi judicis pallio exuisset rigidos mores atque induisset cum delicato novo novos molliores. CONZ. *σκορόδῳ* Suid. *δοθιῆνι*. PORS.

1173. *σαυλοπρωκτιᾷν*. Scholiastes: *σα-*

λεύειν τὸν πρωκτόν. σαῦλον δὲ τὸ κοῦφον. Homerus hymno in Bacchum 28. σαυλὰ ποσὶν βαίνουσα. Hesychius: σαυλὰ, κοῦφα, ἥσυχα, τρυφερά. Berg. Eur. Cycl. 40. σαυλοῦσθαι (ἀοιδοῖς βαρβίτων σαυλούμενος). Proprie, ut etiam in loco nostro, Latinum cævere cf. Mart. iii. 93. Inv. ii. 5. μεταφέρειν τ. πυγὴν, ut Lucian. circumscribit in præc. rhetor. Conz.

1174. λόγους σεμνούς. Recte ergo Horatius in Poetica quum de fabula Lamiæ puerum alvo extrahentis verba facit, ait hæc non placere viris gravibus πολυμαθέσι καὶ δεξιοῖς: nam centuriæ seniorum agitant expertia frugis, inquit. Ubi per seniores viros serios et graves intelligit et agitare dixit quod Græci ἐλᾷν vel ἐλάειν, i. e. abigunt et fugiunt. Itaque locus hic apud Scholiastam deculpatur et κεχίασται, quia Lamiam, quæ nulla est, supponit et fingit, velut et quod inquit de Cardopione et ejus matre. De quo amplius quærendum (ut de Salacone ait Rhodiginus) censet, quum nulla apud comicos ejus sit mentio, sed Ancylionis, qui matrem suam hac affecerit injuria. Nam subauditur ἔτυψεν. Fortassis autem hæc sunt mendosa (sane quidem lex metrica in Καρδοπίων, nisi geminetur τὸ π) et fabula fuit περὶ καρδόπου καὶ μάκτρας. Fl. Chr.

1176. τίνας δῆτ' ἂν λέγοις; Sic A. In B. τίνα, ut edidit Ant. Fracinus. In primariis editt. erat τί δῆτ' ἂν —. Brunck. τίνα recte præfert Elmsl. ad Acharn. p. 61. Dind. Inverniz. ut Brunck. Conz. τίνα δῆτ'. τί δῆτ' Ald. Pors.

1177. ἡ Λαμί' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο. Pherecrates fecit Lamiam comœdiam: inde hæc petita sunt forte, ut conjicio ex Scholiaste ad Ecclesiaz. 77. Berg. Cf. Horat. ad Pisones 340. Conz. Plutarch. Demetr. p. 901. B. Locus est, Δημοχάρης δὲ ὁ Σόλιος τὸν Δημήτριον ἐκάλει Μῦθον· εἶναι γὰρ αὐτῷ καὶ Λαμίαν. Pors.

1178. ὡς ὁ Καρδοπίων. Sic bini codd. [et Bentl.] Perperam vulgo omittitur articulus, quem reponendum esse jam monuerat Toupius Addend. in Theocritum p. 389. Additurus erat pater ἐσπόδει, ἐκίνει, vel simile quid, ni ejus sermonem abrupisset filius. Brunck. Rav. ut Brunckii Cod. Conz. Καρδοπίων. ὁ Καρδοπίων Toup. Addend. in Theocrit. i. 105. Pors. Unde hoc rescivit? Talia enim sic ἐλλιπῶς dici solent. Schæfer.

1181. ἐγῷδα. Sic scriptum in binis codd. Brunck. Vulgo ἐγ' ᾧδα. Dind.

1182. οὕτω in οὔπω mutat John Seager. Dind. ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ. Principium anilis fabulæ. Berg. Pro ἦν ποτέ. Sic enim fere semper fabulas ordiebantur, ut apud Clementem in Stromatis Callimachi in mimiambis exstat hæc fabula tribus constans choriambis: ἦν κεῖνος οὐνιαυτὸς ᾧ ποτε πτηνὸν | καὶ τοὐν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν, οὕτως | ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος. id est: Fuit annus olim quo volucris et piscis | currens in æquor, quadrupesque terrestris | loqui solebat limus ut Prometheus. Festive autem Philocleo hanc fabulam incipit de mure et fele animalculis domesticis, quia Bdelycleo referri postulabat λόγους τῶν κατ' οἰκίαν. Fl. Chr.

1183. ὦ σκαιὲ — μῦς καὶ γαλᾶς μέλλεις λέγειν ἐν ἀνδράσι; Similiter Euripides in Rheso, ubi increpat rusticum Hector, quia is videbatur loco non opportuno de suis rebus dicturus, v. 265. Berg. Θεογένης. Hunc Theogenem Acharnensem fuisse ait Scholiastes Græcus, et quia altos ventris edebat crepitus derisum a comicis. Tamen apud Suidam de Theogene Thasio exstat historia, qui statuam æream e foro succollatam in ædes suas transtulerat: deinde quum id ægre ferret populus, rursum ex ædibus suis in forum deportavit, unde magnam inivit a populo gratiam et laudem sibi ingentem parasse dicitur. Non est mei palati explorare neque stomachi pronunciare, utrum hic innuat comicus: tantum hoc scio, hunc adeo fuisse μεγαλοφυῆ et ἀλαζόνα, ut superbo fastidio respuerit τὸν κοπρολόγον, minutas fabellas de muribus et felibus narraturientem. Fl. Chr. Hunc Theogenem perstringi a comicis ait Scholiastes, quod valde pederet. Hinc etiam ad κοπρολόγον fingitur locutus; quemadmodum contra ἀνὴρ κόπριος de crepitu ventris ad aliquem in Eq. 899. Alias Comicus Theagenem quendam tanquam inanem jactatorem, qui nescio quas divitias jactaret, notat; ut in Avib. 823. et 1127. Berg. Θεογένης. Sic libri. Vera tamen nominis scriptura esse videtur Θεαγένης. Sæpe apud Comicum occurrit. Qui hic perstringitur, idem esse videtur, cujus mentio in Pace 928. Brunck. Θεαγένης cum Brunckio probat Lobeck. ad Phrynichum p. 653. Dind. Vossius recepit scriptionem Θεαγένης in textu versionis suæ. Nos secuti sumus. Conz.

1185. Vide Invernizii notam ad 1178. Dind. μῦς κ. γαλῆς. Inverniz. ponit sing. casu nomin. μῦς κ. γαλῆ, ut invenit in libro suo Ravenn. Eleganter, ait, repeti hic ex versu superiori senis eadem verba, ut fiat in festivis sermonibus. Sed nominativi hi non bene conspirant cum verbo λέγεις, quod accusativum postulat. Conz.

1187. Θεωροὶ apud Athenienses appellabantur, qui publica auctoritate ad sacrificia exterorum, ad oracula consulenda, ad festa, sacra certamina, aliosque conventus mittebantur, quibusque stipendium e publico dabatur. Vide Hesychii interpretem

ad glossam Θεωρικός. Sacram se legationem semel tantum, in Parum missum, obiisse dicit Philocleo, accepto duorum obolorum in singulos dies stipendio. Hic autem salse Athenienses perstringit Comicus, qui harum legationum munus sæpe in homines abjectissimos conferebant, quales erant Androcles et Clisthenes. BRUNCK. Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει. Hos laudat παρὰ προσδοκίαν. Quum enim exspectarent spectatores ut viros nobiles et illustres nominaret, horum meminisse voluit ut risum pareret. Nam Androcles fuit servus et mendicus et cinædus, ut Cratinus eum notat ἐν Σερίφοις, Teleclides et Phrantides (ut ait Scholiastes, ubi malim legi Ἐκφαντίδης, qui satyros scripsit: nam Φραντίδην nescio quis sit) cum scripserunt esse crumenisectorem. Clisthenes autem æque nobilis cinædus neque melioribus artibus insignis, quem in aliis comœdiis Aristophanes salse perstringit, et nos de eo alibi scripsimus quæ pudet revocare. FL. CHR. Videtur quidem istorum hic honorificam mentionem facere; sed quia spectatores optime sciebant, illos esse viles et despicabiles quosdam homines, facile intelligebant ironiam. Fuit autem Androcles servus et mendicus et crumenisector et cinædus: Clisthenes vero maxime famosus fuit cinædus et sæpe exagitatus a comicis et a nostro. Hæc ex scholiis fere. BERG.

1188. ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ πλὴν ἐς Πάρον. Nudæ veritati est addictus senex et non vult sibi quicquam magnificum arrogare. Imitatus autem hunc locum videtur Lucianus in Timone c. 50. t. i. p. 163. ubi adulator aliquis se insinuare volens apud Timonem dicit, νενίκηκε δὲ πὺξ καὶ πάλην καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, καὶ τελείῳ ἅρματι, καὶ συνωρίδι πωλικῇ. Deinde Timon nihil tale in se agnoscens, dicit, ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν. BERG. Male in A. ἔγωγε. BRUNCK.

1189. πλὴν ἐς Πάρον. Parus urbs Pontica, ubi Philocleo fortassis stipendia meruit et militavit, de qua vulgaris est versiculus, ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες. Fortassis autem ludit in voce quasi ἐς τὸ παρὸν, ut innuat nunc tantum se spectasse quia nuper clausus erat domi quasi in carcere. Tamen nihil affirmo. Quid si etiam quum ait τεθεώρηκα, intelligat de specie illa legationis, quam vocabant θεωρίαν? Nam et θεωροὶ dicebantur qui extra Atticæ regionis fines mittebantur sive ad scitanda oracula sive ad honorem diis aliquem deferendum aut hominibus gratiam habendam. FL. CHR. In Pac. 342. ἐς πανηγύρεις θεωρεῖν. BERG. Sed vide not. ad schol. DIND. De lusu in vocibus εἰς Πάρον (urbem insulæ in Æg. mari, ejusd. nom.) quasi esset ἐς τὸ παρὸν, equidem cum Florente hic non cogitem. CONZ. καὶ ταῦτα δύ' ὀβολὼ φέρων. Forte nec eo profectus fuisset, nisi mercedem accepisset. Ita enim accipio verbum φέρω. V. Acharn. 66. BERG.

1191. Ἐφουδίων — Ἀσκώνδα. De Ephudione et Asconda pancratiastis vel luctatoribus nihil me legisse arbitror, neque quicquam incidit anxie disquirenti per scripta veterum. Scholia tamen Græca memorant Ephudionem Mænalium, cujus virtus fuit nobilis in ludis Olympiacis. FL. CHR. Forte ironia est quum hos dicit pancratio inter se decertasse, qui eo nunquam adspirarint, ut ex scholiis apparet. Sic supra de Androcle et Clisthene ironice loquebatur v. 1188. Ex iisdem tamen scholiis apparet Ephudionem Mænalium memorari in Olympiadibus sive inter illos qui in Olympiadibus vicerint. Vide infra v. 1382. et seqq. BERG.

1195. πῶς ἂν μαχέσαιτο. Thoracem pro pectore dixerat Bdelycleo: at pater quasi intellexisset de armatura pectorisque bellico tegmine, Qui possit, inquit, pugnare pancratio qui thoraca induerit ahenum? Nam nudato certabatur corpore, unde gymnasii nomen et gymnastici athletæ. Sed τὸ στῆθος proprie θώραξ dicitur. Etymon afferunt παρὰ τὸ θεῖον ὠρεῖν, quia servant intellectum, innuentes per θεῖον τὸ διανοητικόν. Unde θωρήσσεσθαι non solum est armari, sed etiam inebriari, quia pectus calefacit, θερμαίνει τὸ στῆθος, et sic sæpe medicorum genius Hippocrates usurpat. Hinc ἀκροθώρηκες sunt ἀκρομεθυσοί. FL. CHR. θώρακ' ἔχων: in his verbis, comparatis antec. v. 1186. θώρακ' ἄριστον ambiguitas sensus inest, unde captat facetiam Comicus. CONZ.

1198. ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς; Perperam in A. δοκῇς. Vide not. ad Av. 355. BRUNCK.

1201. Ἐργασίωνος. Rustici cujusdam. BERG. τὰς χάρακας. In feminino genere χάραξ pedamentum est et statumen, quod viti alligatur. Nos Gallofranci dicimus *charnier*. At in virili genere vallum est et agger. Imo ipsa castra sic vocavit Polybius interprete M. Tullio. FL. CHR. Lusus aliquis inesse videtur in ambiguitate vocis. Ergasion rustici nomen. Cf. et supr. v. 236. CONZ.

1203. λαμπάδα ἔδραμες. Certamen lampadis fiebat Athenis in Ceramico tribus festis solennibus, Quinquatribus, Vulcanalibus et Prometheis. Primum institutum fuit in honorem Promethei et memoriam ignis inventi, ut scripsit Ister, et Pausanias testatur eidem aram positam, unde fax currebatur. Deinde Vulcano et

Minervæ artium magistris, quæ sine igne nullæ sunt. In eo certamine victor λαμπαδηφόρος dicebatur, quum cursum perfecisset inexstincta face. Multa præterea super tribus λαμπαδηφορίαις tradiderunt grammatici, præsertim Ranarum hujus Comici Scholiastes, quæ prudens prætereo, neque enim inexcussa reliquit Rhodiginus antiquarius, vir maximus. Hoc tamen prætermisit, facta hæc certamina in Ceramico, loco alto ad quem erat turris. Erant autem duo Ceramici, unus qui occisorum in bello sepulcra continebat, alter quem colebant αἱ πόρναι, ut hoc etiam ne nescias. Fl. Chr. In Ran. 1113. λαμπάδ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νῦν. Berg. Conf. not. ad schol. Dind. Cf. etiam nostrum in Ran. v. 129—135. et ibid. v. 1089—1099. Alludunt ad hoc certamen venuste Plato vi. De Leg. καθάπερ λαμπάδα τ. βίον παραδιδόντες ἄλλοις ἐξ ἄλλων: et Lucr. de Rer. Nat. ii. 78. 'et quasi cursores vitai lampada tradunt.' Conz.

1206. τὸν δρομέα Φάϋλλον. Phayllus optimus cursor fuit Olympionices. Eum ὁπλιτοδρόμον et ὁδόμετρον vocabant. Quin et quinquertio fuit. Illi ergo hoc epigramma inscriptum est: πέντ' — ἀπολειπομένων: i. e. Saltum ad quinque pedes quinquagintaque Phayllus, | Discum ad centum egit quinque minus pedibus. Sed quum tres memorentur Phaylli, hoc loco, ut arbitror, intelligitur ille quem aiunt, ut ait Eustathius in Dionysium περιηγητὴν, unius navis imperatorem fuisse, quam Crotoniatæ miserunt auxiliaturam Græciæ periclitanti in Persico bello. Illic Phayllus dicitur ter vicisse Pythia. Quum autem ait εἷλον διώκων λοιδορίας ψηφοῖν δυοῖν, semper ad ingenium redit senex et lites intelligit et διώκειν usurpat contra reum φεύγοντα aut cursorem. Fl. Chr. In Acharn. 213. ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων. Berg. Illustris athleta fuit Phayllus Crotoniata, de quo videndus Pausanias p. 818. In eum exstat vetus epigramma: Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος· | δίσκευσεν δ' ἑκατὸν, πέντ' ἀπολειπομένων. Facetus hic jocus est in ambiguitate vocum εἷλον διώκων, quas significatione forensi adhibet senex judiciis adsuetus. Brunck.

1208. In Nubib. 694. ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρὶ — ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων. Berg.

1209. ξυνουσιαστικός. Non hoc loco significat ὀχευτικὸν, sed κοινωνικὸν, et quod Franci dictitamus *sçavoir son entregeni*. Fl. Chr.

1210. πῶς οὖν κατακλινῶ; Sic excudi debuit, ut perspicue scriptum est in A. utque jam scribendum esse monuerat Berglerus [et Reisk.]. Est aor. 2. subjunctivi passivi, cujus secundo ante hunc versu participium occurrit κατακλινεὶς. Brunck. Etiam Inverniz. ut Brunck. κατακλινῶ. Conz.

1211. πῶς με κελεύεις κατακλιθῆναι; Apud Euripidem etiam in Cyclope docet Silenus Cyclopem scite accumbere et potare v. 560. θὲς δὴ τὸν ἀγκῶν' εὐρύθμως, κᾆτ' ἔκπιε ὥσπερ μ' ὁρᾷς πίνοντα. Berg.

1212. γυμναστικῶς ὑγρὸν χύτλασον. Lavari et ungi solebant ante cœnam proinde ut in gymnasiis athletæ corpori suo ceroma adhibentes. Itaque ex veteri consuetudine dixit vetus poeta: bona femina lavit et unxit. Et Martialis in elegantes parcos et unguentis tantum diffluentes, ceterum offerentes sine cibo fercula et, ut ait epigrammatistes Græcus, πειναλέους πίνακας, dixit: 'Qui non cœnat et ungitur, Fabulle, Is vere mihi mortuus videtur.' Nam funeri etiam cœna parabatur et cadaver ungebatur: qui mos etiam hodie obtinuit in regum funeribus. Est autem τὸ χύτλον vel ὁ χύτλος mixtum aqua unguentum, nempe quum ex lotione aquæ adhuc humescit corpus, unguinis aspersio. Sane enim sordes aut pulverem ferre in convivia nec honestum nec decorum fuit, ut ait Aristoteles. Fl. Chr.

1213. χύτλασον Suid. in χύτλα ed. Ms. Mox Suidas, χύτρασον· ὕγρανον. Pors.

1214. ἔπειτ' ἐπαίνεσον. Athenæus l. iv. [t. ii. p. 213.] Dipnosoph. hos Comici versus laudat quum agit περὶ κοσμιότητος τῶν Ὁμήρου δαιτυμόνων, et ex Odyssea versus recitat, quibus apparet invitatos convivas non statim debere ad patinas accedere, sed prius ædes et quæ intus sunt contemplari. Itaque in usu fuisse ut priusquam vescerentur antiqui, libamina et primitias diis offerrent: hoc decere viros lautos κοσμίους et μετρίους. Contra sordidos putabant qui non libata ederent, ut Simonides de sordida et ἀκόσμῳ muliere dixit ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει. Itaque hic dixit δειπνοῦμεν, ἀπονενίμμεθα, σπένδομεν, quod etiam potest referri ad postcœnium vel secundas mensas, ubi libabant ἀγαθοῦ δαίμονος et iterum lavabant. Ceterum de accumbendi ratione apud Romanos, quæ a Græcis manavit, quum antea sederent, ut apud Græcos a barbaris, multa utiliter et accurate disserit eruditissimus Aldus Manutius, dignus avo nepos et patre filius, quæ ex ejus libro de quæsitis per epistolam haurire poteris. Certe ego assentior viro illi quæcunque illic tractat, nisi quod merendam pro prandio nunquam puto fuisse, multo minus dictam a meridie, quum potius, quicquid Paulus Festi mutilator autumet, a merendo deducta sit, et vesperna, ut ait Plautus, fuerit, vel, ut ait vetus glossarium, ἄριστον δειλινὸν, quod operariis vel servis dabatur

vice θητείας vel μισθοδουλείας a domino vel alio qui conducebat, quemque Isidorus a donata mercede mercedonium vocat. Etiam Calpurnius, laudante Scaligero, dixerat, seræ quum venerit hora merendæ. Fl. Chr.

1215. ὀροφὴν θέασαι. Non ita parasitus apud Diphilum comicum, qui non elegantiam et nitorem ædium observare solebat, sed nidorem culinæ ante omnia, quum dicit: ὅταν με καλέσῃ πλούσιος δεῖπνον ποιῶν, οὐ κατανοῶ τὰ τρίγλυφ', οὐδὲ τὰς στέγας· οὐδὲ δοκιμάζω τοὺς Κορινθίους κάδους· ἀτενὲς δὲ τηρῶ τοῦ μαγείρου τὸν καπνόν. Citat Athenæus vi. p. 236. Berg. κρεκάδι' αὐλῆς θαύμασον. Neminem novi e veteribus grammaticis, qui vocem illam κρεκάδια interpretatus fuerit. Solus e recentioribus Comici interpretibus eam declarare aggressus est Bisetus. Quia nomen istud hoc unico in loco occurrit, lexicographisque prætermissum fuit, non idonea causa est cur ei controversia moveatur, depravationisque in suspicionem veniat: nihil variant in scriptura codices. Biseti conjecturam, reponentis καὶ ἰκρίδι' αὐλῆς, eo minus admittendam esse censeo, quo magis absurdum videtur in aula privatæ domus tabulata exstitisse, qualia struebantur in publicis locis, siquando ederentur spectacula, ut populus in iis sedens commodius spectaret. Nec magis κρεκάδι' αὐλῆς accipi posse credo de *concentu instrumentorum, quæ pulsarent citharistæ in aula stantes.* Ab hac significatione prorsus abhorret loquendi formula. Præterea in conviviis inducebantur citharœdi, tibicines, saltatrices solummodo, 'Postquam exemta fames epulis, mensæque remotæ,' et ultima libatione facta, ut infra declaratur: ἤδη σπένδομεν· | αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν. Ergo de musico concentu ne quidem hic cogitandum est. Bergleri autem *crepitacula*, quid illa sibi velint equidem nescio, nec ipse, ut opinor, dixerit. Non aliunde derivari posse videtur nomen κρεκάδιον, quam a κρέκω. Hoc autem verbum non solum de pulsatione instrumentorum chordis instructorum adhibetur, sed et de telæ pulsatione et densatione, quæ pectine textorio fit, ut in his Sapphus versibus: γλυκεῖα μᾶτερ, οὔ τι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστὸν, | πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν. Proinde nihil probabilius afferri potest, quam κρεκάδια hic posita esse pro ἱστουργήματα, παραπετάσματα, et intelligi de *aulæis*, seu *velis*, quibus aula tam ornatus gratia, quam arcendo vento, pulveri, aut si quid aliud nocere poterat, obtendebatur. Brunck. θαύμασον. Ita Telemachus faciebat apud Homerum Odyss. quum venisset in Menelai regiam; dicit enim poeta: αὐτοὶ δ' εἰσῆλθον θεῖον δόμον· οἱ δὲ ἰδόντες θαύμαζον κατὰ δῶμα διιτρεφέος βασιλῆος. quem locum adducit Athenæus iv. p. 179. ubi etiam Aristophanis præsentem locum citat, nempe versum 1209. 1210. item 1203. et 1204. Berg. Hotibius vero in lectionibus suis Aristophaneis p. 109. Dalecampium, ni fallimur, sequens, saltem emendans, qui legit κρέκα δι' αὐλῆς, v. Casaub. ad Ath. iv. 27. statuit, reponi posse κρεκτὰ δι' αὐλῆς θαύμασον, h. e. *quæcunque aulam perstrepunt molesta instrumenta musica, vel pessima cantica, tu admirare!* Brunckii adnotationem supra allatam non rejicit, sed prolusiones hic intelligendas esse vult, quibus musici in aula stantes fatigaverint aures convivarum inter apparandam cœnam ipsasque epulas. Sed hoc longius petitum est. Si etiam probari possit, κρεκτὰ absolute sumi pro instrumentis musicis, (κρέκειν enim, quum de pulsatione e. g. citharæ usurpatur, expressam semper habet comitem voculam κιθάραν ut objectum ejus, quod pulsatur) nescio tamen, an huc faciat sensus; et fortassis etiam hæc expositio nimis justo a nostris moribus tracta est ad Græcos. Brunckius se verum vidisse, κρεκάδια pro ἱστουργήματα, παραπετάσματα posita esse putat, et intelligi vult de aulæis s. velis. Addit etymologicam rationem, non perquam satisfacientem. Auctoritatem desideramus et etiam justam analogiam. — Varia, quæ eruditus Is. Casaubonus super hoc loco varie molitur, nunc κρικάδια conjiciens leg. et de κρίκοις μακροῖς annulis januarum ferreis explicans, nunc de ferreis catenis, quibus fores munire moris erat, somnians, v. apud auct. ips. Animadv. ad Ath.. p. 403, 404. Notabile cæterum est, integrum locum Aristophaneum, qualem nunc legimus, expressum esse similibus verbis apud Athenæum liv. c. 27. et argumentum inde pro veritate lectionis κρεκάδια hauriri potest. Disputatio etiam omnis, ubi citantur versus bini ἔπειτ' — θαύμασον illustrat, si non significatum vocis κρεκ. ipsum, tamen contextus indolem. Sermo est enim ibi de eo, lautos hospites (χαρίεντας) non debere statim — γαστρισομένους ἐπὶ τὸ συμπόσιον χωρεῖν, ἀλλά τι δοῦναι πρότερον τῷ φιλοθεάμονι, καὶ κατανοῆσαι τ. οἰκίαν. J. H. Vossius, fortassis Bergleri crepitacula sequens, quæ vero quo sensu sumserit non exposuit Berglerus, de tintinnabulis vocabulum intelligit. Nihil dirimimus. Etiam hoc non satis probatum est. Maneat ergo sub judice lis. Conz.

1216. ὕδωρ κατὰ χειρός. Docet eum etiam formulas in conviviis usitatas; in Avib. 465. κατὰ χειρὸς φερέτω ταχύ τις· deinde alter, δειπνήσειν μέλλομεν, ἢ τί; Vide

Athenæum x. p. 408. et xiv. p. 641. in quo posteriore loco etiam præsentem Aristophanis locum citat. Berg.

1217. ἀπονενίμμεθ'. ἤδη σπένδομεν. Sic distinctum est in A. melius, quam vulgo post ἤδη. Brunck.

1220. Θέωρος. Vide infra 1236. Berg. Αἰσχίνης. Est Æschines Selli filius, ut patet infra 1243. Berg. Hic, ut puto, est Charias vel Lysaniæ filius, ut ait Laertius, Socratis discipulus, quem inter alios dialogos Suidas censet scripsisse Axiochum. Fl. Chr. Φανός. Memoratur Phanus aliquis, qui parce admodum cœnaret, sive quod pauper esset, sive ex instituto quodam, ab Alexide comico apud Athenæum iv. p. 161. καὶ Φυρόμαχος καὶ Φανὸς, οἳ δι' ἡμέρας δειπνοῦσι πέμπτης ἀλφίτων κοτύλην μίαν. Etiam noster Phani mentionem facit in Equit. 1255. Berg. Κλέων. Quum statim dicat ξένος τις ἕτερος, videtur Cleonem hic notare, tanquam peregrinum et non genuinum civem. Sane sæpe eum Paphlagonem vocat, quod puto fieri non tantum respectu etymologiæ nominis a παφλαγὼν, a παφλάζω, *cum fremitu ebullio* significantis, vi cujus etymologiæ ipse notatur tanquam turbulentus et clamosus orator; sed etiam quia re vera esset ex Paphlagonia oriundus, aut alias peregrinus et barbarus natione. Unus ex Scholiastis ad Equit. 2. scribit: ὅτι ξένος ὢν ἐπολιτεύσατο. ὀνειδίζει οὖν αὐτὸν ὡς ξένον καὶ βάρβαρον. Berg. De Θέωρος v. 42. De Αἰσχίνης, Selli filio, v. 208. et Av. 825. Conz.

1221. Vulgo legitur ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστερος. Berglerus verterat: *Hospes alius quidam prope caput HUJUS Acesterus. HUJUS* non est in Græcis, neque suppleri potest. Levi scripturæ menda obscuratus est hic locus, cujus acumen prorsus perierat. Scribi debuit Ἀκέστορος. [Sic Bentl.] *Hospes alius nescio quis ad caput Acestoris*, quod tantumdem valet, ac si dixisset, *Æschines, Phanus, Cleo, Acestor, alterque ad hujus caput peregrinus quidam.* Perstringitur hic Acestor, cui barbaros natales et peregrinitatem exprobrarunt comici, ut e scholiis ad hunc locum et ad Av. 31. docemur. Idcirco peregrinum alterum convivam, qui non nominatur, Acestoris ad caput sedere ait Comicus, quia, ut ait ille, — αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον: *Similis se simili applicat.* ἕτερος proprie hic adhibetur, *alter e duobus.* Brunck. Ἀκέστορος. Iste cognominabatur Σάκας, ut docet Scholiastes, quamvis ibi Σάκος legatur. De eodem isto in Avibus 30. ubi scholia: οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ τραγῳδίας ποιητής. ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας διὰ τὸ ξένος εἶναι. Σάκες γὰρ οἱ Θρᾷκες εἰσί. Apparet autem, eundem et Acestorem et Acesterum dictum esse. Berg. Hunc alii Acestora dicunt, ut Cratinus Cleobulinis dixit, Ἀκέστορα γὰρ εἰκὸς λαβεῖν πληγὰς etc. Fuit autem tragicus poeta, sed peregrinus et barbarus existimatus, propterea que dictus Σάκας non solum ab hoc Comico in Avibus statim post principium, sed etiam a Callia comico, qui in Πεδήταις dixit, καὶ Σάκαν οἱ χοροὶ μισοῦσι: sed etiam a Theopompo, qui in Tisameno (hunc Acesteri patrem vocant Græca scholia in Avibus, qui fuit ξένος et μαστιγίας) eum et Mysum et Sacam vocat. Fl. Chr.

1222. τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς. Erant carmina quædam convivalia. Berg. Eleganter Attico more subauditur ὅρα. Recte autem et ex antiqua consuetudine dixit δέξει pro δέξῃ. Nam accipiebatur et tradebatur poculum, quod a cantus victoria ᾠδὸς dicebatur, non servato ordine discumbentium, unde putant σκολίου nomen, quia serpentis more flectebatur ad ejus poculi sive ramorum lauri vel myrti tributionem. Alii dicunt lyram oblique per convivas circumdatam σκολιῷ nomen dedisse. Sed tres modos antiqui scoliorum habuerunt quos recitabant in conviviis. Primus quum omnes concinebant, ut in nuptiis: secundus quum ordine et per singulos id fiebat, ut in sodalitatibus: tertius quum non feriatim nec servato ordine eligebantur συνετοί. Certe Hesychius ait scolia μόνους συνετοὺς cecinisse. Et fortassis e contrario sic dicta, quia δύσκολα τοῖς ἀξυνέτοις. Scolion et pæan eadem fere sunt iisdemque quasi numeris, sed hoc differt pæan, quod raro sine epiphtegmate recitatur, quamvis pæanes inveniantur, qui acclamationem non habeant, ut in Aristotelis pæane notat incomparabilis heros Jul. Cæsar Scaliger in poetices libris, quem operæ est pretium legere super hac materia. Eustathius σκόλιον vocat παροίνιον ᾆσμα in lib. iv. Iliad. et vetus laudat scolion, cantatum de Alcmæonidarum fortitudine, qui in obsidione Lipsydrii fortiter fecerant et occubuerant. Nos in observationibus nostris ad Lysistratam 665. versus eos recitavimus, quum de Lipsydrio quæsivimus. Fl. Chr. τὰ σκόλι' —. Cantilenas illas, inter pocula excipientibus sese invicem convivis cantari solitas indigitat, quarum plures in laudem de patria bene meritorum, quales legimus in Anthol. Brunckian. i. 155—157. Cf. etiam de more hoc Hor. iv. 15, 25. Nosque et profestis lucibus et sacris, | Inter jocosi munera Liberi | — — — | — — — | Virtute functos more patrum duces | Lydis re-

mixto carmine tibiis, | — — | — — canemus. Conz.

1223. *οὐδείς γε Διακρίων δεδέξεται.* Malim legere, ut constet versus iambicus trimeter, *οὐδεὶς Διακρίων δέξεται.* [Sic etiam Bentl.] Fuerunt autem Atticæ regionis tres ordines secundum Solonis leges, nempe Paraliorum, quibus præfuit Megacles; Pediæorum, quibus Lycurgus; et Diacriorum, quibus Pisistratus. Fertur tamen Pandion regionem Diacriam distribuisse filiis suis et Lyco principatum dedisse, Ægeo regionem quæ circa oppidum et arcem, Pallanti Paraliam, et Niso Megaricam. Fl. Chr. Ab Herodoto in Clione *οἱ Παράλιοι* vocantur *Πάραλοι· οἱ Πεδιεῖς* autem *οἱ ἐκ τοῦ Πεδίου· οἱ Διάκριοι* vero *Ὑπεράκριοι.* Berg. Depravata est hujus versus scriptura, cui emendandæ nihil opis præstant codd. Post eum in B. sequitur v. 1227. tribus intermediis omissis, et vacuo reliquæ paginæ spatio. Ad senarii mensuram versum exæquare tentabat Florens, recisis duabus voculis, quarum altera *ὡς* sententia carere non potest. Si conjecturis in re obscura indulgere liceret, mallem, extra versum posito *ἄληθες, ὡς οὐ δεδέξεται Διακρίων οὐδὲ εἷς.* Sed jocum, qui hic latet, nec satis ipse capio. Rem non expediunt veteres critici, quorum nota non indigebamus ad cognoscendam antiquam Attici populi divisionem in Diacrios, Paralos, et Pediæos. Vid. Meursii Pisistratum cap. iii. Brunck. Florens Christianus ita correxit, ut *γέ* expungeret, pro *δεδέξεται* scriberet *δέξεται.* id quidem recte atque ordine: de altero ego secus existimo. Illud enim cum alio est vitio conjunctum, quicum una tollatur oportet. Neque enim *ἄληθες* his convenit: non est *profecto,* sed *itane vero?* et ironiam quandam habet, ab his verbis prorsus alienam. Sed cum Bdelycleo adhortetur patrem, ut cantum *καλῶς,* sollerter, excipiat, respondet ille, *κάλλιστά γ', ὡς οὐδεὶς Διακρίων δέξεται.* Ita particula *γέ* non tollenda erat, quam loco movenda potius. Reisig. Scribe, Φ. *ἀληθές*; | *ὡς οὐδὲ εἷς γε Διακρίων δεδέξεται.* *Ἀληθὲς* inconcinne interpositum, ut fieri solet in ejusmodi vocibus, interjectionum loco usurpatis. Hotib. *οὐδεὶς διακρίων δέξεται* Q. S. Fl. Chr. Pors.

1224. *ἐγὼ εἴσομαι.* In unam syllabam coalescunt *ω ει*, ut supra v. 416. *ἐγὼ οὐ* disyllabum est. Sophocles Phil. 585. *ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής· οὗτος δ' ἐμοὶ* — Brunck. Bentleius olim scripserat *ἐγὼ ᾄσομαι*: sed mox conjecturam delevit. Dind.

1225. *ᾄδω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου.* Subaudi *μέλος,* ut sit carmen de Harmodio: Comicus noster in Pelargis apud Scholiastem ad 1231. *ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυῤῥίνην, ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος.* Idem in Lysistrata 1242. *εἰ μέν γε τις ᾄδοι Τελαμῶνος.* Sic *ἀνᾴδων Φρυνίχου* supra 269. nam et ibi subauditur *μέλος*: tantum hoc interest, quod ibi significatur carmen auctoris Phrynichi, non de Phrynicho. Alias dicitur *Ἁρμόδιον ᾄδειν*, ut in Acharn. 977. *οὐδέ ποτε παρ' ἐμοὶ τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται.* Erant autem usitata scolia de Harmodio, Telamone, et Pæane; Antiphanes comicus apud Athenæum xi. p. 503. *τὸν ᾠδὸν λάμβανε· ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων τούτων περάνῃς, τόν τε Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον.* Erat autem *ᾠδὸς*, odus, *ποτήριον τὸ ἐπὶ σκολιῷ διδόμενον*, ut ibidem docet Athenæus ex Tryphone. Vide etiam ad Acharn. 977. Berg. *Ἁρμόδιον.* Reisk. De Harmodio vero ipso, Hipparchi, Pisistr. filii occisore, v. Thucyd. v. 54. et elegantissimum, quod superest nobis in laudem hujus facinoris a Callistrato hymnum brevem v. Brunck. Anthol. i. 155—6. *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω κ. τ. λ.* Conz.

1226, 7. 1232, 3, 4, 5, 8, 9. 1245, 6, 7, 8. Inter hæc sunt scolia, quæ leviter mutata, vel non, in suos usus convertit Comicus: cujus tamen lepores nemo satis intellexit; neque id mirum: locus etenim valde depravatus — sic emendandus. Sed prius argumentum contexere libet, quam verba singulatim tractare. Patrem suum Philocleonem, jam moribus et studiis mutatis, edocet Bdelycleo, quomodo se gerere debeat inter epulandum apud homines beatiores: et mox fingit, cœna jam peracta, adesse convivis cantandi tempus: etenim ut ipse loquitur: *αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν· οἱ δὲ συμπόται* (1219) | *εἰσὶν, Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανὸς, Κλέων,* | *Ἀναξαγόρας τε πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος* | *τούτοις ξυνὼν, τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς.* | ΦΙΛ. *ἀλλ' ἔσθ', ὅσ' ᾄδῃς γ', ἴκρι' ὡς τάδε δέξετ' εὖ*; | ΒΔΕ. *τάχ' εἴσομαι· καὶ δὴ πάρειμ' ἐγὼ Κλέων.* | *ᾄδω δὲ πρῶτος Ἁρμόδιον· δέξει δὲ σύ·* (1225) | "*οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ Ἀθηναῖος—*" | ΦΙΛ. *οὐχ οὕτω γε πανοῦργος ἦν κλέπτης,* | ΒΔΕ. *ταυτὶ σὺ κράξεις; παραπολεῖ· βοώμενος* | *φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε καὶ διαφθερεῖν* | *καὶ τῆσδε τῆς γῆς ἐξελᾶν·* ΦΙΛ. *ἐγὼ δέ γε,* (1230) | *ἐάν γ' ἀπειλῇ νὴ Δί', ἕτερον ᾄσομαι·* | "*ὁ νοῦς ἦν τις ὁ μαινόμενος μέγα τι κράτος* | *ἀντρέψαι τάχα τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς.*" | ΒΔΕ. *τί δ', ὅταν Θέωρος, πρὸς ποδῶν κατακείμενος,* — | ΦΙΛ. *ᾄδῃ, Κλέωνος λαβόμενος τῆς ἴξυος,* (1235) | "*Ἀδμήτου λόγον ὦ 'ταῖρε μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει·* | *τῶν φαύλων δ' ἀπέχου· γνοὺς ὅτι φαύλων ὀλίγα χάρις.*" | ΒΔΕ. *Φανῷ τί δὲ δέξει σκό-*

λιον; ΦΙΛ. ᾠδικὸς λέγω· | "οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν Φανὸν, (1240) | οὐδ' ἀμφοτέρως γίγνεσθαι φίλον." | ΒΔΕ. μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται — | ΦΙΛ. "χρήματα κὰν βίᾳ" | Κλειταγόρας λάκων. | ΒΔΕ. ἀνὴρ δ' ἄσοφος κἄμουσος Ἀκέστωρ ᾄσεται — | ΦΙΛ. "μετὰ Θετταλῶν δὴ πολλά μοι" (1245) | διεκόμπασας σύ γ' ἐκ καπνοῦ. Quo melius horum verborum lusus aperiatur, opus est annotatione prolixiori: quam tamen nemo refugiet, qui Comicum intelligere volet. Inter cœnam quinque convivæ interfuerunt. Quorum omnes, suo quisque ordine, scolion canere finguntur: quod Philocleo a proprio ad ridiculum sensum detorquet. Hinc versum de Harmodio ad Cleona deflectit, qui aliquoties bona publica surripuit. Et similia dici possunt de ceteris, ut mox exponam. Nunc mutationes verborum percurrere libet.

1221. Vulgo ξένος τις ἕτερος. At Comicus in tali loco non hominem quemlibet peregrinum, sed specialiter aliquem proprio nomine insignire debuit; neque aliud fecit. Cur reposuerim Ἀναξαγόρας, vide ad 1232.

1223. Vulgo ἀληθὲς ὡς οὐδείς γε διακρίων δὲ δέξεται. Inde erui ἀλλ' ἔσθ', ὅσ' ᾄδῃς γ', ἴκρι' ὡς τάδε δέξετ' εὖ. Dixerat ΒΔΕ. τὰ σκόλια δέξει καλῶς. At ΦΙΛ. sciscitatur utrum sedes, i. e. mensæ vel theatro appositæ, sint bene recepturæ quæcunque ipse canat. Amphibolia est in ἴκρια τάδε et τάδε, ὅσα γ'. Quæ sint ἴκρια, patet e Suid. ἴκρια, ὀρθὰ ξύλα ἢ σανιδώματα τῆς νηὸς καὶ τὰ τῶν θεάτρων — πρὶν γενέσθαι τὸ θέατρον, ξύλα ἐδέσμευον καὶ οὕτως ἐθεώρουν. Ἀριστοφ. Θεσμοφ. (402.) ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων. Ubi ἴκρια primam producit.

1224. Vulgo ἐγὼ εἴσομαι. Sed ἐγὼ displicet repetitum. Formula nota est τάχ' εἴσομαι. Cf. Ach. 331. Iph. A. 970. τάχ' εἴσεται. Phœn. 260. ibid. Pro γάρ εἴμ' dedi πάρειμ': vid. ad Æschyli Suppl. 257. et Herc. F. 1237.

1226. Vulgo ἐγένετ' Ἀθηναῖος. Bentl. ἔγεντ': Elmsl. ad Ach. 978. in Auct. γένετ' ἔν γ'. Mox vulgo deest ἦν.

1228. Vulgo δράσεις. Reposui κράζεις. Cf. Plut. 369. σὲ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις. Mox inepte παραπολεῖ.

1232. Vulgo ὤνθρωφ'. At scholia exhibent ex Alcæo ὤνησεν οὗτος, corrupte pro ἄνους ἦν τις ὁ: et ex ἄνους fit ανους i. e. ἄνθρωπος. Scripsit quidem Lyricus de tyranno, fortasse Myrtilo; qui ἄνους ἦν τις ὁ μαινόμενος μέγα τι κράτος, | ἀντρέψαι ταχὺ τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς· Schol. ταχὺ τρέψεις et ἀνατρέψεις ταχέως. At verba aliquantisper mutavit Comicus in ὁ νοῦς ἦν τις ὁ μαινόμενος, Anaxagoram ridendi causa; qui dictus fuit per jocum ὁ νοῦς, teste Plutarcho in Pericle p. 154. B. Nunc tandem intellige cur reposuerim Ἀναξαγόρας τε pro ξένος τις ἕτερος in v. 1221. Mox τὸ μέγα in μέγα τι mutatur. Sæpe τι sic reperitur post ὀλίγον, σμικρὸν, βραχὺ, necnon πολὺ, et μέγα.

1237. Pro δεξιᾶς reposui ἴξυος scil. *penis*. Cf. Vesp. 1342. τουδὶ λαβομένη τοῦ σχοινίου. Ach. 1121. καὶ σὺ, παῖ, τοὐδ' ἀντέχου. ibid. 1215. τοῦ πέους ἄμφω μέσου προσλάβεσθ' ὦ. Eupolis apud Etymol. v. κόντιλος sic legendus:— εἶμι· παῖς, σὺ δὲ τούτου γ' ὄπισθεν καταλαβοῦ τοῦ κοντίλου: ubi puer aliquis cæcum hominem membro illo, potius quam manu, ducebat.

1239. Bene sit Scholiastæ conservanti alterum τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις. At cum ῥίψασπις fuit Cleon, parum decuit Theorum illi ignaviam exprobrare. At potuit idem amicus, cum vidit Cleonis amorem erga homines parum validos, illi in memoriam revocare vetus dictum ὅτι τῶν φαύλων ὀλίγη χάρις, quod et in animo habuit Plato in Symposio p. 320. G. τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ — τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τέ ἐστιν καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν. Ad idem scolion respexit Apollonid. Epigr. v. ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις. Igitur reposui φαύλων pro δειλῶν. Unde patet Theorum esse φαῦλον.

1240. Vulgo τούτῳ τί λέξεις σκόλιον ἀδικὸς ἐγώ. Mss. ᾠδικῶς, cum Fl. Chr. At Bergler. ᾠδικός: et sic Antiatticista — exponens per εὖ ᾄδων. Rescripsi igitur λέγω pro ἐγώ. Paulo ante dedi δέξει vice λέξεις. At σ adhæsit e σκόλιον. Dein Φανῷ pro τούτῳ. Causa etenim non fuit cur Phanus suum scolion omitteret. Illud fuit haustum, ut e scholiis conjici potest, e Praxilleis: quæ poetria scripsit fortasse καλὸν in eo versu, ubi restitui Φανὸν ob φίλον omissum: neque objici debet metrum; etenim φίλος primam producit apud lyricos.

1244, 5, 6. In his inest duplex sensus. Cleitagora, cujus scolion est illud χρήματα κὰν βίᾳ, fuit ποιήτρια Λακωνικὴ teste Schol. ad Lys. 1239. Hinc quivis Λάκων dici potest Κλειταγόρας. At Sellus fuit olim pauper; postea dives factus est, teste Schol. ad Av. 824. fortasse pæderastis nimis facilem se præbendo, muneribus Laconum corruptus: ideoque δέξεται σκόλιον Κλειταγόρας λακὼν "χρήματα κὰν βίᾳ" utpote συμπότης — vel utpote Λάκων δέξεται χρήματα καὶ Κλειταγόρας (Spartanos) ἐν βίᾳ. Cum scolio Cleitagoræ con-

ferri debet Aristodemi Spartani dictum, cujus meminit Alcæus in Fragm. xxviii. sic legendo: *ὡς γὰρ δή τόδ' Ἀριστόδαμός φησιν οὐκ ἀπάλαμνον· | "Σπάρτᾳ χρήματ' ἀνήρ· πενιχρὸς δ' οὐδὲν ὤν, λέγετ' ἐσλός."* ubi *οὐδὲν ὤν* usurpatur ut *μηδὲν ὤν* in Ajac. 766. *οὐδὲν ὤν* ibid. 1218. Tro. 1010. et *οὐδὲν ἦν* ibid. 1162. et *οὐδὲν ἦτ' ἄρα* in Iph. t. 569. Spartani mentem expressit Horatius: 'virtus, nisi cum re, vilior alga est,' et Cleitagoræ *χρήματα κἂν βίᾳ* per suum 'rem facias, rem: Si possis, recte; si non, quocunque modo, rem.'

1244. E vulgatis *ἀνὴρ σοφὸς μουσικὸς κἀτ' ᾄσεται*, quæ nulla ratione conciliari possunt cum verbis Schol. *ὡσεὶ μὴ σοφὸς οὐδὲ μουσικὸς*, erui *ἀνὴρ δ' ἄσοφος κἄμουσος Ἀκέστωρ ᾄσεται.* Ubi jocus est in *δ' ἄσοφος* et *δὲ σοφὸς* necnon *καὶ ἄμουσος* et *καὶ Μυσός.* Etenim Acestor fuit malus pœta et Mysius, teste Schol. ad Av. 31. *οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ, τραγῳδίας ποιητής, ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας.— Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Σάκαν προσηγόρευσεν Τισαμένῳ — ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν· εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτοῦ κεχλευάκασι, Καλλίας μὲν ἐν Πεδήταις, καὶ Σάκον οἱ χοροὶ μισοῦσι, Κρατῖνος ἐν Κλεοβούλαις Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν πληγὰς ἐὰν μὴ συστρέψῃ τὰ πράγματα.* Ibi comicorum fragmenta sic lege: — *καὶ Σάκαν Ὃν οἱ χοροὶ μισοῦσι*, et — *Ἀκεστυραμυσον εἰκὸς ἦν λαβεῖν Πληγὰς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ δράματα.* Ubi luditur in *Ἀκέστορα Μυσὸν* et *Ἀκέστορ' ἄμουσον.* Idem lusus restitui debet Theopompo, cujus fragmentum servat Schol. ad Vesp. 1221. *Ἀκέστερος — ὃς ἐκαλεῖτο Σάκος. Θεόπομπος Τισαμένῳ· οὐ κοινῶς ξένον ἀλλὰ Μυσόν· τὸν δὲ Μύσιον Ἀκέστερον ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν ὁμοίως.* Lege — *ὃν οὐ Κοινῶς ξένον ἀλλαμυσον οἶδα Μυσίων, Ἀκέστορ' ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν ἐμοί — καὶ, ὦ πολῖται, δεινὰ πάσχω. Τίς πολίτης δ' ἐστὶ σοὶ Πλὴν Ἀρσάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον.* Lege *πλὴν Σάκας Μυσός τ' Ἀκέστωρ καὶ τὸ* —. Inter quæ *ἀλλαμυσον* est vel *ἀλλὰ Μυσὸν* vel *ἀλλ' ἄμουσον.* Et *Σάκας* et *Ἀκέστωρ* erant Mysii.

1248. Ad *πολλὰ δὲ διεκόμισας* adscripsit Schol. *τοῦτο, φησὶν, ἐπάξω πρὸς τὸ σκόλιον Αἰσχίνου, ἐπεὶ κομπαστὴς ἦν.* Recte hoc. Ad Av. 823. *τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα* monet Schol. *ὅτι οὗτος πένης, θρυπτόμενος καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλούτῳ — καὶ λέγων ἑαυτὸν πλούσιον.* Idem fuit, sicut Theagenes teste Schol. Av. 823. et 1126. dictus *καπνὸς*, teste Schol. ad Vesp. 324. unde, ut id obiter moneam, bene intelligas Vesp. 151. *ὅστις πατρὸς νῦν τοῦ καπνίου κεκλήσομαι.* Haud male igitur erui *διεκόμπασας σύ γ' ἐκ καπνοῦ.* Quibus verbis, fortasse e carmine quodam Acestoris desumtis, intelligi hoc voluit Comicus, quod Acestor, jactationibus Æschinis inductus, cum profectus esset Thessaliam lucri causa, et rediisset inops, Æschinem incusabat et illum una cum vocibus ejus fumo comparabat. G. Burges.

1227. *οὐχ οὕτω γε πανοῦργος.* Nempe *ὡς ἔστι Κλέων*, quia alter fingebat se Cleonem esse. V. Equit. 248. de eodem. Berg. Lege *ὡς σὺ κλέπτης.* Bent. Immutatus jam Cleonis amicus fit derisor ipsius. Hunc enim indigitat. Conz.

1228. Vulgo sic legitur hic locus: *τουτὶ σὺ δράσεις; παραπολεῖ βοώμενος. | φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε.* Quæ partim depravata sunt, partim male interpuncta. *δράσεις* a sententia alienum est. Marklandus ad Euripidis Suppl. 932. sensum adsecutus est, duabus tantum literis a genuina scriptura aberrans. Sic ille reponendum censet: *τουτὶ σὺ δ' ᾄσεις; παραπολεῖ. βοώμενος | φήσει γὰρ —. Sed*, ut bene observat Kœnius ad Corinthum p. 49. qui futurum medium *ᾄσομαι* posuerat *v.* 1231. eum loco tam vicino *ᾄσεις* scripsisse, probabile non est. Non displiceret *τουτὶ σὺ γ' ᾄδεις*, quoniam præsens tempus est et v. 1225. *ᾄδω δὲ πρῶτος.* Verissima est hæc emendatio. Nam activa forma futuri a verbo *ᾄδω* Comicus noster non utitur, sed media duntaxat *ᾄσομαι*, quod sagaciter observavit Dawesius ad Pacis v. 1297. *οὐ πράγματ' ᾄσει· σώφρονος γὰρ εἶ πατρός.* Vulgo ibi legebatur *ᾄσεις.* Finale *s* e sequente voce adhæsit, quod agnoscit etiam Kœnius loco laudato. Brunck. Recte habet *δράσεις.* cf. quæ nos ad Thesm. 312. Hotib. *τουτὶ σὺ δ' ᾄσεις; παραπολεῖ. βοώμενος Φήσει γὰρ* Markland. ad Eurip. Suppl. 932. Malim, *τοῦτ' εἰ σὺ δράσεις, παραπολεῖ· βοώμενος Φήσει γάρ.* Plato Comicus apud Athen. iii. 23. p. 103. c. *εἶτ' εἰ μεμάθηκε, δέσποτα, ζῆν, ἐγκαλεῖς;* mendose vulgatur *εἴ τι*, sed recte legitur vii. 5. p. 279. a. Pors. [Distingue post *βοώμενος.* Vide Eur. Helen. 1450. et de similibus, *αὐλεῖσθαι* etc. Schw. ad Athen. xiv. p. 633. e. Dobr.

1231. *ἕτερον.* Sic Brunck. et Inverniz. tacite. Veteres editiones omnes *ἑτέραν.* Dind.

1232. Ineptissime vulgo scolion hoc, quod Philocleo canit, Choro tribuitur, cujus nullæ hic sunt partes. Ad fidem codicis A. personas in ordinem reposui, quod et absque illius ope quivis facere poterat [et fecit Bentl.] Brunck. Hoc scolion Alcæi esse docet Scholiastes. Berg. Inter Schol. Ald. **ὤνησεν οὗτος καὶ μαιόμενος ζάμεγα κράτος**: unde Bent. in textum reposuit *μαιόμενος* et *ὦ 'νὴρ* vice **ὤνθρωφ'**. verum in folio quodam ad finem libri hæc scripsit. "Sic legendum esse credo. Scolium est. 1mus. **ὤνθρωφ' αὐ-**

τος ὁ καὶ μαινόμενος τὸ ζάμεγα κράτος. 2dus. *ἄντρέψει τάχα καὶ τὰν πόλιν· ἁ δ' ἀντέχεται ῥοπᾶς.* Alcaici sunt. Hæc confirmare facile est e Schol. Immo certissima emendatio est hæc, quæ sequitur: *ἄνθρωφ' οὗτος ὁ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος | ἀντρέψει τάχα τὰν πόλιν· ἁ δ' ἔχεται ῥοπᾶς.*" Editor adnotationum Bentleii. DIND. *ὁ μαινόμενος.* Cleonem *insanum* dicit. Thucydides l. iv. *καὶ τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη.* BERG.

1233. *τὸ μέγα κράτος.* Ex Alcæo melico hæc derivat in Cleonem, cujus erat præcipua auctoritas; quem tamen insanum et dementem hic ostendit. Dictum autem, ut arbitror, *τὸ μέγα κράτος* ex vulgi opinione, proinde ut in Actis Apostolorum Simo magus dicebatur *ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη.* Sunt autem hi duo versus dactylici. FL. CHR. Ut *τὸ μέγα ὄφελος.* Lucianus in Timone: *χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους, τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος.* BERG.

1234. *ἀνατρέψεις ἔτι.* Videtur Scholiastes legisse *τάχα*, aut potius apud Alcæum sic legi. Evertes, inquit, statum civitatis, quæ vergit ad exitium satis: hoc enim est *ἅδ' ἔχεται ῥοπᾶς.* Cicero in epistolis ad familiares sic videtur dixisse, *res inclinari cœpit.* Sic ille apud Suidam historicus, *ὁ δὲ νομίσας ἐπὶ ῥοπῆς κεῖσθαι τὴν τῆς πατρίδος ἡγεμονίαν* etc. FL. CHR. Scribe *ἀντρέψεις* cum Reiskio et Gaisfordio ad Hephæstion. p. 275. Versus sunt Æolici. DIND. F. *ἀνατέτραφ' οὗτος, evertit hic* —. REISK.

1236. *πρὸς ποδῶν.* Sic ambo codd. Mendosam impressorum lectionem, vel metro ipso flagitante, quivis corrigere poterat, *πρὸ ποδῶν.* Sic supra 1221. *πρὸς κεφαλῆς.* BRUNCK. Præfigenda persona Bdelycleonis. REISK. Scilicet in vett. edd. hæc Choro continuabantur. DIND. De Theoro v. supr. 42. et 1220. et N. 400. i. 608. etc. CONZ.

1237. *ᾄδει.* Ita omnes quas vidi edd. Debebat *ᾄδῃ* propter antecedens *ὅταν.* BERG. *ᾄδῃ.* Solœce vulgo *ᾄδει.* BRUNCK. *ᾀδικὸς* Ald. PORS.

1238. *Ἀδμήτου λόγον.* [V. Ilgenii scolia p. 73. DIND.] Etiam Alcæo tribuitur hoc scolii principium, quod ab aliis grammaticis etiam memoratur cum secundo versu simili i. e. choriambico, qui sic habet: *τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.* Metrum par illi Horatiano, 'Mæcenas, atavis,' etc. Hinc autem patet scolia olim cantata in laudem fortium et nobilium virorum et sæpe fuisse bona dicta et sententias frugi. Sunt autem qui illud scolion *Ἀδμήτου* tribuant Praxillæ, cujus sunt alia sequentia, si Scholiastæ credimus: nam scripsit illa etiam *ᾄσματα παροίνια.* Alii illa superiora volunt esse Sapphus. Tamen sæpius ex Simonide et Stesichoro ejusmodi cantilenæ sumebantur. Plutarchus in opusculo de musica Terpandrum facit scoliorum inventorem. Idem in Symposiacis lib. i. scoliorum etymon inter alia non rectum memorat, nempe quia cani solerent ab hominibus jam ebrietate tortuosis, myrtum tenentibus, quæ *ἄσακος* dicta vel *αἴσακος* potius: nam male hactenus interpretes (Amyotum nostratem excipio) legerunt vel *ἄδαρκον* vel *ἄσαρον.* Est autem *αἴσακος* ramus laureus, qui etiam *ἄσακος* potuit dici *παρὰ τὸ ᾆσαι*, quod est canere, et *ἔχειν*, tenere, quia a canente ramus tenebatur vel ex lauro vel ex myrto. Æschylea canebantur cum myrto, Homerica cum lauro. Ceterum Admeti ille sermo respicere videtur Alcestin, quæ pro viro suo non recusavit mori, atque ideo scolia et luctuosa Caricaque mele canebantur, quæ ipsam Proserpinam adegerunt ad reddendam auris vitalibus Alcestida: quamvis Euripides ab Hercule factum hoc scripserit, qui cum Parcis et Morte luctatus sit et victor abierit. Alii censent, exsulem Admetum a Pheris urbe paterna (male apud grammaticos habes *ἐκφέρων*: legendum enim *ἐκ Φερῶν*) venisse ad Theseum juniorem filium Alcestidis et Hippasi, et in ipsius regione habitantem, sermonem eum, in quem scolion factum est, habuisse. Sed secundus versus quem recitavimus videtur potius ostendere Herculem *ἄνδρα ἀγαθὸν* et strenuum et procul ab ignavia vel *δειλίᾳ* remotum. Quæ quum recenset hic Comicus, Theorum *ῥιψάσπιδα* insectatur et cum Cleone suggillat. FL. CHR. Hoc etiam principium scolii alicujus dicit esse Scholiastes et addit sequentia: *τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.* Exstat et apud Athenæum xv. p. 695. BERG.

1240. *ἀδικὸς ἐγώ.* Fortassis melius *ᾠδικῶς ἐγώ*, ut subaudias *λέξω.* Nam diximus supra *ᾠδὸν* vocari poculum quod cantus gratia circumferebatur in conviviis. Quam lectionem si recipis, versus erit iambicus trimeter. Sed et versus sequens, si legis *οὐκ ἔστ' ἀλωπεκίζειν*, dimeter erit catalecticus, similis multis anacreonticis. Est autem *ἀλωπεκίζειν* decipere et adulari, qua voce mores notat Theori. FL. CHR. *ᾠδικῶς ἐγώ.* Sic ambo codd. optime. In vett. editt. excusum *ᾀδικὸς ἐγώ*, vel *ἀδικὸς*, omisso in quibusdam ι subscripto. Kusterus multo pejus edidit *ἄδικος ἐγώ.* Berglerus verterat, *injurius ego:* quod profecto est longe absurdissimum. In nota autem imperitiam suam metricarum legum turpiter prodit. Aldina, Juntina et Brub.

ᾀδικὸς cum iota subscr. Forte ᾠδικός. Immo, o bone, ᾠδικῶς: nam istud, quod suades, versum pessundat, pyrrichio in quintam sedem illato. Brunck. ἀδικεῖς, ἐρῶ, *inique agis, dicam.* Reisk. Rav. ὠδικῶς. Conz.

1241. ἀλωπεκίζειν. Scholia: πανουργεῖν, κολακεύειν, ut πιθηκίζειν infra 1290. Hoc in Theorum canit, qui erat adulator. Vide supra 45. Berg. De Clitagora poetissa cf. Lysistr. 1239—40. ubi legimus, εἰ μένγε τις ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέοι. Composita sunt hic magis virilia, et ut a femina poetissa nata tenoris magis imbellis carmina; inter priora numerandum in loc. excit. Lysistratæ, carmen heroicum non Telamonis ceu poetæ, ut Schol. ibi hallucinatus est, sed in Ajacem Telamonium, probabiliter id, quod deprehendimus apud Athenæum, Schol. ipsum et in Brunckii Anthol. inde translatum I. p. 157. Παῖ Τελαμῶνος, Αἶαν αἰχμητὰ | λέγουσί σ' ἐς Τροίαν ἄριστον | ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα κ. τ. λ. Scolion citatum in nostro loco, ubi de se ipsa loquitur, docet Thessalam fuisse hanc poetriam. Vixit tempore Pisistratidarum, contra quos Atheniensibus socios se dederant Thessali. Conz.

1244. ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικός. Per ironiam ista, vel, tam sapiens et doctus quam musicus et cantor. Sunt autem tres sequentes versus dactylici e cantilena vel scolio vulgato, quod Clitagora dicebatur, ut Harmodii melos quod in Harmodium, et Admeti quod in Admetum, et de ipsa Clitagora canebatur quæ Thessala fuit et poetria, quod melos vel scolion factum videtur eo tempore quo Thessali Athenienses copiis socialibus auxerunt in bello, quod contra Hippiam et Pisistratidas tyrannos gesserunt. Fl. Chr.

1245. χρήματα. Quia Æschines iste semper jactabat magnas quasdam opes; quas tamen possidere non credebatur. Hinc Comicus in Avibus 825. dicit opes illas esse in urbe, quæ in aëre sit ædificata: ἆρ' ἔστιν αὕτη γ' ἡ Νεφελοκοκκυγία, ἵνα καὶ τὰ Θεαγένους τὰ πολλὰ χρήματα, τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα. Berg. Pro βίαν Tyrwhittus conjicit βίον. Dind.

1246. Κλειταγόρα. In Lysistr. 1242. ubi etiam de scoliis: εἰ μέν γε τις ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον, ἐπηνέσαμεν ἄν. Fuit autem poetria, ut hic ad Vespas Scholiastes ait, Thessala; ut autem ad istum Lysistratæ locum Scholia antiqua, a cl. Kustero nuper edita, fuit Laconica. Berg.

1248. πολλὰ δὴ —. Sic bene uterque cod. [et Victorianus in Act. Monac. i. 3. p. 390. Dind.]. Perperam in impressis πολλὰ δὲ —. Brunck. πολλὰ δὲ διεκόμισας. Ad scolion, inquit, quod incipit χρήματα, hoc etiam addam, multas nempe pecunias importasti, tuque et ego. Erat ille Æschines magnus et falsus jactator, qui propterea, ut diximus, dictus καπνός. Est autem ἐπιεικῶς positum pro πάνυ, quam loquendi rationem etiam Gallofranci frequentamus. Dicimus enim sic *il y en a honestement,* id est admodum et affatim. Fl. Chr. πολλά. Scil. χρήματα. quasi dixisset, hoc quod jam recitabo, subjungam scolion Æschinis scolio. Berg. διεκόμισας. Ita ed. nupera et Brubachii. Aldina, Junt. et Farrei διεκκόμισας. Berg.

1249. Bdelycleoni, 1249 — 1255. Philocleoni vulgo tribuuntur. Personarum distinctionem etiam Bentl. emendavit. Dind. ὅπως per brachylogiam sive ellipsin (μέμνησο) v. de Varii lit. de Gr. ling. particulis p. 254. aut καιρός ἐστι, *tempus* est. Cf. Lysistr. 289. 1182. Ἐκκλησ. 294. N. 489. 824. 1177. et alibi. Conz.

1250. Hic versus et duo seqq. usque ad μηδαμῶς recte in binis codd. filio continuantur. Ita in impressis confusæ sunt personæ, ut vix cum magno labore se quis ex hoc diverbio extricare possit. Brunck.

1252. ἵνα μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου. Infra 1467. ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου. Berg. Videtur distinguendum post χρόνου, tum post μηδαμῶς, ut sit velut correctio animi ebrietatem meditantis et ex incommodis contingentibus vinum culpantis. Est autem hæc sententia velut præparatio ad catastropham: nam hic senex temulentior miros postea ludos dedit. Ceterum Chrysus hic est pueri vel servuli nomen, ut apud palliatam Terentii Chrysis. Apud ithyphallicos et obscœnos scriptores legitur *aureus puer:* sed neque puer est illic servus (potius enim ephebus, et ad ætatem, non ministerium, refertur), et τὸ *aureus* pulcrum tantum significat, ut sæpe purpureus. Fl. Chr.

1254. πατάξαι. Scholiastes commemorat variam lectionem καταράξαι. Dind. καὶ καταράξαι. Cod. Vat. P. Pors.

1256. οὐκ ἦν ξυνῇς γ' —. Sic tacite Invernız. Ab reliquis libris abest γε. Dind.

1257. παρῃτήσαντο. Id est alloquio lenibant, et consolabantur patientem vel liberabant culpa, ita ut qui læsus est cogeretur sic delinitus et ridiculis tuis jocis affectus culpam condonare et sine studio ulciscendi discedere: hoc enim volunt sequentia verba ἀφείς σ' ἀποίχεται. Sic Herodotus dixit, παρῃτεῖτο τὸν Πέρσην. τυγχάνων δὲ οὐδενὸς ἂν ἐδέετο, αὐτὸς ἔλυσεν. i. e. ἐλιπάρει vel παρεκάλει. Fl. Chr.

1259. Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν. Ridicula Æsopica et Sybaritica eadem esse puto, neque aliter censent Hesychius et Suidas. Tamen Græcus Scholiastes

vult Sybariticas fabulas de quadrupedibus esse, Æsopicas de hominibus. Sed ego non credulus sum huic Scholiastæ hac in parte, ut neque quum differre facit *αἶνον* et *μῦθον*, quod quia erudite, ut nihil supra, refutatur a summo critico Jul. Cæs. Scaligero, non ultra operam dabo confirmandæ veritati. Cælius Rhodiginus litteris mandatam hujus grammatici opinionem de aeno et mytho videtur probare: sed vir ille suo seculo incomparabilis plura congessit quam digessit, neque semper judicii acrimoniam eam adhibet, qua princeps discipulus ille Scaliger omnibus merito admirabilem se ostendit et longe *κρείττονα διδασκάλων*. Fabulæ sive apologi definitionem Horatius videtur complexus hac sententia: 'ridentem dicere verum, quid vetat?' Hinc vero apparet non solum cantus in conviviis, sed et mimos et scurras locum habuisse, ut videre est in Xenophontis et Platonis symposiis. Fl. Chr. Supra 565. Berg. Vide Hesychium in *Συβαριτικοὶ λόγοι*, et Fabricium Bibl. Gr. l. ii. cap. ix. §. 5. et 6. Brunck. Nimirum Hermogenes rhetor ibi citatur testis proferens, secundum inventores adpellatas esse fabulas, alias Cypricas, Libycas alias et Sybariticas, omnes vero Æsopicas, quia Æsopus fabulis in consortio familiari usus fuerit (?) V. et H. Voss. Conz.

1260. *ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας.* Thucydides vi. *ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα.* Berg.

1262. *μαθητέον γ' ἄρ' — λόγων.* Hic *λόγοι* sunt fabulæ, quæ propterea apologi dicti, quia desultoriæ sunt a ficto ad verum, et Æsopus ipse dictus *λογοποιός*. Vere autem Philocleo ediscendas sibi fabulas multas ait, si quidem hoc unum pretium erit et hostimentum omnium quæ commissurus est facinorum. Quod quidem licere sibi putavit: nam postea læsis a se et afflictis fabulas narrat. Fl. Chr. V. Nub. 116. Berg. Herman. ad Orphica p. 216. corrigit *τ' ἄρ'*. Elmsl. ad Acharn. p. 103. *τἄρ'*. *Γε ἄρα* non dicitur. Dind.

1264. *ἄγε νῦν ἴωμεν. ἴωμεν ἤδη* Suid. v. *ἰσχέτω*. Vide supra ad Eq. 720. Vide Append. ad Toup. p. 502. Pors.

1265. Nunc sub chori persona loquitur poeta et utitur versibus parabaticis. Hæc enim prosoda vel accentus novem constat colis: primus trochaicus catal., secundus dimeter iambicus acatal., tertius, quartus et septimus trochaici primo similes, quintus secundo, etsi tribrachum pro iambo habet, octavus et nonus iambici trimetri. Nam quod octavus videtur longior et tetrametrum explere vel quadratum, existimavi illa *τοῖς Θετταλῶν* esse glossema τοῦ *Πενέσταισι*. Nam Penestas esse Thessalos quis unquam dubitavit? Si quis hanc rationem non admittit, poterit eum versum habere pro tetrametro. Fl. Chr. *῎δοξ' ἐμαυτῷ*. Pors. 1265 et seqq. *πολλάκις δὴ ῎δοξ' ἐμαυτῷ δεξιὸς πεφυκέναι, | καὶ σκαιὸς οὐδεπώποτε, | ἀλλ' Ἀμυνίας ὁ μαλλὸς (Κρωβύλου δ' οὐ ζεῦγος ἦν) | πεινῇ γὰρ, ἧπερ Ἀντιφῶν | αὐτὸς, ὅν γ' ἐγώ ποτ' εἶδον ἀπό τε μήλου καὶ ῥοιᾶς* (5) | *δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου — | ἀλλὰ πρεσβεύων γὰρ εἰς Φάρσαλον | ᾤχετ'· εἶτ' ἐκεῖ μόνος μόνοισι | τοῖς Πενέσταισιν ξυνῆν, τῶν Θετταλῶν | αὐτὸς ὢν πένης ἐλάττων οὐδένος.* (10) V. 3. Vulgo *ὁ Σέλλου μᾶλλον οὐκ τῶν κρωβύλου*. At monuit Schol. Selli filium esse Æschinem et non Amyniam: uterque tamen erant valde hirsuti, alter dictus *Κομητ — Ἀμυνίας* in Vesp. 464. (ubi ineptit Schol.) ideoque hic dici potest *μαλλὸς* (— vel *ἡ καθειμένη κόμη*, ut apud Euripid. Bacch. 113. *λευκοτρίχων πλοκάμων μαλλοῖς*): alter quoque dici potest *κρώβυλος*, ut Hegesippus apud Hesychium sic ope codicis legendum: *κρώβυλος, ὁ μαλλὸς τῶν παίδων ἢ ὁ κόρυμβος· ἐκ πλοκῆς γάρ ἐστιν ἡ ἀνηνεγμένη (κόμη) ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν· οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος — ἐκαλεῖτο.* Potest quoque dici *Κρωβύλου ζεῦγος*, sensu duplici. Etenim fuit *Κρωβύλου ζεῦγος*, utpote gerens duos crinium nodos: necnon *Κρωβύλου ζεῦγος* catenus, quod Æschines et Crobylus erant par ignobile. Suid. *Κροβύζου ζεῦγος· ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ σπενδομένων. Τοῦτο δὲ εἴρηται ἀπὸ Κροβύζου πορνοβοσκοῦ τινος, δύο ἔχοντος ἑταίρας ἐπὶ ὀλέθρῳ πολλῶν· Κροβύζου οὖν ζεῦγος ἐπὶ διασύρμῳ δύο ὁμονοούντων· οὓς πρότερον τοῦ ἀναπνεῖν φασιν ἢ τοῦ κακουργεῖν παύσασθαι.* Verum ibi emendatur *Κρωβύλου* ex Hesychio, *Κρωβύλου ζεῦγος. Παροιμία ἐπὶ τοῖς ὑπερβαλλούσῃ κεχρημένοις πονηρίᾳ. Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ πορνοβοσκοῦ τινος.* At gl. habet Harpocration utilissimam ad emendanda Hesychii verba in *Κρώβυλος — οὕτω δὲ Ἡγήσιππος καὶ δηγγος ἐκαλεῖτο Κρώβυλος. καὶ ὁ μαλλὸς τῶν αἰδοίων*: sed Harpocration exhibet *Κρώβυλος Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος Ἡγήσιππος μέν ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος.* At fuit olim ibi *Κρώβυλος Αἰσχίνης (μὲν ἐν Σφηξὶν) ἐν δὲ τῷ κατὰ Κτησιφῶντος Ἡγήσιππος ὄνομ' ἐστὶν ἐπικαλούμενος*: lege igitur in Hesychio, *καὶ Αἰσχίνης ζεῦγος ἐκαλεῖτο Κρωβύλου.* Unde intelligi potest *Σέλλου* esse gl. ab ejus manu, qui bene noverat per *Κρωβύλου ζεῦγος* innui *τὸν Σέλλου*. Haud male igitur ex *μᾶλλον οὐκ τῶν* crui potest *μᾶλλ' οἷον κόμων*, qui tamen, *μαλλὸς* excepto,

est interpretis fœtus, sicut ὁ Σέλλου. V. 4. Vulgo οὗτος. At non Amynias fuit olim dives, verum Antipho: qui postea ad paupertatem redactus est; neque divitias iterum sibi comparavit: quod sane facere potuisset, si legationem obiisset. Vid. Schol. ad Ach. 66. et Casaubon. in Theophrast. περὶ βδελυρίας, ad verba τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον. Hanc tamen se ditandi occasionem, adeo σκαιὸς erat Amynias, qui penitus negligeret. Ille enim Pharsalum missus, rediisse videtur inops, infecta legatione. Id colligi potest e fragmento Eupolidis apud Schol. sic legendo: Κ' Ἀμυνίας ἐκεῖνος· Ἀμελεῖ κλαύσεται, Ὅτι, ἅτ' ἀγροῖκος, ἵσταται πρὸς τὰ μορίων. Παθέων δ' ἕνεχ' ὢν ἔπλευσε, κακὸς ὢν εἴσεται. Ubi deest ατ' ob αγ: at id redde *utpote*: mox e τω μοριῳ οτι θεων ενεκα επλ — erui τα μοριων παθεων ενεκ ων επλ —. Etenim Amynias *res* facere voluit, sed perficere nequivit, utcunque τὰ μόρια crinitus. Unde de Amynia fit proverbium: οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ περαίνεται — vel ψηνίζεται. Eam tamen se ditandi occasionem non neglexit Æschines. V. 3. μῆλον καὶ ῥοιᾶς, inquit Schol., ἐπὶ τῶν δαψιλῶν ὄψων — ineptum igitur est ἀντί: quasi Leogoras aliquid pro cibis lautis suffecisset, qui fuit gulæ perdite amans. Reposui igitur ἀπό τε. V. 10. Vulgo πενέστης contra metrum et sensum. Collato Suida v. πενέσταις, vide annon præstet πενήταισιν propter lusum vice πενέσταισιν. G. BURGES.

1267. Ἀμυνίας. Pronapi hic filius fuit Aminias, non Selli, cujus Æschines: sed dedita opera et Selli filium dicit et Amyniam pro Ameinia, ne legi obnoxius esset qua cavetur τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν. Erat autem Ameinias Archon, ut supra diximus, sed mollem et capillatum innuit ἐκ τοῦ κρωβύλου. Nam crinium suggestus in viris crobylus dicitur, in feminis corymbus, in pueris scorpius. Sic supra dixit κομηταμυνία, et in Nubibus ipsum vocat γυναῖκα. FL. CHR. Amynias fuit Pronapi filius, non Selli; supra v. 74. Ἀμυνίας μὲν, ὁ Προνάπου. Selli autem filius fuit Æschines, supra 1243. μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται. Dixit autem Amyniam Selli filium, significans similibus moribus præditos esse. BERG. οὐκ τῶν Κρωβύλου, *ex Crobyli posteris*, quasi de homine. Est autem κρώβυλος *nodus comæ*: et Amynias comam diligentius curabat; hinc supra 466. fecit vocem Κομηταμυνίας. BERG. οὑμυνίας. Ἀμυνίας ed. Kuster. Suid. v. Ἀμυνίας. Mox κρωβύλων Suid. PORS.

1268. ὅν γ' ἐγώ. ὅν γ' ed. Kust. Suidæ. ὃν ed. Med. ὅντιν' ἐγὼ Ald. Junt. I. ὅνγ' ἐγὼ Junt. II. Deinde Suidas Mediol. εἴπερ ἀντιφῶν — ὤχετ' ἐκεῖ μ. μόνοις — θετταλοῖς. Præf. Hec. p. xlix. PORS. Herman. præcepit ut ὅν γ' poneretur ex Rav. REISIG. ἀντὶ μήλου καὶ ῥοιᾶς. Pauperem et frugalem victum per hæc significat. Sed Leogoræ cœna delicatiora fercula apponebat. Nam phasianos aluisse dicitur Leogoras, ut in Nubibus ait hic Comicus, τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας. Quos quidem non ad equos, sed ad aves referri vult Athenæus l. viii. Propterea eum insectatur ut γαστρόμαργον Plato (comicus puta) in Περιαλγεῖ. Fuit autem hic Leogoras pater Andocidæ rhetoris et magistratum gessit. Vide Plutarchum in vitis decem rhetorum. FL. CHR. Pauperem et frugalem victum per hæc significat, ut recte Florens. Vult enim dicere, hunc olim laute victitasse, ut Leogoras solebat; nunc autem eum poma esitare. BERG. ῥοᾶς. Minus bene vulgo ῥοιᾶς. BRUNCK.

1269. Λεωγόρου. In Nubib. 109. τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας: ubi vide notam. BERG.

1270. ἧπερ. Ita omnes edd. pristinæ recte, subaudito μᾶλλον. Nuper [Kuster.] ἥπερ. BERG. Ἀντιφῶν. Et hunc Antiphontem pauperem et famelicum fuisse ostendit. Fuit autem Sophili filius rhetorum decem, quorum vitas descripsit Plutarchus, primus, quique δικανικὸν χαρακτῆρα extulisse dicitur post Gorgiam, a persuadendi felicitate et arte Nestor olim vocatus et λογομάγειρος. De eo magnifice scripsit Thucydides, laudavitque supra omnes: floruit quo tempore quadringenti regnabant. Lege plura de eo apud Philostratum juniorem in vitis Sophistarum. Plutarchus ex Cæcilio eum facit Thucydidis discipulum, sed verisimilior testis est Suidas, qui διδάσκαλον, non μαθητὴν dixit Thucydidis. Fertur enim fuisse Antipho αὐτοδίδακτος et, ut dicitur post paullo, θυμόσοφος. Scholiastes Græcus hunc Antiphontem facit Andocidæ filium, quod mihi nec persuadeat ipsa Antiphontis πειθώ, ut putem ista Græca scholia frusta esse diversorum male conglutinata [vid. not. ad schol.]. FL. CHR.

1271. ἐς Φάρσαλον. De hac ad Pharsalum urbem Thessaliæ legatione, quam obivit Aminias, meminit Eupolis in Urbibus, eumque insimulat παραπρεσβείας, quasi Λακωνίζοντα. Crates in Σερίφοις (male in scholiis Græcis ad Nubes Δεῤῥίφοις) eum vocat ἀλαζόνα, κόλακα καὶ συκοφάντην. Qui vero sint penestæ nos alibi docuimus: nempe mercenarii et ambacti, genus vere θητικόν. Quidam tamen

a Penesta Heraclida ortos volunt. Dixit autem πενέσταις pro πολιτευομένοις, quod exspectabant auditores. Et tamen alludit omnino ad ejus paupertatem. Nam Thessali illi Penestæ et θῆτες dicti quia pauperes. Fl. Chr.

1272. Hic et sequens versus male vulgo in unum coaluerunt. Dimetri sunt duo iambici. Decem hujus cantici sunt versus, quorum quatuor tetrametri trochaici, reliqui omnes iambici. Brunck. qui versus ita descripsit: μόνος μόνοισι τοῖς Πενέσ- | ταισι ξυνῆν τῶν Θετταλῶν. Dind. Πενέσθαισι — πένεσθης —. Penestas fuisse apud Thessalos, quod Helotes apud Spartanos notum est. In hoc omne hic versatur non satis facetum scomma. — Apud Laertium in Arcesilao l. iv. c. 6. n. 4. p. 257. ed. Lips. 1759. occurrit locus, unde probari posset, vocem πενέστης etiam usurpari pro servis. V. epigr. in Menodorum — πολλῶν πενεσθῶν ἦσθα προσφιλέστερος —, "carior eras multis servis." Invernizius versus hos, citatos etiam ab Eustathio, quum vulgo legantur una serie μόνος — Θετταλῶν tribus stichis μόνος μόνοις : τοῖς — ξυνῆν | τ. Θετταλῶν. incongrue distribuit. Conz. 1175-8. Male hos tres versus senarios vocat L. Kusterus ad Suid. ii. p. 313. V. κιθαραοιδότατον ubi citantur. Pors.

1275. Hæc stropha versus continet novem, antistropha, quæ sequitur, totidem habere debet, tamen octo tantum habet, ut necesse sit periisse unum. Sunt autem hi versus pæonici et genus carminis vocatur tetrametrum, quod Hephæstio vocat πολυθρύλλητον, quia eo frequentes utebantur comici, constatque tribus pæonibus primis et cretico. Aristophanes sæpe in fabulis suis eo carmine usus est, neque solum hic (versum hunc laudat idem Hephæstio), sed etiam in Agricolis quum ait ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττική, Χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, οὖθαρ ἀγαθῆς χθονός. Tamen in eadem fabula Γεωργῶν sæpe miscet quartum pæona vice primi, neque inceptam legem semper observat. Sed et Eupolis in fabula Κόλαξι (male apud grammaticum illum Alexandrinum legitur Κόραξι) hoc tetrametro pæonico usus erat his versibus: φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγώ· Καὶ πολὺ μέγιστ' ἀγαθὰ ταῦτα δ' ἀποδείξομεν. Theopompus comicus hoc genus carminis produxit ad pentametrum Theopompium dictum. Fl. Chr. Hæc, choro vulgo tributa, Brunckius hemichoriis tribuit. Sed vide Hermann. ad Nubes 559. Dind.

1276. παῖδας ἐφύτευσας. V. supra 1133. Berg.

1278. κιθαραοιδότατον. Arignotum innuit citharœdum. Qua voce usus est etiam Eupolis ἐν χρυσῷ γένει: ait enim, ὦ καλαβρὲ κιθαραοιδότατε. Fuit autem Arignotus filius Automenis, duosque fratres habuit, nempe Ariphradem cinædum et ἀῤῥητοποιὸν, quem cum fratre Arignoto insectatur propter nefandam libidinem. Tertius frater histrio fuit, cujus nomen non magis scio quam Græcus Scholiasta. Tamen Scholiastes in Equit. Ariphradem ait duos habuisse filios, Arignotum puta et Ariphradem, patri cognominem, ex fratre tantum nobilem. Fl. Chr. Vid. Eq. 1279-80. Conz.

1279. ἀργαλέον ὡς σοφόν. Scholia: ἀντὶ τοῦ δυσχερὲς εἰπεῖν, ὅπως ἦν σοφός. Hippocrates epist. 12. ἀργαλέον ἐξειπεῖν μηχανὴν κακῶν. Berg. Similitudinem hæc loquendi formula habet cum crebro occurrenti πῶς δοκεῖς Ν. 881. Π. 742. Ἐκκλ. 599. Eurip. Hippolit. 446. et ibi Valckenar. ad Hippolit. Conz.

1280. Ἀριφράδην. Vide in Equit. 1275. Berg. θυμοσοφικώτατον. De tribus fratribus omnia hyperbolice dicit, sed, ut opinor, etiam ironice. Et nunc Ariphradem (nominis etymon fere idem cum Arignoto) ait suopte ingenio et natura primigenia doctissimum et sapientissimum. Dicuntur enim θυμοσόφοι οἱ ἀφ' ἑαυτῶν εὐφυεῖς. Propterea dixit ἀπὸ σοφῆς φύσεος (sic lege per o parvum) αὐτόματον ἐκμαθεῖν γλωττοποιεῖν: quibus verbis innuitur fortassis optimus tibicen, quia γλωττίδας αὐλητικὰς ποιεῖν dicebantur γλωττοποιοῦντες. Sed subest cacephaton, quod non ultra aperiam: satis enim claret ex fabula Equitum, ubi super hoc Ariphrade ait: τὴν γὰρ αὐτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται, | ἐν κασαυρίοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον, | καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην, καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας. Græca, si pote, Latinis mutabo (sed hinc arceri volo investes: non enim hoc habitabit Vesta sacello) in hunc modum: Nempe ludis ipse linguam infamibus contaminat, | Per lupanar omne volgans, roris et nefarii | Linctor, incestatque barbam, perque miscet feminal. Est autem horum versuum postremus trochaicus, incipiens γλωττοποιεῖν, proinde ut et illi ex Equit. quodque illic dixit ἐν κασαυρείοις, hic εἰς τὰ πορνεῖα repetit. Fl. Chr. In Nubib. 878. θυμόσοφός ἐστι φύσει. Berg.

1281. ὤμοσε Suid. in θυμοσοφικώτατος. Io. ὤμοσα. Bent.

1282. φύσεος. Perperam vulgo φύσεως, metro reclamante. Versus hi sunt tetrametri pæonici, constantes omnes e tribus pæonicis primis et cretico. Rationem hujus metri declarat Hephæstio p. 42. Ultimus utriusque semichori versus tetra-

meter est trochaicus. Brunck. ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεως (Brunckius metro prospiciens, contra morem Atticorum, φύσεος. Dind.) αὐτόματον ἐκμαθεῖν. Hoc quicquid est versiculi, cui nihil respondet in antistropha, maximam partem conflatum arbitror ex glossa τοῦ θυμοσοφικώτατον, cui post nescio quis, explicaturus verba μαθόντα παρὰ μηδενὸς, addiderit ἀλλὰ αὐτόματον ἐκμαθόντα. Excidisse aliquid in antistropha, quod vult Florens, minus probabile. Hotib. φύσεος Bentl. coll. v. 1449. et Pluto. 1045. Dind. Probabilius arbitror cum Florente, excidisse aliquid in antistropha. — Inverniz. continua serie v. 1288-1294. versus mere sub persona chori, nulla ratione habita semichori, sec. librum suum exhibet. Conz. Citat Suid. v. πορνεῖα. Pors.

1285. ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν. V. Acharn. 376. Berg.

1286. καί με κακίσταις ἔκνισε. Putabam olim subintelligendum πληγαῖς, ut sæpe apud bonos auctores et apud huncce Comicum, δαρήσεται πολλάς. Sed cogitanti mihi de versus modulo, omnino legendum puto κακίαις: non enim aliter habebimus pæonem primum in primo pede. Est autem hoc loco κακία, *noxa, malum*, et, ut in sacra etiam novi testamenti scriptura exponitur, κάκωσις. Itaque κακίαις ἔκνισε est ἐκάκισε. Fl. Chr. κακίαις. Sic optime Florens. Vulgo legitur, pessundato metro, κακίσταις. Brunck. Inverniz. sequitur Brunck. lect. quamvis in libro suo etiam invenerit vulgatam. Conz. ἀπεδειρόμην. Ita omnes. Videtur esse debere ἀπεδειράμην. Berg. Monstrum lectionis, quod procurari debuerat, imprudens in textu reliqui. Revocanda hic, ut aliis in locis, sincera forma ἀπεδαιρόμην. Vide not. ad Nub. 442. Brunck.

1287. οἰκτός. Scribendum οἱ 'κτὸς pro οἱ ἐκτὸς, nam et sic Veneta editio. Intelligit autem qui extra theatrum erant, nisi externos spectatores intelligat, quo tempore male acceptus fuit a Cleone, dubium an ante vel post fabulam Equitum. Non constabit autem suis numeris hic versus, nisi legas κεκραγότα θεώμενοι, non autem μ' οἱ θεώμενοι. Nam neque articulus hilum hic proderit, neque repetitio τοῦ με. Paullo post ubi habes ἐκβάλλω, ejiciendum alterum λ, ut sit ἐκβάλω, et numeros suos habeat versus. Fl. Chr. οἱ 'κτὸς —. Sic scriptum in A. et excusum in primariis editionibus. Perperam in posteriori Basileensi οἰκτὸς, unde in Kusterianam transiit. Mendam correxit Berglerus [ex ed. Farrei]. In B. omisso articulo ἐκτός. Brunck. οἰκτρῶς. Reisk. Inverniz. legit ut Brunckius, sed in libro suo invenit, οἱ ἐκτὸς — — κεκραγότα μ' οἱ —. Externi spectatores e sociis sunt intelligendi qui Dionysiorum vernorum tempore (v. Εἰρ. 611.) tributum solebant solvere. Quoad posterius optime rem exponit loc. Acharn. 384—389. In comœdia Babylonii vernis Dionysiis docta primum exagitabat Aristoph. Cleonem. Inde accusatus ab illo coram judicio conviciis minisque atrocibus pessime tractabatur a demagogo v. 329—330. pro verbis contumeliosis verbera hic improprie posita in loco nostro videntur. Cf. et adn. H. Voss. Conz. οἰκτός. Recte Fl. Christianus ex ed. Ven. οἱ 'κτὸς, et ita Ald. Pors.

1288. οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον. Subauditur ἦν. Euripides in Iphig. Aul. 1563. στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τοῦτ' ἦν μέλον. Berg. οὐδὲν est pro οὐδενί. Ergo scribendum οὐδέν' ἄρ'. Reisk.

1289. ἐκβάλλω. Legendum ἐκβαλῶ in futuro. Metrum ita postulat, quod et Florens vidit: sed minus recte in aor. 2. conjunctivi vult ἐκβάλω legere. Quod non potest fieri propter conjunctionem εἰ. Etiam Scholiastes per futurum exponit, εἴποτε θλιβόμενος ὑπὸ Κλέωνος σκώψω αὐτόν. Si esset ἦν ποτε, tunc recte se haberet ἐκβάλω. Berg. ἐκβαλῶ. Perperam vulgo ἐκβάλλω contra metri legem et temporum rationem. Brunck. ἐκβάλλω. ἐκβαλῶ Suid. vv. μέλον. σκωμμάτιον, probantibus Fl. Christiano et Toupio in Suid. ii. p. 143. ἐκβάλλω Suid. Ms. μέλον. deest primus versus, i. e. 1288. in σκωμμάτιον, sed ibi ἐκβαλῶ Ms. ἐκβάλω ed. Med. in μέλον. ἐκβαλῶ in σκωμ. Pors.

1290. ταῦτα κατιδών. Nempe quum viderem neminem curare, quod me Cleo vexet, sed eos id tantum curare et observare, an etiam tunc dicterium aliquod in eum jacturus sim. Berg. ἐπιθήκισα. Os, inquit, præbui et blanda simulatione supparasitatus duravi, donec patientia victus verba et odia movi aspera. Simiarum more aliquid facere est πιθηκίζειν: unde πιθηκισμοὶ, fraudes, blandimenta et simulamina. Et ipse Cleo in Equit. queritur quod πιθηκισμοῖς, i. e. fallacibus blanditiis exagitetur. Fl. Chr. πιθηκίζειν, ut ἀλωπεκίζειν supra 1241. Utrumque exponunt scholia per κολακεύειν. In Equit. 882. πιθηκισμός. Vult autem dicere: Non jeci tunc in eum dicteria, sed adulabar. Berg. ταυτὶ Suid. in σκ. ὑπό τι. Alibi, Hippocrat. Epidem. iv. 31. p. 1133. d. Prorrhet. i. 67. p. 72. d. Abresch. Diluc. Thucyd. Auct. p. 303. Polluc. ix. 73. ubi mire fluctuat Jungermannus. Hermogenes in Aldi Rhetorum t. i. p. 116. τῶν ἀπλάστων ἠθῶν καὶ ὑπό τι νηπίων. t. iii. p. 212. ed. Sturm. Julian. Cæs. p. 317.

c. Wyttenbach. Epist. Crit. p. 30. [Loca citata a Casaubono sunt; ad Suet. Jul. 41. Plato Phædro 201, 21. Gorgia 320, 32. Aristoph. Vesp. Hippocrat. Prorrhet. iv. Epidem. Cic. (ad Att.) Strab. ii. (p. 131. ubi citat:) Aristoph. Vesp.—"quodam loco ap. Athen. l. 3. ni fallor, ap. eundem Athen. ὑπό τι σκυθρωπάσας." xiii. p. 579. c. Hippocrat. Prorrhet. i. 22. Cic. ad Att. vi. 5.] Adde Athenæum iv. p. 157. A. xiii. p. 579. D. xv. p. 693. B. (eandem locutionem ipse Casaubonus adhibet de Satira Rom. p. 255.) Eustath. ad Odyss. I. p. 1638. 58. (368. 50.) πέπονα δὲ τὸν κριὸν εἰπεῖν, ἁπλοῦ καὶ αὐτὸ ἤθους καὶ ἀφελοῦς καὶ ὑπό τι νηπίου. Schol. in Ms. Harl. ad Od. P. 586. ὥσπερ ἂν ἀποβαίη ἵνα εἴπῃ, ὑπό τι νοεῖ τὸ μέλλον. Vide Adverss. p. 147. Opusc. pp. 248. 285. Pors. Adde Eccles. 1062. e Rav. δριμ-υπο-τι-τριμματο-. Dobr.

1291. εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. Proverbium est vetus ex iis natum, qui ab iis deseruntur, in quibus spem totam posuerant. Scholiastes Græcus ab arundine ortum vult, quæ in vinea pedamenti vel potius jugæ vicem præstat. Sed si forte (ut sæpe accidit, præcipue in salice et vitilibus) radices agit, vineæ supercrescens eam suffocat. Proverbii meminit in adagiis Erasmus. Ego, ne quid dissimulem, proverbii originem cum Scholiaste veram puto: sed χάρακα arundinem dici vix est ut admittam. Itaque de ridica, pedamenti genere, malo intelligi, quæ e quercu vel junipero. Existimo autem hanc comparationem expetere in Cleonem, qui quum nimis parvis fideret et auris popularibus, tamen excidit sua spe, qua Demosthenem et Niciam duces, qui ad Sphacteriam erant, ibat dejectum de prætura, ut ipse eorum vicem cum imperio eo mitteretur, mulctatus tandem, postquam non successere quæ vane et arroganter promiserat. Fl. Chr. Proverbium, quando id quo aliquid nitebatur deficit. Ita Cleo in Aristophane quasi nitebatur, et fiduciam habebat fore ut nunquam amplius perstringatur ab eo, postquam is semel ei subblandiri cœpisset; sed vehementer fallitur: nam Aristophanes redibit ad institutum et Cleoni minime parcet. Berg.

1292. ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος. Vid. supra 428-9. Venit autem servus narraturus, qualem se in convivio gesserit senex. Berg. Famulus a Philocleone verberibus affectus egreditur et queritur quod sibi non sit ostreatum tergum, ut ait Plautus. Malim autem legere ἰοὺ quam ἰὼ, ut referatur ad istud τὸ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς s. δέρμα. Sed rectius, ut censeo, legatur ἑαῖς quam ἐμαῖς, et ad testudines referatur. Est autem νουβυστικῶς sollerter et provide. Nam τὸ νουβυστικὸν est plenum mentis et πυκιναὶ φρένες, quia βῦσαι est implere et inculcare, ut illud apud poetam νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον. Qua voce in Acharnensibus utitur pro obturare: χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον. Quod vero ait στιζόμενος rectum puto, quia στίγματα inurunt scipionum ictus. Sed Scholiastes alteram lectionem agnoscit, σταζόμενος, quasi tralatum a stillis ruentis imbris, ut sit πυκνὰ τυπτόμενος. Quod ut locum habeat, tanto magis hic servus erit compunctus, et στιζόμενος magis proprium servis στιγματίαις. Fl. Chr.

1293. ἑαῖς. Forte τοὐπὶ ταῖς πλευραῖς τέγους et ὥστε τοῖς ὄμβροις στέγειν [etenim ὄμβροις melius convenit cum σταζόμενος, quod pro var. lect. agnoscit Schol.] Suid. τὰς πλευρὰς στέγειν in στέγει. [Vide an erret Br. dum Suidæ tribuit τὰς πληγάς.] Bent. τοῦ 'πὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς. Sic A. ut impressi. In B. pronomen prorsus omissum, versu in πλευραῖς desinente. Vertitur tanquam si suppressa esset præpositio παρά. Sed illa in comparatione *præ* significans cum quarto casu construitur, nec supprimi solet. Florens legendum censet πλευραῖς ἑαῖς, ut ad testudines referatur. Sed poeticum ἑαῖς nescio an in senario comico locum tueri possit. Subaudiri videtur μᾶλλον, cujus frequens est ellipsis, haud tamen fere aliter, quam sequente particula ἤ: vel nomen comparativum κρείττονος, στεγανωτέρου aut simile quid, ea constructione: ἰὼ χελῶναι μακάριαι, καὶ τρισμακάριαι ἕνεκα τοῦ ὑμετέρου δέρματος, κρείττονος τοῦ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς. Brunck. Equidem, ut duriorem vix admittendam censeo esse hanc ellipsin, præsertim ex regulis subtiliter de hac re cogitatis, celeberr. Hermanni (v. dissertationem de ellipsi et pleonasmo in Museo antiq. stud. dic. opera Wolfii et Butmanni. vol. i. p. 105—114.) gen. art. τοῦ sc. δέρματος pendere mihi videtur ab eadem particula, quæ regit genit. τοῦ scil. δέρματος v. antec. Utrimque sumendum usu suo satis constanti ἕνεκεν. Cf. Acharn. v. 386. Nub. 1459. ἕνεκένγε ψυχῆς δυσκολοκοίτου τε μερίμνας ibid. 431. etc. ibid. 421. ita ut vertendum esset "si comparem cum cuti, s. corio lacertorum meorum." — Quoad sententiam v. supr. et Thesm. 582. cf. et Lucian. V. auct. p. 91. ed. Bipont. 111. — Inverniz. ex libro suo legit defenditque ταῖς πλευραῖς στέγειν, quod ex versu superiori ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς aberrantibus oculis librarii huc repsisse videtur. Num

secutus sit ed. Rav. lectionem, necne, et quomodo construxerit, hæsito. CONZ. τοὺ-πὶ Suid. Ms. in ἰὼ, om. ἐμαῖς. Loca Ach. 1203. et Pac. 41. om. Ms. τουτὶ (sic) et om. ἐμαῖς ed. Med. PORS. Aristophanes scripsit τοὺ 'πὶ ταῖς πλευραῖς τέγους. Testudinis testam, ut in hoc versu τέγος, *tectum*, ab ædibus translatum, ita paulo post ab eadem re sumptum κέραμον dicit, ex quo constat tectum. REISIG.

1294. *νουβυστικῶς*. Vid. Scholia. BERG.

1295. *ὥστε τὰς πληγὰς στέγειν*. Sic recte in contextu A. superscripta alia lectione πλευρὰς, quam habet B. ut primariæ editt. Ant. Fracinus e vitioso cod. edidit ταῖς πλευραῖς, quod librarius e secundo ante hunc versu repetiit. Unice verum est, quod dedimus, τὰς πληγὰς, ut etiam apud Suidam est in στέγει. BRUNCK. ταῖς πλευραῖς στέγειν edd. 1525. 1547. τὰς πλευρὰς ed. Ald. Junt. 1515. Suid. v. στέγει, ubi legit Kusterus, τὰς πληγάς. τὰς πλευράς. sic Suid. στέγειν. ed. Ms. sc. τὸν νῶτον Ms. et mox οἰδίπους. Ita ed. Med. PORS. Recte Brunck. reposuit, ὥστε τὰς πληγὰς στέγειν. A Plutarcho lignum πληγὰς στέγειν dicitur, quod ictus sustinet. REISIG.

1297. Confer similem formulam Thesm. 582. τί δ' ἐστὶν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν ἕως ἂν οὕτω τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς. BRUNCK.

1299. *οὐ γάρ*. V. Acharn. 575. BERG. ἀτηρὸν et ἄρ' om. Suid. ed. et Ms. v. ἀτηρότατον. PORS.

1300. *παροινικώτατος*. Vide Elmsleium ad Acharn. p. 256. DIND. παροινικώτατον Suid. Ms. v. ubi -τος ed. Med. deinde θεόφραστος — καὶ μακρῷ παροίνιος — ἐπέπλησто π. ἀγαθῶν, ἐνήλατ', ε. ἀπεπόρδει κ. PORS.

1301. Legendum est vel παρῆσαν 'Ιππύλος, A. A. vel παρῆν "Ιππυλλος. Blomfield. in glossario ad Æschyli Prometh. 214. p. 121. quem tacite secutus est E. V. Blomfield. in versione Anglica grammaticæ Gr. Matthiæi t. ii. p. 397. DIND. 'Αντιφῶν. Supra 1270. Λύκων in Lysistr. 270. BERG. Sic etiam Tyrwhittus, et Bentleius, qui monet 'Ιππόλυτος legi apud Suidam in παροινικώτατος. DIND. ἱππόλυτος Suid. ed. Ms. in παροιν. PORS.

1302. Θεόφραστος Suid. in παροινικώτατος. BENT. οἱ περὶ Φρύνιχον. Assentior Symmacho, qui rationi magis consentaneum censet ut hic Phrynichus sit histrio tragicus, qui fuit Choroclis filius. Tamen Phrynichus poeta etiam fuit tragicus, discipulus Thespidis, quique primus personam muliebrem induxit in scenam, et tetrametrum invenit, cujus carmina laudantur in Avium fabula. Duo præterea fuere Phrynichi: comicus poeta, qui initio Ranarum suggillatur ut φορτικεύων, et ille quo duce victi sunt Athenienses. Unde dixit in Ranis Φρυνίχου παλαίσμασιν, quod pro στρατηγήμασιν accipiunt, quamvis sint qui hoc de Phrynicho tragico intelligant, quia in Antæo tragœdia identidem memoret τὰ παλαίσματα. Alii ad comicum Phrynichum illam palæstram referre malunt, quia introduxit chorum mobilem et luctantem. Difficile est, quum fuerint quatuor Phrynichi, judicare, quem potissimum hic collocet Aristophanes inter colacas. Quisquis is est, ausim affirmare non esse illum tragicum, cujus μελοποιίαν videtur alibi commendare. FL. CHR.

1303. ἀπάτων Suid. in μακρῷ, at ἀπάντων in παροινικώτατος. BENT. ὑβριστότατος. Xenophon Exped. Cyri l. v. τοὺς αὐτοὺς εὑρήσεσθε τότε κακίστους καὶ νῦν ὑβριστοτάτους. BERG. καὶ ante μακρῷ om. Suid. Ms. ἐπέπλητο Ms. ibid. PORS. Citat Suidas v. μακρῷ, ut observavit Toupius in Suid. ii. p. 139. ID.

1304. ἐπέπλησто Suid. l. c. BENT.

1305. *ἐνήλλατ'*. Sic bini quidem codd. sed mendose. Alias res agebam, quum hoc adscivi, nam barbarum est. Priorum editt. menda sublata fuit in Kusteriana, ubi recte editum ἐνήλλετ', in imperfecto ab ἐνάλλομαι, quod tempus melius etiam huc quadrat. Aoristus vero est ἐνήλατ', unico λ, ut Ran. 39. Nub. 147. Reponat itaque lector ἐνήλλετ'. BRUNCK. ἐνήλατ' scriptum est in cod. Rav., apud Suidam l. l. et v. ἐνήλατο et Zonaram i. p. 747. DIND. πεπόρδει Suid. in ἐνηλ — παροιν — et καχρύων. Fo. πέπορδε. BENT. Recte ed. Kuster. ἐνήλλετ'. PORS.

1306. *ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον*. Vid. Xenophon. Exped. Cyri l. v. 8, 3. BERG.

1307. Malim κἄτυπτεν ἐμὲ, nisi νὼ scribendum est, et de utroque servo accipiendum. ELMS. παῖ παῖ καλῶν. Antiphanes comicus apud Athenæum vi. p. 262. τί γὰρ ἔχθιον ἢ παῖ παῖ καλεῖσθαι παρὰ πότον; BERG. δὴ om. Suid. Ms. et ed. Med. νεανικῶς. PORS.

1308. *ἤκασεν Λυσίστρατος*. V. supra 787. BERG.

1309. *νεοπλούτῳ*. Solent enim recens ditati esse insolentes; Euripides in Suppl. 742. λαβὼν πένης ὡς ἀρτίπλουτα χρήματα ὕβριζε. BERG. *τρυγί*. Ludit de industria et comparationes vel similitudines stultas et perperas, i. e. ἀδιανοήτους et ἀπροσλόγους invehit quæque nihil ad rem. Sic videtur Horatius in satira descripsisse 'Sarmenti scurræ pugnam Messique Cicerri:' ait enim ille: 'equi te esse feri similem dico,'

etc. Tamen Scholiastes notat τρυγὶ dictum tanquam de vetulo. Ego addam, τρυγὴν etiam dici de frumento et hordeo, et convenire ad ea quæ dixit ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον. Voluit etiam alludere ad proverbium *asinus in paleas*, quum ait εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι. Et quamvis κλητῆρι dixit propter Philocleonis τὸ φιλόδικον (nam testibus accensis, viatoribus et scribis nihil in judiciis est tritius) et seni comparet κλητῆρα, quia solerent senes antiqui habere viatores: tamen intelligere aut dicere voluit κανθήλιον, qui sagmata et clitellas gestans, si paleas adverterit, eo statim aufugiet. Superius initio hujus fabulæ dixerat κλητῆρος πωλίον de asino, ut puto: hic autem fortassis vectorem pro vehente dixit. Sed quid si ætatem decrepitam arguere voluerit et capularem senem ostendere quasi εἰς ἀχέροντα ἀποδεδορκότι. Hæc ego tantum suspicor et conjicio non certus hariolus aut divinus. Fl. Chr. Sic in Pluto 1087. in vetulam: ἀλλ' ἔστι κομιδῇ τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά. Vide supra 1167. Berg. His inest calor tragicus. Τὸ νεόπλουτον tragica et poetica perissologia nihil aliud sonat quam νέον. Fæci novellæ senex comparatur. Hotib. νεοπλούτῳ τρυγί. Quod Florens affert, Didymum Scholiastam sequens, consulto poetam hic ludere comparationibus absurdis et perperis, (ἀδιανοήτοις κ. ἀπροσλόγοις) nugæ sunt. Alius Schol. τρυγὶ de sene intelligit, ut in Pluto 1088. ubi vero non eadem sententiæ ratio. Hotibius mihi rem optime expediisse videtur. Addit recte: Absurdissimas et ad rem nihil facientes, ut Scholiastæ subjiciunt, consulto hic institui comparationes, quis credat? Addere nobis juvat: Recens fæx, ut fermentans ebulliensque acrius, apta est imago ad objiciendum seni pruritum suum ineptum, eamque, quam Theophr. sub nomine ὀψιμαθείας carpit, similem stultitiam, quæ supra sub alia imagine fere audacia comica objecta fuerat seni, nec abnegemus, sub vocab. τρὺξ, *latentem aliam similit. cum decrepito* nunc affectanti τὰ νεανικὰ hic posse simul alludi, ut sæpe fit in talibus lusuum generibus, a nostro præsertim. Conz.

1310. κλητῆρι. Pro ὄνῳ. Supra etiam 189. ὁμοιότατος κλητῆρος πωλίῳ. Vult autem dicere eum esse φιλόδικον, alludens simul ad proverbium ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα, cujus meminit hic Scholiastes. Philemon apud Athenæum ii. p. 52. ὄνος βαδίζεις εἰς ἄχυρα τραγημάτων. Berg. Phrynichus App. Soph. p. 7. Ἀχυρός — σημαίνει τὸν ὑπὸ τῶν ἀμαθῶν ἀχυρῶνα καλούμενον, in hoc Aristophanis loco ἀχυρόν scriptum invenisse videtur, quod hinc citant Hesych. et Suidas. Lobeck. κλητῆρι. De asello vectore ut etiam v. 119. sumenda est vocula. Ludit cæterum poeta in ambiguitate vocabuli, quod calatorem, viatorem et asellum denotat. Comicus noster proverbium Græcum tetigit, quale nos habemus Latinum 'asinus in paleas.' Cf. Erasm. Adag. Conz.

1311. ὁ δ' ἀνακραγών. Ex verbis Scholiastæ conjecturam facio, ipsum legisse in versu antecedente ἀποκεκραγότι pro ἀποδεδρακότι. Sed non puto illud ἀνακραγὼν huc respicere. Ut ille insolenti et ridicula usus est similitudine, sic iste par pari refert et τὸ ἀποβεβληκότι respondere vult τῷ ἀποδεδρακότι. Fl. Chr. πάρνοπι. Multi in Attica erant parnopes qui bruchi sunt vel attelabi. Alii κώνωπα esse volunt. Non male tamen dum ludit, senem decrepitum ejusmodi insecto comparat, quando et Tithonus ipse in cicadam versus fuisse perhibetur. Recte enim τρίβωνος dixit: nam senex omnis quasi segnis, i. e. sine igne, pulchre comparatus erit pallio decoti vel detrito, h. e. τριβωνίῳ. Et sane ætas illa decrescens et denascens τὰ θρῖα ἀποβέβληκε τοῦ ἱματίου, i. e. florem et vigorem bonæ ætatis perdidit, et velut vestis est defloccata. Sed quid nugor? Non tam mihi hic ætas senilis suggillari videtur quam paupertas: nam Lysistratus, ad quem hæc senex dirigit, sæpe ab hoc Comico tanquam πένης κωμῳδεῖται. Scholiastes, me non astipulante, existimat τὰ θρῖα hic dicta quia veteres illi pallia tanquam folia variabant et intingebant. Fl. Chr.

1312. τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος. θρῖα sunt folia ficus et vitis, quæ nihil ad pallium; sed metaphorice dicit ejus pallium defloccatum esse tanquam arborem foliis spoliatam. Simul propter similem sonum conjunxit has voces. Berg. τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος. Sic scribi debuit. In A. ut in vett. editt. τὰ θρία γε τοῦ—. In B. γε omissum. Inserta fuit illa particula a male sedulo librario, qui primam in θρία corripi credebat. Atqui producitur Conc. 707. ubi θρῖα excudi debuerat, Eq. 954. et alibi. Brunck. V. Acharn. 164. Desumta est imago ab autumnali tempore arbores comis suis s. foliis nudare solito.—Sic pallii fila, quo circumdatus erat Lysistratus, πάρνοψ hic dictus, jam exciderant præ senio. Conz. γε om. Suid. πάρνοψ. ed. Med. ἀντείκασεν αὐτὸν — ἀποβεβληκότος. Pors.

1313. Σθενέλῳ. Sthenelus iste dicitur fuisse tragicus actor et mimus et eo penuriæ adactus, ut choragium suum vendiderit. Ejus meminit Comicus noster in Gerytade his duobus senariis: καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα; | εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ ξηροὺς ἅλας; Scholiastes

διακεκαρμένῳ ait esse ἀφῃρημένῳ et πωλήσαντι. Et vere qui tondet capillos perdit, sed puto ei ademptam σκευὴν suam a creditoribus, propterea quum lugeret, dici κεκαρμένον. Sic apud Hesychium κεκαρμένοι servi sunt πενθοῦντες. Fl. Chr.

1315. διεμύλλαινεν. Scholia: τὰ χείλη διέστρεφεν. Berg. Suid. διαμυλλαίνῃ. Pors.

1316. Θούφραστον. Quis iste sit, sive Thuphrastus sive Theophrastus, juxta scio cum imperitissimis. Non enim patitur ratio temporum, ut idem sit divinus ille Aristotelis discipulus, qui vixdum natus tunc erat. Quærendum igitur amplius et videndum sitne ille Thumantis, quem ob paupertatem exagitat cum Lysistrato (ad quem hæc diriguntur verba a sene) in Equit. 1268. Sane enim pauperes in isto convivio omnes fere recenset. Deinde ex veriloquio Θεόμαντις et Θεόφραστος idem, quum φράσις sit μαντεία, et Latinis oracula dictiones. Fl. Chr.

1317. ἐπὶ τῷ. Id est ἐπὶ τίνι. Edd. omnes quas vidi, ἐπί τῳ, id est ἐπί τινι, male. Berg.

1319. ἐν μέρει. Scholia: καθ' ἕκαστον. Demosthenes ii. Olynth. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σεσώκατε παῖδας καὶ καθ' ἕκαστον ἐν μέρει. Berg.

1321. ἀμαθέστατ', οὐδέν. Malim legere ἀμαθεστάτους, οὐδ' εἰκότας τῷ πράγματι. Insulsa, inquit, verba et nihil ad rem pertinentia. Fl. Chr.

1323. ἥν τις αὐτῷ ξυντύχῃ. Sic bene A. Vulgo ξυντύχοι, solœce, quod jam emendaverat Toupius ad Suidam i. 134. Brunck.

1326. ἄνεχε, πάρεχε. Hæc ait ebrius Philocleo et cum facibus ambulat tibicina arrepta secum e convivio. Sequebantur autem senem qui ab ipso læsi erant et verberati. Eos senex quantum potest repellit et interminatur. Ut vos, inquit, ni propere hinc disceditis, cum hac face tanquam pisciculos torrebo. Fl. Chr. Euripides in Troad. 308. ἄνεχε, πάρεχε· φῶς φέρω, σέβω, φλέγω λαμπάσι τόδ' ἱερόν. quem locum indicavit Scholiastes. Loquitur autem ibi Cassandra furibunda et facem gestans, ut apud comicum senex. Apud eundem Euripidem in Cyclope 202. quum Silenus dixisset ἄνεχε, πάρεχε, τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία; Cyclops dicit τί βακχιάζετε; Quid subaudiatur in his verbis, incertum est. Vide notam ad Aves 1720. ubi chorus in nuptiis saltaturus dicit, ἄναγε, δίεχε, δίαγε, πάραγε, πάρεχε. Berg. Mihi satis probabile est, scripsisse poetam ἄναγε, πάρεχε, ut Av. 1720. Brunck.

1326-31. 1335-39. Hæc quum haud dubie sint strophica, deletis interpretamentis hic τῶν ἐπακολουθούντων ἐμοί, illic τῷ καλούμενοι, sic scribes secundum editiones veteres: Ἄνεχε, πάρεχε! Κλαύσεταί τις | Τῶν ὄπισθεν! Οἷον, εἰ μὴ 'ῥ-|ρήσεθ', ὑμᾶς, ὦ πονηροί, | Ταύτῃ σκευάσω τῇ δᾳδὶ φρυκτούς! | * * * Ἰή, ἰεῦ, ἀρχαῖά γ' ὑμῶν! | Ἆρά γ' ἴσθ', ὡς οὐδ' ἀκούων | Ἀνέχομαι δικῶν; Ἰαιβοῖ, | Αἰβοῖ, τάδε μ' ἀρέσκει! βάλλε κημούς! Versus trochaici dimetri præter ultimos utriusque strophæ, qui sunt dochmaici. Hotib. (στροφή.) ἄνεχε, πάρεχε, δίαγε, πάραγε, | κλαύσεταί τις τῶν ὄπισθεν | ἐπακολουθούντων ἐμοί. (ἀντιστροφή.) οἷον, εἰ μὴ 'ῥρήσεθ', ὑμᾶς | ὦ πόνηροι ταυτηῒ τῇ | δᾳδὶ φρυκτοὺς σκευάσω. Voces δίαγε πάραγε hic omissas, agnoscit Comicus in Av. 1720. G. Burges.

1329. οἷον, εἰ μὴ 'ῥρήσεθ', ὑμᾶς. Versus est dimeter trochaicus, cujus vulgo corrupti sunt numeri prava lectione, 'ῥρήσεσθ'. Brunck. Bentl. ut Brunck. Dind. Lege εἰ μὴ 'ῥρήσεθ' ὑμᾶς. Altera vox nihili est. Pors.

1330. ὦ πονηροί, ταυτηῒ τῇ. Idem metrum ac in superiore versu. Pessime vulgo ταύτῃ τῇ. Brunck. Bentl. ut Brunck. Dind.

1331. δᾳδί.—Sic ubique noster: perperam vulgo δαΐδι. Brunck.

1334. ἥξομέν σε προσκαλούμενοι. Infra 1406. et 1417. Berg.

1339. ταδί μ' ἀρέσκει. Hoc modo si legas, versus est iambicus: si, ut vulgo, τάδε, erit trochaicus. Sed probabile non est trochaicum sic medios inter iambicos poetam inseruisse. Brunck.

1340. οὐκ ἄπιτε γάρ; Perperam vulgo, corrupto prorsus metro, οὐκ ἄπεισι γάρ. Brunck. Sed hic versus aperte ex duobus trochaicis corruptus est. ποῦ 'στιν [sic recte cod. Rav. et Ph. Junta. Dind.]. Ut versus sit trochaicus trimeter hypercatal. similis proxime præcedenti ἀθρόοι γάρ, qui a Bdelycleone dicitur interminante vocationem in jus, existimo legendum ποῦ 'σθ'. Fl. Chr. Fort. οὐκ ἄπει σύ; ποῦ 'στι, ποῦ 'στιν Ἡλιαστής; ἐκποδών. Dind.

1341. ἀνάβαινε δεῦρο. Alloquitur scortillum illud, quod in convivio arreptum sequi se jussit, et e loco sublimi stans blande appellat et ascendere hortatur, simulque se illi copulat amatorie et obscene. Fl. Chr. χρυσομηλολόνθιον. Hypocoristice blanditur et delicias facit. Est autem hoc insecti genus fulvum in modum scarabæi, quod pueri ludentes solent in aëra volaturum dimittere, funiculum vel filum potius tenentes, quo pedem animalculi alligant. Nos vernacula lingua vocamus *hanelon*. In Nebulis 763. vocat μηλολόνθην his verbis: ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα, | λινόδετον ὥσπερ μη-

λολόνθην τοῦ ποδός. Scholiastes et post eum Christianus intelligunt id insectum volatile, quod vernacule dicimus *un haneton*, et sine dubio id significat μηλόλονθος. Sed quoniam additum est χρυσο, ea prothesis mihi suadet debere intelligi aliud insecti genus, simile et illud melolontho et scarabæo, sed coloris elegantissimi viridis cum aureo fulgore. Id insectum rosas præcipue sectatur, et alibi raro invenitur. Palmer. De talibus amatoriis blandiendi formulis cf. Boissonad. Ep. Crit. et Lucret. de Rer. N. iv. 1153-58. cf. et Hor. i. s. 3, 40-48. Conz. Hesychius χρυσοκάνθαρον vocat et μηλολόνθην, quasi a malorum flore. Fl. Chr.

1342. τοῦ σχοινίου. Scholia: ἴσως τοῦ πέους. Berg.

1343. ὡς σαπρὸν τὸ σχοινίον. Funiculus ille non alius potest esse quam exiguus cum ramice nervus. Atque hac resti tibicinam illam ductare vult potus senex et φιλοίφης. Dixit autem τριβόμενον, ut Petronius *vasculum pertractare*. Sic etiam Nævius, citante Nonio, *senile tractat retritum rutabulum*. Fl. Chr.

1344. τριβόμενον. V. supra 739. Berg.

1345. ὅρα δ', ἐγώ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην. Vulgo, ὁρᾷς, ἐγώ σ' ὡς—. In A. ὁρᾷς ἔγωγ' ὡς—. In B. ὁρᾷς ἐγὼ δ' ὡς—. Posterior lectio a nostra non differt, nisi literarum ordine. Brunck.

1346. λεσβιεῖν. Lesbii male audiebant propter αἰσχρουργίαν. Dicitur enim apud eos primum femina ea parte, qua pura sumitur aqua, excepisse τὴν μιαρὰν ῥανίδα, et buccam suam offendisse. Id vocat Tranquillus ori illudere. Theopompus in Ulysse dixit: δι' ἡμετέρων στομάτων εἴπω σόφισμ', ὅ φασι παῖδας Λεσβίων εὑρεῖν. et Strattis in Troilo: ἦ μήποτ' ὦ παῖ Ζηνὸς ἐς ταὐτὸν μόλῃς, ἀλλὰ παραδοὺς τοῖς Λεσβίοις χαίρειν ἔα. idem in Pytiso: τῷ στόματι δράσω ταῦθ' ἅπερ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. Sic enim citat Scholiastes: sed hunc versum sic lego: ταῦθ' ἅπερ τοὶ Λεσβίοι. est enim glossema ἐπὶ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. In Ranis 1308. usus est hoc verbo de Musa Euripidis: αὕτη ποθ' ἡ Μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζεν, ubi arbitror alludere ad vomitum, quasi sit ἡ ἐμοῦσα. Ad quem locum Scholiastes duos recitat versus, puto ex nostro Comico vel Pherecrate: δώσει δέ τις γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίδας· | καλὸν τὸ δῶρον ἕπτ' ἔχειν λαικαστρίδας. Neque vero solum λεσβιάζειν dicebantur οἱ τὸ στόμα μολύνοντες, sed et λαβδακίζειν, quia lambda prima est littera sive τοῦ λείχειν sive τοῦ λεσβιάζειν: hancque nefandam libidinem etiam viri in se receperunt, unde ille salax hortorum custos, barbatos tertia pœna manet. Hoc Romana, ut ait Martialis, simplicitate dicebatur inrumare, qui agebant; ut pathicis sellare. Propterea Catullus dixit, *patruum reddidit Harpocratem*. Hinc eruditissimus et elegantissimus inter Christianos scriptor Minucius Felix in Octavio suo istos inquinatissimos homines dixit *esse malæ linguæ, etiamsi tacerent*. Hac detestanda libidine juxta Lesbios usi sunt etiam Campani sive Nolani, ut ex Ausonio et Horatio patet, quorum testimonia non arcessam, quia hoc occupatum ab eruditioribus. Hoc tantum dicam, ænigma illud quod in Clodiam Metelli uxorem jactum putant, 'in triclinio Coa, in cubiculo Nola,' respicere hanc Lesbiam et Campanam fœditatem, et notari ex triclinio simplicem et naturalem συνουσίαν, ex cubiculo omnia monstra. Nam quod venusti homines Nolam putant a nolendo et officium istud detrectando, probent prius de Messalina, et credam de Clodia. Sane non est verisimile ut quæ se prostituit in triclinio, modesta sit in cubiculo. Sed ad rem. Hesychius ait τὸ λεσβιάζειν esse πρὸς ἄνδρα στοματύειν, quod video ab eruditis emendatum στόμα πτύειν et ἀνδρὸς pro ἄνδρα. Ego non satis eruditus amplecti non possum hanc correctionem qua spuitur, sed potius aliam qua arrigitur. Existimo enim legendum πρὸς ἀνδρὸς στόμα στύειν. Quid esset ἀνὴρ ἐστυκὼς diximus alias, neque decet tam diu circa oscos mores et obscena verba morari. Fl. Chr. In Ecclesiaz. 914. Berg. λεσβιεῖν, λεσβιάζειν, quod sub nomine *fellare* apud Latinos occurrit, cf. Mart. i. 9, 1. iii. 50, 1. fœdus exercendi Venerem mos. Plures etiam versus, incertum an ex Pherecrate sive nostri deperdita aliqua comœd. affert Schol., quos exscribere tædet. Conz.

1347. ὧν οὕνεκ'—. Perperam vulgo εἵνεκ'. Brunck.

1348. φιαλεῖς. Quid esset φιαλεῖν, satis multa diximus in comment. ad Irenam, neque revocabo. Hoc tantum dicam, esse τῇ φιάλῃ πιεῖν, sed hoc loco esse fortassis dictum κακεμφάτως, nempe ut bibatur fructus, quem Plautus fullonium vocat. Suggerit mihi mens novum commentum. ἀλεῖν est molere, quod sæpe etiam ἐπὶ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. Itaque suspicionem facio, τὸ φιαλεῖν esse quasi ἶφι ἀλεῖν. Nolo ab eruditis laudari, sed excusari conatum nostrum, qui profecto plenus est φιλομαθίας potius quam φιλοτιμίας. Fl. Chr. οὐδὲ φιαλεῖς. Sic A. juxta impressos. In B. ἀλλὰ φιαλεῖς, mendose quod ad priorem vocem. φιαλεῖς tuetur etiam Suidas in hac voce, ubi inter alia hæc prostant: φιαλεῖν δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ ἄρχεσθαι πράγματος. Hoc sensu occurrit rursus hoc verbum in Pace, v. 432. ἄγε δὴ σὺ ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην, ὅπως | ἔργῳ φιαλοῦμεν, εὐξάμενοι τοῖ-

σιν θεοῖς. Utroque in loco φιαλοῦμεν et φιαλεῖς futura sunt, quæ nescio qua ratione a themate φιαλέω formari queant. Proinde melior videri possit Eustathii lectio [Bentleio probata] οὐδ' ἐφιαλεῖς, et ἔργῳ 'φιαλοῦμεν. Archiepiscopi verba apponam e commentario in Odyss. p. 1403. Ἰστέον ὅτι τὸ ἰάλλειν ψιλοῦται. ὁ δὲ Ὁμηρικὸς Ἐφιάλτης ὑποβάλλει νοεῖν, ὡς καὶ δασύνεται, ἀπὸ τοῦ ἵημι. βοηθεῖ δὲ τῇ ἐνταῦθα δασείᾳ, καὶ ἐκ τῶν τῆς Κωμῳδίας τὸ, Ἀλλ' οὐκ ἀποδώσεις, οὐδ' ἐφιαλεῖς, οἶδ' ὅτι. ἀντὶ τοῦ ἐπιβαλεῖς, ὁρμήσεις. καὶ εἰ μὲν οὕτως ἡ γραφὴ συναλείφεται, ἔχομεν τὴν ἀνάλογον δασεῖαν τοῦ ἰάλλειν. εἰ δὲ κατὰ τὸν Σουΐδαν οὐκ ἔστι τετρασυλλάβως ἐφιαλεῖς, ἀλλὰ τρισυλλάβως φιαλεῖς, ἀπὸ τῆς φιάλης, ἀντὶ τοῦ, μετ' εὐχῆς ἕξῃ τοῦ πράγματος, κατὰ τὸ, Ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην, ὅπως ἔργῳ φιαλοῦμεν· τοῦτο μὲν χρήσιμον ἔσται εἰς τὸ νοεῖν, ὅτι ἐκ τῆς φιάλης καὶ ῥῆμά ἐστι τὸ φιαλῶ—καὶ μὴν ἄλλως οὐκ ἀναντίῤῥητον, ὅτι ἐν τῷ, ἔργῳ φιαλοῦμεν, τὸ τοῦ ἐφιαλεῖν ἔγκειται ῥῆμα. δύναται γὰρ, ὥσπερ ἀττικίζεται ὁ λόγος ἐν τῷ, τῷ ἐμῷ, τῴμῷ, οὕτως εἶναι κατὰ συναλοιφὴν καὶ τὸ, ἔργῳ 'φιαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ ἐφιαλοῦμεν καὶ ἐπιβαλοῦμεν ἔργῳ· ἵνα κατὰ τὸ χεῖρας ἰάλλειν κρέασιν, οὕτω καὶ ἔργῳ ἐφιαλεῖν ᾖ, τὸ ἐγχειρῆσαι πράξει τινί. Inde liquet librorum nostrorum lectionem Eustathio non aliunde, quam e Suida, innotuisse, ipsumque in libro suo legisse οὐδ' ἐφιαλεῖς, quod sincerum esse credam, donec me quis doceat, quomodo a ποιεῖν oriatur futurum ποιῶ. Brunck. V. Schol. Berg. φιαλεῖς. Suid. in v. Ubi ed. Med. κἀγχανῇ τοῦτο. Pors. κᾳγχανεῖ τούτῳ μέγα—irridebis clara voce—τούτῳ—δεικτικῶς, *mihi*, nisi quod forte rectius referre vis ad dat. τῷ πέει. Sed consulto ambigue sic posuisse videtur Comicus. Conz.

1349. τούτῳ. Se ipsum dicit, ut apud Terentium: 'Tibi sunt parata verba, huic homini verbera.' Berg.

1350. αὔτ' εἰργάσω. Puto pro αὐτὰ vel potius αὐτὸ, scilicet τὸ αἰσχρόν. Idem enim, inquit, sæpe patrasti. Sed fortassis nihil aliud vult quam hoc: sæpe enim plures alios sic decepisti. Sic enim solent diobolares illæ meretrices, quæ majus semper pretium quasi licitatæ sequuntur. Quæ contra faciunt neque avaræ sunt, eas Catullus bonas amicas vocat in epigrammate: 'Aufilena, bonæ semper laudantur amicæ, accipiunt pretium quæ facere instituunt.' Mox addit: 'sed data corripere fraudando efficitur plus quam meretricis avaræ.' Itaque hic senex dicit, si non velis mala esse mulier, i. e. si mihi operam das, ego te redimam a lupanari et pro pellice habebo, ubi mortuus fuerit meus filius. Imitatur mores adolescentum, qui sic apud meretrices de patribus severis loqui solent. Fl. Chr.

1351. Euripides in Hippolyto 512. ἢν σὺ μὴ γένῃ κακή. Berg. In Scholiis scriptum est ἐὰν δὲ γένῃ. Dind.

1352. ἐπειδὰν οὑμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ. Ita loquitur senex, ut solent filii de patribus severis et duris atque aridis. Quia ipse jam mores adsumsit juveniles, filium dicit esse senilibus moribus præditum. Berg.

1353. ὦ χοιρίον. Hypocoristicon est, quod in puellas, pusas et putillas dicitur. Est enim χοῖρος, vel teste Varrone, pudendum muliebre, unde Æschylus Dionysum Bacchum vocat χοιροφάλαν. Hoc nomine puellas vendidit quidam Megarensis pauper, ut videre est in Acharn. ubi videbis eam partem χοῖρον dici, Ἑλλήνων νόμῳ, ut ait ille. Fl. Chr. Vide in Acharn. 767. et seqq. Berg. Scholiastes χοιρίδιον legisse videtur. Dind.

1354. κρατῶ 'γώ. Elmsleius ad Acharn. p. 158. scribit κρατῶ πω. Dind.

1356. υἱίδιον lusus est in voce, filiolum et porcellum significanti. Conz. ὑίδιον Suid. Med. Ald. Ms. et καίτι v. κυμινοπ. Pors.

1357. κυμινοπριστοκαρδαμογλύφον. Hac dictione sesquipedali parcum et avarum et iracundum filium Bdelycleonem indicat. Nam sordidi cuminisectores dicuntur, et καρδαμογλύφοι acres et irasci faciles. Ante vocavit δύσκολον, quo verbo patres severiores notari solent atque adeo mariti, ut ille pater in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ palliata Terentii comœdia, et vir apud Menandrum in fabula Dyscoli et περικειρομένης. Fl. Chr. Alexis comicus apud Athenæum viii. circa finem: κυμινοπρίστης ὁ τρόπος ἐστί σου πάλαι. Hesychius: κυμινοπρίσται· οἱ φειδωλοὶ, ὁμοίως καὶ καρδαμογλύφοι. Nempe parci et sordidi ita vocantur. Vide parœmiographos. Berg. Alibi Porsonus confert Theocr. x. 55. et Schol. et Alexin Athen. viii. p. 365. c. Dobr.

1358. περί μου. In A. περὶ 'μοῦ. Plene in B. περὶ ἐμοῦ. Brunck. Vid. Reisig. i. p. 56. Dind. διαφθαρῶ. Ita recte omnes edd. pristinæ; nuper διαφθερῶ active: male. Berg.

1359. Ut filii solent dicere: υἱὸς γὰρ οὐδεὶς ἐστὶν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ. Berg.

1361. τάσδε τὰς δετάς. Ludit in homonymia δετῶν, et bis vocem δετὰς pronunciat in articulo et nomine, ut si faces dicas fasces. Sic autem δεταὶ vocantur, quia velut fasces vinctæ sunt papyro, ut solebant veteres. Unde Antipater in epigrammatum florilegio [in Jacobsii Anthol. Palat. t. i. p. 267. Dind.] dixit: λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λύχνον, | σχοινῷ καὶ

λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ. Apud Homerum Iliad. P. habes καιόμεναί τε δεταὶ, vel ut alii, δαιόμεναι. Fl. Chr. δεταὶ vox est Homerica, qua bis utitur poeta in pulcherrima similitudine leonis, quem a caula abigunt rustici. Il. P. 661. ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων | ἰθύει· ἀλλ' οὔ τι πρήσσει· θαμέες γὰρ ἄκοντες | ἀντίοι ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν, | καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ, ἐσσύμενός περ. Brunck. Cf. Herod. B. 60. Conz.

1363. πρὸ τῶν μυστηρίων. Quia initiati timent sibi ab iis qui sunt initiandi, ait Scholiastes, puta ne vulgentur arcana. Nam μυστήρια propterea dicunt, quod oporteat μύειν et τηρεῖν ἔνδον. Tamen mihi non satisfacit ista ratio, neque magis existimo hic agi de initiandis profanis quam de sacris Eleusiniis celebratis. Fl. Chr. Et hoc dicit quasi esset junior filio suo. Vult autem dicere: *quum per ætatem nondum essem initiatus, et nondum esset liberius vivendi potestas.* Berg.

1364. ὦ οὗτος τυφεδανέ. Versus hic brevior est uno pede, siquidem est senarius. Integer erit si repetatur οὗτος, ut sit ὦ οὗτος οὗτος τυφεδανὲ etc. Dixit autem ὡραίας σοροῦ, quia iste senex est quasi silicernium, cui potius tumulus quærendus quam formosa femina. Fl. Chr. ὦ οὗτος, οὗτος. Sic bini codd. Pronomen, quod ad metri integritatem, non sine sermonis venustate repeti debuit, semel tantum exstat in impressis [et, quem Bentl. indicavit, Suida in σορὸς, στυφεδανὸς, τυφεδανὲ, et χοιρόθλιψ. Dind.]. Quid deesset, acute vidit Florens, cujus conjectura recipi poterat. Confer not. ad Conc. 998.— στυφεδανέ. Sic bene Suidas. Codd. nostri, ut impressi, habent τυφεδανέ. Brunck. τυφεδανὲ habuit Scholiastes, et, qui haud dubie in mente habuerunt locum Aristophaneum, Hesychius t. ii. c. 1437. et Photius Lexic. c. 449. Dind. οὗτος, οὗτος Fl. Christian. στυφεδανὲ Toup. in Suid. iii. p. 142. ὦ οὗτος τυφ. Sic Suid. ed. Ms. in σορός. τυφεδανός. sed στυφ. in χοιρόθλιψ. Semel οὗτος Suid. in 4. locis. χοιρόθλιψ. sic Ms. in τυφ. et χοιρόθλιψ. Ed. Med. χειρόθλιψ in σορὸς et τυφεδ. sed χοιρόθλιψ in στυφεδανὸς et χοιρόθλιψ. Pors.

1365. ποθεῖν. Ed. Farrei ποθεῖς, non male, si puncto distinguatur. Berg. ὡραίας σοροῦ. Pro ὡραίας κόρης· παρ' ὑπόνοιαν, ut inquit Scholiastes, i. e. *formosam puellam.* Ludit simul in voce ὡραῖος, quæ non tantum *formosum* significat, sed et *maturum.* Euripides in Phœnissis 975. αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ, θνήσκειν ἕτοιμος. Itaque ὡραία σορὸς accipitur pro *morte non immatura,* quando jam alicui καίριόν ἐστιν ἀποθνήσκειν, ut loquitur noster in Lysistr. 601. σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; καίριόν ἐστι, σορὸν ὠνήσει. Berg. ποθεῖς Suid. Med. Ms. σορός. ed. Ms. στυφεδανὲ (sic in versu) ubi sc. ed. στυφεδανῆς. ποθεῖς τ' Ms. in τυφ. ubi ποθεῖς sine τ' Med. Pors.

1366. τοῦτο δρῶν Suid. in ὡς ἡδέως: et ταὐτὸ in ἐξ ὅτου et ταὐτὰ in καταπροΐξεται. Bent.

1367. ἐξ ὄξους δίκην. Exspectabatur ut diceret genus aliquod opsonii. At ille seu ex moribus suis, sive ut nunc μισόδικος par pari filio reddat, quasi litigium quærat et cum aceti condimento lubenter edat, dixit ἐξ ὄξους δίκην, simul acrimoniam animi indicans litigiosi. Fl. Chr. Jam mutatis moribus senex filium illis delectari dicit, quibus ipse olim delectabatur, litibus scilicet, et quidem plus quam cibis delicatis. Ita enim dicebat supra 510. Ceterum et alibi similiter locutus est Comicus: καί πως ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα, εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ ξηροὺς ἅλας. Quem locum citat Scholiastes hic Vespis ad 1303. et Athenæus ix. sub initium. Berg.

1368. In Ranis 623. εἶτ' οὐχὶ δεινὰ ταῦτα, τύπτειν τουτονὶ κλέπτοντα πρὸς τἀλλότρια; Berg.

1369. Malim κλέψαντα συμποτῶν. Elmsl.

1370. ἀπὸ τύμβου πεσών. Quasi excideris mente, ἀπὸ τοῦ νοῦ πεσών. Sed quia νεανικῶς loquitur, reponit illi verba quæ juvenes in seniores jaciunt. Ubi habes ποίαν αὐλητρίδα, malim πῶς propter metrum. Fl. Chr. V. Scholia. Berg. Expectatur fere ἀπὸ νοῦ πεσὼν, ut in Nubibus v. 1273. facete luditur formula, quam *Calembour* nuncupant Galli — ὥσπερ ἀπ' ὄνου, quod velociter et mutato pronunciatum tono ἀπὸ νοῦ etiam sonare potest, (ut istud ex Diogene Laërtio notum scomma, quum pauperculo philosopho lacerum pallium induto dixisset aliquis ambigue δεῖσθαι δοκεῖς ἱματίου καινοῦ — καὶ νοῦ: Sed hic alius quidpiam color est sermonis. Quia νεανικῶς loquitur nunc senex, increpat filium conviciis, quæ juvenes jacere solent in seniores. Conz.

1371. Lege ποῦ 'στὶ τοίη γ' ἡ (ut Suid. in ταῦτα ληρεῖς), ut respondeat τῷ ποίαν in 1360. Bent. Δαρδανίς. Etenim a Dardania erant plerumque mulieres tibicinæ, et Phryges primi buxum cavasse dicuntur, fecisseque etymon μόναυλον. Et Marsyas, qui cum Minerva certare ausus est, Phryx fuit. Post μοναυλίαν, i. e. singulares tibias et impares, binas postea junxerunt, quas pares dixerunt, quæque conveniebant festivitatibus convivialibus. Æqualitas enim decet convivantes, ut sit

δαὶς ἐΐση apud Homerum. Propterea que Ceres dicta etiam legifera ab æqualitate, quam leges imponunt. Scio quid grammatici certantes super tibiis paribus et imparibus nobis obtrudere soleant. Ego breviter sententiam meam dixi, et vero lævas et dextras olim discriminatas fuisse a sono vel gravi vel acuto, juxta sentio cum principe critico Jul. Cæs. Scaligero, qui de his in Poetica accurate scripsit et digessit quæ Cœlius [Rhodiginus] præceptor congesserat. Fl. Chr. τὸν habet Suid. Ms. in ταῦτα et τοιγ' pro τοίη γ', ubi 'στι τοίη γ' ἡ δ. Med. et habet τὸν quod om. Kuster. Pors.

1372. δαὶς καίεται. Hinc incipit Comicus ex obscenitate propudiosa genus exhibere ridiculi, quum meretriculam ait esse lampadem: certe enim aliquando sic eas vocabant. Sic Apuleius in prima Milesiarum, hospitis suæ Magæ venustulam et argutulam ancillam vocavit φωτίδα, aliter ac Lucianus, qui palæstram. Sic Lucretius dixit: 'at flagrans odiosa loquacula λαμπάδιον fit:' quum nequitias amatorum ὑποκοριζομένων describit, et nævos in scortillis notat. Tria autem significat ἡ δαὶς: facem, convivium, pugnam. Sed Hesychius addit etiam σώφρων, nisi forte mancus est locus, et addendum δαΐφρων, σώφρων. Quia δαίω non solum est uro (atque hinc fortassis melius faces δαιταὶ dicantur quam δεταὶ, ut dicebamus, a vinciendo, ut Græci τί δαὶ pro τί δὴ vel τί δὲ) vel partior, sed etiam disco, δάω, δάσκω, διδάσκω. Ceterum D. Chrysostomus, qui Aristophanis usus est familiari lectione, in sermone illo, quo invehitur contra τοὺς παρατηροῦντας τὰς νεομηνίας, videtur hinc dixisse, λύχνους ἅπτειν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ στεφανώματα πλέκειν, παιδικῆς ἀνοίας ἐστί. Fl. Chr.

1373-5. om. ed. Kust. Suid. in δαΐς scil. t. i. p. 505. Pors.

1374. τί δὲ τὸ μέλαν. Nihil certius est quam videre illum τὸ τῆς αὐλητρίδος αἰδοῖον fuscum et obscurum διὰ τὴν τρίχωσιν. In Irena partem illam vocat τὸ ὀπτάνιον, i. e. ustrinam et culinam, quæ et εὔστρα ab urendo et coquendo, ut non recedat τὸ γελοῖον a prima translatione, quum istam Dardanida vocarit δαΐδα i. e. facem vel tædam, (hoc enim verum etymon, tæda δαΐδα) quæ quum accenditur, pice lenta fluit. Pix autem optima Dardania est, ut dixit Phœnix poetarum, 'Phrygiæ pice lentius Idæ.' Fl. Chr. ἐν μέσῳ ed. Med. τί δαὶ Suid. Ms. v. δαίς. τοῦτ' ἔστιν om. Pors.

1375. καιομένης ed. M. Suid. καομένης Ms. Pors.

1377. ὄζος. Profecto ramus est qui sub veste senis latebat. Maluit autem dicere ὄζος propter tetrum odorem (δεινὸν γὰρ ὄζει), quia pars illa exhalat opacam Mephitim [ut Ausonius inquit, eo detorquens verba Virgilii. Berg.], ut ait verecundus Parthenias. Fl. Chr.

1380. σαπρόν. Hic τὸ σαπρὸν non solum est παλαιὸν, sed μοχθηρὸν καὶ φαῦλον καὶ ἄχρηστον, ut de Æsopo dicebat ille, et vere σεσηπός. Dictum est de Simonide [in Pace 697. Berg.], γέρων ὢν καὶ σαπρὸς, κέρδους ἕκητι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. Sed Bdelycleo filius sibi tibicinam mavult quam patri, quem mox ait οὐδὲν δύνασθαι δρᾶν. Fl. Chr.

1382. Ὀλυμπίασι γὰρ ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγώ. De Olympio loco intelligit: itaque accentum habet in antepenultima. Nam si de Olympiade et victoria Olympica quæstio sit, circumflectatur Ὀλυμπιᾶσι. Fl. Chr. Senex memorat illa, quæ eum filius docebat 1187. et 1190. Berg. Legendum Ὀλυμπίασιν ἡνίκ'. Elms. Vid. Hemsterhus. ad Lucianum t. i. p. 107. Dind. Respiciunt facete hi versus eos, qui supra v. 1287-91. occurrerant. Ut Strepsiades in Nubibus, bene memor est etiam hic discipulus ὀψιμαθὴς, quæ filius ipsi dederat, monitorum. In talibus retorsionibus, quoad genus sæpe similibus, in specie tamen semper novis, mirificam exercet ingenii sui vim comicus, ut etiam ex Ranis et aliis fabulis adparet. Conz.

1386. πρὸς ταῦτα τηροῦ. Sophocles in Electra 385. πρὸς ταῦτα φράζου, καί με μήποθ' ὕστερον παθοῦσα μέμψῃ. Berg. τηροῦ, cave, ut φύλαττου. Rarius occurrit forma hujus verbi passiva in neutrali significatione, cujus unicum hoc exemplum non satis idoneum affert H. Stephanus in Thesauro. Hic enim poeta, ut Pac. 146. scribere potuisset τήρει. At in hujus fabulæ v. 372. non aliam quam passivam formam admittit metri lex, nec adeo depravationis ulla suspicio esse possit: ἀλλὰ τηρώμεσθ', ὅπως μὴ Βδελυκλέων αἰσθήσεται. Brunck. μὴ ὑπώπια λάβῃς. Diogenes Laert. de Menedemo: ἐν ταῖς ζητήσεσιν ὧδε μάχιμος ἦν, ὥσθ' ὑπώπια φέρων ἀπῄει. Berg.

1391. κἀπιθήκην τέτταρας. Puto intelligi additamentum, et, ut loquebantur antiqui, mantissam, quod fuit velut superpondium. Etiam ἐπίθεμα dicebatur et fortassis ἐπίταγμα, ut Lucianus in Encomio Demosthenis dixit τοὐπίταγμα μεῖζον τοῦ θυλάκου, vel ut fortassis Dorice scriptum τῶ θυλάκω, ne nimium insudent in casus declinatione qui pro dativo accipiunt. Nam quod eruditus Erasmi castigator ἐπίγραμμα, veterem lectionem retinet, et de sacci inscriptione meditatus est, ut solent isti forenses ἐπίτροποι κακότροποι et κακόσχολοι, sane acutius quam verius,

non mihi persuadet. Quod autem hæc mulier male accepta et affecta a Philocleone (hanc Didymus vult esse panariam et ἀρτοπώλιδα), orat Bdelycleonem ut sibi auxilietur, signatissimo et maxime proprio verbo utitur *παράστηθι*, quod est, *defende me.* Quin Latine patronus aut advocatus dicebatur adesse, quod superesse quum apud prætorem advocatus extra causam verba faciens dixisset, festiviter respondit ipse prætor apud A. Gellium I. i. 'tu vere superes, non ades.' Fl. Chr. 1432. οἷα δέδρακας. πράγματ' οὖν δεῖ —. Reisk.

1393. *διὰ τὸν σὸν οἶνον.* In Equit. 97. οἴμοι, τί ποθ' ἡμᾶς ἐργάσει τῷ σῷ ποτῷ; Berg. Dixerat ante multa incommoda, quæ ex nimio meri potu accidere solent. Quæ Eubulus comicus apud Athenæum [p. 36.] eleganter persecutus est sub persona Bacchi, ubi trium poculorum haustu sapientis vitam circumscribit, ut dixit Ausonius, vel tria potanti. Sed præstat ipsos versus apponere a nobis emendatos in gratiam τῶν μετρίων et μισομεθυσῶν: τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω | τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μετὰ ὑγείας ἕνα, | ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον | ἔρωτος ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου, | ὃν εἰσπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι (5) | οἴκαδε βαδιοῦσιν· ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι | ἀμέτερός ἐστ', ἀλλ' ὕβρεως· πέμπτος βοῆς· | ἕκτος δὲ κώμων· ἕβδομος δ' ὑπωπίων· | ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος· ὁ δ' ἔνατος χολῆς· | δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ· (10) | πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς | ὑποσκελίζει ῥᾶστα τοὺς πεπωκότας. Propterea in proverbium ivit Græcus senarius: ἢ πέντε πῖν' ἢ τρία πῖ' ἢ μὴ τέτταρα, quo monemur ad quinque vini calices duos aquæ miscere vel unum aquæ ad tres vini. Nam numerum parem, ut quatuor, ominosum putabant. Hunc versum etiam recitat Plautus. Sed de hac quæstione vide Plutarchum in convivialibus problematis. Fl. Chr.

1403. *λόγοι διαλλάξουσιν αὐτὰ δεξιοί.* Nempe Æsopicæ aut Sybariticæ fabulæ: ita enim docebat eum filius supra v. 1258. Berg. Dixerat ante filius (quum pater inebriari metuens diceret e crapula et sæpe fores effringi, obvios pulsari, pecuniam ideo numerari), inter viros bonos hæc excusari et ex joculari aliquo et faceto sermone aboleri. Itaque nunc illi reponit sua verba et animum intendit ad fabularum narrationem Æsopicarum et Sybariticarum, ut sic impune evadat quicquid ebrius admisit. Fl. Chr.

1405. Melius erit legere μοι 'δόκεις pro μοι ἐδόκεις. Plus, inquit, mihi videreris sapere si farinas (est enim ἀρτόπωλις) alicunde tibi compares. Lege ποθὲν accentu in ultima. Fl. Chr. σωφρονεῖν ἂν μοι δοκοῖς. Sic bene A. In B. δοκῇς. Vulgo δοκεῖς. Utrumque solœcum. Particula ἂν ad infinitivum σωφρονεῖν non pertinet; cogitandi verbum hic afficit, præcedente conditione: *si — sapere mihi videreris.* Vide not. ad Av. 355. Vulgatæ lectioni mendam subesse vidit, sed non recte collineavit Florens, conjiciendo μοι 'δόκεις pro μοι ἐδόκεις. Præcedente εἰ cum optativo, alterius membri verbum cum ἂν itidem in optativo esse debet, quod jam sæpius adstruximus. Brunck. δοκοῖς Suid. ed. Αἴσωπος. locum om. Ms. δοκῇς Ms. in μεθύσῃ. Pors.

1407. Ἀγορανόμοι — cf. et Acharn. 783. sunt magistratus super emporiis constituti; (ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου) decem erant sorte electi, quinque in urbe, quinque in Piræo. Conz.

1408. *κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα.* Ridiculi causa hunc testem et apparitorem appellat, qui e Socratis discipulis et familiaribus erat, sed ita pallidus et vescus, ut eum νυκτερίδα et πύξινον vocarint. Itaque in Nubibus quum Strepsiades Socratem interrogasset, cui potissimum ex ipsius discipulis similis esset si philosophiæ adhæreret, respondit Socrates, Chærephonti: cui ille rursus dixit: O me miserum ergo, qui ἡμιθνὴς γενήσομαι. Propterea mox dicitur γυναικὶ ἐοικὼς θαψίνῃ, propter pallorem et maciem, allusione facta ad sepulcrum, ubi θάπτονται mortui. Hunc habitum contraxisse credebatur propter studium sapientiæ, cui dies et noctes velut intabescebat. Corrige sodes scholia in illa Nubium 500. fabula, ubi habes de Chærephonte ἅτε φιλοσοφίᾳ συνεστηκώς: nam legendum affirmo συντετηκώς, quamvis non ignorem corpora οὐ συνεστηκότα ab Ægineta dici fluxa et soluta. Sed profecto Chærephontis ille morbus fuit ἕξις μαρασμώδης et συντηκτική. Sic enim medici vocant febrem hecticam. Fl. Chr. Cf. de eo N. 104. 144. 156. 503. 831. 1461. Conz.

1409. *ἄκουσον ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν.* Non est quin alludat ad versus veterum comicorum. Nam iste a multis dictus est, vel Timocles Atheniensis comicus sic omnino locutus est: ὦ 'τὰν, ἄκουσον εἴ τί σοι δοκῶ λέγειν. Frequentatur etiam iste modus loquendi ab aliis nec poetis nec comicis, εἴ τι δοκῶ λέγειν, *si quid veri aut boni dixero:* ut illud Ciceronis: Si quid est in me ingenii, boni scilicet; itaque per tapeinosin addit, Quod sentio quam sit exiguum. Nemo enim est qui ingenium non habeat, sed acumen ingenii intelligit, non vim illam insitam a natura, quæ promovetur, ut ait Flaccus, a doc-

trina, ita ut consuetudine eruditionis secunda velut natura asciscatur. Fl. Chr.

1411. ὀλίγον μοι μέλει. Potest hæc sententia tam esse proverbialis quam illa ex Herodoto decantata οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Ego Terentii dictum ad hunc sensum revocavi et verti *isthoc vilius*, ut est in Adelphis. Fuit autem iste Lasus Hermioneus musicus insignis et Simonidæ ἀντίτεχνος, Charbini filius ex urbe Achaia temporibus Hipparchi Pisistratidæ, ut patet ex eodem Herodoto in Polyhymnia, secundum, ut aiunt, Olympiada lviii. (male apud Suidam viii. tantum habes et τῷ η addendum est ν) quum Darius regnaret Hystaspis filius. Primus hic fertur cyclios instituisse choros et rhythmis in dithyrambicum morem inflexis musicam reddidisse auctiorem, ut Plutarchus ait in opusculo de musica. In Avium fabula 1403. dicitur ab hoc Comico κυκλιοδιδάσκαλος. Tamen alii cyclicum auctorem Ariona Methymnæum autumant. Vir fuit cetera acris et alti ingenii, et ejus locus ænigmaticus recensetur a Dipnosophista [Athenæo p. 338.], nempe ἰχθὺν ὠμὸν esse ὀπτόν. Primo mentis adjectu credas ὀξύμωρον, si ὀπτὸν pro assato accipias, non autem pro visibili et ὀπτικῷ. Sunt qui, ut scribit Scholiastes, ipsum annumerent septem sapientibus et locum Periandri obtinere faciant. Quod si verum est, aleatori licet esse sapienti. Narrat enim idem Plutarchus in libro περὶ δυσωπίας, invitatum a Laso Hermioneo Xenophanem ut alea secum luderet (solebat enim ipse aleatorium ludum calefacere) et quod recusaret, timiditatis dicterio correptum. At Xenophanes meticulosum omnino et timidum fassus est se esse in rebus indecoris nec honestis. Simonidem Ceum poetam lyricum et Stesichoro posteriorem (nam Stesichorus vixisse perhibetur lvii. Olympiade) Lasus hic habuit. Quem Simonidem μελικέρτην dixerunt propter dulcedinem (hoc etiam convenire Stesichoro ferunt) et auctorem faciunt memoriæ τεχνικῆς et inventorem longarum et duplicium litterarum, neque hoc solum, sed citharæ tertium sonum addidisse memorant grammatici scriptores. Natus autem est, ut volunt quidam, lvi. Olympiade, secundum alios lxii.: quæ opinio verisimilior non est, si Lasum habuit ἀντίτεχνον, quod in tanta ævi inæqualitate esse vix potest. Vixisse tamen fertur 89. annos, et Dorica dialecto scripsisse Cambysæ et Darii imperium et Xerxis naumachiam: tum elego carmine pugnam illam classicam ad Artemisium, lyricisque versibus Salaminiam: deinde threnos, pæanas, encomia, epigrammata, tragœdias, et alia. Fl. Chr.

1412. Verba καὶ σὺ δή μοι etc. sunt Philocleonis. Reisk. Philocleoni tacite tribuit Brunck. idemque fecerat Tyrwhittus. Vulgo continuabantur Bdelycleoni. Dind.

1413. κλητεύειν. Mallem κλητεύεις. Berg. Scilicet vulgo legebatur ἐοικὼς, quod Brunckius tacite in ἔοικας mutavit, idque jam Reisk. scribi voluerat. ἐοικὼς legitur etiam apud Suidam v. θαψίνη. Bentleius conjicit ἐωθώς. Dind. θαψίνῃ. Thapsus frutex est nomen ferens insulæ cognominis et fluvii, ubi ejus copia est, ut testantur scholia in Theocriti Pharmaceutriam ii. 88. scytharionque et scythicum lignum vocari et χρυσόξυλον, unde inficiebantur vestes κροκοειδεῖς atque adeo capilli; flavus autem est pallidusque rubicundus color. De Thapsia radice Dioscorides agit l. iv. concinens Theophrasto l. ix. historiarum, quum ait succum Thapsiæ si exprimatur ad ventum flantem et manus et faciem et pudenda exprimentis tumefacere adeo, ut tota cutis eat in pustulas. Quod ego valde miror, quum succus ille, auctore eodem Dioscoride, utilis sit ad tumores et ὑπώπια (male apud interpretem Theocriti ἐπώπια), ac alopecia affectis pilos restituat, sunt qui putent eam radicem esse quam vocamus gaiacum, utilem nempe medicandæ lui Hispanicæ. Ludit autem in voce, ut maciem et pallorem Chærephontis insectetur, quem in Nubibus semimortuum vocat. Nam θαψινὸν est πυξινὸν et ὠχρὸν et quem oporteat θάπτεσθαι. Fl. Chr. Alludit autem ad θάπτειν, *sepelire*, quia Chærephon propter pallorem et maciem videbatur semimortuus. In Nub. 504. quum Socrates dixisset ad quendam, οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν· ille dicit, οἴμοι κακοδαίμων, ἡμιθνὴς γενήσομαι. Vid. Schol. Berg.

1414. Ἰνοῖ κρεμαμένῃ. Ino pendula de rupe ut se præcipitet, post interfectos et in mare projectos Learchum et Melicertam, ab Euripide describitur non solum flebilis, sed, ut dictum de Dione, pallida morte futura. Alii tamen solum Melicertam dicunt, cui postea nomen Palæmonis adepto, ut ipsa Ino Leucotheæ, Sisyphi jussu instituti sunt ludi Isthmici. Fl. Chr. Allusio ad Euripidis Inonem, quod drama quum ad nos non pervenerit, difficile dictu est, quo Comicus respexerit. Utique in scena non exhibebatur Ino in mare se dejiciens. Brunck. Non adeo difficile auguratu mihi videtur, si fabulam ponimus ob oculos. Immo hæc flebilior fortasse, quam Horatius vult (ad Pison. 123.) projecta ad Deæ imaginem cujusdam in dramate Euripideo repræsentabatur, sive ho-

minis alicujus, unde opem imploraverat, antequam se demitteret in mare; ubi ludit tum more suo poeta, loco subjecti hujus ponens Euripidem ipsum. Comparat vero cum hac Inone meretriculam Chærephontis implorantem adjutorium. CONZ. πρὸ δ ποδῶν Εὐριπί Suid. Ms. v. 'Ινοῖ. Ed. Med. ἰνοῖ κρεμαμένη πρὸ ποδῶν· Εὐριπίδης. PORS.

1417. ΚΑΤΗΓΟΡΟΣ. Quia paulo ante mentio facta fuerat Euripidis, ineptus librarius illius nomen his versibus præposuit: et, quamvis idem semper homo loquatur, qui primum erat *Euripides*, postea *accusator* appellatur. Nullæ in hac fabula partes sunt Euripidis, cujus nomen in personarum syllabo conspici non debebat. In B. huic versui præfixa persona ἀνήρ τις, sequenti vero Εὐριπίδης: postea ubicunque homo ille injuriam passus et pœnas repetens loquitur, persona est κατήγορος. In A. post v. 1370. nullæ amplius personæ adscriptæ. BRUNCK.

1418. καλέσῃ in medio. REISK.

1420. προσείσομαι. Sic bene A. [et Ravenn.] ut legendum esse Berglerus vidit. Male vulgo προείσομαι. BRUNCK. Aristid. iii. p. 445. ubi καὶ χάριν προσείσομαι, quod pro προείσομαι hic e Ms. reposuit Brunck. PORS.

1423. Lege δευρὶ πότερον. Vid. ad Plut. 56. BENT.

1424. τοῦ τραύματος, pro *vulnere*. REISK.

1427. ἀνὴρ Συβαρίτης. Incipit narrare fabulas Sybariticas, ut rem in risum deducat, quemadmodum didicerat a filio supra 1251. ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν. BERG.

1428. κατεάγῃ τῆς κεφαλῆς. Andocides de mysteriis: τὴν κλεῖν συνετρίβην, καὶ τὴν κεφαλὴν κατεάγην. BERG. Thomas M. in καταγῆναι; 'Ιστέον, ὅτι κατέαγα τῆς κεφαλῆς 'Αττικοὶ λέγουσι, οὐ τὴν κεφαλήν· ἤγουν κατὰ τῆς κεφαλῆς τὴν πληγὴν ἐδεξάμην. Λουκιανὸς ἐν Τίμωνι, κατέαγα τοῦ κρανίου. Utroque sane modo loquuntur Attici; sed prior ille elegantior est. BRUNCK. Conf. H. Stephani Thesaur. Vol. I. Part. vi. p. 1065 sq. ed. Londin. et Elmsl. ad Acharn. p. 286. DIND. Respicit Scholiastes ad Sophocl. Trachin. 398. PORS.

1429. σὺ τρίβων. V. Scholia ad Nub. 870. Euripides Medea 686. Idem in Cyclope 518. BERG. Libri omnes οὐ τρίβων ἂν ἱππικῆς: Brunckius tacite οὐ τρίβων τῆς ἱππικῆς. Errorem notavit Porson. ad Euripidem p. 92. ed. Lips. DIND. τρίβων ὤν. sic Suid. ed. Ms. τρίβων. Vide ad Hec. 782. PORS.

1430. εἶπ'. εἶπεν Ald. PORS.

1431. ἔρδοι τις — τέχνην. Vide Erasmum in, *quam quisque novit artem*. BERG. Proverbialem hunc versum Ciceronis verbis reddidi in Tuscul. i. 18. Opportune, ut opinor, illum citavi in nota ad Thesm. 56. In utroque cod. particula ἂν male omissa est. In B. pro εἰδείη, εἰδοίη. BRUNCK. ἂν recte omittunt edd. veteres, et Stratonicus Athenæi viii. p. 351. E. Solœcum esse monuit Elmsl. ad Acharn. p. 73. De sententia confer Valckenar. diatrib. in Euripidis fragmenta p. 76. et Lennepium ad Phalaridis epist. p. 246. DIND. ἔρδοι τὶς ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. sic Suid. ed. Ms. ἔρδοι. εἰδεῖεν. Ed. Med. ἔρδοι bis. PORS. In marg. Brunckii notat Porson. εἰδείη sine ἂν dare Juntinam 1515. DOBR. Male Brunck. ἂν infersit: quo inepte judicium fieret, scire quemque artem aliquam. REISIG. Hunc versum Horat. Epp. Lib. i. Ep. xiv. 44. suo commodo vertit: 'Quam scit uterque libens, censebo exerceat artem.' F.

1432. εἰς τὰ Πιττάλου. Vel pharmaca intelligendum vel τοῦ legendum, ut intelligas domum. In Acharn. dixit πρὸς τοὺς Πιττάλου, ubi Scholiastes subaudiit μαθητάς. Fuisse autem aiunt Pittalum Athenis medicum nobilem, de quo nihil alibi memoratum memini. Sed si recta est lectio Πιττάλου, quod ego opinor, mendum non ferendum ex littera exuberante irrepsit in Suidæ codices, qui Spittalum nobis medicum invehit et locum illum ex Acharnensium fabula laudat, ut videatur illic male legisse τοὺς Σπιττάλου pro τοὺς Πιττάλου, cohærente finali articuli littera principio nominis sequentis. FL. CHR. Vide ad Acharn. 1031. BERG.

1433. V. Ran. 565. οὗτος ὁ τρόπος πανταχοῦ. BERG.

1434. οἷ ἀπεκρίνατο. Vulgo ἃ ᾽ν ἀπεκρίνατο. In B. neutrum exstat: claudicat versus deficiente syllaba, αὐτὸς ἀπεκρίνατο. Quod loquendi ratio flagitat, reposuimus, οἷ. Nullus enim hic locus est particulæ ἄν. BRUNCK. Lege ἅ μ' ἀπ—. BENT. Lege ἁ᾽πεκρίνατο. DIND.

1436. ἐχῖνον. Vas fuit in judiciis æneum vel figlinum hoc nomine, in quod litis instrumenta et testimoniorum tabulas olim conjiciebant, quod fregisse criminis erat loco. Hic autem accusator Euripides de hoc intelligit, sed Sybaritica illa femina ollam testaceam vel vas coculum fregerat. Nam echinum dictum etiam τὴν χύτραν μεγαλόστομον, vel auctore Hippocrate testatur Erotianus, et sic postea usurpatum ab Eupolide et Philemone in Myrmidonibus et Menander Τρέπουσιν (male enim apud Erotianum legi puto 'Επιτρέπουσιν, quum comicus ille non 'Επιτρέποντας fabulam docuerit, sed Τρέποντας aut 'Επι-

τρόπους, diversas fabulas). Sed echinus ille apud Hippocratem operculum habet pertusum: ait enim l. ii. *περὶ γυναικ. εἰς ἐχῖνον ἐάσαι, οὗ τὸ ἐπίθεμα ὀπὴν ἔχει*, ut profecto existimem primitus hoc genus vasis dictum *ἐκχύνον*, quia infundatur, deinde pronunciationis corruptela *ἐχῖνον*. Judicent eruditiores de conjecturis nostris; non enim pono tanquam *κυρίας δόξας*. Fl. Chr.

1437. *ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρατο.* Non arbitror hæc legenda cum interrogatione, sed simpliciter ait: ergo echinus quum illi aliquis adesset, antestatus est et injuriæ actionem intendit. Fl. Chr. *ἔχιν τιν' ἐπιμαρτ—, viperam.* Ludit in *ἐχῖνος* et *ἔχις*. Reisk. *ὀυχῖνος.* sic Suid. Ms. *ἐπίδεσμος.* Ed. Med. *ἐν ἀβάρει — ὁ ἐχῖνος — ἐπιμαρτύρατο — εἶναι τὴν κ. — ἔχοις.* Pors.

1438. *νὴ τὰν κόραν.* Notat Scholiastes sic dictam Proserpinam a saturitate propter Cerealia munera, quæ alimoniam dant et satiant: solitos autem in Sicilia jurare per *κόραν*, quia Orcus illinc dicitur virginem rapuisse Persephonam. Quæ fabula in allegoriam versa ostendit seminum in terra occultationem atque adeo conciliationem genitalis fœturæ, ut eruditissimus scriptor Arnobius ex ethnicorum rationibus, quibus falsorum numinum crimina excusant, scriptum reliquit lib. v. adversus gentes. Ceterum *ἐπίδεσμον* ait fasciam ligando vulneri, respiciens scilicet suum accusatorem. Quod autem ait *νοῦν ἂν εἶχες πλείονα*, sic Theocritus xi. 74. dixit *τάχ' ἂν πολὺ μᾶλλον ἔχοις νοῦν.* Fl. Chr. Cf. Ran. 337. Thesm. 298. Conz.

1439. Lege *ἐάσασ'*. Bent.

1440. *ἐπίδεσμον.* Ad ligandum te ipsum. Berg. *ἔχῃς* Suid. Ms. Pors.

1441. *ὦ 'ρχων.* Male vulgo *ἄρχων*, omisso contra linguæ indolem articulo. Sic supra 304. vulgati etiam libri *ὦ 'ρχων* exhibent. Brunck.

1442. *οὔτοι μὰ τήν.* In Nub. 815. *οὔτοι μὰ τὴν ὁμίχλην ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς.* Berg. Vid. Porson. Adv. 37. F.

1443. *ἀλλ' ἀράμενος ἔγωγε.* Vulgo *ἀλλ' ἀράμενος οἴσω σε.* Nostram lectionem longe elegantiorem præstat A. in quo post *ἀράμενος* inficete inserta particula *γε.* Hæc verba dicens filius sublimem medium patrem abripit: hic incertus, quid filius in animo habeat, sermonem illius abrumpens percunctatur *τί ποιεῖς*; respondet ille, *εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν*, unde liquet eum jam ante dicere non debuisse, *οἴσω σε.* Brunck. Restituo, *ἀλλ' ἀράμενος εἴσω σε —*. In exemplaribus antiquis typis impressis et Rav. est *οἴσω σε.* Quod quum forte *ἔσω σε* scriptum esset alicubi, potuit facile illud in A. nasci *ἔγωγε.* Reisig. Ex Fracini libro transtulit Geleniceo in Frobenianum, *ἀλλ' ἀράμενος*, exclusa *γε* particula, unde propagatum est in recentiores. Reisig.

1446. *Αἴσωπον — ἐπῃτιῶντο.* Scholia Latine conversa, Bdelycleo sublimem intro aufert Philocleonem, qui dum ita fertur, fabulam fingit, narratque de Æsopo, qui, ut fertur, quum aliquando Delphos venisset, irrisit eos, quod non haberent agnos, ex quorum cultura victum sibi quærerent, sed tantum ex sacrificiis victitarent. Delphi autem id graviter ferentes, phialam sacram Æsopi reculis supposuerunt. Postea Æsopus omnium rerum ignarus iter versus Phocidem ingressus fuerat; quem Delphi subsecuti, furto quasi deprehenso, sacrilegii reum fecerunt. Ille vero in petra non ita longe a templo distante, unde sacrilegi solebant præcipitari, narravit eis fabulam illam de scarabæo, cujus Comicus meminit in Pace 129. *ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος.* Berg. Cf. etiam huc, quæ Herodotus affert de Æsopo, Ἱστορ. β. 135. In responsione Bdelycleonis verba *ὀλίγον μοι μέλει* retorsio sunt verborum patris similium, quum de Laso et Simonide narrasset v. supr. 1411. — Eadem formula utitur etiam Dionysos in B. 1136. contra Euripidem nugari se ipsi opprobrantem. Conz.

1449. Elmsl. ad Euripidis Medeam p. 110. conjicit *οἴμ' ὡς ἀπολῶ σ' —* coll. Acharn. 590. *οἴμ' ὡς τεθνήξεις.* Fugit Elmsleium, hoc jam Reiskio placuisse. Dind.

1450. Pro *γε* lege *σὲ* ut recte Schol. et Suid. *γε* et *σε* sæpe permutantur, ut Eurip. Med. 870. ubi pro *φέρειν εἰκός γ'* recte ex Mss. edidit Brunckius *φέρειν εἰκός σ'.* Emenda obiter Eurip. Hippolyt. 508. *καὶ μὴ ΣΕ πρὸς θεῶν.* Confer Valckenær. ad Phœniss. 1659. Markland. ad Suppl. 277. et ad Iph. Aul. 1233. Brunck. ad Med. 326. (adde Alcest. 1119.) ad Apoll. Rhod. iii. 985. *σ'* pro *γ'* in eadem fabula 118. ex Ms. reposuit Musgravius. Pors. *ζηλῶ σε τῆς εὐωχίας τὸν πρεσβύτην οἵων* Suid. ed. Ms. *ζηλῶ.* (*μετέστης* Ms.) sed prorsus ut vulgo in *οἵ*, nisi quod *πρεσβύτην.* Neque *σε* neque *γε* habet ed. Med. in *οἵ.* Ceterum *εὐωχίας* et forsan *σε* in *ζηλῶ* nata ex Ach. 1007-8. ibidem citatis. Pors.

1451. Hæc carminis species tam in stropha quam in antistropha dicitur *κατὰ σχέσιν*, quia inter se respondent et numero versuum et similitudine. Constat unaquæque duodecim colis choriambicis mixtis epitritis, ditrochæis, diiambis, dispondeis, ionicis, et pæonibus. Secundus versus est dimeter catalecticus, vel, ut vocant, *ἐφθη-*

μιμερὴς, similis anacreonticis multis. Reliqui omnes sunt dimetri acatalecti aut quadrisyllabis constantes pedibus aut quinquesyllabicis. Longæ enim syllabæ etiam hic solvuntur in duas breves, proinde ut in disyllabis iambo et trochæo. Sic invenias choriambum hic quinque syllabarum cum duplici iambo et ditrochæo et ionico et pæone. Fl. Chr. ὃς μετέστης aut ὃς μετέστησας, si sermo est ad Bdelycleonem. Reisk. οἷ μετέστη ξηρῶν τρόπων. In Pluto 365. ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὢν πρότερον εἶχε τρόπων. Berg. In binis codd. mendose μέτεστι. Ante hæc verba plene distingui debuit. Brunck.

1452. βιωτῆς Frob. βιοτῆς Ald. et Suid. in οἷ. Bent.

1454. Aut μεταβήσετ' aut μετανείσετ' aut μεταπεσεῖτ'. Reisk. μεταπεσεῖτ' etiam Abresch. ad Æschylum t. ii. p. 424. "ἦ. Scal. ᾗ: mox lege μεταπεσεῖτ'." Bent. Vulgo sic leguntur hi versus: ἦ μεταπείσετ' ἐπὶ | τὸ τρυφερὸν καὶ μαλακόν. Contaminatam esse hanc lectionem sola metri ratio evincit, siquidem prior versus antistrophico minime congruit. In B. scriptum: ἦ μέγα τι πείσεται | ἐπὶ τὸ τρυφερὸν καὶ μαλακόν. Unde sinceram poetæ manum elicuisse mihi videor: ἦ μέγα τι πείσεται | τρυφερόν τε καὶ μαλακόν. Brunck. Ἦ μέγα τι πείσεται Ἐπὶ τρυφερὸν καὶ μαλακόν. Versuum ἀντιστοίχων prior pherecrateus est secundum Rav. (nam vulgatæ male παῖς ὁ Φιλοκλέωνος, Brunckius pejus etiam παῖς Φιλ.), posterior ita comparatus est, ut quem facile reddas choriambicum dim., qualis est strophicus. Legendum puto: Ἦ μέγα μέγα τι πείσε-|τ' ἔτι τρυφερὸν καὶ μαλακόν. h. e. Permultas etiam delicias cognosces et quid sit molle vivere. Μέγα μέγα τρυφερὸν καὶ μαλακὸν, sicut πολὺ πολὺ πτωχιστέρου Ach. 432. Ἔτι, etiam, quamvis jam senex. Ἐπὶ incongruum esse, sensit Brunckius. Versuum horum posterioris antistrophico legendum metri causa: Οὐδενί γ' οὕτως ἀγανῷ—. Hotib. Scribo partim ex impressis exemplaribus vetustis, partim ex Mss.: ἦ μετά τι πείσεται 'πὶ | τό τε τρυφερὸν καὶ μαλακόν. Reisig.

1457. τὸ γὰρ ἀποστῆναι. Exstat apud Athenæum historia de Tirynthiis, quæ Horatianam sententiam confirmat: 'Naturam expellas furca, tamen usque recurret.' Fl. Chr. χαλεπὸν ἀεὶ Suid. ἀπόστηθι et mox μετέβαλλον ed. Med. Pors.

1458. φύσεος. Male in binis codd. scriptum φύσεως, metro reclamante. Brunck.

1460. ξυνόντες γνώμαις. In Nubib. 1407. γνώμαις δὲ λεπταῖς καὶ λόγοις ξύνειμι καὶ μερίμναις. Berg.

1461. μετεβάλοντο. Sic bene ambo codd. Vulgo μετεβάλλοντο contra temporum rationem. Hoc emendatori debetur, qui syllabas antitheticorum versuum exæquare voluit. In choriambicis lege solutis, quales sunt hi versiculi, locum habent pæones et Ionici. Hic pæon est quartus, cui respondet Ionicus a minore. Brunck.

1464. τυχὼν ἄπεισιν. Sic bene A. ita ut pes secundus, ut in strophico versu, choriambus sit. Vulgo ἄπεισι. Brunck. Inverniz. ἄπεισιν. Conz.

1466. παῖς Φιλοκλέωνος. In A. ut in impressis, παῖς ὁ Φιλ. In B. ὁ παῖς ὁ Φιλ. Utrumque articulum admittit Græca phrasis: neutrum metrica ratio. In vulgata scriptura binorum sibi correspondentium versuum, non quadrant numeri. ἦ μεταπεί | σετ' ἐπί. | παῖς ὁ Φιλο | κλέωνος οὐ—. Juxta Scholiastam sunt hi versus dimetri acatalecti. Plumbeus in re metrica fuit ille homo, aut aliter eum legisse necesse est. In nostra lectione examussim quadrant versiculi: ἦ μέγα τι | πείσεται. | παῖς Φιλοκλέ | ωνος οὐ —. Brunck. Inverniz. legit, ὁ παῖς ὁ Φιλοκλέωνος pro more suo multa clamitans contra Brunckii cupidius emendandi studium, desinensque tandem in epiphonema tale critico superstitiosum. Apud me certe, nisi apertum vitium sit, plus valet antiqui et probati unius libri auctoritas, quam sententia atque opinio omnium quot sunt recentiorum temporum grammaticorum. Conz.

1473. κατακοσμῆσαι. In Nub. 515. νεωτέροις τὴν φύσιν αὐτοῦ πράγμασιν χρωτίζεται. Berg.

1475. εἰσκεκύκληκεν. Sic bene edidit Berglerus, Scholiastæ morem gerens. In aliis editt. ut in A. est εἰσκέκληκεν. At in B. εἰσκεκήκληκεν, quæ ipsissima nostra est lectio, solemni describentis errore contaminata, η pro υ. Reponere eam poterat Kusterus e Suida, qui hos versus profert in εἰσκεκύκληκεν, εἰσήνεγκεν. Brunck. εἰσκεκύλικεν, intro volutavit. Reisk. Etiam Rav. pro vulgata εἰσκέκληκεν veram tuetur lectionem. Verbum εἰσκυκλεῖν est oppositum verbi ἐκκυκλεῖν — per machinas theatrales aliquid e conspectu amovere — conspectui obvolvere. Conz. εἰσκέκληκεν. εἰσκεκύκληκεν Schol. probante Toupio in Longin. § 22. Vide Kuster. ad Thesm. 774. atque ita Suid. in v. εἰσκεκύκληκεν Suid. ed. Ms. in v. εἰσκ. Vide Append. ad Toup. p. 485. Pors.

1476. ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου. Dixerat enim Philocleo prius quam ad convivium iret, ἵνα μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου. Videntur enim facilius inebriari qui contra morem suum et frugalis victus rationem invitant sese in cœna plusculum: deinde tibiarum acroasma ut animum reficit, ita per-

turbationes capitis incalescentis mero adjuvat. Legendum autem proculdubio *ἤκουσέ τ' αὐλοῦ*, non [ut Ph. Juntæ ed.] *αὐτοῦ*. Et sic invenio scriptum in Veneto codice [i. e. ed. Aldin.], qui tamen sæpe mendosus reperitur. Ceterum dixit *οὐδὲν παύσεται* pro *οὐ παύσεται*, ut Homerus lib. i. Iliad. *ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισε*. Fl. Chr. *ὁ δὲ* Suid. Ms. *διὰ π.* sed *γὰρ* in *εἰσκ.* Bis *γὰρ* ed. Med. Pors.

1478. *οὐδὲν παύεται.* Sic legendum esse luculenter ostendit Bentleius in Phalaridea dissertatione de origine tragœdiæ [p. 297. ed. Lips.], quæ omnino adeunda est ad hujus loci intelligentiam, ex summi viri sententia a nobis constituti. Brunck. Legebatur *παύσεται*. *παύεται* reposuit etiam Reisk. Dind. *π. ἦν τῷ π.* Suid. ed. Ms. v. *εἰσκ.* Pors.

1479. *Θέσπις.* Thespis hic citharœdus erat; ne quis de tragico dictum existimet. Quod vero ait *κρόνους τὸν νοῦν*, fatuos et stolidos intelligit et vere *ὄνους*, ut de Diodoro dixit Laertius, qui quum propositas a Stilpone quæstiones dialecticas non intelligeret, dictus est joculari scommate *κρόνος*, unde si priores duas litteras auferas, manebit *ὄνος*. Nam et tarda et *ἀναίσθητα* ingenia sic vocabant. Catullus: *mule, nihil sentis.* Saturnus antiquissimus deus multis proverbiis occasionem dedit, ut *κρόνου πυγή, κρόνιαι λῆμαι*, de quibus vide adagiorum scriptores. Sic Comicus noster dixit *κρονίων* et *ἀρχαίων ὄζειν* et *κρόνιππον* magnum nugatorem et delirum. Fl. Chr. *παύεται Τἀρχαῖ'* Bentlei. in Phalar. p. 265. Suid. vv. *διὰ πολλοῦ χρόνου. εἰσκεκύκληκεν. Θέσπις. οὐδὲν ἧττον* p. 729. ed. Med. *οὐ παύεται* in *Θέσπις. παύσεται. σ* om. Suid. ed. Ms. *διὰ π. χρ.* ed. [Kuster.] *εἰσκ.* versum om. Ms. et ed. Med. Pors.

1480. *κρόνους.* In Nub. 926. *οὐχὶ διδάξεις τοῦτον Κρόνος ὤν.* Berg. *ἀποδείξειν κρόνους* significatu, quo vox hæc et alibi a nostro pro stulto et fatuo, ut N. 929. Ειρ. 561. O. 469. 586. usurpata est. Faciunt huc etiam aliæ phrases similes ut *κρόνιππος* N. 1070. *κρονίων ὄζειν* N. 398. *κρονικαὶ λῆμαι* Π. 581. qualibus etiam Aristophanis imitator sæpius utitur Lucianus. In versu anteced. *ταρχαῖ' ἐκεῖν', οἷς Θέσπις ἤγων* senex notatus est a Xanthia ut admirator tantummodo temporis acti morisque prisci, quare non nisi veteris tragœdi Thespidos imitari volebat saltationes. Has novas et venustas, novas, quæ nunc in usu sunt, exolidas et nauci turbato sui animi statu, censet. Sic a filio Bdelycleone patris socii, chorum sistentes v. 221—222. describuntur ut *μινυρίζοντες μέλη ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήρατα.* Conz. *φησίν. ἔφη* Suid. Ms. et *τὸν νοῦν* in v. *κρονικ.* Ed. Med. *φησὶν ἀποδείξεις κ. τὸν νοῦν δ. ὀλίγω ὕ.* Pors.

1481. *τοὺς νῦν.* Sic Bentleius optime. *φησὶν ἀποδείξειν κρόνους τοὺς τραγῳδοὺς τοὺς νῦν.* Vulgo ineptissime *τὸ νῦν.* [*τὸν νοῦν* Suid. in *κρονικώτερα.* Bent.] — *διορχησόμενος.* Subauditur *αὐτοῖς*, nempe *τοῖς τραγῳδοῖς.* Paulo infra senex Tragicos ad saltationem provocans eodem composito utitur, *ἐμοὶ διορχησόμενος, mecum saltatione certaturus.* Præpositio studium notat, quo alter alterum vincere contendit. Brunck. V. 1593. Berg. *τὸν νοῦν* cohæret cum *διορχησόμενος. mentem exsaltare* est *saltando dementari, ἐξορχεῖσθαι τὴν φρόνησιν.* Reisk. *τὴν νῦν διάθεσιν* Euripidi Suidæ v. *βαστάσας* restituunt Gaisfordius ad Heph. p. 45. et Porsonus in Mss. comparans Phrynichum Harpocrationis v. *διάθεσις.* In Eupolide Schol. Nub. 997. mirum est neminem probasse Kusteri emendationem, *τοῦ νῦν τρόπου.* Dobr.

1482. *τίς ἐπ' αὐλείοισι θάσσει.* Scholia: *ὀρχούμενος ὁ γέρων παρατραγικεύεται*: loquitur enim tragicorum more. Ita autem lego, non *ἐπαυλείοισι*, ut edd. Berg. Conf. Pierson. ad Mœrin p. 88. Dind.

1483. *χωρεῖ τὸ κακόν.* formula occurrens etiam B. 1018. N. 907. Conz. In schedis Porsonus *ἐπ' αὐλείοισι.* Sed ita dudum emendarat Piersonus ad Mœrin p. 88. Dobr.

1484. *κλῇθρα χαλάσθω τάδε.* Euripides in Hippolyto 808. *χαλᾶτε κλῇθρα, πρόσπολοι, πυλωμάτων.* Idem in Iphig. Taur. 1304. et in Helena 1196. *ὠή, χαλᾶτε κλῇθρα.* Berg. *καὶ δὴ γάρ.* Sic tacite Inverniz. Reliquæ editiones *καὶ γὰρ δὴ* —. Personarum distinctionem quæ est in vett. edd. ΦΙ. *κλῇθρα χ. τάδε.* ΟΙ. *καὶ γὰρ — μανίας ἀρχή*, emendarunt Bentleius et Brunck. Dind. *κλῇθρα.* Vide Valckenær. ad Eurip. Phœniss. 114. 268. 872. Pors.

1485. *σχήματος.* Gestus saltantis. Ita in Pace 323. 324. *σχήματα* et *σχηματίζειν.* Berg.

1486. (ΟΙ. *μ. δ. γ'. μ. ἀ*) Bentlei. in Phalar. p. 265. Pors.

1487. *πλευρὰν λυγίσαντος.* Recte sentit, me judice, Scholiastes, qui a luctatoribus translatum hoc verbum scripsit, qui velut nexis manibus solent adversarium prehensum dejicere, quamvis primigenia notione *λύγος* sit *vimen* et *λυγίζειν ligare*, unde Latinum *ligo* et nostrum *lier.* Theocritus in primo idyllio pro superare usurpavit, *τί θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν* etc. Fl. Chr. Aristænetus

Epist. i. ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιτυπουμένῳ δοκεῖν. Berg. ὑπὸ ῥώμης. Sic optime B. Vulgo ὑπαὶ, e prava librarii sedulitate ignorantis proprietatem literæ ρ, de qua vide notata ad Plut. 1065. Brunck. Lobeckio ad Phrynichum p. 401. scribendum videtur ὑπὸ ῥύμης. Dind. ὑπαὶ ῥύμαις, *sub loris*, unde ῥυμουλκεῖν. Reisk. Lege ὑπό. Vide supra 982. Pors. Vid. N. 416. et Theocr. Adoniz. 138. Conz.

1489. σφόνδυλος ἀχεῖ. Fortassis senex ita constrictus et sublatus a filio crepitum ventris emiserat, aut aliud quid turpe designavit quod famulum coegit imprecari, πῖθ' ἐλλέβορον. Id insanis dici solet. Sed fortassis quia veratrum nigrum foliis est sphondylii proximum et ventrem movet, propterea fortassis ludit in voce σφονδύλου et ἐλλεβόρου, quod σφονδυλίῳ est simile. Scholiastes hoc loco litteram decussatam apponit quasi culpæ notam, quia πῖθι, inquit, de pharmacis sumendis dicitur, πῖε de potionibus quotidianis et quibuslibet, et laudat hunc senarium λαγὼν ταράξας πῖθι τὸν θαλάσσιον, i. e. *leporem marinum sume quum turbaveris.* Sed neque vera est hæc observatio: nam et proverbium vincit πῖθι ἢ ἄπιθι: neque secum consentanea scripsit hic grammaticus: nam si de pharmacis πῖθι proprie dicitur, recte ergo hic usurpat hoc verbi noster Comicus. Nullum enim certius est pharmacum quam ellebori, cujus natura ea est (ut sapiens Democritus ab Hippocrate ἐλλεβορισθησόμενος ad eundem scripsit), ut sanitatem pariter et insaniam purget, tamque sanis noceat quam insanis prodest. Eo Præti filias purgatas a furore, scribit Dioscorides, ideoque vocatum melampodion putat. Fl. Chr. In his et seq. Philocl. dictis epiphonematicis innui quædam e tragicis carminibus, Euripideis præsertim videntur. Conz. ἐλλέβορον — insania carpitur senis; helleborum enim remedium putabatur hujus morbi. Cf. Plin. xxv. 5. Hor. II. Ep. ii. 137. II. Serm. iii. 81, 82. A. P. 300. Id.

1490. πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ. Ivit in proverbium Phrynichi poetæ, ut volunt, tragici trepidatio, quem Athenienses filium Melanthæ multarunt mille drachmis, quod Milesiorum excidium repræsentasset in tragœdia, neque puto eundem esse qui mortuus proditionis damnatus est, ut scribit Plutarchus in Alcibiade, apud quem integrum habes senarium poetæ cujusdam, unde hic versus nostri Comici sumtus videtur, saltem qui huc pertinet. Est autem de domito a Socratis disciplina Alcibiadis ingenio: ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερὸν, i. e. *obnoxiam alam flexit ut gallus tremens.* Fl. Chr. Scholia: παροιμία ἐπὶ τῶν κακόν τι πασχόντων. Videtur de illis proprie dici, qui in certamine aliquo victi se submittunt trepidantes. Apud Plutarchum in Alcib. exstat senarius poetæ alicujus veteris, quem usurpat de domito a Socratis disciplina ingenio Alcibiadis: ἔπτηξ' etc. quem locum adduxit Florens. Euripides utitur verbo πτήσσειν quum timentes comparat cum avibus, Cyclop. 406. ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες ἐν μυχοῖς πέτρας πτήξαντες εἶχον, αἷμα δ' οὐκ ἐνῆν χροΐ. et in Hercule Fur. 974. ἄλλος δὲ βωμὸν ὄρνις ὣς ἔπτηξ' ὕπο. Berg. πλήσσει Φρύνιχος. Sic e certissima Bentleii emendatione edidi. Vulgo absurde πτήσσει. Saltationis admodum studiosus fuit Phrynichus, quod testatur proverbium, cui occasionem dedit, σχῆμα καὶ τριώβολον, de quo videndus Eustathius ad Iliadem p. 951. l. 50. Brunck. πλήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ. Recepit hanc, tanquam certissimam, Bentleii emendationem Brunckius, ut pede ferire terram dicatur inter saltandum Phrynichus tragicus, saltandi ut studiosissimus, ita et longe peritissimus. Quæro, quid hoc vel ad laudem vel ad vituperium hominis? Feriunt scilicet terram, quicunque saltant. Quæro porro, quo nomine reprehendenda sit lectio vulgata πτήσσει, qua fingitur trepidare Phrynichus, quippe victus a meliore saltatore, Philocleone. Plutarchus Alcibiade de domito Socratis disciplina Alcibiadis ingenio, laudante locum Florente Christiano: Ἔπτηξ', ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν. Hotib. Conf. Valckenarii Phalaridea p. 13. Dind. πτήσσει defendit etiam Gallicus interpres p. 539 sq. ubi de hoc loco ita disputat: " Il est question ici, comme l'observe très bien M. Burette, (tome xiii. p. 273. des Mémoires de Littérature de l'Académie des Inscript. et Belles-Lettres) de Phrynique l'ancien, le même dejà mentionné. Le scholiaste et Suidas en font à tort un second Phrynique. En effet, le poëte parle d'abord ici des danses théâtrales de Thespis, et immédiatement après de celles de Phrynique, lequel, par conséquent, ne sçauroit être un autre que le disciple de Thespis; c' est à-dire, l'ancien Phrynique, grand maître en fait de danse, et dont parle Athénée, i. 19. qui dit que les anciens poëtes, Thespis, Pratinas, Cratinus, et Phrynique, étoient apelés danseurs (ὀρχηστικοὶ) parce qu' ils étoient grands compositeurs de danses pour les chœurs des pièces dramatiques, et y dansoient eux-mêmes. Je conserve, comme on voit, l'ancienne leçon de ce

vers: *πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ*: Plutarque dit également d'Alcibiade, humilié par les leçons de Socrate: *ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν.* Le traducteur italien d'Aristophane a: 'Frinico teme, come un gallo.' Je ne vois pas de raisons d'adopter la correction proposée par Bentley dans sa dissertation angloise sur Phalaris: il veut qu'on lise *πλήσσει* au lieu de *πτήσσει.* Voici ce qui a donné lieu au proverbe, *il tremble de peur comme Phrynique.* Le second Phrynique, suivant Suidas, étoit auteur d'une pièce tragique intitulée, La Prise de Milet, par Darius, roi de Perse. Cette pièce fit verser des larmes aux spectateurs; ce qui fut cause que les Athéniens condamnèrent le poëte à une amende de mille drachmes, le chassèrent du théâtre, et le punirent ainsi d'avoir, par cette tragédie, ouvert une plaie si sensible à toute la nation: et ils defendirent à l'avenir de jouer cette pièce. La consternation où une telle disgrâce jeta Phrynique, avoit passé en proverbe chez les Grecs. En sorte qu'on disoit de quelqu'un accueilli de quelque infortune, *Phrynique tremble de peur.* M. Burette, ib. Plutarque, Préceptes d'Administrations, chap. lvi., et Traité de la Musique, chap. xxix." Dind. *πλήσσει* Bentlei. in Phalar. p. 268. Quam emendationem certissimam judicans Porsonus, hunc locum citabat ut exemplum mendi inveterati; siquidem jam Æliani tempore irrepserat *πτήσσει.* Pors.

1491. *τάχα βαλλήσεις.* V. Scholia. Puto propterea id dicere servum, quia pro insano habet Philocleonem; itaque dicit fore, ut mox crescente insania homines lapidibus insectetur, ut solent insani. Aut forte et sequentia dicit sic: *τάχα βαλλήσεις σκέλος, οὐρανιόν γ' ἐκλακτίζων,* ut infra 1530. *ῥίπτε σκέλος οὐράνιον.* Sequor tamen Scholiastem. Berg. Hæc ita scripta velim: Ξ. *Τάχα βαλλήσεις* . . . . | Φ. *Σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων.* Interrumpens orationem servi senex feriturum quidem se dicit, at non manu, quod timebat Xanthias, sed pede, sublimius vibrato, more saltatorum. Hotib. Male Schol. *ῥίψεις λίθους δηλονότι ὀρχόμενος.* Nec Bergleri explicatio scholii placet, servum hoc ideo dicere, quoniam metuat, ne more insano dominus senex lapides in se projiciat. Non de lapidibus hic sermo est, sed ne calcibus aut manibus gesticulantibus feriat ferociens saltator servulum. Quare hæc exclamans Xanthias ob oculos nobis ponendus est ut refugiens simul motus insanos insani. Conz.

1492. *ἐκλακτίζων.* Muliebris saltatio et velut *ἐμμέλεια* exarmata dicebatur *ἐκλάκτισμα* mollisque erat, fracta et obscena, ut scite notat in libro Poetices princeps litteratorum Cæsar Scaliger, quia calce humerus erat superandus et retegendæ partes pudendæ, similis fere ei, quæ apud Laconas *βίβασις* dicebatur, in qua nates calcibus impetebantur, ut diximus ad Lysistratam, saltuumque numerus recensebatur, ut cuidam saltationi inscriptum olim fuerit et cani deinde in laudem solitum *χίλια πόκα βιβάντες.* Hesychius non *ἐκλάκτισμα* sed *ἐκλακτισμὸν* vocat, aitque esse choricum schema et *ὄρχησιν σύντονον.* Herodotus in Eratone vi. 129. genus illud saltationis propter quod Hippoclides excidit spe matrimonii, et, ut ipse ait scriptor, *ἀπωρχήσατο τὸν γάμον,* vocat emmeliam, et, ut arbitror, *ἐκλάκτισμα* fuit: nam utitur his verbis: *σκέλεσι ἐχειρονόμει.* Quod quum vidisset speratus socer Clisthenes, alium ascivit sibi generum: spretus vero ille fastidioso dicterio eum ultus proverbium peperit, *οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.* Fl. Chr. Videtur senex de Phrynicho loqui. Si hoc est, *τὸ ἐκλακτίζων* est pro *ἐκλακτίζοντος.* Videtur, inquam, ita propter sequens *κατὰ σαυτὸν ὅρα.* Berg.

1493. *κατὰ σαυτὸν ὅρα.* In Nub. 1267. et in Acharn. 1017. *κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου.* Berg.

1496. *μανικὰ πράγματα.* Quia pater dixerat de laxitate *κοτυληδόνος* et mobilem velut *ἔκλυσιν* commendarat, filius inquit, non est *ἔκλυσις,* sed vere *ἔκστασις* et *μανία.* Sic enim *μανίαν* etiam vocat Hippocrates. Paulo post *ἀνείπω* dicit, i. e. *ἀνακηρύξω* et *ἀναγορεύσω.* Fl. Chr.

1498. Euphanes comicus apud Athenæum viii. p. 343. *τίς φησιν εἶναι δεινὸς ἐκ κοινοῦ φαγεῖν*; — *ἴτω πρὸς ἡμᾶς.* Berg.

1501. *υἱὸς Καρκίνου.* Filii Carcini poetæ varie enumerantur a Scholiastis; ad Nubes 1264. Xenocles, Demotimus, Xenotimus: ad Ranas 86. Xenocles, Xenoclitus, Xenotimus: ad Pacem 782. Xenocles, Xenotimus, Xenarchus. Hic in Vespis ad præsentem locum quatuor dicuntur fuisse, quorum tres fuerint choreutæ, quartus poeta, nempe Xenocles. Berg. Cf. et Thesm. 170. et 441. et Ran. 386. — *ὁ μεσότατος* = *μέσος,* ut sæpe apud bonos auctores. Cf. Schol. Conz.

1502. *ὁ μέσατος.* Quatuor habuit filios Carcinus: sed de tribus tantum agit, qui erant *χορευταί*; nam quartus, Xenocles, poeta erat. Dixit autem *μέσατος* pro *μέσος,* ut sæpe apud bonos auctores. Fl. Chr. De *μέσατος* vide Buttmanni Gr. Gr. t. i. p. 275 sq. Dind.

1503. ἀπολῶ γὰρ ἂν τόν [sic Ph. Junta]. Malim αὐτὸν et sic puto melius. Festive autem ἐμμέλειαν κονδύλου dixit, quia χειρονόμος et manus ictum daret desultorium. Sic videtur Euripides de Cyclope dixisse, qui socios Ulyssis mandebat ῥυθμῷ τινι. Proprie autem ῥυθμὸς dicitur illa ἄρσις et θέσις eorum, qui pede et manu plaudunt, unde translatum ad pedes metricos. Ostendit autem quam fuerint pusilli et tenues homunciones isti Carcinitæ: sed et tacite innuit malum choreutam illum medium, quum ait, ἐν τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδὲν, puta οἶδεν voluisse addere. Fl. Chr. Corrige Vesp. 1503. ubi postquam Philocleo dixerat ἀπολῶ γὰρ αὐτὸν, ἀμελίᾳ δοὺς κόνδυλον (sic enim legebat Schol. ut patet ex verbis ejus δίδωμι αὐτῷ κόνδυλον καὶ ἀπολῶ αὐτὸν) mox subdit νὴ Δί' ὀψώνηκ' ἄρα: at dicere debuit ὄψον ἧκ' ἄρα: quo dicto Carcini filium pugnis contundit. De ἥκειν in hac re vid. Valck. ad Phœn. 196. G. Burges.

1504. οὐδέν ἐστιν. Vid. Ecclesiaz. 144. Eurip. Phœn. 601. Cyclope 662. Iphig. Taur. 115. et alibi sæpe. Vide ad Equit. 158. Berg.

1506. ὠψώνηκ'. Quia eorum pater est cognominis cancro. Berg.

1507. οὐδέν γ' ἄλλο. Sic quidem codd. Præstaret οὐδὲν ἄλλο, omissa particula, quæ mox idoneo loco recurrit. V. seq. αὖ τῶν, duæ voculæ, in Kusteri edit. operarum errore in unam vocem αὐτῶν coaluere. Brunck. Vid. Reisig. i. p. 248 sq. Dind.

1508. αὖ τῶν. Ita recte edd. pristinæ [et Reisk.]: non αὐτῶν, ut nupera. Berg.

1509. ὀξὶς ἢ φάλαγξ. Quia erat parvus, ut ait Scholiastes. Berg. Xenocles hic innuitur, unus e Carcini filiis, tragœdiarum malus poeta, cujus meminit noster Thesm. 171. 440. et Ran. 86. Corpore erat exiguo et gracili, ob quod vitium irridetur etiam in Pace, ubi Carcini filii ναννοφυεῖς appellantur. In quæstione ὀξὶς ἢ φάλαγξ, idem est schema, quod Av. 1203. ubi Pisthetærus Iridem rogat, ὄνομα δέ σοι τί ἐστι, πλοῖον, ἢ κυνῆ; Sic res dissimillimas jungere solent, quum mira et insolita oblata specie, quo eam nomine appellare debeant hæsitant. De cancro, qui *pinnoteres*, vel *pinnophylax* appellatur, videndi, ne plures memorem, Plinius l. ix. p. 528. Athenæus l. iii. p. 89. e. et Oppianus Halieut. ii. 186. Brunck. Non satisfacit hæc explicatio, pace dixerim docti viri. Quum φάλαγξ araneæ etiam significatum habeat, ὄξις vero hic, ut contextus suadet omnis, animalculi aut marini aut terrestris (Schneider. in lex. conjicit insecti speciem) notionem implicare videatur, dissimilitudo rerum compositarum, si in tertio comparationis formæ exiguæ, quæ irridetur in nano hoc, hæreas, non adeo magna est. Conz.

1510. ὁ πιννοτήρης. Alias pinnophylax. Berg. Sic vocat minimum natorum Carcini, qui fortassis est Xenocles scriptor tragœdiarum, quem quartum præter tres alios esse diximus. Tamen Scholiastes Philoclen scribit et testem laudat Pherecratem ex fabula Ἀγγείων (nescio an verus hic titulus fabulæ Pherecrateæ, nisi legas Ἀγρίων: nam eam fabulam docuit), ut lucem nullam dispiciam in ista nomenclatura. Nos ad Irenam p. 519. satis multa congessimus de istis Carcinomatis, sed quibus fides non est adstruenda ut juratis testibus, nihil statuimus jure perpetuo, sed arbitrio tantum. Ceterum quum ait hic noster ὀξὶς ἢ φάλαγξ, certe λοπάδα vel patellam de genere concharum ὀξίδα, ut puto, vocavit per φάλαγγα, cancrorum genus, qui μαῖαι dicuntur et nos vocamus maris araneum. Fortassis autem pinnoterem ab acumine dixit ὀξίδα. Fl. Chr.

1511. ὁ σμικρότατος. Voluit Καρκίνιον dicere, id est filium Carcini. Schneider. ὃς τὴν τραγῳδίαν ποιεῖ. Id est, *malus ille tragicus*. Reisig.

1513. ὀρχίλων. Pro ὀρχηστῶν propter similitudinem vocum. Indicat eos parvæ esse staturæ: mox eos τριόρχας dicit. Berg. ὄρχιλος quod τρόχιλος, minima avium. Cf. Av. 568. Aristot. H. Av. 2. 1. et Herodot. ii. 68. sin aliter τρόχιλος ibi occurrens εἰρηναῖος κροκοδείλῳ eadem species est—etiam Græcis dictus βασιλεὺς et σαλπιγκτής. Conz.

1514. Lege ΒΔΕ. ἀτὰρ —. Bent.

1515. ἢν. Non dubito quin legendum sit ἢν, pro ἐὰν, quod videtur placuisse Scholiastæ. Si, inquit, victor fuero, vide ut salsuram et muriam tuis filiis pares, quo facilius eos opsonem. Versu sequenti ut integrum sit metrum Aristophanicum, lego αὐτοῖς ὀλίγον. Fl. Chr. ἢν. Ita recte Aldina, Juntina et Brub. nec aliter Scholiastes, qui exponit per ἐάν. Farrei et nupera ἦν nullo sensu. Berg. ἢν. Sic bini codd. recte. Operarum errore manifesto in quibusdam editt. excusum ἦν. Brunck.

1517. βεμβηκίζωσιν, i. e. circumagant se et versent, ut a pueris solet turbo. Unde in Avibus dixit, βέμβικος οὐδὲν διαφέρεις, quibus verbis notatur τὸ εὔστροφον καὶ εὐκίνητον horum salisubsulorum. Neque alia ratione in Irena hos Carcini filios strobilos vocat propter orbiculatam ὄρχησιν, tum quia στρόβιλοι dicuntur limaces

et ceryces turbinati. Quæ ideo hic addita volumus præter quæ ad Irenam notata a nobis, quia illic perperam diximus nescio quæ de nucleis pineis, qui et strobili dicti, sed, ut arbitror, ἀπροσδιονύσως. Ludit autem Comicus ad nomen στροβίλων, quum paulo post ait στρόβει, παράβαινε κύκλῳ etc. Proprie autem καρίδων mentionem facit, quod est squillæ et cancri genus, quod nos a saltatione capreolas dicimus. Fl. Chr. Mox βέμβηκες ἐγγενέσθων. Berg. βεμβικίζωσιν. Sic bene uterque cod. Prava est impressorum scriptura βεμβηκίζωσιν. In Callimachi Epigr. xxxvii. cujus distichon profert Scholiastes, editiones exhibent βέμβικας, non βέμβηκας. Eadem mox v. 1531. recurrit in impressis menda, βέμβηκες, quo in loco itidem codd. nostri habent βέμβικες. Brunck. Conf. Schæferi Melet. Crit. p. 112. Dind. Rav. βεμβικίζωσι. Conz. Suid. βέμβηξ. Pors.

1518. Scribendum censeo, strophis restitutis, Ἄγ' — — — θαλασσίου, | Π. π. ψ. | Καὶ — — — ἀδελφοί! | — — | Ταχὺν ἐν κύκλῳ σοβεῖτε καὶ τὸν Φρύνιχον | Ἐκλακτισάτω τις, ὅπως | Ἰδόντες ἀποσκελίσαντ' ὤζωσιν οἱ θεαταί. Vulgatum καὶ τὸ Φρυνίχειον versus respuit. Ipsum Phrynichum, i. e. saltationes Phrynicheas, chorus jubetur σοβεῖν atque ἐκλακτίζειν, quod non capientes interpretes vulgares πόδ' inculcarunt post ταχὺν, itidem metri detrimento. Denique rarior vox ἀποσκελίζω ultimi versus depravandi ansam præbuit, qui, similis sequentibus, hiat in vulgatis, Ἰδόντες ἄνω σκέλος exhibentibus pro eo quod nos reponendum esse arbitramur, Ἰδ. ἀποσκελίσαντα. Hesychius: ἀποσκελίσαι, παιδικὴν ὄρχησιν ὀρχήσασθαι, quod magis ridiculum in senibus. Hotib. ἄγε μεγαλώνυμ' ὦ | τέκνα τοῦ θαλασσίου | πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον | καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγετοι-| ο καρίδων ἀδελφοί. (5) | ταχὺν πόδ' ἐν κύκλῳ σοβ- | εῖτε καὶ τὸ | Φρυνίχειον | ἐκλακτισάτω τις, ὡς ἰδόντες | ἄνω σκέλος ὕζωσ' οἱ θεαταί. (10) V. 9. Ita Bentl. pro ᾄδοντες. Metrum confirmat. Eadem var. lect. in Vesp. 319. ex emendatione Dawesii. v. 10. Pro ὄζωσ' dedi ὕζωσ', quod formatur ab ὖ: hoc exstat in Plut. 896. ubi Schol. ὖ ὖ ὁ ὀσφραινόμενος τοῦτό φησι. G. Burges. Si hæc antistrophica sunt, ut videtur, lenior in promptu est medicina: (στροφή.) ἄγ', ὦ μεγαλώνυμα τέκνα | τοῦ θαλασσίοιο, | πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον | καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτου, | καρίδων ἀδελφοί. | (ἀντιστροφή.) σοβεῖτε ταχὺν πόδα κύκλῳ, | καὶ τὸ Φρυνίχειον | ἐκλακτισάτω τις, ὅπως | ἰδόντες ἄνω σκέλος ὤ- | ζωσιν οἱ θεαταί. Dind.

1519. τοῦ θαλασσίου. De Carcino quasi de Neptuno thalassio loquitur. Ita dicitur Neptunus in Pluto 396. Mox eundem Carcinum vocat ποντομέδοντα 1530. Berg. Plato comicus apud schol. ad Pacem 792. Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος, ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου. Dind.

1522. καρίδων ἀδελφοί. Ophelion comicus apud Athenæum iii. p. 106. ὠρχοῦντο δ' ὡς καρῖδες ἀνθράκων ἔπι πηδῶσι κυρταί. Berg.

1523. Ahlwardtus in diariis Jenensibus a. 1810. fol. 124. p. 392. hæc sic corrigit: ταχὺν δὲ πόδα κυκλεῖτε, καὶ τὸ Φρυνίχιον | ἐκλακτισάτω τις, ὅπως | ὤζωσιν ἄνω σκέλος εἰσιδόντες οἱ θεαταί. | πόδα κυκλεῖν inveniri monet in Avib. 1379. Dind.

1524. τὸ Φρυνίχειον. Æschylus in Persis 1059. καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον. Ceterum in Phrynicho videtur aliquid notabile fuisse, ut Scholiastes ait, quod crus altius vibraret. Berg. τὸ Φρυνίχειον. Athenæi xiii. p. 564. f. 604. a. Hephæst. p. 52. Pors.

1526. ἰδόντες ἄνω σκέλος. Sic plane scriptum in A. ut emendandum esse viderat Bentl. Absurde vulgo legitur ᾄδοντες, ita ut voces ἄνω σκέλος nihil habeant quo referri possint. Vim linguæ fecerunt interpretes, qui ea cum ἐκλακτισάτω struxerunt. Verterat Berglerus: *Et Phrynichi more aliquis crus sublime jactet, ut cantantes, o, exclament spectatores.* Itaque juxta eum cantandi partes a Choro ad spectatores transferuntur. Brunck. ἄραντος conjicit Reisk. Dind. τις, ὅπως Ἰδόντες Bentlei. in Phalar. p. 269. Vide ad Hec. 1161. p. 71. Pors.

1527. Id est, admiratione perculsi spectatores clament et vociferentur, quum videris arduos secundum Phrynichum saltus, crure scilicet in sublime extenso. Puto vero legendum per ω magnum, ὤζωσιν. Fictum verbum a particulis ὦ ὦ, quo etiam usus est Æschylus in Diris, proinde ut ab αἶ αἶ verbum αἰάζειν, ab οἴμοι verbum οἰμώζειν, et a φεῦ φεῦ fecit etiam idem Æschylus novum verbum φεύζειν in Agamemnone, ubi quum Cassandra dixisset φεῦ φεῦ, respondet chorus τί τοῦτ' ἔφευξας; Ego vero arbitror etiam ab ἒ ἒ manasse ἐλέγους, eadem ratione vel potius ἀναλογίᾳ. Fl. Chr. ὤζωσιν. Ab ὦ, quod est admirantis, ut ait Scholiastes: ut οἰμώζειν, quod ubique obvium, ab οἴμοι. Sic φεύζειν a φεῦ apud Æschyl. Agam. 1316. quem locum adduxit Florens. Sic αἰάζειν. Scholiastes Æschyli ad Eumen. 524. ὡς παρὰ τὸ αἶ αἶ αἰάζειν, οὕτω παρὰ τὸ ὦ ὦ ὤζειν. Berg. Conf. Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 404. Dind.

1528. Stropha hæc notatur decem ver-

suum numero, quamvis septem tantum habeat, ut necesse sit tres desiderari, aut aliter digerendos istos. Quod genus sit hoc carminis, non est mihi proclive affirmare: tamen prout distincti sunt, existimo metrum esse λογαοιδὸν ex anapæstis constans et συζυγίᾳ iambica ἐφθημιμερεῖ: quamvis ad λογαοιδοὺς versus sciam τροχαϊκὴν διποδίαν pertinere. Fortassis etiam Archebuleum carmen est, de quo consulendus Hephæstio. Fl. Chr. Metrum horum versuum hoc est:

— ʹ   — ʹ   —
⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑—⏑—⏑—⏑

Vid. Gaisford. ad Hephæstion. p. 341. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 593. Dind. στρόβει. Cordacem saltant; huc enim respicit Scholiastes in Nub. 542. quum ait, τὸν δὲ κόρδακα ἐν τοῖς Σφηξὶν εἰσήγαγεν. Berg. γάστρισον σεαυτόν, *verbera pectus tuum*. Hoc enim est γαστρίζεσθαι. Est etiam laute vivere et invitare se plusculum in cœna. Fl. Chr. Primus pes est vel [1] iambus vel [2] spondeus vel [3] anapæstus: sequuntur duo anapæsti, iambus vel spondeus, duo iambi et syllaba. Pors.

1529. ῥίπτε σκέλος οὐράνιον. Euphronius sic vocari censet genus tragœdicæ saltationis: sed puto referendum ad superiora, quæ dixit περὶ ἐκλακτισμοῦ. Nam σκέλος οὐράνιον nihil aliud est quam crus sublime. Sunt autem hic βέμβικες circumactus et rotationes, περιφοραὶ et περιαγωγαὶ, ut diximus. Fl. Chr. Euripides Troad. 325. πάλλε πόδ' αἰθέριον· ἄναγε χορόν. Electra 859. Vide ad Ranas 793. Est autem οὐράνιον pro εἰς οὐρανὸν, ut Vesp. 413. Berg. βέμβηκες. V. in Avib. 1461. Hic paullo ante, ὅπως βεμβηκίζωσιν ἑαυτούς. Berg.

1530. ὁ ποντομέδων ἄναξ. Sic Carcinum vocat propter filios, quos ante dixit τέκνα τοῦ θαλασσίου. Legendum vero versu sequenti propter metrum τοῖς τριόρχαις, non τοῖσι, ubi ludit in voce, propter τρεῖς ὀρχηστάς. Fl. Chr. Neptuni epitheton tribuit Carcino sive Cancro poetæ, quia Neptunus est deus maris, ubi *cancri* sunt, quibus iste Cancer poeta longe præstat. Neptuni epitheton occurrit apud Æschylum in Septemth. 134. ὅ θ' ἵππιος ποντομέδων ἄναξ — Ποσειδῶν. Euripides in Hippolyt. 744. ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνης ναύταις οὐκέθ' ὁδὸν νέμει. Berg.

1531. τριόρχαις. V. Scholia. Vide in Avibus 1181. Sic paullo ante eosdem orchilos vocabat v. 1506. Berg. Lege τοῖς τρ. Archilochus et Cratinus Hephæstionis p. 48. 50. Athenæi Eubulus iii. p. 105. f. Euripides iv. p. 158. f. Cratinus viii. p. 344. f. xii. p. 553. e. Diphilus xi. p. 499. c. Pors. Adde Phrynichum et Eupolin ad 1515. citatos, et omnino confer Gaisfordium ad Hephæst. p. 341. In Euripidis fragmento τόδ' a se repositum firmabat Porsonus exemplo insigni e Bacchis 1267. Beck. τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα; (ita Aldus) ubi vide Brunck. In Electr. 882. legebat, δέξαι κόμης σῆς τόδ' ἀνάδημα βοστρύχων. Adde eum ad Vesp. 1033. τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ' pro οὔθ' Euripidi Stob. xxxvi. p. 217. 18. restituit ad Orest. 228. ed. 1811. Cratini locus ultimus est, ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον ῥόδον ἢ κρίνον παρ' οὖς ἐθάκει, Παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνά τ' ἠγόραζον. In priore versu, σ. ἢ ῥόδον, vel σ. ἢ κρίνον, alterutro expulso, legendum monebat me Porsonus. Euripides fr. inc. 8. (Stob. iv. p. 53, 10.) τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν | εἰς ξυμφορὰν ἵστησι πολλὴν δὴ βροτούς. (Malim πολλὰ δὴ, ut Ran. 709.) Menander fr. 52. (Stob. xx. p. 172, 13.) τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρόν. In Hippol. 1462. τόδ' om. Ms. Flor. Ceterum de hoc asynarteto adde Herman. Doctr. Metr. p. 593. In Cratini loco ultimo ῥόδον delet Elmsl. Ed. Rev. No. xxxvii. p. 89. et in Diphilo, incertum esse metrum putat, ut et in Platone ibid. xv. p. 700. f. ἐνταῦθ' ἐπ' ἄκρων τῶν κροτάφων ἕξει λύχνον δίμυξον. In Mus. Crit. vi. p. 287. addit Eur. Iph. t. 402, 3. Accedat Pherecrates Lex. SG. p. 379. et Suidæ v. ἀλοάων, ὑποζυγίοις ἀλοάσαντ' εὐθὺς ἐκποιῆσαι. Dobr.

1533. Lege ὑμᾶς. Bent. οὐδείς πω πάρος. Chorus enim ingrediens saltus edebat, nunquam egrediens. Et tamen in exodiis saltabant. Firmicus libr. vi. *Qui veterum fabularum exitus in scenis saltantes imitentur*. Vocat enim τὰ ἐξόδια, exitus fabularum. Fl. Chr.

1534. ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν. Editio Farrei aliter, ὀρχούμενός τις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν. Unde sic legerem, ὀρχούμενον τίς ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν; interrogative. Berg. Sic distingue: ὀρχούμενον, ὅστις ἀπήλλαξεν, χορὸν τραγῳδῶν, *nemo, qui hoc fecit choro tragico, evasit*, i. e. *impune habuit*. Ald. τραγῳδῶν. Bent. τρυγῳδῶν. Male in utroque cod. τραγῳδῶν. Vide not. ad Nub. 296. Sex primos hujus semichori versus distinxi ad fidem cod. A. Brunck.

LONDINI: EXCUDEBAT A. J. VALPY, A. M.